



**Paraphrases in omnes Prophetas, tam Maiores quatuor, quàm
Minores duodecim: uidelicet, Esaiam. Hieremiam. Ezechielem.
Danielem. Oseam. Ioelem. Amos. Abadum. Ionam. Micheam.
Naum. Habacuk. Sophoniam. Haggaeum. Zachariam.
Malachiam. : item, In Sapientiam Salomonis**

<https://hdl.handle.net/1874/428909>

2

PARAPHRASES IN
omnes Prophetas, tam Maiores qua-
tuor, quàm Minores duode-
cim: uidelicet,

Esaïam.

Ezechielem.

Oseam.

Amos.

Ionam.

Naum.

Sophoniam.

Zachariam.

Hieremiam.

Danielem.

Ioelem.

Abadïam.

Micheam.

Habacuk.

Haggæum.

Malachiam.

I T E M,

In sapientiam Salomonis.

*Auhtore IOANNE TOSARRIO
Aquilouicano. 1612.*



Cum Cæs. Maiest. gratia & priuilegio
ad decennium.

BASILEAE, PER IOAN-
nem Oporinum.

IOANNES TOSARRIVS AQVIVOLV
canus Ioanni Oporino Basiliensi
Typographo.

Quaquam abunde uideam, mi Oporine, nihil quicquam neque sacrum neque prophanum ab humano ingenio proficisci, quod non aliqua sui parte culpari possit, si modò grandiusculum sit opus: idq; in primis, quum praesens hoc seculum tam ferax sit calumniatorum, ut uel absolutissima etiam Venus illa, iam nunc uel sexcentos inuentura sit Momos, qui ipsius culpent sandalium: non tamen sum reueritus, has meas in scripta prophetica Paraphrases in lucem proferre: idq; partim, ut diuinarum literarum candidatis nostra profito opera: partim uerò, ne quis alius, qui nostra haec descripsit, dedita opera, ac uitiatò fortassis aut corrupto exemplari nos anteuortat. Impendimus certè huic rei non leuem, mi Oporine, operam: neque molli (ut aiunt) brachio, haec omnia percurrimus: nisi quòd animi feruore quodam stimulatì, grauisimum alicui laborem, leuem duximus: ita ut lucubratione peruigilate noctes incundè etiam nobis fuerint, ac suauiter adeò ut sancto hoc incendio correpti, grauisimè interdum, atque adeò illubentes, uel charissimis etiam amicis nos dederimus, subinde huc illuc ad conuiuolum uel ad prodeambulationem in inuientia prata nos trahentibus. Sed quid? Pulchrè profectò satis haec mihi res processit, siquidem feruida fuit adeò, ut remissam iam calore, atque sanctis illis ignibus restinctis, nihil aut minimum potuerim. Porro, dum rem omnem me iam puto habere absolutam, atq; nonnihil de commodo typographo & elegantulis characteribus cogitarem, tu mihi uisus es non inidoneus: ut satagas non solum de characterum elegantia atq; impressione sollicitè emendata, uerum ut & Aristarchos hic liber inueniat æquos & bonos, adeòq; & piè eruditos, quorum calculis elucubrationes nostrae subsistant, ac malè feriatìs utiligatoribus superior sim, quaquam & hinc non omnino sine Aristarchorù censura ad te haec nostra deferuntur. Ceterum quòd proximis ad me literis scribebas de eruditìs & candidè doctis uiris, quorum non grauareis adhibere operam, ut omne offendiculum (si modò id permitterem) tolleretur: id mi Oporine, primariù ac summum illud est, cuius rei gratia omnia haec nostra in tuum sinum deferantur, quodq; unice te rogatum etiam uelim. Verumenim uero quòd ad prophetarum sententiarum pondera attinet, ne quid temerè queso immutetur, nisi prius nostra illa duodecim Prophetarum minorum translatio, unà cum Annotationibus, probè perpensa sit. Video enim pleròsq; Germaniae non indoctos uiros, longè aliud compluribus locis transulisse, quam nos: ubi certè nolim, nostra ipsorum interpretationi postponi. nam ut cuiusdam ex illis ingenua sinceritas est, ingenuè agnoscit opinor (de eo loquor, quem tuæ literæ mihi nominatim proponunt) nostra suis non inferiora esse, non quidem in styli grandiloquentia, sed genuini sensus perspicua ueritate. Vnde te obsecro mi Oporine, ut illi ipsi docto pioq; uiro, dum tu Paraphrases uersas, nouam nostram translationem minorum Prophetarum unà cum Annotationib. perlegendam tradas, ut eam cum suis conferat. Certè, nisi me mea fallit diuinitio, ex nostris ille multam suis lucem addere poterit. Porro quòd ad Ezechielem attinet, is sanè mihi plus negociorum praestitit, quam reliquorum prophetarum ullus alius: maxime uerò in capitibus illis postremis, ubi tantis ille ambagib. nouam Hierusalè describit, cum ipso suo sanctuario, ac multis illi circumqua;q; adherētib. cubiculis: quæ omnia certè perquam leui, laborioso tamè brachio, percurrimus. neq; enim mihi omnia illa tam intricata & ambagiosa, aliud uelle ac dicere uidentur, quam id quod tribus uerbis Christus Dominus apud D. Ioannem Euangelistam multis post seculis dixit: Quòd in domo Patris ipsius multæ mansiones sint. In quib. ut aliquando mansionem aliquam obrineamus, nosq; mutuo contueamur, faxit ille Opt. Max. qui te hic pietatis studijs atq; humaniorib. literis in multa secula seruet. Vale uir optime: & ut nostra quam emendatissima in lucem prodeant, sedulo aduigila.

Raptim, ex nostro Museo, X 11. Calendas Septembres: Anno
sesquimillesimo quinquagesimotercio.

PRÆCLARISSIMIS, IN DEO RENATIS,
 uiris doctissimis, totius Germaniæ Theologis, unâ cum uenerabilibus sanctæ Ec-
 clesiæ proceribus, Ioannes Tosartius Aquiloni-
 canus eũngolitep.



AGNVS ille Desiderius Erasmus Roterodamus, sui
 seculi incõparabile ornamētum, inter cætera scripto-
 rum suorum monumenta nusquã mihi uidetur de sin-
 cerioris Theologiæ cãdidatis meruisse rectius & ple-
 nius, quã in ipsis noui Testamenti Paraphrasibus.
 Quare & nos, pro qualicunque nostri ingenioli mo-
 dulo, magnum hunc Heroa subimitantes, Paraphra-
 ses in omnes Prophetas meditati sumus: nõ quidem;
 ò uiri fratres, ut Mineruam ullam docerem: sed ut fa-
 cris hũce itudis intentus, infirmitates meas (quibus lamentabiliter subinde di-
 uexor) nonnihil excuterem interdum, aut fallerem. Summi itaq; uiri imitator fa-
 ctus sum, uerum haud æquis passib. eum sum sequutus. ille enim, quãdo omnis
 ferè eruditionis circulum absoluerat, nescio si cuiquam, nedum mihi similibus
 uestigijs imitabilis sit. neque nos illubenter sanè tãto uiro cedimus: atq; nostra,
 ad ipsius scripta collata, obscurari ab eo nihil ægrè ferimus. Tractauimus tamẽ
 rem multo quã ille difficiliorem ac tenebricosiorem: unde & parem in nostris
 felicitatem exigere aut expectare, indignum planè fuerit, atq; iniquum. Quin
 & facilior nobis ueniã dãda est, sicubi docto ac pio Lectori parum satisfacimus,
 atq; peccasse alicubi uidebimur. Certè si in magnis bene uoluisse sat est: non dã-
 nabimur opinor, qui in magnis non solũ bene uoluimus, sed & non prorsus malè
 aliquid elaborauimus. Ceterũ quando per calumniandi libidinem maxima ho-
 minum pars mihi corruptissima est, audax sanè facinus aggredior, & tãtum non
 temerarium, quod mea ausim in lucẽ proferre: sed ita oportet eum, qui sese Deo
 ac Christo Domino in mortem ipsius deuouit, omnes uel Cerberos oblatrãtes
 despiciere: atq; solidæ ueritatis petræ insilendo, etiam inferorum portas con-
 temnere: quantumuis inferæ potestates fremant, sed & pseudoprophetæ, quo-
 rum plenus est mundus, insurgant atque irrugiant. Nam dum magni Dei ora-
 cula subinde reuoluo, quin & penitius atq; profundius intueor, uerorũ prophe-
 tarum hoc nostro tam exulcerato seculo usq; ad eò multam raritatem uideo, ut
 uel albis coruis rariore sint, nigroq; cygno simillimi. quod ut uerum esse astrua-
 mus, ò uiri fratres, rē hic exactiusculè discutiamus, & quid Propheta, quid Pseu-
 dopropheta sit, pro nobis diuinitus collato dono pressius intueamur. Atqui
 Marcus Tullius Cicero, Officiorum suorum libro primo docuit, omnem de re
 aliqua institutam disceptationem à definitione debere proficisci: quod antequã
 aggrediamur, obseruare oportet, Prophetæ uocabulum in arcanis diuinorum
 mysteriorum literis modò נביא hofeh Hebræis esse, modò נביא nabi. Cæterũ
 Nabis dicitur, qui diuino iussu populo loquitur. sic de Aarone (qui os Moseos
 nominatur, fratrisq; iussu Pharaoni, atque etiam populo loquutus fuit) legimus
 Exodi septimo: Aaron frater tuus erit tuus nabi: tu loqueris ei quæcunque ego
 mandaero tibi, & ille loquetur ad Pharaonem. Hinc dilucidè satis liquet, quia
 Propheta Dei nũcupatur, & loquitur non sua, sed quæcunq; ei Dominus præci-
 pit. Verũ heu dolor, rarus nostro seculo est, qui uocem Domini à uoce carnis
 suæ commodè satis discernere potest, aut dignoscere: quare fit etiam, ut pseudo-
 prophetarum plena nunc sint omnia. Atqui quem Hebræi olim per uocem נביא
 hofeh prophetam significare solent, hic à uidendo nomen habuit, uti legere est
 1. Reg. 9. Itaque Propheta dici cõsueuit, qui ex uisis à Domino oblati loquitur,
 atque cum populo agit. iuxta illud Ioelis 2. Effundam de Spiritu meo super om-

4
 nem carnem, & prophetabunt filij uestri & filia uestra, & iuvenes uestri uisiones uidebunt, & seniores uestri somnia somniabunt. quae si à Domino suum spiritum effundete immittantur, ita ut te prophetare, quin & populum suum praemonere iubeat: iam Dei prophetam te faciunt uerum & iustum, ita ut non solum sis hofeh, hoc est uidens, sed & nabi, quod diuino iussu loquentem sonat. Vide sis igitur, ne, tametsi ea quae uides à Domino Deo tibi immittantur, ullo modo aliquid loquaris, aut illinc docendo proferas, priusquam Dominus Deus te loqui iubeat, ne tandem cum Hieremia dolens dicas: Seduxisti me Domine, & seductus sum, Hier. 20. Fit enim hoc frequentiuscule: quia currimus antequam mittamur, & decipimur specie boni, sicuti scriptum est: Currebant, & ego non mittebam eos. Hi sunt, qui uisionem cordis sui loquuntur, sed non de ore Domini. Hic autem me rogarit aliquis, quid nam ego os uocem Domini: an ne ipsam Scripturam sacram, & à Deo coelitus datam legem: ad quam ueluti sacram & infallibilem amussim omnia hominum scripta expendenda ueniunt, ac trutinanda. Magnum certe, o uiri fratres, sacramentum, magnum inquam miraculum Bibliorum scriptura nobis est, & ueluti lucerna pedibus nostris praelucens, adeo quae & ueritatis semitam praemonstrans, qua eundum, & unde discedendum sit: ueruntamen si quem uerum & genuinum prophetam nostro hoc seculo excitet Dominus iuxta promissum illud, Ecce ego mitto ad uos prophetas & sapientes, &c. nescio certe an literaria Bibliorum scriptura sufficiat, ut illinc haurienda sint singulatim omnia, atque in hoc negotium conficiendum futura sit factis, ut uaticiniorum siue omnium concionum eius iuxta sit amussim. fieri enim concorsueuit non raro, quod uiuum uerbum Domini Dei exercituum de propheta clamore aut ore profectum, concorsueuit aliquid habere uideatur, cum extera & partium perspecta Scripturae cortice, &c. Expendite mihi quae hic candidissimi fratres, quae Esaias habet de Iudaeorum sacrificijs, ieiunijs, neomenijs, sanctissimisque adhuc illo seculo Sabbatis, &c. Nonne hic ad legem sacrificiorum ac Sabbathi praescriptricem, collatum eius uaticinium, non solum haereseos, quin & blasphemiae damnandum censetur? Ecquid multis Scripturae locis Sabbathum seruari sedulo demandatur: sed & altare praescribitur offerendis holocaustis: Quin & Numer. decimo quinto capite, nonne qui arcendo per hyemem frigare, aut coquendis edulijs, ramalia aliquot Sabbatho die collegerat, extra castra lapidibus obruitur: immo & ante Legem sanctificatum fuit Domino Sabbathum, Genes. 2. & oblata sacrificia, Genes. 4. Attendite igitur, ut quid uelim, & quod tēdam, medullitus intelligatis, illuc enim nostra prolabitur ratio cinatio, non in Mosaica tantum lege praescripta nobis esse, & Sabbathum, & sacrificiorum ceremonias: quin & ante Mosen etiam religiose obseruatas fuisse, utpote à iusto Abele, Enos, Enoch, Noah, & cunctis retro ad Mosen usque patribus. Atqui tandem exortus uates Esaias, audet atque exclamat: Quod mihi multitudo uictimarum uestrarum: dixit Dominus, plenus earum sum. Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem uitulorum, agnorum & hircorum nolui. Quis (uobis in conspectum meum comparentibus) haec de manu uestra quaesuit? Ne offeratis sacrificium frustra, incensum abominatio est mihi: neomeniam & Sabbathum, aut quicquid aliarum etiam solennitatum est, non feram. iniqui sunt coetus uestri: Calendas uestras & solennitates ex animo odi, ita ut molestiae mihi sint, & nauseae. Sed quid? Nonne & D. Stephanus, attestans Dominum Deum non in manufactis templis habitare, cerebrifragos lapides sensit, & in necem protruditur? Attamen sic per Esaiam exclamat Dominus: Coelum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum, &c. quae itaque est domus ista, quam aedificabitis mihi? & quis est locus requietionis meae? &c. Ad quem uero respiciam, inquit Dominus, nisi ad pauperculum & contritum spiritu? qui contremiscit ad sermones meos? Eiusdem commatis est, quod Psalmographus ille regius ait:

Si uoluiffes sacrificium, dediffem, utiq; holocaustis non delectaberis: Sacrificiū Deo, fpiritus contribulatus, &c. Cōferamus quæfo patres conſcripti, agite conſeramus hæc cum iſs quæ de templo recens conſtructo legere eſt 3. Reg. octauo & nono capitibus: item 2. Paralip. 7. in hunc modum: Apparuit Solomoni Dominus de nocte, & ait: Audiui orationem tuam, & elegi domum iſtam mihi in domum ſacrificij. Si clausero cœlum, & pluuia nulla fluxerit, ac mandauero locuſtæ ut terram deuoret, aut miſero peſtilentiam in populum meum, conuerſus autem populus ſuper quem inuocatum eſt nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquifierit faciem meam, agens pœnitentiam à uijs ſuis peſſimis, ego de cœlo exaudiam, & propitius ero peccatis eorum, & ſanabo terram eorum. nam oculi mei erunt aperti, & aures meæ arrectæ ad eius orationē, quiſquis iſto in loco me orauerit: elegi enim & ſanctificauit locum iſtū, ut ſit nomen meum ibi in ſempiternū: ſiquidē oculi mei & cor meum cunctis diebus ibi permanebūt, &c. Expendite quæſo mihi hæc cum Eſaiæ uaticinio, quo Dominū non niſi ad pauperulum, & ſpiritu contritum, Dominiq; ſermones tremētē reſpicere aſſeuerat. quin & cum Chriſti Ieſu Domini noſtri colloquio, quod ille ad puteum miſcuit cum Samaritana, ubi in interrogatus, quo potiffimum loco colendus eſſet, aut inuocandus Deus: in monte, aut Bethel ipſa, ubi olim ipſum adorant uiri Patriarchæ: an Hieroſolymis in templo, tam ſplendida promiſſa habentes: Reſpondet: Mulier crede mihi, uenit hora, quādo neq; in monte, neq; Hieroſolymis adorabitis patrem: uos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis eſt. Sed uenit hora, & nunc quidem ea eſt, quando ueri adoratores adorabunt patrem non exteris ſacrificijs, non uocibus aut harmonijs alioqui bene ſonantibus, ſed ſpiritu ſiue animo, eoq; ſincero ac uero: hoc eſt, ex intimis penetralium medullis. Sed quid? Certe hæc Chriſti Domini uerba, docti Scribæ & Phariſæi ad exteræ literæ amuſſim perpendiculariter, non poſſunt iſpſum etiam Dominum, æternam inquam æterni Dei ueritatem, non damnare temerarij mendacij ac blaſphemix: ſed & Samaritanum eum uocare, ueluti qui templo Hieroſolymitano ſuis uerbis derogaret, & aduerſus illud impiè blaſphemus eſſet, &c. Ad hæc uidete mihi D. Hieremiam, contra luculentum Scripturæ uerbum, ſanctæ ciuitatis deditioem in manus ſclerati Nabuchodonoforis ſuadentē. Populus autē cum ſuis pseudopphetis, ſecundum Scripturam, & diuina de templo promiſſa, altum in clamantes reboabant contra: Templum Domini, templum Domini, templum Domini. & quid quæſo hiſce uociferationib. uolebāt: quorſum ſpectabat tam communis & uniformis clamor? Audite quæſo me. Certe hiſce inconditis uocibus labefactatam populi fidem ſuffulciebant, ſcriptum clamitantes, Si quis hoſtis in ipſos incurſionem faceret, cui ſuſtinendæ pares non eſſent, ilico ad extructam à Solomone domum Domini deproperarent: qui illic fixam atq; adeo perpetuam manſionem ſibi habens, arrectis ſemper auribus eos eſſet auditurus, & de templo ſuo ſancto Iudaicas ſemperres, conuibrato in hoſtes ſuæ indignationis brachio, propugnaturus. Præterea nouitiū adhuc erat, & recens Hieremix ſeculo, quibus modis Hieroſolymitanum ſuum populū tutatus fuerat Dominus à grauiffima obſidione Sennacherib, qui (de nocte ab angelo interfectis de ſuo exercitu centum octoginta quinque hominum millibus) turpi fuga ſaluti ſuæ conſulere coactus fuit, &c. Sed & Ezechias unde obſecro quæſiuit auxiliū: non ne à Domino: quem ſacroſanctum templum ſuum inhabitantem, ſupplicibus uotis ſollicitari demandans: Tradite, inquit, manus Domino, & uenite ad ſanctuarium eius, quod ſanctificauit ſibi. Quin & auditas impij Raſfacis impiſſimas blaſphemias, pierriffimus rex ſacco indutus in domum Domini refert, atque illic audienti Domino exponit, opemq; eius eſſagitat. Et ruruſus, acceptas blaſphemiarū plenas literas, non niſi in ipſo templo coram Domino expandit, illic eum orans ac de-

precans, adeo ut templum hoc non plebeijs tantum, sed & regibus ac principibus sacrosanctum, domus precum, atq; orationis locus uocaretur: idq; non alia de causa, nisi quod Dominus ex promisso debebat sic rogantium uotis suas præbere aures pias ac bonas. Et hinc est illud quod pseudopropheta, cum uniuersa ferè multitudine, in manus Babyloniorum deditiorem detreçtates, Hieremias reboabant, Templum Domini, templum Domini, templum Domini. Q. d. fidamus modo promittenti Deo, & ille de se pendentes non destituet, &c. Atqui hic contra Scripturam atq; promissionis exteram formam promiscue omnibus resistit propheta Hieremias: Templum Domini per ipsorum iniquitates speluncam latronum iam factam esse asserens, unde Dominus eos non sit exauditurus. itaq; in carceres rapitur, & ueluti hæreticus atq; seditiosus populi concitator mortis in se sententiam recipit, &c. Quid multis? Qui scripturis Dei sanctis in speciem addictissimi fuerunt, per hos interempti sunt ueri propheta, atq; adeo CHRISTVS IESVS, omnium prophetarum colophon atq; coryphæus. Vnde & Matth. 23. audiunt: Væ uobis Scribæ & Pharisei, hypocritæ, qui edificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis: Si fuissetis in diebus patrum nostrorum, non fuissetis socij eorum in eade prophetarum. Itaq; &c. Et rursus: Væ uobis duces cæci, qui excolantes culicem, camelum deglutitis: Serpentes, progenies uiperarum, quomodo effugietis supplicium gehennæ? Quid uerò ad hæc dicemus? aut hinc quid quaeso colligemus? Si scriptura Dei sancta, iusta amussis non est, ad quam expendi uatum oporteat oracula, quis poterit inter prophetam Dei uerum, & impostorem hypocritam, distinguere? Arrigite quaeso aures. Christus Dominus non ex cognita Scriptura, aut inspecta Lege, cognoscendos dixit pseudoprophetas, sed ex ipsis eorum fructibus. Cæterum & sic, mihi inquires, difficile est, ut se quispiam in his præbeat iudicem: quoniam, ut in Prouerbijs legimus, est uia, atq; non una præscripta uitæ regula, quæ uidetur homini iusta, recta & bona, quæ tamen nouissima eius ducant ad interitum. contra uerò est uia, quæ uidetur homini iniusta, obliqua & mala, cuius extrema interim ducunt in uitam æternam. Et iterum dicit Scriptura: Non sicut uidet homo, uidet & Deus, &c. Rectè sanè hæc omnia: quoniam humani ingenij cæca ratio, non ea suapte uirtute est acie, ut penetrata ouilla ueste, intus lupum uideat atq; cognoscat. Quid igitur? Certè pseudoprophetas docet Dominus non inter peccatores aut aperte improbos inueniri, cæterum inter eos qui ouilla uestiti ueste lupum tegunt: hoc est, qui prætextu quodam sanctimoniam, à uera pietate quam longissimè absunt, siue cucullati illi sint, siue alia quacunque ueste induti: quoniam utraq; in ueste possum sanctimoniam simulare. Non igitur solum cuculla (ut per inuidiam dicere assolent inuidi) cæterum multo magis simulata quædam religio, etiam sine cuculla, ouillum indumentum est: sed & animus philautus, & quæ sua sunt tantum quærens, lupum prodit. quæ dum humana ratio haud facile agnoscit, neq; ea est sapientia ut possit de eiuismo di lupis aut falsis eorum fratribus rotundo sermone infallibiliter pronunciare, postulet mentem ab eo qui dat: nempe à Deo, qui dat simpliciter, & cum uera energia, nec exprobrat: postulet inquam spiritum iudicij ac diuinæ sapientia, per quem de prophetarum doctrina & fructibus iudicare ualeat. extra hunc enim, uel Scriptura ipsa tibi ueluti gladius est in manu stulti aut suribundi hominis: atq; omne iudicium tuum instabile, uagum atq; incertum est, imò pseudopropheticum, & ut ita mihi liceat loqui, interdum etiam Sathanicum. Iac. 3. Rom. 8. Matth. 16. Animalis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, atque adeo ne potest quidem cognoscere, eo quod diuina non humano, sed Dei spiritu expendenda ueniunt: carni enim & sanguini stultitia sunt. 1. Corin. 2. Poterit si lumen quod in homine est, tenebræ sunt: ipsæ tenebræ eheu quantæ sunt, & quam horrendæ? Tolerabilius certè agitur cum his, quibus solummodo lumen rationis

P R A E F A T I O.

rationis inest, quod ipsos cum humilitate & cādere, aliquo tamē modo illustrat, non quidē ut sol diem, sed ut stellae noctē: quā cum ijs qui prāter omnem intelligentiam naturalem, & omni diuino lumine destituti, nihil aliud in negotio religionis crepant, quā Patres patres, Consuetudo consuetudo: quibus sine mente uocibus dum p̄s Dei uiris reclamant, quid aliud quā suam produnt stultitiam, & animum pseudopropheticum? &c. Agite igitur, hoc uobis discrimen sumite inter pseudopropheta & prophetam uerum. Hic de ore Dei loquitur, Ezech. 3. auscultans quid in ipso loquatur Dominus, Psal. 80. Non auditor tantum, sed & effector operis aut sermonis, Iac. 1. Hic praesentiscit uerbum de uiuo ore Dei intra se profectum, cum Scripturae medulla pulchrē conuenire, Ioan. 5. quum alio qui ab eius cortice siue carne, quam pseudoprophetae uigent, frequētiusculē discrepet, Esa. 1. 58. Non loquitur nisi iussu: ut in Esaia, Hieremia, sed & in omnibus alijs ueris Prophetis etiam uidere est. Habet subinde ingestas animi sui uisiones, à Deo quidem profectas, Ioelis 2. attamen de his nisi speciatim iussus sit dicere, tacet: Hier. 1. Amos 7. 8. 9. Nihil se gloriosus extollit, aut temerē iactitat exera sanctimoniae specie, solam pietatē in Deum & charitatem in proximum curat: caeterorum omnium, quae speciem tantum pietatis habent, negligētior est & securus, neminis sanguinem litit, neq; quemquam persequitur: sed omnibus fit omnia, ut aliquos saltem Christo lucrifaciat. Ex diametro autem pseudopropheta, non ex Deo, sed de sua loquitur sapientia, & humanitūs irradiante doctoratu. hic non diuini spiritus, caeterum exterarationis, atq; etiam Mosaicae legis, in chartaceis tabulis scriptae, auditor, aut turgidiusculus etiam doctor, ne minimum eorum quae docet, opere adimplet. uidetq; uerbū eius qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mūdum, cum tota uita sua pugnare: & cum uulgi erroribus ac mundi ingenio, quae ueriprophetae horrent atq; detestantur, pulchrē conuenire. Hic perpetuō ratiocinari, docere, concionari, atq; cum subditis suis per demegorias agere, paratum se praestat & alacrem, maximē ubi spes quaestus uberioris affulserit atq; resplenderit. Habet quoq; nonnunquam mentis atque animi sui uisiones; caeterum non à Deo, sed à carnis suae affectibus, aut imaginationibus uerisimilibus profectas, quemadmodum scriptum est: Visionem cordis sui loquuntur, sed nō de ore Domini. attamen ex his quidem ille ultroneus subinde uaticinatur, & uelutioracula loquitur: qui sicuti iniussus omnia facit, ita nec sibi ipsi, nec circumstantibus unquam ad cor loquitur, & nemo discedit emendatior: interim tamen totus sibi placet, ac uenditat se exera quadam pietatis specie, quae pellis ouilla illi est: solā enim uerae religionis laruā & hypocriticas quasdā uanitates hominum oculis ingerere studet, quum alio qui nec Deum nec proximum ex animo diligere satagat, quin factis utrunq; se odisse contestatur, &c. Sanguinem se reprehendit, aut alia quā ipse uia incedentis, auidē frequenter litit: Christum Iesum in suis membris, ita ut Scribarum & Pharisaeorum ingenium est, persequens, atque interimendum tradens. Et ut semel finiam: quemadmodum electus ille ad conuertendas gentes Christi Apostolus, omnibus fiebat omnia, ut uel aliquos tandem Christo lucrifaceret: ita pseudopropheta uix ulli quicquam fit, nisi dum sibi uel pecuniae, uel mundani honoris aliquid accessurum confidit ac sperat. adeo enim haec scelerata auri fames & abominabilis auaritia pestilēs est & uitiosa, ut etiam ex propheta alio qui iusto ac uero, non rarō iniustum faciat ac falsum. Nam ut maximē uera doceas, atq; ad populū, inferas penitioribus scripturis condormia, si in legatione tua (uti fecit Balaam) munera spectes, aut ullos qui ex mūdo tibi obuenire possunt honores, pseudopropheta es, & legatus Dei falsus. Si Scripturā uniuersam ad unguem memoria teneas, neq; ē suggestu aliud quā scripta sacra in concionibus crepes ac doceas: nisi Dominus te miserit, & tu in eius nomine & lubēs ac uolēs loquaris, praedicare Christū non potes; quinimo

8
 omnis illa tua de rebus cœlestibus, ex arcanis magni Dei mysterijs tanquam ex ore eius desumpta concio, nescio si multo amplius ualitura sit, quàm si *Liuianâ* adducas de Romanorum religione & cœremonijs historiam. Nemo itaq; cœmerè sibi sumat docendî prouinciâ. Quem Deus misit, hic non quæ placita sunt in oculis suis, sed uerba Dei loquitur, intrepidè & constanter: nihil quicquam curans, quomodo placiturum sit hominibus. Nam quem Imperator, aut Romanus Pontifex mittit, hic prolatis suarum legationum bullis ac diplomatib; uerba loquitur Imperatoris ac Pontificis, nihil quicquam de suo addens aut inueniens, quod mandatis Domini sui repugnet. Et ut ad inferiora descendam, qui ab Antistite, aut collegij Decano, aut Abbate, immò à Guardiano, aut Priore aliquo monastico ad publicum munus obeundum ablegatur, hic non quod sibi bonum uidetur & laudabile: quin potius uerba loquitur sui Abbatis, Guardiani, atq; Prioris: adeoq; & suam legationem, ita ut in mādatis habet, decretis quibusdam & ligatis sermonibus tractat, nihil quicquā nec addens nec imminuens: atque adeò intra præscriptos cancellos fideliter se continens, modis omnibus satagit, ut ne staterem transfiliat, ne latum quidē unguem per incogitantiam declinans neque ad dextram neque ad sinistram. Quod si hæc uera sunt, uti sunt citra ullam omnino contradiccionem, atque etiamnum hodie singulis ferè momentis euenire uidemus: cūr nos miselli homunciones, non eandem fidem præstamus Christo nostro? Frustra excusamus itineris molestiam aut periculum, satis præmoniti nos ipsos offerimus. Quid enim? an non ipse ille prædixit: Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum: estote igitur prudentes ueluti serpentes, & simplices sicut columbæ. Attendite, quia prudētia serpentina admittitur, modò non desit & columbina simplicitas. Satagendum ne excidat memoria, quia requiritur in legato, ut domino suo fidelis inueniatur, nec de suo quicquam addat, aut etiam subtrahat quod mittentis propositum infringere uideatur, aut debilitare: quæadmodum ipse ille omnium legatorū legatus maximus Patri suo per omnia fidelis fuit, nihil quicquam timēs nec Scribas nec Phariseorum principes, quibuscum illi quotidianum negociū fuit (ad Iudæos enim præcipuè destinata erat eius legatio) quos quum iam cōtinuum ferè triennium modestissimè tractasset, cupiens eos colligere, & sub umbra alarū suarum congregare, quemadmodum gallina congregat pullos suos, &c. tādē uerò cum hisce omnibus parum profecisset, coepit eos duriusculè tractare, ut legere est Matth. 23. & factum est tantundem. Nūquam enim fuit seculum usque adeò scelix, quin ueritas semper quàm paucissimis tātum placuerit. amara enim est ueritas, ut inquit ille: & quicumque eam profitentur, amaritudinibus replebuntur, id quod tandem & in CHRISTO IESU Domino nostro, excellentissimo inquam magni Dei legato, uel luce etiam clarius patuit, Matth. 26. 27. Marc. 14. 15. Lucæ 22. 23. Ioan. 18. 19. quin etiā in omnib; ferè, qui in eo, aut cum eo, piè uolūt uiuere, atq; adeò legitimè sua fungi legatione, quotidie patet. Quare nō incōsultè præmonuit emittendos in patris sui negocia legatos, dicens: Si sermonem meum seruauerunt, & uestrum seruabunt: si me persequuti sunt, & uos persequentur. non est seruus maior domino, neque legatus eo qui misit illum. Atqui horum omnium non tam obliti, quàm pertæsi in præsentiarum, nullum omnino onus aut periculum, quin solum honorem potius & gloriā in legatione agnoscimus, uenamus, & possidemus. O cæcas hominum mentes, ô pectora cæca: Quali in delirio uita, quantisq; tenebris Voluitur hoc aui, &c. Sed trutinemus quæso iam nunc æqual lance, mi Domini, quanta sit uerorum prophetarum ritas, qui ad omnē cruciatum & contumeliam parati, diuinitus se missos astruere possint. Nemo sibi assumat honorem, ait Apostolus, nisi qui uocatur ut Aaron. hunc enim Dominus uocauit, Exod. 4. Nunc uerò, si quo mortuo Episcopo, Abbate, Priore, aut Pastore, nos uocet Ecclesia (aut fortassis Ecclesiæ uitiosiora

P R A E F A T I O.

flora, aut coram Domino detruncanda membra) continuo uocationem iactamus: praesertim si amplius sit Episcopatus, aut delicatior Abbatia, aut pinguis Pastoratus, &c. Sed dicite mihi bona fide, ecquid in uniuerso docentium grege complusciculos inuenire est, qui uocati à parua, sed pinguiore tamen Ecclesia, ad maiorem se lubenter sint recepturi, in qua sibi lucrum tenuius, Christo tamen maius multo, facere possent? Ego certè pro mea cæcutientia non uideo, ubi terrarum eiusmodi aliquot inuenerimus. Sed quid, inquiet uulgus concionatorum? Itane hinc colligis, nos neque uocatos esse, neque missos? Ego certè cum Apostolo subinde dicere consueui, & etiamnum dico: Probet seipsum homo, & sic de pane diuini uerbi primitiùs ipsemet edat, deinde & populo fideliter distribuatur. & de fonte aquarum uiuentium bibens, porrò alijs quoque propinet, ut saturentur. Qui loquitur, loquatur ut eloquia Dei: qui ministrat, ministret tanquam ex uirtute, quam nobis suppeditaturus est Dominus Deus noster, si legitime requiramus per IESVM CHRISTVM Dominum: cui gloria & imperium in omne æuum, Amen. Placuit autem, mi Domini, & præclarissimi ex Euangelio renati fratres, has nostras in præstantiores quatuor prophetas, nempe Esaiam, Hieremiam, Ezechielem, unà cum Daniele, Paraphrases, lubenti animo & ex candido affectu uobis dedicare, ut qui omnes omnium uiriligatorum atque inuidiosè oblatrantium sceleratos conatus uel sola autoritate, quam grauissimam habetis, possitis confringere, & à malè feriatorum hominum moribus (si quidè digni uobis uideamur) facile nos tueri atque defendere: ita ut nemo post hac uel leuiter impetiturus sit hoc, quale quale est, opus nostrum, quod uestrum tulerit punctum, atque uelut albo calculo fuerit comprobatum. Dominus Deus uos uniuerso orbi Christiano in multa secula seruet incolumes. Ex Musæo nostro Aquilouicano, Anno post natum Christum sesquimillesimo quinquagesimotertio, decimo sexto Calend.

Septembres.

*Sano palato omnia mihi probabitur:
Sed sola qua bona insunt, uos tenebitis.
Prophetias Scriptura non sinit sacra
Contemner, nec Spiritus extinguier.*

10
ISAGOGE IOANNIS TOSARII
*Aquiloniani, ad magni Dei Oracula commodiuscule intelligenda,
 & præcipue de genuino Prophetarum scriptu-
 rarum sensu.*



I QUIDEM nulla penitus humana industria nobis allata sunt Pro-
 phetarum uaticinia, rectè D. Petrus ea scribit haudquaquã esse pri-
 uatã interpretationis, ita ut uel huius aut illius expositioni alligata
 maneant, atque astricta: sed Spiritus sanctus, ipse inquam ille Spiri-
 tus Domini magnus, & sensuum diues, quem ex uiris Apostolis sta-
 tim post Christi ascensionem populus Hierosolymitanus mirificè
 loquentè audierat, unicus diuinæ Scripturæ author est: hic loquitur
 unicuiq; prout ab eo intelligi uult, aut (ut cõmodius dicam) pro modulo suæ cuiusq;
 fidei. Quare Iudæi dum in Lege siue Prophetarum lectione hætenus nudam rerum spe-
 ctant historiam, atque id tantum inuestigat, quod primaria aut Legis aut Prophetarum
 sonat litera, tam nihil Christum ex Scripturis intelligunt, ut eum pro literario intelle-
 ctu potius interfecerint, quàm sint amplexati: id quod maximè patuit uel ex Caiaphæ
 uaticinio, quo expedire dicebat, ut unus moreretur homo pro populo, &c. hoc nimirũ
 sentiens, ut Iesus crucifigeretur potius, quàm ut eo in regnum euecto, Iudaica natio, Ro-
 mano imperio rebellis, bellum aduersus Romanos sustinere cogeretur: quib. longè im-
 par, funditus deperdi posset. quæ quidem eius persuasio ualuit, sed & comprobata fuit,
 utpote literario dicentis sono ab assidentibus tantum intellecta. Euangelista uerò no-
 ster, cui dictum hoc ut uerissimum uaticinium exceptum est, longè aliud ex eo intel-
 ligit, quàm aut intellexerint Scribæ illi & Sacerdotum principes, aut ipse etiam putarit
 Caiaphas: nempe Christum moriturum pro gẽte Iudaica, immò non pro illa solum, sed
 ut ubilibet terrarum dispersos Dei filios congregaret, atque in unum ouile adduceret.
 Et eo quidem sensu intellecta res, ita demum uerum uaticinium est. Vnde sanè constat,
 in magnis maximi Dei oraculis aliud interdum uelle Dei spiritum, & aliud ipsam sona-
 re literæ carnem: quod ut dilucidius etiam pateat, alijs aliquot Scripturæ testimonijs
 copiosiuscule probandum uidetur. Sed antequam exordiamur, fingamus Scripturam
 preciosissimi fili telam esse, cuius literaria narratio staminale filum sit: cæterum quod à
 Spiritu Dei intertextitur, subtegmen. Proinde si iudicio carnis cum humana tantum sa-
 pientia in solo stamine hæreas, hoc est, in literali siue historiali & primario tantum sen-
 su, certè aut nihil penitus, aut omnino parum Christi illic inueneris. Cæterum si aspira-
 te Domini spiritu, ipsum etiam subtegmen Scripturarum intuearis, uerissimum esse
 comperies, quod de ipsis testatur Christus Dominus, quum ait, Illæ testimonium esse
 perhibent de me: quas etiam hoc nomine ac titulo tantum perscrutari iussit. Sed adeste æ-
 quis animis, & arrigite mihi aures, ut quod hic paucis aperuimus, Apostolicis citatio-
 nibus clarum faciamus. Occurrit autem quum primis, quod de Rachele suos filios plo-
 rante D. Matthæus euangelista adducit: quem quidem locum ex Hieremiæ cap. 31. mu-
 tuatus est, adeoque sensu suo literali ad matronas spectat Iudaicas, quæ super abductis
 in Babyloniam liberis suis acerbissimum fecerunt luctum. Consolationem igitur per
 Prophetam ad matronas, siue ad Rachelem omnium nomine subdens Dominus Deus
 Israelis: Quiescat, inquit, uox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia est merces ope-
 ri tuo (nimirum liberis tuis) & reuertentur de terra hostili: & est spes nouissimis tuis,
 reuertentur enim filij tui ad terminos suos, &c. Manifestè hic audis, audis inquam hic
 in primario sensu, nihil omnino aliud quàm captiuitatis Babylonicæ miseriam, unde
 Domini consolatio eos aliquando ad relictam patriam dicit redituros. Atqui Euange-
 lista noster ad infanticidium Herodianum hoc refert, ex quo, cum Iudaicis proinde &
 Bethlehemiticis etiam matribus non minor esset luctus aut eiulatus, quàm ijs quarum
 liberi in captiuitatem illam abducti erant, perfectum in infanticidio hoc dicit, quod di-
 ctum fuerat ab Hieremia propheta, cum ait: Vox in Rama audita est, ploratus & ulula-
 tus multus, Rachel noluit consolari, &c. Et hæc quidè subtegmis Euangelici immis-
 sio, pendet ex similitudine quam habet cum filo staminale: id est, Babylonica illa abdu-
 ctorum liberorum uerè lamentabili miseria, matrum quæ singultienti eiulatu, &c.

Quod

Quod autem paulo antè ab eodem Euāgelista ex Osea adducitur, Ex Ægypto uocauit filium meum: nōne & istud aliud quiddam in stamine suo ac primario literæ sensu est, quàm in subtegmine ac ueritate Spiritus? Certè D. Matthæus Christo Domino nostro hoc applicans, omisso uaticinij stamine, subtegmis ueritatem intertexit: significans, Christum secundum Scripturas ex Ægypto uocatum, quemadmodum olim totus Israeliticus populus illinc eductus legitur. Enimuerò si stamen uaticinij spectes, de toto populo, quem per Mosē Dominus ex Ægypto eduxit, loquutus Propheta est, inquit: Quum puer adhuc, siue paruus esset populus Israeliticus, dilexi eum, dicit Dñs: atque ex Ægypto eum, ueluti charum mihi filium, euocauit, atque etiam eduxi. Vocauerunt autem eos à sua iniquitate Mosēs & Aaron, sed illi abierunt ab horum facie immolantes Baalim, dijsque alienis, &c. Hic geminus Prophetæ sensus est. primitus enim, in ipsa uaticinij carne ac stamine, de toto Israele intelligi debet: unde & Septuaginta uerterunt, *ἐξ αἰγύπτου μετενάληθα τὰ τέκνα αὐτοῦ*, Ex Ægypto uocauit filios eius: posteros nimirū Israelis, aut nepotes patriarchæ Jacob. Ceterum Euāgelista noster, id quod olim in toto populo Dei acciderat, iam totius populi accommodat capiti, in Christo Dño cōpletum tradēs. nam in ipso contigit, quod multis retrò seculis promiscuè contigit omnibus. Quod si iam denuò penitus interlapsa Christi Ecclesia inter Iudæos, restituitur nobis iuxta promissum Spiritus in pristinum, hoc est uerè Apostolicum nitorem, quemadmodum & Paulus etiam fore non dubio sermone uaticinatus est, inquit: Vbi plenitudo Gentium aduenerit, tunc (tunc inquam, hæcenus excæcatus) Israel saluus erit, &c. nūquid non Propheta quispiam commodè etiam dicere posset, Ex Ægypto uocauit Dominus filiam suam? &c. Sed eamus porrò, ut rem omnem penitus introspeciamus. Occurrit igitur apud eundem hunc nostrum Euangeliographum Esaiæ locus, de Christo Domino ex matre uirgine nato, qui sic habet: Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, &c. locus sanè inter Iudæos & Christianos multa contentione aliquando tractatus, de quo & nunc quidem huius seculi Iudæo nobiscum satis conuenit. Nos enim illis pro ueritate staminis certantibus, nullam permittimus huius uaticinij ante natum Christum completionem: at illi uicissim, nec omnino sine ratione, quando in solo stamine hærent, penitus rident, atque aded explodunt nostram, hoc est Christianorum Scribarū interpretationem, qua spem liberationis à duabus illis caudis titionum fumigantium, regum nimirum debellantium Iudæos ipsissimis Prophetæ temporibus, deducimus ad liberatorem nostrum Christum Dominum, multis seculis post natum. Certè literalis historię ueritas pro Iudæis stat. Ahas enim Iudaici populi rex, duobus cum ualidissimis regibus bellum gerens, ab altero eorum centum & uiginti millibus bellicosorum hominum interfectis, seridò quidem contremuit: uerum enim uero postquam iam tandem utrinque impeteretur, in magna rerum omnium desperatione, consilijsque uersabatur inopia: sicque urgebat imminens calamitatum necessitas, ut subitanea, atque aded præsentini indiguerit consolatione, quæ ipsius animum tantum non desperandum extemplò erigeret. Mittitur itaque à Domino Esaias, qui regum horum conatus, atque omnino studia etiam omnia irrita fore promittit: quod quidem promissum signo multis seculis post exhibendo, confirmare uelle, quid obsecro fuerit absurdus? & à consolatione, quæ presentem aut subitanam confirmationem summopere requirebat, alienius? Quid igitur? certè consolatio erga regem Ahasum, eiusque ætatis Hierosolymitanos, iuxta historię contextum sic habet: Non est, o rex (inquit Esaias, regia stirpe oriundus Propheeta) nihil quicquam est, quod usque aded formides à duobus regibus istis, qui regnum tuum tam sanguinaria deuastatione se penitus annihilaturos minitantur: titionum enim fumigantium minutulæ tantum caudæ sunt, ut qui ferè periisti, belli fumos potius tibi facturi sint, quàm funditùs annihilantia incendia. Dabitur autem, & breui quidem uidere dabitur, regnū Iudaicum ab horum tam indignis & (ut in præsentiarum uidetur) horridissimis furoribus, & ab inæstimabili hac calamitate fore liberum, ipsis etiam regibus deperditis, & in nihilum omnino redactis, &c. Atqui hoc tam stupèdum & admirabile miraculum confirmaturus Propheta: Ecce, inquit, uirgo quæ iam nubilus, & paulo mox conceptura est, atque aded paritura filium, hic quidem puer priusquam grādescere, atque eò ætatis uenire poterit, ut inter suaue & amarum dignoscat, aut electo bono reijciat malum, uidebitis terram, quam ut hostilem detestamini, à suis regibus derelictam, &c. sic enim legimus Esaiæ 7: Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabi-

tur nomen eius Emmanuel: Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum. derelinquetur terra quam tu detestaris, à facie duorū regum suorum, &c. Porro quomodo traditus sit Achafus in manus regis Syriæ, qui & magnā prædam cepit de eius imperio, quam abduxit in Damascum, &c. sed & quomodo Phace filius Romeliæ occiderit de Iuda centā uiginti milia in die uno, omnes uiros bellatores, eo quòd reliquissent Deum patrum suorum, &c. & quomodo Zechri uir potens ex Ephraim, Maasiam filium regis occiderit, & Ezricam ducem domus eius: sed & Helchanam quoque, secundum à rege, &c. diffuse satis tractatur 2. Paralip. 28. Hic audire est regni Iudaici multò miserimum statum, infandamq; cladem, quam ex his duobus singulatim perpessi sunt regibus, qui iam tunc in maximam desperationem adactum regnum Iudaicum, simul iunctisque phalangibus inuadere conabantur: aduersus quos à Domino, ut dixi, consolator mittitur Esaias, ad regem Achas, bono eum esse animo iubens, pollicensque horum regum conatus fore irritos, atque ad eò breui eos morituros: nimirum antequam puer nasciturus posset inter amarum & dulce dignoscere, aut patrem siue matrem tatàdo inuocare, &c. quod quidem uaticinium, quum iuxta spiritum Prophetiæ ad Christum Dominū, unicum nostræ salutis authorem, uelut certum & indubitatum signum pertineat: secundum carnem tamen & staminale filium, quæ externa historia est, non temerè neque ineptè de puero hoc intelligendum Iudæi contèdunt, qui illis Esaiæ atque regis Achasi temporibus natus est. Nam Rasin rex Syriæ, per Assyriorū regem, quem Achas auxilio uocarat, eodem hoc bello pulsus, atque Damascum in suiregni metropolim retrocedere coactus, paulo mox occisus est. 4. Reg. 16. Quin & ipse rex Irahel periit, ut ex quarto Regum 16. & 17. capitibus dilucidè satis cognouimus, &c. Verumenimuerò, quemadmodum illis tunc contigit liberari ab hostibus hisce externis & carnalibus: ita & nostræ redemptionis erectum ex uirgine matre habemus signum, CHRISTVM IESVM Dominum nostrum, qui saluum facit populum suum à peccatis ipsorum. & hoc quidem, dum carnali historiæ huius filo uelut stamini suum subtegmen intromittitur, iuxta Scripturæ tela quàm commodissimè completur, atque etiam absoluitur: quod ut maximum est, ita & potissimum per uaticinia hæc uidit, atq; in Historiæ stamine adumbravit Dei Spiritus, sensuum & ueritatum locuples. Sedenim ueluti apud textorem pannarium inanis planè res stamen est, quæ uix ulli usui est, dum illud solum suo licio alligatum atque circumuolutum manet: ita & sacræ ferè Historiæ ac uaticinia pleraq; secundū literæ suæ carnem nihilo potiores sunt profanis historiari scriptis, nisi ipse Dei Spiritus suum ipsis subtegmen immittat: quo fit, ut res nobis summe utilis Scriptura sit, ualens ad consolationem, ac fidei nostræ in Christum confirmationem: ut non superioribus tantum seculis omnia hæc gesta aut scripta intelligamus, sed potissimum etiam nobis. Nam sicuti Euangelistæ Scripturam suis applicant temporibus, umbras scilicet corpori, aut typos ueritati: ita & præsentī hoc seculo scriptura nobis non dormitat. Habemus enim & hodie nostros Pharaones, Nabuchodonosores, Edomitas, Ismaelitas, Palæstinos, & quicquid ueterum hostium fuit: sed nec desunt etiam nunc Christo scelerata Pharisæorum ac Scribarum turma, fremente gentium furore, ac populis inania meditantibus, dum conuenitur aduersus Dominum & aduersus Christum eius: qui adhuc hodie in membris suis agit, uiuit, & regnat. Sed redeamus unde digressi sumus. Et quod ad Esaiæ locum atinet, permiserint fortasse nobis Iudæi, Christum Dñm sine uiri opera de uirgine matre inoperante Spiritu natum, æternæq; redemptionis ab hostibus spiritualibus nobis esse signum plenum consolationis & gaudij: si modò nos illis donemus ueritatem historiæ ac staminale Scripturæ, nempe quòd achas Achasi, duos ipsos illos reges, hostes nimirum suos, ut titionū fumigantium caudas extinctos uiderit, atque mortuos; antequam paulo mox nascendus puer potuit inter amarum & dulce dignoscere, &c. & quod Esaias ad regem Achasum loquutus fuerit, de puero nobis ignoto: nihilominus tamen Spiritu Dei, quo impellente propheta loquutus est, ex eo puero ueluti typo quodam spectasse ad Christum Dominū, non quidē sic ut figura per omnia correfpondeat ueritati: sed quòd ueritas ipsa, quæ in Christi Domini nostri natiuitate est, multis modis typum superet. illic enim urgebat hostis carnalis, hic uerò ab hoste liberamur spirituali: illic tēporaria pax atque quies promittitur, hic de pace agitur æterna, nunquamque interruptenda: illis de regno aut possessione terrena certamen fuit, nobis uerò paratum est in Christo Domino regnum cœlestē: & il

lic quidem puer nascebatur ex uirili semine, hic uerò ex uerbo & semine Dei. ille homo fuit, natus ex hominibus; hic uerò ut homo matrem habuit hominè, ita ut Deus patrè habuit uerū Deum. Et quid multis? non alia est collatio typi huius ad ueritatē, quàm umbra ad corpus, aut solaris luminis ad accensum cereolum. Quid igitur? Certè non est in scriptis Prophetiis reijcienda temporū historia, aut quod in sua carne, hoc est in stamine literali Prophetę promittunt: tamen id quò Domini Spiritus spectauit (cui nouissima secula uti præsentia semper existunt) maximè ueniat obseruandum. Nam si cum Iudæis secundum carnis iudicium in solo hæreamus stamine, aut nihil, aut certè parum Christi in ueteris Testamenti scriptis inueniemus. Cæterum si in operante Spiritu, aut Christo Domino, ad intelligendum Scripturas mentem nostram aperiente, subtegmen literarij staminis intueamur, citra omnem hallucinationem, sole clarius uidebimus & cognoscemus, quòd Moses multa de Christo scripserit, quę caro citra reclamationem de Christo intelligere haudquaquā potest. quale est, de non contractis in cruce **CHRISTI** **I E S V** Domini nostri cruribus: Os non cominuetis ex eo. An non hic occlamare Euangelistę nostro putas huius etiam nostrę tempestatis Iudæos, hoc nihil ad Iesum, aut alioqui scelerati hominis crura pertinere: sed de ouillis siue agninis dictum esse ofsibus, quę lex in esu agni Paschalis infringi uetuit? Admittamus igitur Iudæis carnalib. legis suę carnem: uerumenim uero ubi Spiritus Dei sanctus aperire dignabitur illis mentem, ut Scripturas pro ratione Spiritus, qui sensum diues est, spiritualius intelligant, agnoscent illam suę legis carnē ueluti figurā quandam esse, quę prę ueritate corporis Christi nihil sit: non amplius quàm corpori composita umbra, aut uti iam paulo antè diximus, meridiano soli splendor candelarius. Porro si quis hodie uelut excellentiore sensu aut perspicacia Spiritus contendat, uerbum Domini in Scripturis sanctis non esse adulterandum, aut ulla sua uirtute eneruandum, iuxta illud Mosaicę legis, Os non cominuetis ex eo: hunc certè non ausim damnare, quasi in Scriptura sic citata quicquam peccet: quin potius amplectar eum, atque comprobabo. Et iterum: Siquis iustam diuinę ueritatis doctrinam ex sincero & incorrupto pectore procedentē audiens, dicat iuxta prophetiam Esaię, Virginem parere Christum Dominum, nihil certè is falsi dixerit, aut indecens: non quòd negemus in D. uirgine Maria id olim historiali ueritate luculenter completum, sed quòd uaticiniorum genius sic est, ut plus semel uarijs quę modis adimpleri cognoscantur. Quòd quidem quantumuis caro rideat, atque aded cum scōmate explodat, non aliunde sanè sit, nisi quę sensum atq; diuitias mysteriorum Dei non intelligat, aut diuersimodas Spiritus sancti opes nōdum persentiscat, qui donis suis posterioribus ferè semper locupletior existit, &c. Multum certè fuit, quòd ad uaticinium Esaię post natum illo quidem seculo puerum, interierunt Rasin rex Syrię, & rex Ephraitarū filius Romelię, Iudaici regni hostes multo formidabilissimi: quòd uerò pro eiusdem uaticinij ueritate ex diuini Spiritus obumbratione, uirgo mater Dñm **I E S V M** in carne pepererit, qui Sathanę tyrannidem nobis confregit, id sanè multo maius est. Sed quòd hodie multorum pectora illabitur semen illud uerbi Dei, per quos idem illud locupletatum toto orbe disseminatur, multorum pectora (qui illud audientes seruant & custodiunt) affatim fœcundans, & uerbum illud Patris parere, atque etiam lingua totaque uita proloqui inducens: id sanè longè maximum est, iuxta illud Christi Domini responsum, quò mulierculę D. uirginis matris beatitudinem exclamanti, quòd beata essent ipsius uenter & ubera, &c. hūc in modum respōdit: Quinimò beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud. Et alibi, ubi Dominus à matre & fratribus foras uocatus, protensa in auditores manu sua: Ecce, inquit, mater mea & fratres mei. Qui enim fecerit uoluntatem Dei, hic frater meus, & soror mea, & mater est. Marci 3. Lege etiam quę præcedunt in eodem capite, de ijs qui ad illum attinebant: sed hinc quidem in præsentiarij fatis. Redeo ad id, quòd aliud stamen Scripturę diximus esse, & aliud subtegmen: atque tum demum iustam nos absoluerē Scripturę relam, quum utriusque ueritatem pro sua dignitate ueneramus: quòd plus mille locis crediderim Origenē Adamantium non infirmi subfellij theologum commonuisse, Scribas eos & indiscretos Phariseos nominantē, qui amplius nihil in diuinis magni Dei oraculis positum autumant, quàm superficialis Scripturę sermo demonstrasse uideatur. Quin & huc etiam spectasse autumarim ipsū Christum Dominum, quum ait: Omnis scriba doctus ad regnum cœlorum, profert de thesauro suo noua & uetera. Sed utres ueteres uinum nouum non ferunt, aded ut inno

uari ac renasci oporteat hominē, si uitalis aquæ aut uini musti capax futurus sit. D. Paulus, docens eum qui Euangeliū annunciat, de Euāgelio posse uiuere: Quis, inquit, militat suis stipendijs unquam? Quis plantat uineam, & de fructu eius non edit? aut quis pascit gregem, & de gregis lacte non edit? 1. Corint. 9. Quæ omnia quum parum firma atq; humanitūs prolata censerī possent: Num secundum hominem hæc dico? inquit. Comprobaturus itaque, operarium suo cibo dignum esse, argumento solidiore atque irrefragabili adducit, in lege præceptum esse, ut ne obligemus os boui trituranti: contendens boues non esse curæ Deo, sed propter nos omnino hoc ipsum dici, ac scriptū esse. Nōne hic audire tibi uideris, propter ita allegatam Scripturam, ueteres illos Phariseos ac Scribarum utres, carnaliter tantum doctos, Paulo reclamatuos: cum ipsa lex Decalogi non tantum de seruorum atque ancillarum quiete cauerit, sed & de afinorum quoq; & aliorum iumentorum, quando illa per Sabbathum in laborem uetat produci, atq; illud de triturante boue ad uerè bouem spectare, non ad hominem? Atqui Spiritus in Paulo ducit argumētum à maiore. Q. d. Nulla ratione hominem operarium suo cibo indignum censendum, quando uel bos triturans os habet liberum. Eiusdem commatis est, quod Christus Dominus, sanationem hydropici in Sabbatho præstitam calumniantibus respondet: Cuius uestrum, inquit, bos aut afinus in puteum cadit, & non continuo extrahit illum die Sabbathi? Paulus itaque, dum hic in lege ex boue triturante laborantem intelligit hominem, subtegmen certè legis rectè attexit: non tamen ipsum disrupit stamen, ita ut licitum ac decorum putet agricolæ, si pecus suam operarium sinat esurire, ac fame contabescere: sed permanet legis ueritas utrobique, maximè uerò in subtegmine, eaque Scripturæ parte quam hic D. Paulus urget. Ita & loco illo superiore, quod ex Esaia de nascituro diximus puero, cum ueritate subtegmis (quamuis ea longè præstantior sit) persistare nihilominus tamen oportet ueritatem staminis, &c. Ad hæc D. Petrus accepto cælestis Spiritu, quum iam de Christo Domino, quis, qualis, & quātus fuerit, paulatim Iudæis insinuarē uellet, Mosen ad patres dixisse ait: Prophetam suscitabit uobis Dominus Deus uester, de fratribus uestris, mei similem: audietis eum, iuxta omnia quæcunq; loquutus fuerit uobis. futurum autem est, ut omnis anima quæ non audierit Prophetam illum, exterminetur è populo. Rectè sanè hæc D. Petrus ad Christum Dominum refert. Sed quid in præsentiarum adhuc nobis hic reclamatur Iudæus, staminis Scripturæ tantum additus? Certè ille, quum carnalis adhuc sit, atque subtegmis omnis ignarus, hoc iam olim in Iosua Moseos successore cōpletum fuisse clamitat: non animaduertēs, illum gefisse typū Christi Dñi: qui, ut uerus Iosuah, nos in multo meliorem terram introducturus esset, & hostes multo robustiores debellaturus, quàm prior ille, qui (ut diximus) in Moseos locum successit. Successit quidem, iuxta historię ueritatē, aut staminale filium, Iosuah demortuo Mose: sed multo uerius Christus, cuius Euangeliū in locum euanescentis legis aduenit. Ille Iraheli secundum carnem, & cæcellis legis obsepto, terram diuisit, quæ nihil aliud quàm terra, aut potius terræ portiuncula fuit: noster uerus Iosuah Iraheli secundum Spiritum, atque cancellis legis libero, terram diuidit cælestem, introducens populum suum ad fundamenta habentem ciuitatem, &c. Quemadmodum itaq; in Iosuah pro ueritate staminis ac sensus historialis, completum fuit olim hoc uaticinium: ita & in CHRISTO IESU ex uirgine Maria nato, impletum plenius est pro ueritate subtegmis, atque hodie etiamnum in ueris Christi præconibus impletur, qui Domini Dei uoluntatem nobis ingenuè denunciant. Quare & quicumque uerbum illud Patris, Christum inquam Dominum, de ore eorū proclamantem non audierit, hic ex populo Christiano exterminandus uenit. Iam quæso obserua mihi, ad claram Euangeliij lucem in plerisq; rebus totum Mosen obscurari & euanescere, non secus quàm ad exorientem clarum diem unus atque alter accensus cereolus, lex uetat, ne ex lino simul & lana contextis induamur uestibus. Sed quid obsecro Spiritus Mosaicæ legis hic aliud uult, quàm ne ut diuina simul & humana nos conuestiamus iusticia? quin potius quicquid nostrum est, id cum Paulo pro excrementis habeamus, & pro sordibus (ut Propheta inquit) menstruatē? Quin & prohibet etiam exterior illa Moseos lex, aut superficiale eius dogma, & sedulo certè prohibet, agrum conseri diuerso semine: hic Spiritus Dei suum immittēs subtegmen, eo artificio id intertextit, ut per uerè bysianam subtegmis lanulam nihil staminis à Christiano uideatur, aut obseruandum ueniat. Iudæus hic horret filiginem mixtam tritico, aut hordeo auenā conseri: interim diuina

diuinis mandatis, & sic promiscuè subinde seminari in animis hominum. Hoc, hoc inquam præcipuum est, ac primarium, quoddam sub literali suo ænigmate, suo tempore docuit Moses. & hoc ipsum illud est, quod non obscuris rationibus in præsentiarum hæc comprobare satagimus, ueluti & D. noster Hieronymus etiam alicubi contestatur, inquiens: Vaticinia inuolucris ænigmatum sunt tecta indignis, &c. Prohibet tamen Hieronymus, sicuti & nos quoque; hæc prohibemus, filium historię temerè intersecari debere, nisi quum nos Filius in regeneratione uerè reddiderit liberos: nam extra regenerationem hoc fieri ne utiquam potest. Porro hoc quoque in Scripturis obseruandum est, quod sensus ille subtegmis non semper retrusior, atque aded sub stamine occultus iacet, cæterum aliquando super stamen quàm apertissimè promicat, ac primo statim aspectu sese profert, atque contemplandum ostendit. Quid enim dilucidius aut resupinatum magis, quàm illud Esaiæ: Seruus meus es Iacob, te elegi: etiam si per ignem incedas, non cõburet te: aut si aquis immergaris, eam te non præfocariat, &c. hic filii illud spiritus subtegminalis uerè renatis super stamen emicat: at tamen alij, qui igne & aquam hæc metaphoricòs quamlibet tribulationem, uariarumque afflictionum genera interpretantur, infra stamen sese occultit, ita ut in telarum texturis inuicem se habet filorum ratio. Quin & illud Zachariæ, Exulta filia Sion, iubila filia Hierusalem, ecce rex tuus uenit, &c. Ecce quid hæc nuda & aperta sunt omnia? Et iterum: Videbunt in quem compunxerunt, &c. Hæc sine omni inuolucro, ab Ioanne Euangelista de confosso crucifixi Domini latere adducuntur. Et hæc sanè non infra stamen sese occultit, quin potius super stamen promicat subtegmens. Cæterum si quis alius Euangelista hoc ipsum ad contumeliosissima sceleratorum Iudæorum in Christum conuicia retulisset, quibus Dominum quàm acerbi si mèmè subinde laceffebant, uirulentis linguis eum affatim uulnerantes, nihil sanè ille extra subtegmis dixisset ueritatem, &c. Præterea ubi Christus Dominus, curatis uarijs miserorum morbis & infirmitatibus, uerè dicitur tulisse (iuxta Esaiæ uaticinium) nostros languores & infirmitates, nihil sanè inconueniens, aut extra ueritatem subtegmis dixisset, si quis id ipsum accommodasset Domino: quando humano more doluit, fleuit, aduersus malos incanduit, ad mortem inhorruit, sudauit & alfit, atque humana alia omnia passus est, &c. Ut uerò texturæ huius artificium plenius intelligamus, circa usum & ueras prophetarum Scripturarum citationes, & quomodo ab Apostolicis uiris illæ factæ sint, non nihil adhuc superpondij loco adijciamus, commonstraturi paucis, quid & quomodo omnia quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sint, ut per consolationem, &c. In primis igitur hoc ipsum illud obseruandum est in Prophetarum scriptis, quod quæcunque de uiris Dei ante Christum natum conscripta sunt, eadem competunt Christo Domino, atque in ipso tanquam iusto eorundem capite complentur: & quæ in caput competunt, eadem & in membra nonnūquam deriuari sustinent, atque de nunc Christianis, & postmodum etiam uenturis commodè dici possunt: siquidem Christus Dominus cum illa priorum Patrum, & ea quæ etiamnum hodie sub crucis eius uexillo militat Ecclesia, unum constituit corpus, ac ueluti unum hominem. Hinc quum Dauid Psal. 24. de inimicis suis conqueritur, Deum obsecrans ut humilitatem suam, atque multum ipsius laborem contueatur: Dimitte, inquit, uniuersa delicta mea, respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me, &c. hæc dilectus ille Domino discipulus, quinimò ipse potius Christus Dominus, suis ad discipulos sermonibus pro suffulcimento appendens, sic loquitur Ioan. 15. Qui me odit, is & patrem meum odit. Si opera non fecissem inter eos, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem, &c. uiderunt & oderunt non solum me, uerum etiam Patrem meum. sed hoc accidit, ut compleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: Odio habuerunt me gratis, siue præter culpam, &c. Pari modo & illud, quod Christus Dominus tanquam ouis ad occisionem ductus est, iuxta Esaiæ uaticinium: idem & hodie, quando cõtingit in ipsius membris, licebit dicere, sic impleri Scripturam, aut prophetarum uaticinia. Quid multis? Certè scripta prophetica plus semel implentur, atque iustam suam ueritatem frequentiusculè inueniunt. Quoties autem uaticinium ex membris in caput abit, aut contra ex capite in membra, putato te ipsam eius uidere materiam, cuius hæc ueluti materialis quedam tractatio est. ubi uerò typicè res adumbratur, hoc ad eius formam attinet, cuiusmodi illud ex lege est: Os non comminuetis, ex eo. hic enim ab agnitis ossibus ad Christi Domini crura transitio est. Sic Dauid Israhelitico populo expugnans immanem illum

Philistheum, nobis Iesus Christus est, sua solius opera Sathanâ nobis deuincens, atque regnum eius disturbans. Hoc pacto & Cyrus ipse, qui soluta captiuitate Babylonica Iherusalem suis sedib⁹ restituit, iustus est typus Christi Domini: idque iuxta Scripturæ aut literæ formam, siquidem hæc metaphorica similitudine dicuntur. Quid autem? an non & ipse Christus Dominus sic sese in serpente æneo uult intelligi? ubi ait, se pari modo ad seruandis hominibus exaltari oportere, ueluti & serpens ille Mosaicus olim, à serpente morsu populum sanaturus, Israelitis erectus fuit? Hactenus hæc satis superque adducta sunt. quis enim nescit, huiusmodi ex sacris Scripturis similitudines aut figurarum sententias, pium lectorem apud suum animum facile colligere posse? quæ quidem singulatim omnes, quum in Christum Dominum, unicum totius Scripturæ scopum, nihil coarctè deriuari possunt, modis omnibus ueluti bonæ prophetiæ atque iustissimæ quædam interpretamenta siue explicationes amplectendæ ueniunt. Sed ut plenius hæc perscrutemur, & quæ plurima sunt eiusdem commatis in sacris magni Dei oraculis, cum multo alij Scriptores, tum allegoriarum uigilantissimus interpres Origenes Adamantius, in Ecclesiæ utilitatem sedulo aduigilauit: qui num in hac causa, hoc est in huiusmodi allegoriarum & paradoxarum, interdum etiam ænigmatibus, aperiendis aut elucidandis aliquid usque per uigilias suas progressus sit, iudicet in Christo renati. Ego certe bonum hunc & uerè pium uirum fideliter concredito talento usum autumarim, nisi quod fortasse nimis aliquibus in allegoriarum imaginandis uideatur: idque ubi aut nullæ omnino sunt, aut si elici aliquo modo posse dicas, non tamen sunt necessariae, sed nec laudabiles, aut cõdignæ ut literis demandentur. Sed quid facias? sic ferè sunt hominum ingenia, ut aut nimium magat, aut minimùm: non attendentes, quòd uel mel etiam, si nimium sit, amarum sit. Sed de hisce re linquamus iudicium maiori charismate donatis. nos Origenem, ut apprimè doctum, & uerè præstantem theologum, laudamus, suspicimus, & ex animo ueneramur. atque uirum nam hoc nostro seculo multi in eodem stadio current: satagetes tamen, ut ne quid nimis. sperandum esset, tandem denudatius atque adedè proximius nos uisuros, quomodo & Moses & Christus unum sint: hoc est, quomodo utriusque uerbum & dogma optima quadam harmonia in spiritu & ueritate unum sonent, & idem. Porro ne omnino nihil dixisse theologiæ candidatis uidear, subiiciam hic pauca, ut uel hinc, ueluti per transennam uideant, Moysen & Christum, si literæ stamen intueamur, maxima intercapedine disiectos: in subtegmine uerò, hoc est in medulla aut spiritali sensu, utriusque cum alterutro omnibus punctis cõuenire. Arrigite igitur & aures & animum, ut quid dictum uelim intelligatis. Est certè Moyses iuxta literæ suæ stamen, Iudæorum patronus & magister: cæterum iuxta energeticum literæ spiritum, aut Euangelicæ texturæ subtegmene, uerus, laudabilis, & suspiciendus Euangelij minister. Iuxta exteram eius literam aut superemicans historiæ stamen, nihil quicquam ad Christianos attinet, nisi fortasse illinc politica desumpserimus & œcumenica: atqui iuxta energiam spiritus eius, minister est tum Christi, tum Christianorum omnium. nam Christum articulatim & per omnia ad uiuam formam exprimit, si modò allegorias eius, & alias qualescunq; figuras, paradoxas, ceremonias, aut sacrificia penitus introspexerimus. omnia enim patribus nostris in figura contigerunt, teste Paulo: scripta uerò sunt propter admonitionem nostram, in quos termini ætatum inciderunt. 1. Corin. 10. Cæterum quemadmodum figura nec ueritas ipsa est, sed nec res figurata: sic nec Mosaicæ, immò (ut & hoc pace quorundam dicam) nec Christianæ doctrinæ stamen ilicò uerbum Dei est: at Spiritus aut medulla legis & Euangelij uiua & efficax ueritas est, & uerum subtegmen staminis Christus. fideliter igitur adniti oportet, ut rupta siliqua, medullam eruamus. & hoc ferè cum in nouo, tum in ueteri Testamento singulis paginis necessarium esse uidemus: sed in Mose multo certè generalius quàm in Christo. Proinde si in illam libertatè, in quam nos uocauit Christus Dominus, peruenire uelimus, & sub Paraleti dogmate, hoc est regenerationis Christianæ legibus posthac uiuere, nihil quicquam iudaizantes (quod certe cum Ebionitis à nobis promiscuè hactenus factum est, annis plus minus mille ducentis) necessarium est, atque adedè unicè requiritur, ut Moysen, sed & cõpluribus etiam in locis Christum ipsum allegoricè loquentem intelligamus, non secus quàm Pythagoræ discipuli suum solebant Pythagoram, quum paradoxa loqueretur aut symbola, subque obscuris uerbis laudabilia illis traderet, dicens: Arctum annulum non esse gestandum, Non mingendum aduersus solem, A fabis abstinendum, Cauendum ab ijs quibus nigra est cauda, Hirundinibus.

Hirundines sub tecto non esse alendas, Stramenta semper habéda colligata, Ollæ uestigium in cinere confundendum, Oleo sedem non tergendam, & plura eiusmodi: quæ lóge aliud in recessu habent, quam prima fronte promittere uideantur, quum alioqui potior talium mysteriorum aut symbolorū pars nihil quam ænigmata uideantur, de quibus etiamnum hodie uarij uariè diuinare solét potius quam solidè aliquid definire. Also bleibt nit allein Pythagore, sunder auch Moseos, und ia Christi geheimnuss unter einer allegory, bey den seinen in der schuol. Animalis enim homo non percipit ea quæ sunt Spiritus. nam sub perpetuis allegorijs (ut paulo antè diximus) delitescunt oracula magni Dei, quæ semper ferè aliter interpretari aut intelligi debent, quam in superficiali littera sonant: nempe iuxta mentem docentis, & interna mouenté Spiritum. Quemadmodum igitur Pythagoras uerè Sileni Alcibiadem nobis exhibuit præ oculis: ita & Moses quoque per Allegoricum suum dogma, de non spoliandis auicularum nidulis, de abstinentia carnis suillæ, de lana & lino non contexendo, agro non conferendo diuerso semine, &c. idem ferè sub eodem uelamine docuit: uterque enim in Ægyptiorum sciétia exercitatus & prædoctus fuit, quib. omnia sub ænigmatibus occultare, egregium habebatur, laudabile & primarium. Extera igitur utriusque Testamenti, ueteris tamen præcipuè, nō minus quam Pythagoræ, cortex (si uerum dicere fas est) magna parte nihil minus est quam uerbum Dei: umbras tatum exhibet rerum futurarū. uerumenimvero intercutanea ueritas, & interior Spiritus, aut subtegminalis Allegoriarum sensus nunquam intercidit. Auf dise weifs bleibt alles gesatz Gottes ewig, wie Gott selbs. In subtegmine igitur Moses & Christus unum sunt, in stamine longum latumque differunt. statutum enim est, aut decretum à Domino, neminem incircuncisum, aut qui suillis uescitur, in scholam illam uerè cœlestem, ubi Paracletus gymnasiarcha præsidet cum Apostolicis uiris, ingressurum & egressurum, ut æternū refocilletur: quin allegorijs, paradoxis & ænigmaticis sentibus inquam & spinis præpedita & distorta inueniet omnia. Attendamus igitur, quia simile est regnum cœlorū thesauro absconso in fruticoso agro, quem repertum homo curiosius etiam abscondit, & abiens præ gaudio uendit omnia quæ possidet, & mercatur agrum illum, &c. Matth. 13. Sed hactenus hinc satis. Clarum enim opinor & liquidū satis iam fecimus, quomodo in subtegmine aut Spiritu unum sit & idem Moses cum Christo: quum tamen in stamine, hoc est literali historia, aut exteror uerborum cortice ex diametro ferè semper pugnare uideantur, &c. O' præclara lumina: uerè in hisce duobus inueta sunt nobis plausibilia Dei dona, & æternæ salutis nostra non diluta Sacramenta. Sed quæ pro hisce tam immensis laboribus exhibita tandè est duobus istis præclaris ducibus gratia? Audite uiri, & qui timeris Deum, pusilli & magni. Moses ille dux, ille inquam dux & antistes omnium Israhelitarum fidelissimus Moses, qui & anathema esse postulauit pro subditis suis: tametsi sedulo & maxima cum admiratione, adhibitis portentis & prodigijs etiā multis, uocationem suam de cœlo esse, cœlestem, firmam, certā, & irrefragabilem demonstraret, atque aded in promissam terrā populum Dei ducere satageret: complures tamen subinde obmurmurantes, sed & multos etiam illusores inconsultè tergiuersantes habuit: quorum præcipui fuerunt aut primi, Chore, Dathan, atque Abyron, uiri præpotentes, & nobilitate egregij: deinde alij filiorum Israhel ducenti quinquaginta uiri, proceres Synagogæ, & qui temporibus concilij nominatim etiam uocabantur, ut legere est Numerorum cap. 16. deinde & lib. 4. Antiquitatum Iudaicarum cap. 2. Habuit & alios, qui fieri posse negabāt, quod ualidus aded gentium populus ex patrijs suis sedibus, & iam diu inueterata possessione pellere tur. Hinc exploratorum tergiuersatio, cum inquitunt: Terra quam lustrauimus, &c. populus quem conspeximus, proceræ staturæ est, &c. quibus nos cōparati, locustæ uidebatur, &c. & alibi: Vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quādo sedebamus super ollas carniū, & comedebamus panem in saturitate. cur induxistis nos in desertum, ut occideretis omnem hanc multitudinem fame? Sed quid? Nunquid non simili etiam modo uniuersam ferè Iudæam Christo Domino nostro obmurmurasse legimus, quum dicerent: Non est hic homo à Deo, qui Sabbathum profanat, &c. durus est hic sermo, quis potest eum audire? Ad Deum patrem nos ducere se fingit: sed uerius seducit, atque à legis obseruatione nos auocat, &c. Dæmonium habet, & in Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia, &c. Tandem uerò ueluti seditionum doctor & deuastator religionis, cum latronib⁹ affixus est patibulo. Proh scelus indignum. Siccine

uerum est, quod Scribis & Phariseis impropertauit, inquit: Vae uobis Scribae & Phari-
 sei hypocritae, quia similes estis sepulchris dealbatis, quae foris quidem apparent specio-
 sa, intus uero sunt plena cadauerum ossibus, omni que spurcicia: sic & uos, tametsi appa-
 retis hominibus iusti, intus pleni estis hypocrisis & operibus iniquis, &c. Tales autem
 quum sitis, splendide tamen aedificatis sepulchra prophetarum, &c. quum interim om-
 nia omnium patrum delicta iam dudum conduplicaueritis: Serpetes, progenies uiperarum,
 quomodo effugietis supplicium gehennae? Attedite autem, quia ecce iam nunc mit-
 tuntur ad uos excellentiores prophetae ac sapientes, quam patribus uestris, & illorum
 aliquot occidetis, crucifigetesque, nonnullos & flagellabitis in Synagogis uestris, & per-
 sequemini de ciuitate in ciuitatem, ut ueniat super uos omnis sanguis iustus qui effu-
 sus est super terram, a sanguine Abelis iusti usque ad hoc praesens tempus, &c. Sed quid?
 Nunquid non & hodie similes quosdam audire est, qui uirulentissimis suis linguis in
 uere Christianos doctores insurgant, obganniant, deblaterent: sed non solum, & boni,
 quin & mortiferos etiam impetus in eos faciant, tradantque excoriandos sanguifugis
 principibus, peruersarum sectarum propugnatoribus? &c. Sunt & alij, qui eadem mo-
 liantur: sed sub specie & titulo pietatis omnia, ut qui uel deierant se in hisce omnibus
 obsequium praestare Deo, & maximam Christianismo adferre refocillationem, qui alio-
 qui miserrime undiquaque diuexatur, &c. Sunt & alij complures, qui tametsi Euange-
 lio & pietati pro morum qualicumque ingenuitate bene uelint, aut consultum deside-
 rent, tamen Iebuseorum nostrorum uiribus expensis, animos demittunt trepidi, atque
 cogitationibus inter se accusantibus, aut subleste interdum etiam excusantibus, in A-
 gyptum reclinant, ut ne discernantur a filiis Enakin, qui sunt de genere Giganteo. Sed
 de hisce aliis latius. Certum itaque esto, atque irrefragabile, sanctorum prophetarum ua-
 ticinia plus semel impleri, & aliud quidem ea uelle in stamine, hoc est in literario siue hi-
 storiali suo sensu: & aliud in subtegmine, qui sensus spiritus est, nec nimis primae inter-
 pretationi alligatus: qui certe si uel typicus, uel alio qualicumque modo ex prioris Testa-
 menti patribus ad Christum Dominum (qui totius Scripturae unicus, aut ut minimum pre-
 cipuus scopus est) deriuetur, nulla profus ratione nobis reiiciendus uenit, &c. Habes
 mi lector, & candidissime in Christo frater, quis Prophetarum scripturarum genuinus
 sit sensus, & quomodo illae unicuique sint intelligendae. Nam sicuti Euangelistae scri-
 pturam suis applicauerunt temporibus, corpori umbras, & typos ueritati: ita & praesenti
 hoc seculo Scriptura nobis non dormitat. Habemus enim & hodie nostros Pharaones,
 Nabuchodonosores, Edomitas, Ismahelitas, & quicquid illis seculis hostium fuit: habemus
 & Dathanem & Abyronem, totamque illam Chore coniurationem. Unde certe
 & iisdem eodem prophetarum consolationibus, ac Domini promissis, quibus illa primi
 morum patrum fides suffulta fuit & corroborata. Unde quaecumque in magnis maximis
 Dei oraculis nobis promiscue scrutanda obueniunt, sic ad nostram doctrinam trahi possunt,
 sunt, immo & debent, quasi huic nostro seculo peculiariter scripta essent. Sed nunc ad
 Esaiam ueniamus, cuius quidem inter Prophetas omnes prima autoritas est: quando-
 quidem huius uerbis usi sunt compluribus locis, Petrus simul & Paulus, & Euangelistae
 omnes, tum & Ioannes baptista, tum ipse Christus Dominus, atque etiam angelus Ga-
 briel: Dabit, inquit, illi Dominus Deus sedem Dauid patris sui, immo & ipse Pater de
 caelis, quando ait: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est, &c.
 uerba haec mutuatus est ex capite 42. Fuit autem uir aulicus, regia stirpe prognatus, apud
 regem Ezechiam multo in honore habitus: sed tandem sub Manasse haereseos, aut ut pa-
 triae proditor accusatus, dissectus fuisse traditur: idque plus minus octingentis annis
 ante Christum natum. Mortuus est autem longaeuus, & aetate admodum protracta, supra
 centum annos natus. Vaticinij autem eius argumentum primum est, ut uera poeniten-
 tia ad Dominum conuersi, ipsi credamus, atque de ipso, ut nostri amantissimo patre, be-
 ne speremus: quippe qui desperatissimis etiam uiribus per Cyrum suum, Christum Do-
 minum, nos liberet & redimat. Sed quando nihil minus quam continua uaticinij oratio
 est, sed potius uarijs temporibus (ut titulus testatur) habitae conciones: non inuile fue-
 rit breuibus hic percurrere, quid quolibet capite significatum uoluerit, eiusque breuem
 quandam hic praefigere periocham. Primi autem capitis orationem difficilibus habuit
 temporibus: quae ut commodiora obueniant, arguit tum summates, tum infimates, &
 de peccato, & de iusticia, quae illis plane erat hypocritica, ueros exigens poenitentiae fru-
 ctus.

tus, quos si præstarent, habituri essent Dominum sui amantissimum, & seculum uisuri
 felicissimum: sin minus, uindicem eum sensuros, & gladijs hic peremptos, in ignem cō
 iiciendos esse inextinguibilem. Huic autem capiti subditur oratio alia, quæ se extēdit
 usque ad caput quintum: & docet quidem partim uocationē gentium, partim reiectio
 nem Iudæorū. Secundo autem hoc capite, quando igni inextinguibili discrucandos di
 xit impios in sine capitis primi, regnum describit Christi, ac prædicationis Euangelicæ,
 per quam ex illo igne liberemur: subdens continuò, abdicationem populo Iudaico acci
 disse, quòd magicis artibus dediti, legis diuinæ obliuiscerentur, gentium planè more uī
 uentes, atq; idola etiam colentes: non tam quidem, qui tunc temporum status erat, li
 gnea illa & ficulnea, quàm propriæ suæ iusticiæ simulachra, cui malè fidebant, & unde
 primo capite magno stomacho à Propheta reprehensi sunt, hic audiētes, Diem Domini
 fore tremendū atq; horribilem. Tertio capite, omnem politiam se ablatum eis com
 minatur, quando nihil iustè iudicantes, tyrannos se præbent uerius quàm principes aut
 iudices, quiduis etiam à pauperibus accipientes: quibus non tantum gratuitam iuris di
 ctionem, sed & opem præstare debebant, quo famelicum uentrem placarēt, & miseram
 familiam alerent: quod quidē cum instigantib. aut certè applaudentibus uxoribus ferè
 facere consueuerit mūdus, taxat & Propheta hic fœmineam superbiā ac ferociam, capti
 uitatē illis prædicens Babylonicam, atq; aded eam etiam in qua nunc degant: tantam
 grassantibus Babylonijs uirorum raritatē fore, quarto capite prædicens, ut septem mu
 lieres de uno certaturæ sint uiro, cuius solum uxores ferantur, ipsæ sibi de uistū & ami
 tu prospecturæ. Quod qui de septem Ecclesijs Christum amplectentibus interpretan
 tur, sicut & hoc quòd sacerdotem oporteat unius mulieris esse uirum, hoc est uni præsi
 dere Ecclesiæ, nescio sanè si appositè satis faciūt. hoc enim felicitatis esset, quòd ad Chri
 stum complures perueniant: at Propheta hoc inter Iudaicas calamitates recenset. Sub
 dit autem Propheta, à captiuitate ac miseriā hac tandem reliquias Iudæorum ad Domi
 num conuertendas: nimirum quòd totus Israhel, postquam plenitudo gētium aduene
 rit, adhuc sit seruandus, & natiuē oleæ (quod mysterij & Paulus aperuit) inserendus. Dī
 cit enim ille, Hoc illis huius rei testamentum à Domino esse, quum abstulerit peccata i
 psorum: quemadmodum & hic à Propheta dicitur, Cum abluerit Dominus fordes filia
 rum Sion, & abluerit sanguinem Ierusalem de medio eius. Caput quintum parabolam
 habet uinæ, quæ pro expectatis uuis, fūo domino labruscas protulit: quam ipsam &
 Christus Dominus Matt. 21. parabolicè in principes sacerdotum & Phariseos protulit,
 pro quæsitis uuis seruos conuicia, uerbera, lapides & necem retulisse dicens. Propheta
 autem uinæ labruscas hic describens, primò taxat auariciam eorum, qui domum do
 miui coniungunt, & agrum agro. Secundo reprehēdit ebrietatis malum, quod quamuis
 nostro hoc seculo ridiculum magis quàm uitiosum putetur, causa tamē captiuitatis esse
 à Propheta hīc dicitur. Tertio loco de ijs agit, qui contē mpto planè Deo, & reclamantē
 conscientiam spernentes, peccata peccatis accumulāt, ita ut sceleratam suam uitam bo
 nam censeant: & uitam piam ac uerè bonam, malam atque stultam: tenebras statuentes
 esse lucem, & lucem tenebras. atque ita suo quidem iudicio sapiunt, uiriq; sunt prudē
 res, sed ita, ut hac sua prudentia & sese perdāt, & posteros suos in omnem tandē miseriā
 simul abripiant. Caput sextum ex re uisa idem docet, quòd prius dicto ac cantico tra
 ditum est. Confidebant Iudæi supra modum suo templo, & promissionibus de templo
 illo, ut ipsi putabant, lapideo sibi factis: sed euanescentibus umbris, uisus est Deus ipse
 supra templum omnem replere terram, ita ut toto mundo gloriosus Deus prædicetur
 ac adoretur, templo illo Iudaico inanibus fumis obtenebrato. Visio sanè Euangelicis li
 teris nobilissima: quæ tantam Esaiæ conflauit inuidiam & odium, ut ex hac credatur
 damnatus hæreseos, & uelut patriæ proditor serra dissectus. Capite septimo Propheta
 consolatur regem Ahas, ne quid sibi à confederatis duobus regibus metuat, quos bre
 uiter interituros, caudas uocat titionum iam ferè combustorum. Quam quidem rem dum
 ui interituros, confirmari non cupit, ultrò Dominus ipsi signum offert nasciturū
 rex postulato signo confirmari non cupit, ultrò Dominus ipsi signum offert nasciturū
 pueri, qui priuquā possit inter bonum & malum, dulce & acerbum dignoscere, uterq;
 horū esset interiturus: id quod pro ueritate historiæ quoq; accidisse Scriptura testatur.
 siquidē rex Israel uix triennium uixit postea, 4. Reg. 15. Syrus uerò ab Assyrijs, quos A
 has in auxiliū uocarat, hoc eodē bello interfectus legitur, 4. Reg. 16. Sed nobis hic non
 est cum Iudæis in stamine historiæ sistēdum, sed reiecto uelamine, ex subtegmine Chri
 stus

stus de matre uirgine cognoscendus, ita ut & ab Euangelista docemur. Octauo item capi-
 te suos ciues cōsolatur Propheta, ne quid duos hos reges timeāt. ubi certè quod ad histo-
 riæ ueritatem, ipsumq; orationis staminale filū attinet, non satis me omnia assequi inge-
 nuè confiteor. unde de Christo Domino, de quo in ueritate subtegminalis huius scri-
 pturæ contextus est, in Paraphrasi nostra, nihil Iudaizātes, hoc interpretati sumus. Post
 uirginis autem matris mysterium, pergīt Propheta ciues suos consolari, ne quid coniu-
 ratos reges timeant, potentissimum Assyriæ monarcham in ipsos bellaturum prædi-
 cens, cunctamq; Iudæam uastaturum, ita ut ad ipsam peruenturus sit Hierusalem, unde
 multa cum ignominia reuertetur. Caput nonum habet illuminationē gentiū, ex par-
 tulo illo nobis nato, ac nobis dato, describens quale Christi Domini regnum futurum
 sit: subdens cōtinuò, regnum Israheliticū, quod ab Assyrijs acceptū in Zabulon & Neph-
 talim plagā contemnebat, eodē hoste penitus perdendū esse. id quod accidit non multis
 post diebus, quando à Salmanasare abstracti sunt in Assyriam. Decimo capite non multis
 iniquitatē reprehendit, ne quid pergāt insolescere, postquā perditionem uident duorū
 conitratorū regum, qui ipsos perdere studuerāt. Adhæc, & Assyrias uires, per quas duo
 hæc regna uastata erant, Iudaicū quoq; regnū approbè sensurū dicit: sed non sic, ut duo-
 rum illorū more excindi possit: immò magno suo malo eum Iudæam ingressurū dicit.
 Undecimo capite Christus Dominus nobis quā lucidissimè describitur, ex Iesse ac
 Dauidico genere nasciturus. Et quā Propheta hic seculi illius felicitatem describit, e-
 go certè putarim tunc futuram potissimum, ubi plenitudo gentium aduenerit, & Isra-
 hel iam toto orbe dispersus, ad Dominum rediturus est: atque ad eò illi etiam qui ultra
 Assyriam abierūt in Azareth; multa cum gloria sedes patrias repetent, 4. Esdr. 13. Zach.
 10. & Sophon. 3. Manifestè enim nimium Israhelitici regni restitutio hīc exprimitur, eo-
 rum scilicet qui ab Assur reliqui erūt, qui cum Iudæorū dispersione caput siue regem
 sibi constituent uerum, Christum nimirum Dominū nostrum, Osee 1. Caput duode-
 cimū, Dominum super parta salute hac, carmine celebrat: atq; hanc populi liberatio-
 nem toti mundo, omnibusq; seculis innotescere uult, ac constare. Posteris uerò iam
 capitib⁹ aliquot de uastationē scribit peregrinarum regionum: quæ quidem non ipsis
 tantum, sed & nobis scripta sunt: ut uideamus non tantum quid pijs expectandum, ue-
 rum etiam quid impijs metuendum sit. Primum itaque de Babylonica monarchia per-
 denda scribit, ipsaq; uerbis Babylonicæ de uastatione crudelissima, qua à Medis & Per-
 sis sub rege Cyro uastati sunt: quomodo & à Cyro Christo Iesu Domino nostro perdedi-
 tæ sunt, quotquot populi Dei affligunt, atq; pulsa ueritatis luce, in tetrīs carcerib⁹
 captiuium seruare satagunt. Decimo autem quarto capite restitutionem Israhelitici re-
 gni describit, quā omnes fere ad resurrectionis Christi, aut Pentecostes diem, factam
 asserūt: sed certè aliud quiddam mihi esse uidetur, unde ego temerè non ausim quicquā
 definire, sed iuxta Hieremiæ uaticinium cap. 30. nouissimis planè temporibus hæc tan-
 dem cognoscantur, atque uidebuntur. Quam autem hīc sumendam in Babyloniis para-
 bolam scribit; ea certè in nostri seculi Babyloniā maximè torquenda uidetur: de qua
 te semper cogitare uelim, quādo cūque de Israhelitici populi hostibus sermo est. Ut
 enim nunc uerè Christiani Israhel sunt, ita & hostes eorundem, Assyriorum, Babylonio-
 rum, Edomitarum & consimilium nominibus intelliguntur. Sub finem autem capitū
 iuramento confirmat Dominus, quòd Assyrium exercitum in Iudæa sit perditurus, ne
 quid amplius contra ipsos possit, aut audeat. Decimum quintum caput primum qui-
 dem Palæstinis, de morte regis Achas gaudentibus, breui uaticinio duriora minatur ex
 filio Ezechia, quā ex patre acceperant. Et subdit calamitatem Moabito populo im-
 minentem, quā 16. capite absoluit: ubi Moabitis conuiciatur, quòd qui olim regibus
 Iudah soliti fuerant multos ex fœdere arietes persoluerē, & agnos, iam confractō fœde-
 re, magno gauderent Iudaici regni amicitiam redemptam. In hanc autem calamitatem
 illos uenturos dicit, partim quòd in profugos Iudæos nimium fuerant inclementes, i-
 psosq; hosti p̄diderant: partim item ex multa sua superbia, qua & contra Deum glo-
 riabantur, Hierem. 48. His uerò succedit propheta contra Damascum, quæ Syriæ re-
 gis metropolis est: & contra regnum Israheliticū. quæ quidē regna duo, postquā Iudai-
 cum regnū deperdere statuerant, ipsa ab Assyrio rege perditæ fuerunt: cuius eiusdem in
 Iudæam incursionem derēpētē frangēdam dicit, occisis nimirum de nocte 18; hominū
 millib⁹. Sed Israhelitici regni restitutionem subdit Propheta, quāuis id uniuerso mun-
 do

do uideatur fieri non posse: sed erit, ubi sub Christo Domino reflorescant, postquam plenitudo gentium aduenerit. Capite decimonono Ægyptijs bellum ciuile uaticinatur super negotio religionis, cui conspiciendo cum nullum uiderent consilium, sub duos dominos dati, tyrannide uelut oppressa res uideri potuit: sed tandem Ægyptus reiectis omnibus idolis suis, agnoscit Dominum: atque de religione ueroque Dei cultu conuenit tum ipsis, tum etiam Assyrijs, cum uero Israhele, cuius tamen se crudelissimos hostes præbuerat. Vigessimus caput deuestitionem & discalceationem Esaia pro signo dat, quod Ægyptij & Æthiopes, qui aut sub eodem adhuc agebāt rege, aut certe confederatione inuictissimi erant, ab Assyrijs ad nudum despoliati, in captiuitatē abducerentur: unde cognoscant Iudæi, frustra se uoluisse per Ægyptios seruari, qui sibi ipsis defendendis non erant satis. Vigesimo primo capite uastationem habes Babylonis, quæ olim quidem per Cyrum facta est: sed hodie etiamnum ardentibus uotis à populo Dei expectatur in spiritu & ueritate. Habes & breue uaticinium cōtra Dumitas Ismaelis posteros, ab Edomitica gente uastandos. Tertio & Arabes Cedareni, qui & ipsi ex Ismaele prognati sunt, intra annum omnem suam gloriam se perdituros audiunt. Porro exteris gentibus hætenus suas calamitates præmonens, nunc tandem ad suos Hierosolymitanos redit, grauerè reprehendens nimiam ipsorum in prosperis securitatē, ac diuini uerbi contemptum, & in aduersis incredula atque impia ipsorum pectora, aded ut iremissibile peccatum ipsorum dicat. unde & graui bello opprimendos dicit, eo nimirum quo Manasses Hierosolymorum rex ab Assyrijs captus, auectus est in Babylonem. Sub hæc autem addit de impio Sobna, sua dignitate (quæ post regem illi prima erat) amouendo. in cuius locum dicit succellurū piū Eliakim, qui in regno Dei typum gerit Christi Domini. Sic enim Apocal. 3. Hæc dicit sanctus & uerax, qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit. Caput uigessimus tertium uaticinatur de uastationem Tyri, quæ ipsi contigit sub Nabuchodonosore: idque, quod superba nimis de Hierusalem contemptim sentiret & loqueretur, de eius calamitate gaudens potius quàm ipsis condolens. Sed post annos septuaginta in pristinum statum reducenda, merces suas Domino sanctificatura prædicatur, neque suas diuitias tenaciter reconditura. Vigesimo quarto capite reiectionem Iudeorum & gentium assumptionem scribens, totius etiam terræ interitum uaticinatur, & uindictā tum de spiritibus malis, tum etiam de impijs regibus ac principibus, quos uno fasce in carcerē infernalem detrudendos dicit. Vigesimo quintum caput piorum describit felicitatem, qui super parta in Domino salute gaudentes, meritò ciuitatem illam Christi Domini interfetricem, atque aded quicquid regnorum est quæ Christum persequuntur, iam prostrata iacere, & uastata gloriatur. Vigesimo sextum caput exultationem habet piorum, qui quamuis hinc infelicissimi & infirmissimi censerī possunt, tamen de fortitudine & felicitate Domini gloriatur, atque in omnibus suis afflictionibus ad Dominum respiciunt atque suspirant, nullam hinc se salutem inuenire dicentes: per multas enim tribulationes hinc ad salutem iter est. Itaque optant diem illum, quo mortui è terræ puluere reuiuiscant: qui expectandus certè cœlitus est, quemadmodum & herbæ de terra crescentes cœlestem expectant rorem, ad quem perueniant. Caput uigessimus septimum sub restitutionem illam Israheliticam duro Domini gladio uisitandos dicit omnes Domini hostes, alligato nimirum Sathana, Apocal. 20. Et tunc palam fient filij Dei, Iudæis rursus, postquam plenitudo gentium aduenerit, in natiuam suam oleam infitis. Et quanquā hæc quidem plerisque olim impleta uideantur, quando Christus Dominus regnare incœpit, plenius certè adhuc à multis implendum expectatur: quando scripturæ filum duplex est, & non uno modo impletur. Vigesimo uicimo caput de uastationem decem tribuum habet, quas Ephraim aut Ephraitas uocat, quod primus ipsorum rex Ephraim de stirpe fuerit. Quibus uastatis, aliquantisper tribus duas, regnum nimirum Iudah, in iusto Dei cultu pulchrè perstiturum dicit: sed tandem per ebrietatem quoque hoc regnum corruiurum, sicut & illud. Siquidem ebrij omnes suas mensas contumunt, atque omnia conspurcant: neque profuturum ijs dicit templum, per quod ueluti diuinis promissis suffulti, fœdus se cum morte pepigisse dicebant, ut qui nunquam morerentur. Sed eandem promissionem uerè præstadam dicit, in lapide angulari Christo Domino nostro, in templo non manufacto: quod Christus Dominus destructum, intra triduum resurgens, rursus excitauit. In fine uerò Propheta se à Domino eruditum atque doctum scribit omnia quæ loquitur,

loquitur, pari modo quo & agricolationem suam docti sunt, atq; suis locis & temporibus eam distinctam habent agricolæ. Caput uigesimalium nonum uastationem habet Hierosolymorum, etiam illos perdendos dicens qui Hierusalem excindat. Sed huic subdit Indæorum excæcationem, ita ut Prophetarum uisionum ac legis diuinæ negligentes, cor sint à Deo alienaturi, adhæsurum mandatis hominum. qua re fiet, ut sapientum sapientia in maximam uertenda sit stultitia. unde & uæ illis interminatur, qui profundo & tam abalienato à Deo corde sunt, gentes in horum locum uocandas prædicens. Non sic tamen omnibus Indæis reiectis: quin aliqui certè ex ipsis seruentur, de quorum salute pij patriarchæ Abraham & Iacob Dominum glorificent. Trigesimalium caput acriter reprehendit eos, qui humanis innituntur præsidijs, ita ut Iudæi, qui aduersus Assyrios plurimum fidebant Ægyptiorum auxilio. quæ res quando dissuaderi Iudæis non potuit, uisum fuit Prophetæ hanc ipsorum rebellionem tabulæ inscribere, quæ posteris significaret, quàm infeliciter hoc eis cesserit. Vult autè eos domestico atq; diuino auxilio quietos esse, & contentos, id eis magnæ felicitati fore describens, adeo ut hostem diuinitus prostratum, atq; ad inferos detrusum uisuri essent. Porro Sionios sic Dño custodiendos, ut nullus leo fortius conseruet prædã semel correptã: qui concurrentium pastorum clamores aut fustes nihil formidans, quod rapuit, intrepidè seruat ac tenet. atq; hoc cap. 31. Caput 32. sub typo Hezechiæ regnum describit Christi Domini. Porro antequam eam felicitatem obtineat, dicit Israheliticis ciuitates omnes, simul & cunctas Iudæicæ ditiorum ciuitates, unã cum uicinis aliquot deuastadas, præter Hierusalẽ: ita ut omnia munda regna uastata oportet & deperdita, antequã iustum Christi Domini regnum sua maiestate dilucidè appareat & uideatur. Caput 33. consolationem habet ciuium Hierosolymitanorum: & minatur Assyrijs, ut quorum undiq; collecta præda Hierosolymitanis, etiam claudis ac infirmioribus diripienda ueniat, ipsis per angelum Dei uictis. Trigesimalium quarto capite deuastandi dicuntur Edomitæ: id quod secundum literæ stamen per Assyrios factum docent Iudæorum plerique. Porro si spiritus subtegmen & subfusione perpendas, de nostris Idumæis hic sermo est, qui certè ad uenturum diem Domini miserè perimendi siue perdendi ueniunt, terra ipsorum profus æternum uastata. Trigesimalium quinto capite lætam habes prophetiam de Israhelitis, qui perditis Edomitæ Domini gloriam, eamque maximam sunt uisuri. Et alludit ad primam illam peregrinationem populi Israhel, factam à redemptione Ægyptiaca, in qua Edomitæ uiam Israhelitis præcludere conabantur, & diuino consilio repugnare. Quatuor sequentibus capitibus historiam habes regis Ezechiæ. & prioribus quidem duobus dilucidè describitur obsidio Assyriaca, ubi per Assyrios Antichristi cohortem intelligere te uelim: quæ quantum uis ualida sit, & blasphemata contra Dominum cœli loquatur, spiritu tamen oris Domini conficitur, atq; penitus delenda uenit. Posteriore capite describitur ægrotatio Ezechiæ, qui hic peste laborasse uidetur, ex ficibus, hulceribus ac pestilentibus uomitibus impositis. umbra sola ris retroagitur per decem gradus, & pristinae ualerudini restituitur rex. tertio die conscendit templum, gratias acturus Domino quod conualuisset. Capite 39. prædicatur regi regnum Iudæ desolandum per Babylonios, qui nunc tamen uelut amici admodum, Ezechiæ oblati muneribus honorarant, gratulantes illi Assyriacum excidium atq; ualerudinem restitutam. Quadragesimo capite nouum exorditur librum, consolatorium nimirum, quo uetat populum animum abijcere. Vult autem prophetas Babylonicam captiuitatem populo prædicentes, ipsum quoque consolari, ne animum despodeant. Unde perquam apertè hic de Christo nobis uaticinatur, partim quidem typicòs sub Cyro, partim uerò clarè, ita ut nemo Euangelista magis. Et hoc quidè ex capite est illud, quod Baptista dicit se uocem clamantis in deserto, quæ iubeat parari uiam Domini, &c. Quadragesimo primo capite præmonet Israhel, ne in idololatriam Babylonicorum sese demergat atq; illaqueatur: docens idola uana esse, ut quæ Babylonijs futuram deuastationem prædicere non potuerint. Id quod Dominus Deus noster tamen per Cyrum futurum determinatè satis prædixit. Quadragesimum secundum, de Christo Domino nostro, uero illo Cyro ac seruatore nostro est: adeo ut ex huius capituli principio desumpta uideatur illa Patris uox cœlitus detonans: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est. Non cedit gloriã suam Dominus alteri, nec laudem suam patitur deriuari in simulachra ac imagines. Promittitur populo liberatio. Vult cæcos uidere: sed conqueritur, cæco mundo illos iudicari cæcos, qui Domini prophetæ arque uerè uidentes

dentes sunt. Caput 42. consolatur Israellem, quem se maximis etiam calamitatibus expositum seruaturum dicit: & quantumuis fusc dispersum, ex quatuor mundi angulis se promittit iterum collecturum. Se solum pro Deo haberi uult Dominus, ut qui uentura omnia à longè cognoscat: quò fit, ut suis non tantum captiuitatem, sed & ante captiuitatem redemptionem ex ea prædicat. quam quidem non nostris Dominus meritis tribuit, quasi ipsi sacris faciendis seruerimus: quin potius ipse seruit nobis, auferes nobis peccatorum sarcinas, quas ipse ferat. Ita ut hic Christo Domino plurimum debeamus, quorquot sumus. Nemo enim uiuus est, qui iudicio contédens, se illi possit iustificare. Caput 44. eiusdem planè argumenti est, iubens Israellem de imminente captiuitate dolentem, bono esse animo, ut cui suum bonum spiritum sit daturus. Præmonet, ut à Baby loniorum dijs & simulachris caueant, ut quæ nullum habeant numen, atque planè inutilia sint. Describit autem graphicè, quomodo succisa arbor partim rei culinariæ seruiat ad coquendos cibos, partim uerò pro Deo habeatur: id quod stulti idololatræ non perpendunt. Vult autem nos ad se cõuerti Dominus, ut qui deletis iniquitatibus nostris non redemerit, atque de nobis gloriari possit. Recenset sub hæc suam omnipotètiã Dominus, qua sua uerba constabit, ac reuera semper præstat, cum interim huiusmodi sapientibus res frequenter in diuersum cadat. Postremò pollicetur, omne quod statuit, præstaturum se per Cyrum, cuius iussu reædificentur collapsi muri Hierusalem. Quadragesimo quinto profequitur quæ de Cyro loqui incœpit, se Cyrum ducturum atque protecturum dicens, id què in gratiam Israelis quem redimat, ac suis sedibus restituat: quæ tempora cœlitus depluere, atq; misso cœlesti rore è terra progerminare optat Propheta. Sub hæc, quando tacitè obijcere possunt aliqui, præstare ut non abducatur populus captiuus, quàm ut abductus multo labore reducatur: respondet, indignum esse ut lutum responset atque obmurmuret suo figulo. Addens, omnia hæc tum in salutem Israelis, tum Domino etiam in gloriam & laudem cessura: tantum ut ad Dominum conuertantur, eiq; se mancipent: quippe in quo solo nos omnes iustificatos oportet, atque laudatos. Quadragesimo sexto, se suos ferre ac portare dicit Dominus, cum idola à suis ferantur cultoribus. Addes, sui animi decreta à nemine impediri posse. unde & certò sciant, se ipsis Cyrum esse missurum, per quem liberentur. Quadragesimumseptimum caput hoc nomine Israelitas consolatur, quòd grauisima ipsis obuentura Babylonij prædicat: quos in sua impietate corroborarunt atque constabilierunt magi, astrologi, genethliaci, atq; impiè docti homines. His enim imputatur, quo minus ad Dominum se conuerteret: ut quorum sapientia, eruditione ac scientia dementati sint, atque à Domino abalienati. Quadragesimo octauo capite obiurgat Israelitas, ut qui reuera non essent, quòd nomine uocabantur. Titulis quidem sanctis sese uenditantes, quum interim impuri essent, atq; scelerati. Prædixisse autem dicit se sic Babylonij suo populo præualituros, ut ne putet illud idolorum Babyloniorum uirtute fieri, ut hac illi uictoria potiantur: siquidem dijs ipsorum hinc nihil scire potuerunt, neque etiam de sua perditione, quam à Cyro expectabant. Postremò uult liberationem populi sui toto mundo deprædicari, atque nomè suum illius fieri celebre. Quadragesimonono capite incipit sese aperire Christi Domini humanitas, cuius hic uocatio & officium recensentur: quodq; non solum Israelitis natus sit, sed & in lucem gentium datus, ut eius salus sese extèdat ad extremos terræ terminos. Postremò uerò & dispersiones Israelis congregandas scribit: quòd quidè quauis complures completum iam asserant, ego sanè non ausim negare plenius adhuc hæc complenda esse, ubi plenitudo gentium aduenerit. Sequenti capite dicit Dominus, Iudæos non à se alienatos & repudiatos esse, sed suapte illos culpa perire: ut qui sese à Messia Christo Domino alienarint, ipsumque agnoscere noluerint. Addens, ne nunc quidem sic ætate defectum se esse, quin adhuc reuertentes ipsos seruare possit. Subdit autè propheta post hæc, qua obedientia Christus Dominus patri suo per omnia morem gesserit, nihil non paratus illo præcipiente & pati & facere, &c.

LECTORI.

Hactenus, absoluta iam antea in omnes prophetas Paraphrasi, & ad editionem parata, etiam præfari opt. atque doctissimo uiro Ioanni Tosarrio licuit. Quòd enim reliquum erat, intermittere ob aduersam uale tudinem, & suspendere hic organa sua coactus est: donec Domino & restituere eum pristina incolumitati, & nomè suum ipsius scriptis magis magisque celebrari uisum fuerit. Interea tamen hisce fragmentis, quilibet ab autore prima tantum manu ueluti delineatis tantum, nec dū perfectis, pios lectores carere, aut ea ipsa uel intèrent incuria nostra committere nolimus: ijs itaq; ut fruantur, & optimi doctissimiq; uiri labores quales quales boni consulant, per Christi gloriam, cui ex animo semper Tosarrus studuit, obtestamur.

24
AD LECTORES, ASCLEPIA-
deum Choriambicum.

*Si quem detulerit casus in hac mea,
Aut desiderium compulerit suum,
Aut quis forte Deus, scripta, quibus sacri
Necentem fatidicam uatis, & halitus
Aflatam aetheri numinis, explico,
Et conor tenebris eximere omnibus,
Quas partim uehemens spiritus efficit,
Partim lingua suum semper amans modum
Dicendi, & Latys dissona moribus:*

*Quicumque ergo meum uiderit hoc opus,
Oratum uolo, ne iudicium ferat,
Censuramq; prius, quam queat integrè.
Non contingit enim uirgula cuiilibet.
His atas, alijs ingenium negat
Internoscere, quæ uel solidum crepent,
Aut ut fracta solent cymbala tinniant:
Et quæ digna diu uiuere, posteris
Admiranda uiris: quæ ue breui mori,
Scombros que atque piper digna recondere.*

*Illud quin etiam cogitet, ut nihil
Perfectum numeris omnibus undique,
Sit concessum homini, & quod ferat omnia
Totius populi puncta. uides ne uti
(Quanquam me hisce uiris non bene confero)
Magnum Naoniden Zoilus, & bonum
Liuor Vergilium roserit impudens?
Nec cunctis Cicero se probeat auribus?
Unicuique suo iudicio licet
Uti: mi satis est, si placeam pijs,
Et queis religio uera cor ulcerat:
Nec longè uidear mente prophetica
Decessisse. uelut cum iaculantium
Non semper feriunt tela, quod appetunt:
Non errant tamen à proposito procul,
Si sint ex aliqua missa peritia.
Sic nos, aut animum reddidimus tuum
Uates magne (quod ô dij superi uelint)
Aut nec saepe ab eo, nec procul absumus.*

25

PARAPHRASIS IN ESAIAM PRO-
PHETAM, AVTORE IOANNE TOSARRIO
A QVILOVICANO.

HABES HIC PIE LECTOR,
qua Esaias regio natus stemmate, ex patre Amoz, res-
gis Amasae fratre, Iudaico potissimum populo, ac
ipsum metropoli Hierusalem obuentura prauidit
idq; partim sub Ozia, partim sub Iotham, sub
Achaz & Ezechia, regni Iudaici regibus.

CAPVT I.



Omnis Deus, populi
sui sedulus custos, & a-
mator, zelotypus, nul-
lum non mouens lapi-
dem, quod errantem po-
pulum in uiam reducat,
multifariam multisq; mo-

dis id conatus est, modo quidem per Oseam
uirum popularē ac plebeiu, modo per Amos
uirum rusticum & agricolam, nunc uerò per
Esaiam uirum aulicum, regioq; genere na-
tum, si quid hoc nomine grauior fortè esset
uaticinatis autoritas. Et hic quidem prophe-
tico impulsu spiritu, magno cum stomacho
populi ingratitude, & illinc prognata fee-
lera taxans: Audite, inquit (caeli) & spiritus
omnes caelicolae: Auscultate & tu terra, cum
tuis inhabitatoribus: quoniam magnum se-
riumq; mihi ab eo iniunctum negocium est,
cui nemo unquam impune obedientiam ne-
gavit. Mihi itaq; dicendi, & uobis morigeris
auribus auscultandi onus incumbit. siquidem
dominus ipse, in cuius uerba simul omnes iu-
ramus, locutus est: cōquerēs de uobis, ut qui
filios enutrierit, atq; de nihilo euexerit, è ser-
uili nimirum conditione assertos, multis be-
neficijs uos cohonestans: qui tamen uos &
ipsi rebelles, & nihil praebetis morigeros. Id
quod ille sanè non potest non ferre iniquissi-
mè. Siquidem bos, brutum nimirum animal,
agnoscit, atq; placidum se praebet suo posses-
sori: & asinus, quo nihil stupidius inuenias,
ac negligētius, agnoscit tamē, atq; acquiescit
ad domini sui praesepē: at populus hic meus
Iudaicus, quātumuis magno eos redemerim
ac possideā: beneq; ipsis ac amicè faciam, me
tamen non nouit, neq; de me quicquam intel-
ligit. Vae sceleratae genti, ac omni iniquitate
cōspurcatissimo populo, tam à primis proge-
nitorib; degenerati, & probitati ipsorū (dum
sua simul omnia studia corrūpūt) nihil respō-
dēt. Illis enim nihil aequè in uotis fuit, quàm
ut Domino adhererent: at hi, derelicto Do-
mino, per idololatriam ad hostes deficiunt,
sathana, mundo, ac sibi per omnia uiuentes:
unde illum Israel sanctum, peculiarem &
addictissimum, tam turpi defectione ad iram
prouocant. Et quorū quāto attinet uos
amplius castigare, quando ne castigati quidē
scelerū uestrorū finem illum facitis? Omne

caput, & quicquid in ulla apud uos dignitate
est, amissa probitate ac uirtute sua, ad infirmi-
tatem propendet, ac uitā sceleratam: ita ut &
omne populi cor, unde cogitationes & stu-
dia pietatis cordate regioni proficisci oportē-
bat, miserè ægrotet, & nihil ualidum sit. Imò à
summo uertice ad imos usq; talos, toto in po-
puli corpore, nihil est sanum & integrū. Vul-
neribus, liuore, ac recens infectis tuberibus
cuncta plena sunt: quae ipsa etiānum suis for-
dibus profluunt, non obligata, neq; oleo ul-
lo, quod ipsis medeatur, linita. A maximo ad
minimū usq; nemo unus est, qui se corrigat,
ac studeat esse frugi: sed peccata peccatis om-
nes accumulunt, quantumcunq; castigentur
ac feriantur. Nōne iamiam desolata profus
uestra est regio, & ciuitates uestrae multae adeò
per hostiū incursiones succensae? Nōne ho-
stes ipsi praec oculis uestris, hinc Syri & Ephrai-
tae, illinc Palaestini & Assyrii, terrā omnē exe-
dunt, rapinis & incendiarijs exactionibus in
uos ad nudum usq; grassantes: totā quaquā
patet regionē percurrētes, adeò ut & ad Hie-
rosolymorū portas usq; peruenturū sit malū?
Ceterū filia haec Sion, urbs Hierusalē, quod
Dominus eā elegerit, sola in hac hostiū incur-
sione remanebit salua, nō deuastranda, nec ab
hoste inuadēda, quātūcunq; etiā frequēs stre-
nuus ac ferox ille sit. Perstabit autē inuicta &
immota, nō sua quidem fortitudine, sed mea
uirtute: quippe quae ad hostium uim censerī
posset tuguriolum aliquod, custodiendis ui-
neis destinatū: aut ut domūcula, ubi de nocte
seruando agro cucumerario aliquis excubat:
uel certè ut ciuitatula, ualidissimis hostibus
undiq; obsessa, atq; omni cōsilio nuda. Pro-
fectò nisi ille exercitū dominus nobis super-
stites aliquot reliquisset, tamen paucos, ut
unde uixdum nouam sementem speres, stir-
pitis pereundum fuerat, ita ut olim Sodoma
perijt unā cum Gomorra: quorum iniquita-
tem, proh dolor conduplicatis, totaq; uita
uestra exprimitis. Audite itaque uerbum
Domini principes Sodomorum, qui relicto,
ac etiam uestratibus uetiro, naturali usu fœ-
minae exardescitis in carnis uestrae desiderijs.
masculi in masculos fœditatem perpetrantes,
& mercedem erroris uestri in uobis ip-
sis recipientes. Quin & uos ad legem Dei
uestri auscultate populus Gomorrhae, qui
traditi in reprobū sensum, facitis quod mi-
nimè decet, ac dictū etiam turpe est: repleti
omni iniquitate, malitia, fornicatione, auari-
tia, inuidia, homicidijs, contentione, dolo,
superbia, ac reliqua omnium malorum fœ-
ce. Vnde dum quasi penitentes repurgari
studetis, cōtinuò non ad ea quae potiora sunt
legis, ad iudiciū & misericordiam, sed ad sa-

A planta pe-
dis usque ad
uerticem.

Nisi Domi-
nus exercitu
um reliquis-
set nobis se-
men.

Cognouit
bos possesso-
rem suum.

crificandum recurritis, frequentes admodum, mihi obtrudentes hostias siue uictimas: quorum quantumuis præclara multitudo sit, quorsum mihi conducitur, aut cui tandem usui est: inquit Dominus, si quidem sacrificiorum uestrorum ad nauseam usq; satur sum, ut qui holocausta arietum & adipem bubulorum præpinguium, ac uitulorum, agnorum, siue hircorum sanguinem, libaq; uestra adorea nihil desiderem, neque ijs egeam. Et quis quæso à uobis coram me comparentibus, huiusmodi quicquam postulauit, aut petijt, quando in atria mea per festa solennia conuenitis? Nonne meæ sunt omnes feræ syluestres? iumenta in montibus? & in pascuis boues? Mea sunt omnia uolatilia cæli, & pulchritudo agri mea item est. Vnde si etiam esuriero, non tibi id dicturus sum, meus enim est orbis terræ, & quicquid eo continetur. Num taurorum carnes manducaturus ego sum, aut hircorum sanguinem potaturus? Ne itaque pergatis offerre sacrificia nihil profutura, & frustra suffitum mihi facere: quippe qui hæc respuo, & abhominor. Nouiluniorum festa & sabbata uestra, atque uestra in templis conuenticula sceleratiora sunt, quam ut ea feram, aut conspicer amplius. Calendas itaq; uestras, & quicquid uobis solennitatum est, ex animo odi, atq; detestor: quippe quæ oneri mihi sunt, ac nauseæ, ita ut ferre ea diutius neq; possim, neque uelim. Vnde cum deprecaturus manus uestras ad me extendetis, auertam à uobis oculos meos: & quantumcunq; longas ac multas feceritis orationes uestras, non sum eas exauditurus, neque ad uos uel respiciam. Nam præter alia, & manus habetis sanguine plenas, qui rectè docentes præter ius & æquum persequimini, atque in mortem inducitis, implentes mensuram patrum uestrorum, qui simili modo se prophetarum sanguine commacularunt. Verum si redire mecum in gratiam uelitis, abluite sordes has uestras, atque emendate uos in unius agni unico sacrificio. Desistite inquam ab operibus hisce malis ac sanguinarijs, ut ne oculis meis obuertentur. Studete proximi beneuolentiæ, atque omittite cuiquam facere male. In id incumbite quod æquum est, ac bonum. Subleuate oppressum, ne quam uim pariat. Iudicate causam pupilli, atque patrocinamini uiduis: quos ab iniuria defensos oportet. Hæc si studio uobis fuerint, accedite: tunc inquam accedite ad me, inquit Dominus: & uideamus si quid in uobis reprehensurus aut amplius sum desideraturus. Imò quantumcunq; magna, quantumcunq; sanguinaria & multa uestra nunc peccata sint, ita ut ueluti coccinum rubeant, inalbescant ad candorem niuis. Quod si scelerata uestra inquam uel cum uermiculo de rubedine certare possint, ignoscencia diuina fiet, ut uelut lana reddantur alba & candida: ita iniusticiæ uestræ oblitus Dominus, sua

uos iustitia ac bonitate conuestiet. Et si quidem frugi esse uolueritis, atq; uoci diuinæ aures præbere morigeras, quicquid terra bonum habet & eximium, id uestrum erit, atque affatim eo fruemini: omnia abundè habituri, etiam si nihil possideatis. Porro si id recusetis, atq; mihi uestro contemptu bilem moueat, sentietis gladium, uariq; belli incommoda: id quod non meo de cerebro, sed diuinitus ex ipso Dei ore profectum esse, uobis persuasum uolo. Quam turpiter, quam scelerè degenerauit laudatissima olim ac fidelissima mihi ciuitas, æqui boniq; quondam studiosissima: quæ iam soluta fide adulteram æquat, atque scortum immundissimum. Olim quidem eam inhabitabat omnis iustitia, probitas & uirtus: at nunc iniusti, improbi & scelerati homicidæ eam habent. Argentum tuum commutatum est in scoriam. Eloquia Domini, quibus auscultabatis quondam, eloquia casta sunt, & argentum igne examinatum. At nunc traditiones humanæ atq; pharisaicæ in horum irrepserunt locum, ex quibus uel solis uiuitis, atq; pendetis. Ut maximè autem diuina præcepta locum apud uos inueniant, ea immisso fermento pharisaico uitiata, se habent uelut uinum multa aqua dilutum. Viri inter uos principes à recto declinant atq; aberrant, socij enim furij sunt: non nisi ad munera spectantes, & quantum quisq; largiatur. Vnde de pupillo, eiusq; causa iudicanda nihil curant: neq; quicquam morantur uiduas, ut eis ius dicant. Propterea ille Dominus exercituum Deus, ille fortis Israelis, horum omnium pertæsus, gemebundus ait, quod sese in plectendis hostibus oblectaturus sit, uindicturus se de uobis inimicis suis. Obuertam, inquit, ultricem manum meam aduersum te, purgaturus ut fornax scorias ac sordes tuas & ablaturus ex uiciato diuinorum eloquiorum argento, quicquid admiscuistis humanarum traditionum stanni ac plumbi, quo populum prægrauatis: nam omnis plantatio quam non plantauit pater cælestis, eradicabitur. Et restitua tibi pro dorophagis principibus, eiusmodi iudices, quales habere solebatis principibus: & consiliarios, qui integritate cum superioribus illis patriarchis ac iudicibus certare poterunt, quos primo habuistis initio. Et tunc demum futura es ciuitas iusta, urbs Domino Deo bona pariter & fidelis. Sion uero non tota, sed iusto iudicio euentilata, redimetur: nimirum qui in ea conuersi, iusticiæ ac ueræ pietati student, nam scelerati ac facinorosi omnes deperdentur: & quotquot à Domino deficiunt, interibunt. Ex male enim concupitis quercubus, atq; eximij hortis uestris, ubi omissis Domino idololatriæ uacare consueuistis, scelerati uos pudore suffundemini: quando uos uirtus uestra omnis destituet, factique eritis sub oculis Dei planè nudi, ueluti arbor, cui omnia sua decidunt folia: ut hortus exiccus & inaridus, cui nulla usquam est aqua.

omninoq; A
ho capto est
iustitiam

solennitates
uestras odit
uit anima
mea,

Sancti
uocant
iudicij
aduersus

Facta est me
petrix ciuitas
fidelis.

aqua. Erit autem tunc fortitudo sculptilium uestrorum, quibus haecenus malefeditis, ueluti stuppa: & qui ea sculpsit atq; colit, similis scintillae, & succendentur ambo simul: idq; tali incendio, quod nemo extinguat.

HIC HABES, QVOD IDEM ille Esaias filius Amoz Iudaico regno, ipsiq; eorum metropoli Hierusalem noua, temporib; nouissimis euenturum praevidit, atque uaticinatus est.

CAP. II.

Vtutum autem est nouissimis temporibus, ut montem domus Domini, ipsam nimirum Hierusalem preparatam atque collocatam uideatis supra cunctos montes, quibusuis collibus altiore: ita ut populus ad ipsam, toti mundo conspicuam, undiq; sit concursurus, magnoq; studio sese acceleraturus. siquidem gentium quam plurimi tunc illuc tendent, atq; inuicem alacriter candidoq; affectu inuitates, Venite (dicet) conscendamus in montem Domini: & omisissis idolis, dijsq; nostris scilicet, properemus in domum Dei Iacob. Dei ueritatem uiuentis: ut nos ille non conspurcatus nostrae, sed suae iustitiae uias doceat, utq; in eius semitis lotis pedibus ambulemus, ex eius mandato, spontaneo animo uicturi. Nam hinc, de Sion nimirum, uelut totius orbis metropoli, egressura est lex, ad quam quisq; libenter uiuat, atq; suam uitam instituat. Et uerbum Domini, quod cunctis mundi cimelijs praeponderat, atq; gratius est, prodibit ex Hierusalem: non ex hac quidem nunc ruinosa, sed ex noua, nouo spiritus multo perfusa. Ipse uero Dominus in ea multis populis se iudicem praebit, discussurus quicquid usquam terrarum inter mortales iurgij atq; controuersiae erit. Quin & longè dissitantes increpabit, atq; arguet: idq; ea modestia & dexteritate, ut nihil minus quam bellum aut ulla inimica simultas, inde enascitur sit. Siquidem ex gladijs suis tunc confecturi sunt ligones, & ex hastis suis falces: omisso bello, ubi furto ac rapto uiuunt, ad exercendam rusticam se composituri sunt: ut manuum suarum nihil tædioso labore fruuntur, pie & quietè uicturi. Neque enim gens aduersus gentem se obarmabit, aut gladium feret: neq; rebus iam ubiq; terrarum pacatis amplius condiscant artes bellicas, sed trauilla, quieta, & secuta tunc erunt omnia. Agitedum igitur, domus Iacob, & qui ex Israele genus ducitis, quando tanto studio gentes impiae ad Dominum conuertuntur, ipsumq; querunt, quin & nos uentis, atq; in lumine Domini ambulatis? Agnoscite semen Abraham, semine uestrum. Agnoscite filium David, regem uestrum: Iudaeorum rex est, & uos non adamatis ac spernitis eum? Vestra haec Hierosolyma est, si agnoscere uelitis. Cur tenebras potius amplectimini, quam lucem? Certe quia mala uestra sunt opera, & studia praua. Quia uero populum tuum Domine, domum atq; genus Iacob reiecisti, atq; despectui habes, idq; quod supra orientales Syrios

nimirum Aramaeos & Assyrios magicis artibus dediti sunt, quodq; Palestinorum more ariolos sectentur, & sese tradant augurijs: in summa, quod omisssa lege tua, satis sibi putet esse, si gentium more ambulat ac uiuant, nihil quam ea quærentes quæ huius mundi sunt, adeo ut repleta iam ipsorum terra sit argento & auro, quibus pro sua auaritia (quæ uera etiã idololatria est) turpissimè abutuntur, prodigi nimirum in eos qui propriae iustitiae idola sibi constituit: thesaurorum enim quos coaceruatos reponunt, nullus modus est: unde insolentiores facti, nec equorum, nec quadrigarum, quas lex etiã regibus multiplicari ueruit, ullus est numerus aut finis. Decuerat certè, ijs quæ bello paratur omisssis, Deo potius fidere, atq; totos ex eo pedere. Ad hæc, quia terra eorum idolis undiq; scatet, idolis inquam suis ipsorum manibus factis, quibus sese seruiliter incuruant, eaq; more gentium adorant: imaginem inquam Iustitiae, suis ipsorum digitis partem atq; confectam, cui simul omnes tum potentes tum plebem sese incuruant atq; genuflectunt, quos ne solem quidem neq; lunam opera digitorum Dei lex adorare permittit. Quia uero huc peruersitatis atque malitiae uentum est, o dominator Domine, ne parito, neq; hoc illis condonato. Ingrederi infelix natio in petram aut rupem aliquam, ubi te occulas. Abdas te in ipso terræ puluere, ubi metuendam Domini faciem, & gloriosam tremendamq; eius maiestatem subterfugas: qui elatos hominum oculos humiliabit, altos superbosq; uirorum animos non laturus. Dominus enim solus, ut cui omnis debetur gloria, tunc luculenter apud suos exaltabitur, atq; solidis laudibus feretur. Itaq; dies Domini exituum prodet sese tunc temporis aduersus omnem superbum & excelsum, quicquid elatum est humiliatura. Aduersus omnes cedros Libani sublimes, & excelsas: & aduersus omnes quercus Basan. Aduersus omnes montes præaltos, & omnes colles turgidiusculè sese attollentes. Deniq; aduersus quamlibet excelsam turrim, & omnem murum præualidum. Quin & aduersus omnes naues Tharsis, & quicquid illæ preciosum habet ac desiderabile. Siue imperatoria dignitate aliquis præfulgeat, siue pontificia, siue rex quispiam sit, siue alioqui ex magnatibus, atq; qualitercunq; in eminentia constitutus. Nemini omnino superbia dies ille Domini feret: sed omni fastu sublato, & cunctis ad modestiam compositis, solus Dominus exaltabitur, atq; cælebitur laudandus. Proinde quisquis tunc gloriari uolet, is gloriabitur in Domino Deo, quod ipsum sciat atque cognoscat, unde & idola illa uetera propriae iustitiae, penitus tunc auferentur, atq; reliqua erunt: omnia inquam pro reiectamentis atq; pro dānis habebunt, etiam suas ex lege iustitias pro pannis mulieris menstruata. Introfugient itaq; idololatrae hi nudi, & Mesiā suū nō induti, cū Dominus ad cōterrendā atq; iudicandā terrā surrexerit, in rupiū spelæa, atq; adeo in terræ uoragines

Repleta est terra idolis.

Eleuabitur Dominus solus, & idola penitus conterentur.

atq; scissuras, quo à terribili atque merenda Domini facie, tremendaq; ipsius maiestate se subducant atq; abscondant. Abijcient autem in die illa alacriter, magnoq; conatu, per quæ pudeſcunt, idolo, siue aurea illa sint, ad legem Dei cõſecta opera, siue argentea humanarũ traditionũ mandatis fabrefacta, quæ contempro atq; neglecto Deo uino sibi fecerũt, nũc talparum cuniculis aut uespertilionũ caueis abstrudenda. Profugient inquam in altis montium cauernas, quo se à formidabili Domini facie, cum ille ad perterrefaciendam atq; iudicandam terram proditurus est, se subducant, atq; extra glorioſe maiestatis ipsius oculos se occultent. Cauendum itaq; uobis moneo, & tempori conqueſcendum, ne in homine humili mitiq; Meſſia uestro impingatis: quem aliàs glorioſe multa sua maiestate ueniẽtem, non poteritis sustinere iratum ac iudicem.

CAPVT III.

Ecce Dominus ille cœlestium exercituũ Deus, aufert Hierosolymorum ciuitati, atq; adeo toti Iudaico populo, quãtum uis magna illi promissa sint, omne id quo roborãtur ac suffulciuntur. Omne suffulcimentum panis, non quidem terrestris tantum, in quo solo non uiuitur: sed panem uerbi Dominici, qui uitam dat mundo. Itẽ & fulcimentum aquæ, non quidem eius tantũ, de qua qui biberit, iterum sitit: sed quæ sic explet, ut in eo qui inde biberit, subſcaturiat fons aquæ salientis in uitam æternam. Dominum enim dereliquerunt, fontẽ aquæ uiuæ: & fodiunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere nõ ualent aquas. Auferam autẽ & ab eis uiros heroës ac militares, quorum præſidijs in pace securi sunt agere soliti, ne quis externus hostis in ipsos irrumperet. Auferetur simul & iudex, qui cõpositis dissidentiuũ causis intestina mala excludit. Quin & nemo propheta remanebit, qui iudicem diuinæ legis cõmoneficiat: nec diuinator quispiam industrius, qui multa rerum experientia doctus, futura prædiuina re solet. Tolleſtur & quisquis ipsa senectute uenerabilis est, & qui minora iudicia exercere solẽt quinquagenarij, & quisquis uir grauis aut ullius autoritatis haberi posset. Ad hæc, deerũt quoq; qui reparãdis ruinis, aut extruendis quæ oportet nouis, ullũ consiliũ ferant. Cuiusmodi si forte aliquẽ inueniãt, non erit artifex qui id scitẽ faciat. Quin & nemo, sicunde mala ingruãt, ijs moribus, eaq; uirtute inter eos inuenietur, qui apud principes exteros legatione fungi poterit, atq; commoda oratione malũ impendẽs declinare. Dabo enim eis principes pueros: & paruuli, effœminati, quiq; nihil uiri habent, dominabũtur eis. Vnde fiet, ut non expectata, aut enim contempra iudicis sentẽtia, alter a alteri uim inferat, mutuõq; ut populus alius aliũ opprimãt, & ut quisq; proximo iniurius sit. Quin & lasciuu pueri senibus illudẽt, atq; rebelles se præbebunt: & ex ima fece despectiſſimus quisq;

eos qui dignitate præſtãt, atq; in honore sunt irridebit. Quorũ malorũ pertasus aliquis, apprehendet tandẽ suę stirpis aut hunc aut illũ cui, quod pulchrẽ adhuc uestitus incedit, tumultuantis adeo populi gubernacula atque principatũ offerat. Cæterũ ille perquã sanctẽ illo in die iurabit, se nolle insani adeo populi curatorem aut principẽ esse: cũ domi suę neque panẽ habeat, neq; quicquam eximiorum uestimentorũ. Quãdo uerò Hierosolymorũ urbs in lapidẽ offendiculi impedit, atq; adeo omnis planẽ populus Iudaicus corrumpit, ita ut & sermone, & omnibus suis factis in Dominũ blasphemũ, sceleratiſſima sua uita oculos diuinæ maiestatis exacerbẽt atq; irritẽt, adeo ut ipsorũ malitia atq; improbitas in ipso uultu corũ elucescat atq; cõspiciatur: ita ut Sodomorũ more, suorũ peccatorũ eos neq; pœniteat, neq; pudeat, sed de eis (ut fronte meretricia sunt) gloriẽtur potius, ac sese iactitẽt: Væ animæ eorũ, siquidem per mala, sceleratq; suæ pessimẽ tractabũtur, ferẽtq; cruciatus & tormenta se digna. Iusto autẽ dicite, quod bene ipsi futurũ sit, ut qui ex benefactis bonã facturus est meſe. Impio uerò, siue iniusto futurũ est male, miserisq; tractabitur modis: quippe qui ex manuũ suarũ semente mala, malã reportaturus est messem, grauibus tormẽtis perpetuò discrucandus. Populũ meũ pauperem, pupillos ac uiduas, omni solatio mundã destitutos, miserẽ opprimunt, despoliãt, atq; expilant: idq; quod pueri & mulieres siue effœminati eis dominantur, quorũ partes erãt hic aduigilare, & uim omnẽ ac iniuriã prohibere. Itaq; tu popule mi, qui tui duces haberi uolunt, rerumq; tenẽt gubernacula, ij te seducũt uerius quã ducũt: siquidẽ uia semitarum tuarũ, quã tibi à Deo cõstitutã atq; præscriptã habes, suis cõstitutionibus corrupũt, deprauãt, atq; inuiã reddunt. Non fallit hæc res Dominũ: quippe qui ad iudicandũ, rẽ omnem discussurus, iam cõſtitit, breui sententiã prolaturus. Veniet inquã ad iudiciũ Dominus, executurus cõtinuò quæcunq; pronũciauit & statuit: idq; cũ populi sui senioribus, ipsis nimirũ maiorib. eorũ, unde genus ducũt: atq; etiã uiris cũ principib. iuris dicũdi collegis. Et uos horũ omniuũ securi, iudiciũq; Despernẽtes, etiãnum depascitis atq; deperditis domini uineã: nõ pluris ecclesiasticũ meũ gem faciẽtes, quã si uiles essent catuli, aut si quid catellis cõtẽptius est. Quin & ea quæ pauperibus aufertis, atq; uiolẽtẽ satis subripitis, etiã in domib. uestris reperire est. Hoc cœne est principẽ agere, aut iudicem? Sed quorsum obsecro hoc spectat, quod pauperẽ, ne quid queratur, sic cõtunditis ac depalmatis, ut ne mutire quidẽ contra uos de illata sibi iniuriã audeat? Hoc uos rogat dominus, ille cœlestiũ exercituũ deus. Quin & hæc dicit dominus in muliebri fastũ & superbiã, quãdo ista facitis in uxorũ aut filiarũ gratiã, quæ ad oppresſionẽ pauperũ uos instigãt, nel certẽ de ea applaudunt.

Ruit Hierosolym, et in das cõuulsa.

Pro eo quod
deuata sunt
filia Sion.

dunt. Eo quod filię Sion elata, adeo superbae sunt, extero admodu gutture, atq erectis cristis, oculisq uagis, & male fucatis, magno cu fastu, lasciuoq corporis gestu incedut, ita ut etiã pedu suorũ calceametis fibulas addat deauratas: hinc fiet, ut Dominus earũ uertice caluã sit redditurus, & pudenda earũ denudaturus, ut tandẽ discat uerecundiã, quã omnẽ abiecerunt, siquidẽ re omni deperdita, asportabuntur in captiuitatẽ, ubi huius suã insolentiã meritas luant pœnas. Et illa quidẽ die dedocēbit eas Dominus, illã ex deauratis calceamentorũ fibulis superbiã, & ex reliquis toto corpore ornamentis, quorũ pleraq lunã speciem referentia habet. Auferet autẽ Dominus & monilia ipsarũ, & armillas, & calyptras illas byssinas ac holosericas, quibus totam sic obtegũt faciẽ, ut præter oculos nihil uideas. Vestimenta item ipsarũ, tum laxatũ stricta, uitas, odorifera illas sphaerulas, quas in ubera sua solita sunt suspendere, unã cu ipsarũ inauribus: annulos item, & nariũ circulos, uestes mutatorias: & quibus cõtra pluuiam, aut aëris iniuriã, utuntur pallijs, adhac pepla, calanricas, crumenas, specula, sindones, togas & theristra. In summa, omnẽ mundũ muliebrẽ, omnẽ superbiã materiã eis Dominus ablaturus est. Et succedet in locũ fragrantie illius, ex mala scabie & purulentia grauis foetor: ita ut per uulnera, putridasq uomicas, cingulũ nõ sint passura. Et pro compositione illa criniũ, quos calamistro crispare cõsueuerunt: iam ferent caluiciũ. Et loco festiuarũ uestiũ, inaurisq cinguli, iam erit cinctura sacci. Et pro pulchritudine illa, tã anxie cerussa & stibio quaesita, iam multo labore emaciatq, atq inedia exhaurita, ex sole nigrore ducent. Mariti autẽ earũ unde pauxillũ fortasse refocillatiõis expectare possent, eo quod mœchos sectari sunt solita, nunc gladio interibunt. Et quicumque apud eas magnates sunt, Iudices nimirũ, heroes, quinquagenarij, aut alioqui uiri graues hi bello interimẽtur. Vnde fiet, ut portã Sionis plangant ac lugeant: siquidẽ ciuitas ipsa desolata, modisq omnibus humiliata, iam ueluti humi prostrata sedebit: cristis illis olim erectis, atq sic quondam extero gutture, iam uehementer demissis.

CAPVT IIII.

Tanta autem ea cædes erit, ut præ multa uiroꝝ raritate septem mulieres unum sint apprehensura uirũ, certatim acture de eo culus sit. Non eum sibi petent, ut qui de uictu atq amictu ipsis prospiciat, ipsarumq hic curator sit. Quin ulro dicent, quod ipse suum sibi panẽ curabunt ac edent, proprioq sese labore conuescent: satis habitura, si modo coniuges uocentur huius aut illius, quem uiduitatis sterilitatisq opprobriũ ipsis (quæ non parua olim maledictio erat) auferatur. Tunc temporis germen illud Domini, Christus Dominus patre Deo prognatus, his qui ex Israẽl seruati fuerint, decorus erit, & glo-

riosus. Et fructus terrã, fructus inquam uirginei uentris, summis, maximisq ab illis effertur laudibus. Futurũq est, qui in Sion fuerit reliquus, atque superstes remanserit in Hierusalem, ut is audiat pius, ac sanctus, scriptus nimirum cum uiuentibus in supera illa Hierusalẽ. Cum scilicet ipsos in forte electorũ ascitos Dominus filij sui sanguine ab omnibus iniquitatũ fordibus emundarit. Cum sanguinaria illa facinora Hierosolymitanis e medio ipsorũ amouerit, delerit atq expunxerit, idq in spiritu iudicij & spiritu excisionis: Spiritu inquam, qui iudicet omnia huius seculi admissa per Christum euanda atq nihil esse, etiam ipsam humanam iustitiam, cuius fiducia atq admiratio non secus quã ipsa uita excidenda atq extirpanda uenient. Creabit autem Dominus atq producet supra omnem locum, omne ue habitaculum montis Sion, & ubicunq ciues Sionij conueniunt, nubem fumo similem, quẽ ipsis de die solis ardores defendat: & de nocte ignem dabit splendidum atq flammantem, quã noctis tenebras discutiat. Nihil illis nociturũ est, neq a dextris, neq a sinistris: nusquam inquam offendent, neq in prosperis elatiore futuri, neq in aduersis animum desponsuri. Protector enim tanta cum gloria erit Dominus omnibus electis & seruatis. Erit enim ipsis hæc nubis obumbratio, de die loco umbraculi aduersus æstum, nimiamq solis adustionem: & loco tegminis atq operculi, quo defendantur atq tuti sint a uentis turbidis ac intempestiua pluuiã, reliquaq aëris iniuria. Nihil in eos poterit ataritiã æstus, nihil superbiã uenti, atq gula ebrietatisq pluuiã: siquidem non secundum carnem ambulabũt, sed secundum spiritum, quilibet nulla condemnatio est.

CAPVT V.

CAntem quæso, ac dulci cantilena dilectum mihi celebrem, cantaturus illi de uinea sua. Fuit enim dilecto meo, illi in quo patri Deo bene cõplacitũ est, uinea quãdam in loco præpingui, ac terra multo optima, quam pulchrẽ ad excludendas malas bestias circum septam, etiam eruderauit. Planta uit autẽ in ea selectissimas quasq uites, quarum præstãtissimi essent fructus. Quin & turrim extruxit in ipsius medio unde speculator eam custodire, natoq fructus cõseruare posset: addito etiã torculari, quo ex feliciter prognatis uitis, exprimeretur mustum, uinumq exhilarati animi nouum. Cæterum dilectus meus dum eximias ex uinea sua expectat uinas, nõ profert illa nisi labruscas, uuulas paruas & amaras. Nunc itaq tu ciuis Hierusalẽ, & uiri Iudah, postquam tam sinistrẽ mihi successit, res tanto conatu, multoq adeo impendio & sudore instituta: iudicate quæso inter me, & inter uineã meã. Quid obsecro facerem uineã meã amplius, supra id quod per me factum fuit: Indignẽ certẽ fero, quod pro uitis, quas præstantissimas expectaram, acerbis

Si abluerit
Dominus
sordem filiã
rũ Sion.

Quia Domini
excisionis
spiritu

Quia Domini
excisionis
spiritu

ac rescilas profert labruscas. Verū aperiam atq; narrabo uobis, quid ego de ea statuerim facere. Circūdatam illi sepem ablaturus sum, ut cunctis animantibus pateat quæ ipsam de pascantur. Diruta enim maceria, quid aliud quam ab omnibus conculcabitur ac protere retur: Efficiam autem, ut desoletur planē, atque deserta iaceat: neq; enim putabitur, neq; quisquam eam fodiet amplius, aut ullo modo colet. Vnde & uesperes, sentes, ac spinæ in ea succrescent: siquidem & nubibus mandaturus sum, ne quādo eam cōpluant, atq; irrigēt. Vt autem sine inuolucris uobis rem dilucidē proferā, Vineā hęc dōmini exercitiū, dōmus Israel est: & tribus Iuda: quæ nō ita, ut decē tribus, ad idola defecit, delectabilis ac p̄lecta Domini plantatio est. Hos legis cācellis per Mosē circumseperat. Speculatores prophetas habuerunt, quā plurimos, factaq; est fudæ sanctificatio eius. Sed cū ex eis iudiciū expectaret Dominus, ita ut pauperibus ac misero popello uim atq; iniuriam omnem auerterent: ipsi oppressores eorundem facti sunt. Vbi iustē ac piē eos agere condecuit, iniustē ac uelūti per tumultum & p̄ter æquū & bonum iudicarunt: solum in hoc incumbentes, ut ipsi rem suam adaugeant, atq; constabliant. Cæterum, uā ihs, qui pro inexplēbili sua auaritia, domum coniungunt domui, & agrum agro, adeo ut uix ullum relinquat locum tenuioribus, quin ipsi conuerant ac cōemant simul omnia, quasi ipsis solis inhabitanda esset terra. Domino exercitiuum hęc ad aures peruenerunt, adeo ut non impunē uobis futurum sit, quod sic pauperes opprimatis. Sed dispeream, inquit Dominus, si non domus multæ in solitudinem redigentur: ita ut aues, noctuæ, atq; uespertiones, ædes illas pulchras atq; laxas, iā habitatore destitutas, inuolaturæ atq; euolaturæ sint, constructis sibi suis nidulis. Quod uero ad agros agris adiectos attinet, decem iugera uinæ, proferent unum tantum batum. Et ubi in agrum sementem feceris cori, non amplius illinc referes quā epha, cori partem decimam. At nuncharum calamitatum securi, crapulæ indulgentes commessamini, uinōq; multo in profundam usq; noctem turpiter uos ingurgitatis. Sed male certē cum ihs agetur, qui primo statim diluculo, a sacro, aut etiam ipso delecto decedentes, inuicem cohortantur ad festandū quæ inebrient, uentremq; farciant, nō ante ipsam uesperā suas cōpotationes relinquentes, donec inguinis & capitis discrimina nescientes, quidlibet pro sua ebrietate designent ac audeant. Quin & citharam, tympanum, tibias & reliqua musices instrumenta unā cum p̄stantissimo uino, suis cōpotationibus ubertim adlubent, nihil morantes, neque cogitantes quidem, quare Dominus Deus hęc populo suo creauit: nimirum ut cum gratiarum actionē sumantur, & ad opus diuinarum manuum, quæ cœ-

Vinea Domini exercitiū domus Israel est.

Ua qui con-surgitis mane ad ebrietatem sectandam.

lum, solem, lunam, stellasq; nobis formarunt, non respexerunt: unde certē ipse Deus, æternaq; eius potentia cognosci poterat. Sed respuunt planē me agnoscere. Quando itaque sic in sanus est, tantōq; nominis mei contemptu, sceleratus hic populus meus agit: propterea & captiuus hinc abducentur, ubi in-tā sobrietatem, atque adeo famem perferre condiscat, ac sitim: idē quod nihil adeo me nosse, mihiq; parere studuerint. nam & qui inter eos dignitate præcellunt, fame disperibunt: & populus ipse, olim quidem ebrius, tunc siti contabescet. Vnde & infernus, siue sepulchrum, semper quidem insaturabile, nunc sese dilataro uentre capaciorem fecit, atque præter modum distendit os suum, latum diductis faucibus suis: siquidem uiri præcellentes ac magnates illuc turmatim descendunt, atq; inferentur: diuites inquam cōplures, & quotquot in terra neglecto Deo genialiter uixerunt. Et sic quidem plebei solito fastu incuruabuntur, & uiri grauiore omis-sa sua superbia condiscant modestiam: quando quicquid sublimium aut elatorum oculorum est, sese demittet atq; humiliabit. Siquidem unus ille cœlestium exercitiuum Dominus, nobis extollendus, summisq; laudibus de suo hoc iudicio efferendus uenit. nā Deus ipse perpetuo sanctus, ex prolata in sceleratos sententia hac, uilibet ab omnib. sanctus prædicabitur: quod sordescētes adeo in suis sordibus a se reiecerit, seseq; quasi emūdarit.

Tunc tandem agni, quos illi ad uiuū tonde-re, atq; tantum non deglubere solent, pro uetere suo more pascentur: ita ut per uim quondam ablata, iam ad ipsos magno cum fenore reditura sint. Et aduenæ prius expulsi, atq; impiē habiti, tūc comedent desertas pinguis ac ditiorum domos. Pessimē sane agetur cū illis, qui scelera sceleribus accumulāt, iniquitates suas trahentes funibus mendacū, falso quodam prætextu eas excusantes scilicet. Nō quidem quod humana infirmitate peccent, sed reclamante atq; obnitente ipsorum mente ac conscientia, sua scelera trahunt, ac peccant: non secus quā interdum plaustrum onerarium suapte natura ac grauitate substifens, funibus protrahitur. Horum autem insanabile malum, grauisimūq; Dei contemptus est. Prophetis enim incredulū, non sine ironia suo in animo dicunt: Acceleret, atq; festinatō adducat Dominus opus suū, ut quid facturus sit, uideamus. Appropinquet atq; adueniat, quod ille sanctus Israelis deliberatum atq; decretum habet, ut id sciamus atque credamus. Veli miseris, uirisq; sceleratissimis quod ita censeant malū bonum, in ebrietate, crapula, ambitione, mundiū uanitatibus suis sibi felicitatē statuentes: & quod uerē bonū est, nimirū ut animo lubēri ad legē uitas Domini, carnemq; mortifices, id illi malū ferant, ac graue. Quin & tenēbras dicunt lucem, naturæ lumen, humanam nimirum sapientiam, quæ

Ua qui trahitis iniquitatem in sinu uiculis uanitatis.

quæ sui amans crucem fugit, & quæ Deo stulta ac diabolica est: hanc illi quærant, unice colunt, summe admirantur, atque ex hac sola uel oprimè uiuendū decernunt. Porro uerā lucē, quæ Dei cognitio, quæ uiuum & efficax uerbum Dei, pedum nostrorū certissima lucerna est: hanc ipsi tenebras appellant, omniumq; malorū fontem. Hinc & illud quod spiritu renatis amarū est, nempe huius seculi amplexatio, illis uiderur dulce. Et quod re uera dulce est, nimirū ut contemptis huius mūdi illecebris, totus ex Domino pendeas, atq; in ipso spem omnē colloces, id sceleratis illis amarū est, & asperū. Male sanè cū ipsis agitur, quod suo ipsorū iudicio sic sapiant, tamq; sibi ipsis prudentes sint: parū memores, quod sapientia huius mūdi, stultitia apud Deū sit. Hinc enim fit, ut nullus ipsis sit respicientia locus, quādo monitorē neminē admittit, qui cōtraria uereq; bona ipsos doceat: quod quidē cōstanter atq; præfractè dum faciūt, omnē ad se uia spiritui sancto præcludunt. Cæterum, ueh etiam ipsis, quod ad epotandos uini calices tam sint fortes, & strenui, robusti sanè uiri, ac præferoces ut sese ingurgitent, atq; uino expleāt. Quā quæso spiritus Dei scientiā hos doceat: tam nihil ablatos à lacte, nec ab uerbis auulsos: si quidē qui carnis sectantur delicias, spiritus sancti capaces esse non possunt. Ad hæc, Quia sumptuosius deliciari uoluit, munerū gratia inuicta impij causam iustā censent: nec pro iusto iustā ferunt sententiā, sed uincit causa plura donatis. Dū autē ad hūc modū aures suas ad clamorē pauperū obrurrāt, clamabūt certe & ipsi, sed nō exaudierunt. Verūm quemadmodū ignis cōsumit stipulā, aut si quid stipula leuius, & flāma glumā atq; quisquillas in cinerē redigit: sic radix eorum, & qui quid apud illos ualidū est, in fauillam abiit atq; putredinē: & germen eorum, sicut puluis ascendet, atque feretur per aëra idq; quod legem Domini exercitiū spreuerint, & eloquia sancti Israelis, supra aurū & ropasū diligenda, cōtempserint. Itaq; exarsit Domini uultus, multaq; ira in populū suum cōmotus est, adeo ut subducta altumq; leuata manu eū sit multa calamitate percussurus. Imō tā eū feriet ualidē, ut mōtes ipsi, & quæcūq; in circuitu fuerint, fragore quodā horrendū sint resonitura. Cadauera autē eorū lacera proiciētur, & medias per plateas uolutatā, pedib; protegerētur. Et omnibus quidē his malis nihilo mītor illis reddetur, neq; se Domini furor placidiorē præbebit: sed manū adhiuc altius sublarā, & ad grauiorē ictus paratā seruabit. Eriget enim signum ad gētes lōge disitas, quas uel ab extremō terræ, solo sibilo in perniciem nostram cōuocabit. Et ecce, citō atq; expedire aderunt solū sibilanti Domino, cui uos post totac tāta uobis exhibita beneficia parere tamē recusastis. Nō erit autē in illis, qui itinēris molestia delasserunt, aut rē ulla offendatur: sed magnis itineribus accelerātes, nec de no

cte sibi somnū aut quietē ullā permittēt, nequā à latere suo gladiū, quo accingūtur, deposituri. Tāta autē absoluēdi itineris prosperitas erit, ut ne minimū quidē impedimētū eos remoraturū sit, ne rupta quidē calceamēti corrigia. Sentient exercitiū quā optime instructū, & expeditū. Sagittæ enim eorū acutę sunt admodū, arcusq; habēt iam intēfos. Ungulæ autem equorū quibus uehētur, ea duritie sunt, ut uel cum silice certare possint, nihilq; atterentur, quo minus ad ipsos perueniant. Imō quadrigę eorū, ueluti turbo, sua uelocitate resonabūt. Nō autē eos amicē ac blādē, sed summa crudelitate inuadēt. Rugient enim ut leones, & fremēt ut leonū catuli, qui in discerpēda præda ludūt, ueluti cū mure catus. Fremitu atq; rugitu quodā in prædā irruēt, & nō erit qui ipsis eam eripiat. Fremēt in quā aduersus illos, uicisq; insultabūt in die illa: quemadmodū marini fluctus perpetuo fremitu resonant. At tūc, sed sero nimis, in terrā suos uultus demittent, quā uel dehisce sibi optabūt. Erit enim crudelis ubiq; luctus, ubiq; pavor, & plurima mortis imago. Respiciēt, sicunde fortassis auxiliū feratur: sed ecce tenebræ, angustia, ac mare quoddā tribulationū ac dolorum inuoluet eos: imō & lux, lucidus nimirum sol, obtenebrescet scelerato isti populo in cælis, quod cælorum Dominum exasperarint, grauiterq; adeo offenderunt.

CAPVT VI.

Quo anno ex sua lepra mortuus est rex Iudah Ozeas, eodē mōdi iudi Domini Messiam nostrum, ira ut iudicem decebat, excello sublimi quē solio insidentem, idq; fastu regio, gloriā que uerē diuina. Et sūbria uestimentorū eius, ut hæc laxa habebat & prælongā, replebant templum, ira ut uix eas caperet: tantum abest, ut ipsam Domini maiestatem totam teneat, atque cōcludat. Seraphim autē circumstipabāt ipsum, millia millū, & decies centena millia ministrabāt ei. Erāt autē singulis sex alæ: dug quidem, quibus faciē suā obtegebāt, quippe qui summam Dei gloriam ferre non possent: duabus uerō uelabant pedes, corpusq; relictum, ne sua pulchritudine, quā ineffabilem habent, nos in sui amorem raperent potius quā Dei: duabus autem alijs multa alacritate perquam uelociter uolabant, quā citissimī à Domino Deo sibi iniuncta negotia obituri. Quilibet autem horum clamabāt, atque ad clamandum simul inhorrabatur alium, dicens: Sanctus Sanctus Sanctus dominus Deus exercituum, Rex ille regū, ac dominantium Dominus, cuius gloria ac maiestate, tota terra plena est. Porro tātus fuit huius clamoris strepitus, ut ipsum repli limen superum, postibus hinc illinc incumbens, ex uoce clamantium suo loco motum sit: Ita ut diuina gloria illinc toto terrarum orbe sese disperferit, ac tertiam uniuersam pro uer-

Abiecerunt enim legem Domini exercituum.

*Vae mihi,
quia tacui.*

*Vade, & di-
ces populo
huic: Audite
audientes.*

tate clamantium implevit: & domus ipsa, pro splendore quo Iudaico populo lucere solet, impleta est fumo, qui quiduis obtenebrat. Et ita quidem reiectionem, Iudaicis populi excaecatione ex his uisis praefagire licuit. Ceterum ego: Me miserum, inquam, & infelicem: siquidem perij, planeque perditus sum, quod pollutioribus ego labijs sim, quam ut in similem Dei laudatione liceat prorumpere. Imo & medius habito in populo nihil mundo, ac pariter coinquinato: Attamen regem illum Dominum exercituum hisce meis oculis contempsi, cui tanto pro beneficio miser ego non habeo quod rependam. Volatu autem suo ad me delatus est unus ex Seraphicis illis spiritibus, qui manu sua tenebat carbonem candentem, forcipe ex altari abreptum. Et ubi carbone hoc os meum contigisset: Ecce (inquit) hic carbonem contigit labia tua, & abstulit atque exussit iniquitatem tuam, omnemque tuam immunditiam: & peccatum tuum expiatum atque deletum est, ut ne quid amplius de labijs pollutis queraris. In terra uero audio uocem Domini. Dicebat autem ille: Quem mittam? & quis nobis iturus est? Hic ego rei totius ignarus, (nesciebam enim quomodo quem destinaret mittere, neque quid esset obeundum negotij facile ne ac leue, an graue & arduum) obtuli tamen meam operam, ut me mitteret: ne quis me meapte sponte currere credat, ut uulgus pseudopropheta- rum solet, quos non Dominus in suam messem protrudit, sed elicit eos aut lucrum, quod spectant, aut mala ambitio, simile ne animi uicium. Post oblatam autem meam operam: Vade, inquit dominus, dicturus populo huic olim quidem, sed nunc non amplius, meo, genti illi peccatrici, scelerato semini, filijs pestilentibus, populo graui iniquitate, qui nihilo meliores sunt Sodomitis & Gomorrhais. His ego te dicere uolo, ut audientes audiant, remque sibi aperte denarratam habeant: non tamen intelligant aut ea commoueantur. Videntes item praeculis clare rem omnem uideant, non tamen cognoscant, atque ueritati acquiescant. Quin potius impingua, crassoque adipe conclude, obfirma, atque indura cor populi huius, auresque ipsi aggraua atque absurde facito. Oculos item illi obducito: ne quando fiat ut oculis uideas, aut auribus audiens, atque corde suo intelligens, sese ad bonam frugem respiscendo conuertat, ita ut me sanare ipsum oporteret, atque rursus pro meo agnosceret. Hic ego indolens, miserique populi miserus, cum Domino obniti non auderem, rogauit tamen, quis nam huius miseriae atque calamitatis modus esset, & quando eius futurus esset finis? Et responsum mihi est: Donec sic uastentur ciuitates ut nemo eas inhabitet, & domus ipsa neminem quoque inhabitatorem teneant, totaque ipsorum terra redigatur in solitudinem. Dominus enim accurabit, ut in regionem longe hinc distantem abducantur captiui, unde & multo tempore terra haec dere-

lictui erit. Ceterum adhuc ex ipsis decimae quaedam, ueluti seminandum semine, remanebunt reliquae, quae conuertantur ac respiscant: idque in morem quercus seu terebinthi, quae huiusmodi quidem tempore folijs nuda, omnem externum uirorem deperdit, seruata tamen uita interna, qua fit, ut aestiuo tempore luculenter reflorescat. Sic & Dominus Deus non est uniuersum populum suum deleturus, sed serua- bit sibi reliquias quasdam, & semen sanctum: unde illi, postquam plenitudo gentium aduenit, reuifescant ac reflorescant.

CAPVT VII.

Accidit autem, cum praefectus Iudaico populo rex Ahas, filius Iotham, atque Ozeae nepos, ut Resin rex Syriae, cum confederato sibi Pecah, filio Remaliae, Israelis siue decem tribuum rege, Hierosolymam ascenderit, oppugnaturus quidem eam: sed non potuit eam expugnare. Nunciatum autem est hoc regi Ahas, totique domui David, ut sibi prospicerent, maloque huic quaererent remedium. Dicebatur autem eis, quod Syriorum rex confederatus esset populo Ephraimico, decem nimirum tribubus ad oppugnandum eos, qui ex regno essent Iudae. Et turbatus atque motus est regi, totique populo animus, quemadmodum per uentum ac tempestatem concuti atque moueri solent arborum folia: si quidem fregerat illos superioris praellij calamitas, quo ex Iudae centum uingenti millia bellatorum perierant, & ducenta millia mulierum, puerorum & puellarum in captiuitate fuerant abducta. Rebus itaque desperatis, iussit Dominus Esaiam egredi, atque obuiam se praebere regi Ahas, ipsum una cum filio siue discipulo suo Seariasub, ut in ore duorum aut trium staret omne uerbum. Exiret autem usque ad extremum aqueductus superioris piscinae, ad semitam agri fullonij. Hic ego ex circumiacente aliquo pago aut oppidulo, in munitiorem ciuitatem se recipienti regi, iussus fui dicere, ut bono esset animo, & ne quid formidaret: sed quietus esset, neque animo frangeretur aut labasceret, a duabus caudis fumigantium istorum titionum, non diu quidem nunc duraturis, sed iam breui perurendis atque extinguendis: tamen si ita nunc exardeant ut furorem in uultu ipsorum uideas, & ira toti fumigent, rex Resin, una cum sua Syria, & filius Remaliae Israelitici populi rex. Ne quid moreris inquam, quod Syria malum aduersum te inierit consilium, maleque tibi cogitet, una cum Ephraim, & rege ipsorum filio Remaliae. Non enim est consilium ullum aduersus Dominum, qui suam ciuitatem Hierusalem saluam adhuc uult, & illasam. Dicite quidem illi, Ascendamus in Iudae, in gentem superatam nobis iam facilem, & oppugnemus atque obsidione premamus eam: Diruamus atque disperdamus eam nobis, quo nostro arbitrato regem illic constituamus nostrae factionis atque sententiae, filium Tabeal. Sic factum est.

ne illi. Sed sic dixit dominator ille Dominus: Non succedet eis, neq; fiet quod illi sperant atque cogitarunt: siquidem Damascus metropolis & caput erit in Syrorum regno, non Hierusalem: & ibi regnaturus est Resin inter suos Damascenos atque Syros. Imò intra annos sexaginta quinque, eò sese res Ephraitarum deuoluet, ut amisso suo regno, non sint amplius numerandi, atque habendi pro populo. Porro caput atque metropolis regni Ephraitarum, siue regni Israëliti Samaria erit, non Hierusalem: & caput atque rex Samariae, filius Remaliae: qui si faceret, suam illam, quam nactus est, Sparram adornaret, ac bona quiete ac pace regeret, potius quam ut hisce bellorum tumultibus sese inuolueret. Porro uos, si non creditis mihi, signum est quod neque Deo creditis, me mittenti. Dominus uero, pater ille misericordiarum, omnisq; clementie, qui solem suum oriri finit super bonos pariter & malos, non dedignatus est & cum impio rege Ahas per prophetam suum uerba facere, promissi huius signum illi offerens. Cum enim uideret ipsius animum uelut arborum folia comotum, de uiribus suis desperare, & promissioni tam speciosa non credere: Pete tibi, inquit, signum à domino Deo tuo, sine caelitibus illud tibi nelis, è supernis, siue humanitus ab infernis. nam Dominus tum apud caelestes, tum apud terrestres, atq; adeò imos apud inferos, pari omnino potentia est, ita ut illud ipsi in idè recidat, modò tu sumpto animo atq; certa concepta spe per illud confirmaris tantum, atq; inutilem timorem ponas. Ahas uero uehementer hypocrita, ac praeposterè sanctus, negauit se petiturum: Non petam, inquit, ut ne rentem Dominum. Constabat autem superiore praelio, praeter Maasiam ipsius filium, & Ezricam ducem domus ipsius, & Helcanam, secundum à rege, centum uiginti bellatorum millia desiderata fuisse. Confugiendum itaq; censuit ad Assyriorum regem, atq; missis muneribus eius auxiliu promereri, potius quam accepto per Dominum oblato signo, ex solo Deo ut pederet. Dominus uero dixit: Audite queso domus Dauid. Parum ne uobis est, hominibus tantu praebere negocioru, & quod nimia uestra timiditate, ueluti prohibeant ipsi spem bonae diuinitatis dato signo confirmari, quin & Deo meo uestra incredulitate atque inobediètia uos molestos esse oporteat: cui tam nihil creditis, & cuius exposita adeò in uos benignitatem tam turpiter reiicitis?

Certe Dominus ipse, uobis etiam recusantibus, daturus est signum, maius quidem & grauius, quam uos uel cogitare potuissetis. Nam ecce, Virgo uterum ferens pariet filium, & uocabit illius nomen Emanuel: siquidem ipse nobiscum futurus est Dominus, atq; inter nos uersaturus. Edet quidem ille butyro & mel, ita ut boni & mali, dulcis ac amari discretionem habens, sciat malum reiicere, & eligere bonum. Ceterum antequam eò x-

tatis perueniat, ut malum reiicere & bonum eligere possit, derelictam atq; desertam uidebis eam terram, unde nunc inhorrescis, atq; tantopere commoueris, propter duos eius reges breui interituros. Quare quod tu Syros times, atq; Ephraitas, id sanè nihil est: sed Assur, Assur inquam, cui magno certè tuo malo fidis, & Babyloniorum rex metuendus potius uobis uenit. Siquidem Dominus adducet aduersum te, tum etiam aduersus populum tuum, patrisq; tui domum, tale seculum, quale nunquam uisum est, ex quo sub austero nimis rege Roboam Ephraicæ tribus decem descuerunt à Iudah. Adducturus autem in uos est regem Assur, idq; minimo nulloq; labore. Tunc enim temporis sibilabit modò Dominus muscis, quæ sunt in extremo fluminum Egypti, & apibus quæ in terra sunt Assyria, & hæ solo sibilo oris euocatae continuo obediunt, atque aduolaturæ sunt. Et requiescent omnes istæ muscæ, uiri nimirum hostes, partim in ciuitatibus planicie ac ualles ad flumina tenentibus, partim item in urbibus per montana dispersis, in omnibus casis, atq; etiã adibus superbiorebus. Illo quidem tempore bene acuta, atq; sanguine multo inebriata no uacula, radet Dominus & caput, & pedum pilos, & summates & infimates, per regem Assur, & eos qui è regionibus ultra flumen sitis aduenturi sunt. Quicquid autem barbarum ac uirile est, perimetur. Futurum autem illo tempore est, ut bene secum actum putaturus sit, cui datum erit unam enutrire uitulam, & duas oniculas, spem gregis, ut hinc uitam sustineant, butyro uescètes: nam solo butyro, lacte, sero & melle tunc uictitabunt, quicunq; in te remanserint omisis cupedijs & uino, siquidem locus quilibet, quæ mille solet habere uites, quater mille ualentes argenteos, rediget in uepreta, carecta & spineta: unde tunc sanè nec ebrietati nec erapulae, ita ut prius, locus erit. Tam uero incultæ iacebunt uinetae, & quos habere solent hortos, ut si illuc ingredi uoles, cum telo eundum sit, quo te à feris prauisq; bestijs defendas. Tota enim ferè terra uepribus atq; spinis & sentibus erit oppleta: quin & montes, qui leui paruq; opera sarcullo fodi atq; aratro profcindi solent, ficcatebunt spinis ac uepribus, ut harum timore ac tædio non sis illuc iturus: sed cedent bubus in pascua, ut à pecoribus conculcentur atque proterantur.

C A P V T VIII.

Dominus autem ea quæ diximus confirmatiora esse uolens, iussit me grande sumere uolumen: siquidem significare uoluit rem memorabilem, & dignam, quæ posteritati commendaretur: porro ut homines, arrepta charta sese componunt ad scribendum, ita & ego in arrepto uolumine scriberem: Accelera ad prædam, Festina direptionem. Facturus autem hoc, nempe ut eiusmodi conferberem uolumen, & illud

Pete tibi signum à Domino Deo tuo.

Ecce uirgo concipiet.

lud uelut æreis tabulis inscriptum, omnium oculis exponerem, uifus mihi sum adhibere negocio testes fide dignos: nempe Vriam summum sacerdotē, & Zachariā filiū Iebarachia regis focerum. Accessi autē ad prophetissam, uehemēter uitæ eius puritatē castosq; mores admirans, quæ saluo omni pudore cōcepit: & tandem quidē uirgo filiū peperit, cuius nōmen Dominus me uocare iussit, Ac celera spoliū, uel Festina prędam: quia prius quā puer iste sciet clamare; Mi pater, uel Mea mater, diripientur inquit opes Damasci, & despoliabitur suis rebus Samaria, quæ nūc tanta formidini atque terrori uobis sunt. Fiet autē illud iussu aut nōmine regis Assur. Rursum uerō locutus mecum Dominus est, atq; dixit: Eo quōd populus iste abiecit aquas Siloah, quæ silenter sine omni strepitu fluunt, ita ut rerum nouarum auidi, dimisso suo rege gauderent, Resin Syrorum regem sibi domi nari, uel etiam filium Remalia, quorum magnus fastus est, ac uitę strepitus: ideo sanē Dominus inducet super eos aquas fluminis fortissimas & multas, quæ non tam leni fluant agmine: nempe Assyriorum regem, cum omni suo robore ac gloria, strepitusq; ualidissimo, & ascendet in omnes eorum ualles atq; ciuitates, quas in uallibus planisq; locis extructas habent, effluetq; super omnes ripas atque urbes ad fluuium ædificatas. Irruet autem in Iudaicam terram, sic inundans & excrescens, ut & collo tenus submergendi sint, siquidem & ad Hierusalem, quæ regni Iudah caput est, pertinet malum. nam latē adeo ille suas alas expansurus est, ut eis cōclusurus sit totam tuam terram, o Emanuel. Tu tamen si nobiscum sis, quis contra nos? Congregamini itaq; atq; conglobate uos milites Assyrii: sed certē conteremini, uestroq; malo estis affuturi, quantumuis (sic permittete Domino) populus Dei per uos affligatur. Qui etiā remotissimas habitatis regiones, audite de cōscribēdo hoc exercitu, atq; ad praliū uos apparatus atq; accinctos præbete. Certē cōtere mini, maleq; cedet uobis. Inite inter uos consilium, qualecunq; uoleris: sed dissipabitur, neq; consistet. Loquimini inter uos, quid factū, quid omissum oporteat: nihil uobis succedet, nec erit stabile, siquidem nobiscū Deus est, aduersus quem nullum ualet consilium. Sic enim mihi dixit Dominus, idq; infallibili atq; certissimo uaticinio. Erudiuit autem me, atq; præmonuit, ne eadem cum populo hoc uia incederem, qui hostium multitudine perterrefacti, aquas Siloah reiciendas censent, dicebat autem: Ne te discruciet, neq; male quicquam habeat istorum coniuuratio, & quod male sanus iste populus tibi occinet, insuperabiles esse coniuuratorum uires ac potentiam. Ne quid timueritis uobis ab ipsis, neque uos perterrefaciant. Plures enim nobiscum esse fatebimini, si cælestium exercituum Dominum uerē cognoscatis, quā

Pro eo quod
abiecit popu-
lus iste aquas
Siloæ.

Ne dicatis
coniuuratio,

cum illis. Quieti itaque estote, atque timorem ponite. Quin potius ipsum Dominum, innumerorum, inquam exercituum Deum sanctificatē. Ipse uobis timori sit, ipsum quæ expauescite. Illi quidem corpus occiderint: hic uerō & corpus & animam potest mittere in gehennam. Et erit quidē ipse utrinque domui Israelis, domui scilicet Iudah, & domui decem tribuum, partim in sanctificationem, & partim in lapidē offensionis, atque petram scandali: maximē uerō is qui Hierusalem incolunt, in laqueum erit, atq; in tendiculam. Iis quidem qui inter uos credunt, preciosus est, & in sanctificationem: non credentibus uerō, factus est lapis iste, quem reprobaauerunt ædificantes, in caput anguli, & lapidis in quem impingant & offendant: siquidem positus est & in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel. Impingent enim in eum complures, qui corruent, conterentur, atq; irretiti capientur. Pauci uerō electi sunt, estq; eorundem pusillus grex, per arctam portam ingrediens. Sed quid his faciendum est: inquires. Alligatam uobis habete contestationem diuinæ legis, eamq; cum discipulis meis seruate ob signatam, non quidem porcis & canibus, sed auidis uerēq; p̄is auscultatoribus tantum aperiendam, & fastidienti huic populo sub ænigmatis celandam. Ego autem, quamuis Dominus faciem suam à Iacob auerterit, illiq; iam tergum obuerrat, expectabo tamen eum, non respecturus neque ad Assur, neq; ad ullos huius mundi Principes, aut auxilium peregrinum: sed expectabo inquam Deum seruatorem meum, etiam in tenebris sedam, ipse lux mea est, & de eo etiā mœrens gaudebo. Ecce autē, Ego & pueri quos mihi dedit Dominus, ueritati credulos, ea raritate sumus, numeroq; adeo paruos, ut ueluti portenta atque prodigia in populo Israelitico haberi possimus. Dato autem hos mihi habeo à Domino illo exercituum, qui montem Sion, ueram nimirum electorum suorum Ecclesiam inhabitat. Si uerō à diuina lege uos alienare atq; abducere uolunt, ad consulendos Pythones, diuinos, chiro-manticos, genethliacos: tum illos interrogato, an iussu sit, relicto Deo uiuo, uiuo inquam Dei uerbo, cōsiliū petere à mortuis? Per legem diuinorumq; mandatorum testimonia hoc iuro, quōd si secus dixerint, quā uerbo Dei sunt edocti, non illucescet illis ut quæ ueritatis aurora, sed perpetuis clausi tenebuntur tenebris. Oberrantes autem, & ipsa in terra uersantes graui prementur cognoscendæ ueritatis fame, & futurum est, ut cum eā sedare atq; depellere nō possint, ira multa exarsuantes, ipsum regem regū Deū suū blasphematuri sint, atq; maledictis imperituri. Aspiciēt enim sursum, sublati in cælū oculis, si qua illinc affulgeat spes auxiliij: sed frustra. Cōtuebuntur terrā, & ecce tribulatiōis, tristisq; caliginis, tenebrarum & angustię, plena illic compe-

Quos dicit
p̄nt ad uos,
quærit à
Pythonibus.

comperient omnia. Nam hoc quidem malorum atque angustiarum pelagus, non se habebit ut superioribus diebus, quando Teglatpalassar Assyriorum rex terram Israeliticam inuadens, tribum Zabulon & Nephthaim tantum abduxit in captiuitatem. Hoc certe leue malum censeripotest, prae eo quod nunc uobis grauissimum posteriore hac plaga imminet, siquidem haec totam Israelis terram miserime deuastatura est: uiam nimirum totumque illud tractum maritimum, & ea loca quoque quae ultra Iordanem obiacent. Ad haec gentibus ipsis finitima Galilaeam, quae praeter ciuitates alias Tyrum & Sidonem & Casaream Philippi habet. Breuiter tota ipsa Israelis terra, quanta quanta est, hostibus cedit, atque deuastabitur.

CAPVT IX.

Gentium populus, qui omnis uerae doctrinae expertus, caecus in tenebris ambulabat, uidit tandem lucem magnam & eximiam: Et ihs qui haecenus confederunt in ignorantia tenebris multo crassissimis, ipsaque morte ferè grauioribus, diuina uereque salutaris lux exorta est. Multiplicasti quidem gentem nunc credulam, atque in ueritatis luce ambulantem: at eidem non ita plenam ac magnam praestitisti laetitiam. In mundo enim afflictionem habet. Atque persecutiones ferunt, quotquot pie uolunt uiuere. Latantur tamē, si non in hominum oculis, certè coram te: idque ita, ut assolent coloni, quando bonam messem in horrea conuehant: aut ut gaudere constiterunt iam parua uictoria milites, quādo in diuidenda praeda occupantur. Abeunt enim gaudentes à conspectu iudicis, quod digni sint habiti, qui pro Domini nomine affligantur. Et qui posset quæso non gaudere atque exultare ipsorum animus, postquam tu confregisti iugum illud legis onerosum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? Confracta etiam uirga, nempe sceptrum illo exactoris atque mordacis conscientiae: idque nullo nostro merito, sed sola tua bonitate, & tuo solius robore: quem admodum olim superasti Madianitarum illam infinitam multitudinem. Nam omne quidem praedium, quod per praeriantem exercitum committitur, id multo sit confingentis strepitu ac molestia, ita ut ferè uestes sanguine inuoluantur, & fædo ubilibet cruore aspersos uideas. Hoc uerò bellum, & haec uictoria, caelitus misso igne paratur: quando spiritu sancto & igne baptisatus uerus ille homo, cum toto suorum affertuum exercitu crucifigitur atque interimitur. Puer enim natus est nobis, cuius nos insequi decet uestigia: & filius nobis datus est, per quem patrem Deum placatum habemus atque propitium. Fert autem hic suis humeris, per quod principatum meruit, lignum nimirum crucis suae: quam quidem ad ignominiam posteaquam patri se obediētem pra-

stitit, extulit eum Deus in summam sublimitatem, donauitque ei nomen quod est super omne nomen, quin & multis insignitè claris nominibus uocatur. **ADMIRABILIS**: quis enim mirificam eius uirtutem non admiretur atque obstupescat? Vocatur **CONSULTOR**: siquidem nostris ipse rebus consulit, consiliisque atque praecipua salutis nobis attulit. Et si aliorum consilia dissipentur, Domini consilium manet, atque persistat. **DEVS** quoque ut est, ita & uocatur, uiuus ac uerus, erga suos optimus, & in hostes acerrimus. Dicitur & **FORTIS**: quippe qui sua unius uirtute deuicit regna saethanae, mundumque uniuersum sibi subdidit. Nominatur & **AETERNVS PATER**: ut qui suorum curam nunquam ponat, & quiduis eis pro paterna pietate affatim suppeditet, paratus ad dandum quibuscunque nobis opus est, etiam antequam ipsum oremus. Ad haec & **PRINCEPS PACIS** dicitur: gaudet enim, ac pacatus est humanus animus, per hunc peccatorum datam esse condonationem, qui ueniens pacem nobis euangelizauit, recedens uerò: pacem etiā nobis reliquit, ut multiplicetur, & quam latissimè se eius extendat, imperium, nam impetrata atque data huius pacis longè alia ratio est, quam eius quae à mundo datur, quae instabilis & fucata ferè est. Huius uerò nullus finis erit, nec unquam intermoriatur. Sedebit enim tandem gloriosus super solium Dauid patris sui, eiusque regno propalam ac manifestè potietur, corroboraturus, atque praeter multorum expectationem confirmaturus illud iudicio & iustitia, in omnia secula, ipsamque aeternitatem. Zelus Domini exercituum, qui nullum sui nominis contemptum fert, haec omnia facturus est: nimirum ut excæcatio accidat Iudaeis, & ut gentibus è tenebris promicet lux ueritatis: utque Dei filius homo factus, humanum genus redimat, atque seruet. Verbum misit Dominus in Iacob, multa aspera Israelitico populo per prophetas suos interminatus: Et illud ipsum quod minatus est, accidet Israelitis, populo nimirum decem tribuum: Et uniuersus ille populus Ephraimiticus, qui incolunt Samariam, tandem scient, atque experimento cognoscent, non temerè Dominum ipsis tam grauius minatum fuisse. siquidè leuiter à Domino per Tiglatpalassar puniti & percussi, superbe admodum atque elato nimis corde dicunt: Lateres sibi corruisse, sed quod nunc rursus sua extructuri sint lapidibus quadratis atque marmoreis. Excisas item aiunt sycomoros, quarum loco iam plantabunt cedros. Hac de causa robur addet Dominus Assyrijs, hostibus Resin Damascenorum regis, per quos ille interfectus est, ut & in hunc populū grassentur, ac sequant. Hostes autem eius ex uarijs populis commiscebit. Assyrii inuadent eos ab oriente, à parte anteriori: Palestini uerò ab occidente, et posteriori parte: atque ita undique cinctum Israel, quasi uno ore deuoraturi sunt. Atqui omnibus hisce

Populus non
est reuersus
ad percutionem
se.

hisce malis quæ infliget Dominus, non placabitur, neq; mitescet illius animus: sed manu adhuc perstabit extenta atq; minaci. Nam sceleratus populus non reuertetur ad se percutientem, non resipiscet, neq; Dominum exercituum quærent. Amputabit igitur Dominus & caput & caudã, præaltos ramos simul & humiles arundines, tum magnos inquam, tum paruos una die: Non relinquet eis uirum ullum religione grauem, ac probitate insignem, aut autoritate præditum. Nemo inquam remanebit, qui ipsos rectè aut doceat, aut moneat. Senes autem, & qui autoritate ac industria ualent, hos caput intellige. Et propheta qui mendacium docet, principi ac plebi placetia loquens, is cauda est. Itaq; populi huius duces facti sunt seductores: & qui ducebantur, unã cum cæcis ducibus decidet in perditionis suæ foueam. Propterea super adolescentibus eius, quorũ ferè præcipua uirtus esse consuevit, non lætabitur Dominus: quippe qui nihil iucundi in eis uisurus sit. Quin & pupillorum ac uiduarum populi huius nõ miserebitur, quando simul omnes scelerati hypocritæ sunt, & impiè mali: ut quorũ omnium ora non nisi stulta loquantur ac impia, ex abundantia nimirum cordium suorum, quæ stulta item circūferunt, & impia. Atqui nec hisce malis omnibus mitescet, aut ad clementiam se uertet Dominus: sed manu altam subleuata, grauiora adhuc minatur. Nam impia illa morum peruersitas sic accensa est, atq; exarscit, ut non modò stipulam, fœnũ, atq; arida quæq; consumat, sed & uepres atq; sentes corripiat, uiros nimirum grauiore, ac in eminentia constitutos, quorum prauo exemplo malũ in arboribus referam syluam, totum nimirum populum. Atq; ita quidem sese omnium impietas prodit, ut etiã ab ijs qui procul absunt conspici possit, ueluti fumus è fumarario ascendens. Itaq; fit, ut ex indignatione domini exercituum, terra, ueritatis luce amissa, obscuratur: atq; peruersarũ doctrinarum erroribus inuoluta, nihil penitus salutare uel cernat, uel audiat. Et fit populus cibus ignis, dignus nimirum quem peruersitas illa totũ corrumpat, ac corruptum in Gehennæ incendia detrudat. Nam nemo est qui uel micam aliat misericordiæ, adeo ut ne frater quidẽ parcat fratri: sed & ad dextram & ad sinistram rapinis intenditur, atq; studetur. Verũ ne sic quidẽ saturari possunt, quin grauius semper fameant, maioreq; auaritia exarscent. Deuorat enim quisq; carnem brachij sui, non relinquens proximo, quod multo sudore ac sanguine suo partum habet. Manasses deuorabit fratrem suum Ephraimũ, & uicissim Ephraimũ Manassen. Tribus inter se coniunctissimæ, atq; eodẽ patre Ioseph prognatæ, sic immixtæ atq; crudeles erunt, alia in aliam: & per syncretismũ tandẽ hæc pariter se hostes præbeunt Iudæ. Et omnib. hisce malis tã miserè affli-

cto populo, nõ deseruescit adhuc furibunda illa ira Domini, ut se mitiorẽ præbeat: sed sublata manu, adhuc pergit malis peius minari.

CAPVT X.

Væ uobis qui cõscribitis leges iniquas, & conscribi curatis onerosa & grauias, quibus ferẽdis miser populus laboret atq; grauetur, uestro semper quæstui intendent, nimirum ut pauperes arceatis à iudicio: aut si admittatur, causatq; ipsorũ in iudiciũ ueniat, ut tunc supererit à ditioire, qui donis potior est. Vnde fit, ut uiduæ uobis cedant in prædã, & pupilli miserè despolientur, atque à uobis exugantur. Ceterum quò uos uertetis, quando hisce uestris factis dignam recipietis mercedem, Domino hanc iniquitatem ulciscet. Quando terra uestra per hostes è longinquo uenientes deuastabitur, & omnia uestra desolabuntur, quorsum quæso tunc fugietis, quæsituri auxiliũ? Et quæ tam superbè edificata habetis, & supellex illa uestra tam preciosa, & iniquè parta, cui quæso tunc cederet? Non restat certè aliud, quàm ut me etiã nõ impellere, aut suadere, submittatis uos uinculis & cõpedib. aut ut concidatis inter occisos. Et ne sic quidẽ iratus Dominus mitescet, sed grauiora adhuc minari perget. Heu miseros. Assyrius exercitus uirga furoris mei est, atq; adeo grauior baculus, quem in locum ipsorum immitam, idq; grauius iratus. Aduersus gentem hypocriticam ac simulatricem, nihil ex ueritate agentem, missurus eum sum: Et de populo in quem commotus sum, ei præcipiam, ne quid ipsis parcat, aut eorũ misereatur: sed ut quiduis rapiens atque disperdens, pedibus eos conculcet atque proterat, non secus quàm lutum platearum. Ceterum Assyrius nõ sic existimabit, neq; deprædari tantum, maleq; illos affligere suo in animo statuet: sed ad populũ internecionem spectans, ipsos prorsus excindere studebit, gentemq; totam extirpare. Dicet enim: An non principes mei simul omnes reges sunt, ita ut quilibet eorũ his expugnandis sufficiat? An non ut Charcamis ciuitatem ualidissimam uicũ, superauit & Calanno, Babyloniorum urbem? Nonne sicut Arpad Damascenorũ ciuitatẽ, sic & Antiochiam? Nonne ut Damascũ, sic & Samariã? Postquã itaq; manus mea inuenit tã ualida hæc regna, idolorũ cultui dedita, quorũ sculptilia fortiora sunt quã uel Hierusalẽ uel Samaria: nõne facile mihi erit Hierosolymorũ urbi, ac simulachris eius ita facere, ut factũ est Samariæ, atq; idolis ipsius? Fiet itaq; ut Dominus, ubi opus suum in monte Sion atq; Hierosolymis absoluerit, eosq; ibi abundè castigarit, ut tunc uisitaturus sim, atq; puniturus, inquit Dominus, blasphema & arrogancia illa Assyrii regis uerba, impio adeo de corde procedentia: Omnè item eius fastum, & immensam ipsius pompam, ac superbissimum uitæ strepitũ, quos uisus oculos pascit, atq; oblectat. Dicet enim, uirtute manus suæ facta esse hæc, suãq; sapientia, ut qui

Ve Assyrius
uirga furoris
mei.

ut qui excellenti atq; præclaro ingenio atque intelligentia sit. Atq; ita quidem gloriabitur se abstulisse populorum terminos, & eorum thesauros se depredatū esse, atq; potentis siue tyrannorū more, habitatores terræ præcipuos inquam mundi reges se deposuisse, uicisse atq; humiliasse. Quin & manū suam inuenisse populorū substantiā gloriabitur, ueluti si nidū aliquem reperias: & terrā totam se collegisse, quemadmodū colliguntur & auferuntur de-

relicta in suis nidis oua, ubi nulla auis circūuolitans alis suis terret atq; abigit. Nemo enim uel contra hiscere ausus fuit, aut mutire. An iustū est obsecro, securim sic gloriari aduersus eum qui eius ministerio quicquam secar? An terra sese extollet aduersus eum, qui ipsam trahit, atq; agit? Adignè certè tam arrogāter de se sentit Assyrius, siquidem Deus mouet uirgam, & eos item, qui eam leuant, uirgæq; ministrant: tum regem, tum populū etiam omnem, sua habens in manu. Quin & baculum leuat, qui nihil certè aliud quàm lignum ac baculus est, ita ut uirgā nihil aliud quàm uirgā. Quia uerò ille ita est arrogās, suæ uirtuti ac sapiētiae omnia accepta ferens: ideo immittet Dominus exercituum in pingues ac uiros eius optimates, & gloriosum illum eius exercitū, quo tantopere gloriatur atq; sibi placet, maciem, multamq; raritatem: siquidē conficiet atq; attenuabit eum in cedio, incendio inquam horrifono atq; altum flammante. Et qui Israël lux, spes, refugium & gaudium est, erit illi in ignem: & quem Israël sanctificans, ac celebrans, erit illi in flammam, quæ comburat, atq; perquam breui deuoret eius spinas ac uepres, nobiles nimirū ac magnates eius; superbosq; illos campos tam frugiferos. Et ab anima usq; ad carnē, radicibus nimirū cōsumet gloriosam illam tam numerosū militis sylvam, & erit ueluti exercitus cuius uexillifer deficit. Porro reliquiae arborum syluæ istius paruo adeo erunt numero, ut uel puer eas possit conscribere.

Futurum autem est tunc temporis, qui ex Israël remanserint, & qui ex domo Iacob mala hæc subterfugerint, ut si non amplius pergant inniti atq; fidere, se percutienti Assyrio: sed toto ueroq; corde innitentur atque spem suam ponent in Domino Deo, quem iam olim Israël sibi sanctum habet, ac proprium. Conuertentur autem reliquiae quædam, reliquiae inquam Iacob: idq; ad Deum, ad fortem inquam illum, cui nemo resistat. Nam etiam si à tyrannis populus tuus ô Israël ad tempus opprimatur, atq; ut harena maris iaceat submersus, reliquiae tamen quædam ex eo conuertentur. Consummatio enim mundanarum monarchiarum siue regnorum tandem perfecta erit, inundans iustitiam, qua totus Israël iustificetur: siquidem Dominus Deus exercituum, perfectam atque abbreviatam consummationem eorum facit in medio totius terræ. Itaq; consolatur uos Dominus

Deus exercituum, qui uos suum populū, incolentes Sion, bono iubet esse animo, metumq; timorem mittere, & ab Assyriis nō ita metuere. Percutiet quidem ille te, inquit Dominus, sed uirga & leuiter: & baculum suum leuabit super uos, ita ut futuri sitis illi tributarij, eiq; seruiendum sit, ita ut olim maioribus uestris accidit apud Ægyptios. Sed bono estote animo, quoniam adhuc perbreue tempus erit, & consummabitur ira ac furor meus, super sceleribus eorum conceptus. Suscitabit autem Dominus exercitū aduersus Assyrium, flagellum durius: quale senserunt olim Madianitæ ad petram Oreb, ubi ipsi hostes mutuis uulneribus sese cōfecerunt. Suscitaturus etiam baculū suū, cuiusmodi usus fuit in mari rubro: ita ut deperdēdi sint, sicut illic olim Ægyptij. Et tunc quidem eius onus ab humeris uestris licebit excutere, & iugum eius à ceruicibus uestris. Nam iugum ipsam computrescet, quod oleo atq; misericordia caruerit. Veniet autem Assyrius deuastaturus terrā, primum ad Aiath, quam et Hai alio nomine uocamus. Inde autem transibit in Migron, in Michmas uerò lustrabit exercitum, atq; militem suum recensabit. Hinc ualles aliquot atque montana transcendens, perueniet in Geboë, ubi ueluti hospitio excepti pernoctabūt, fama uerò ad eorum aduentū obstupescet, & qui Gabaa Saulis, (illic enim arcem Saul sibi extruxerat) incolent, inibunt uirgam. Extolle uocem, atq; altum exclama tu filia Gallim, fac ut uox tua rota terra resonās, exaudiatur in Laifa, ab habitantibus in Dan, & à pauperula sacerdotū ciuitate Anathot. Madmena, quæ & Barfabæa dicitur, recedet, atq; amouebit se: & habitatores Gebin sese colligent, uisuri quorsum res spectatura sit. Vniuersam sanè terram plurimus inuadet timor. Vnum autem adhuc diem cūstabitur, aut hærebit in Nobe, ubi agitabit manum suam contra montem filiæ Sion, contra collem Hierusalem. Sed ecce, Fac bono sis animo: Dominus ille Deus exercituum, ramum illum sic se attollentem, potente ualidaq; manu excidet: & quæcunq; in illa militum sylua proceriores erunt arbores, succidentur, & sublimes atque elati humiliabuntur. ferro enim deperdet sylvam hanc, quantumcunq; densam: & Libanus hic, arduas atque multas adeo cedros, ac præpotentes uiros habens, per angelum fortem cadet, atq; interibit.

C A P V T XI.

Ceterum de trunco ac radice, de graui- ter inquam per Assyriū afflictus Iai posteris, prodibit uirga quædam: de radicibus inquam, radicitusq; ferè deperditis nepotibus eius, succrescet ramus, qui lōgè aliter se habiturus ac dominaturus sit, quàm Assyrius. Super hūc enim requiescet, iusta plenitudine inhabitabit spiritus Domini, ita ut in ipso iniquitati ac superbi istiusmodi tyrannidi nullus futurus sit locus. Requiescet enim

Quicquid gloriabitur securis contra eum qui ea secar.

Si fuerit populus tuus Israel quasi arena maris.

in eo spiritus sapientiae, per quem sapienter, pie, multoq; cū fructu uiuere sum mundū doceat, atq; ad bonam frugē trahat: intelligētiae item spiritus, ut quae à patre audit, intelligat, atq; eius uoluntate per omnia præset. Ad hæc habebit spiritum cōsiliij & fortitudinis: illum quidē, quo nobis cōsulat, atq; ueritatis uias, quā potest compendiosissime cōmonstret; hūc uerò, quo fortiter quicquid uolet pater, ferat atq; perficiat. Præterea & scientiæ & timoris in eo erit spiritus, alter quidem, quod eò sacerdoti (qualis ille secundum ordinem Melchisedech futurus est) opus sit, sacerdoti inquam diuinam legem docenti: siquidem sacerdotis labia custodire oportet scientiam, dum legem requirunt ex ore ipsius, alter uerò, pietatis ac ueræ religionis spiritus est, per quem cum timore ac reuerenter requisitam atque audiram legem excipis. Erit autem hic miro odore, ac suauissima morum fragrantia, uersaturus nimirum in iusta ueræ religionis, siue diuinæ legis obseruatione, tamen complures secus hoc interpretaturi sint. Nō iuxta quod humanus oculus uidet, iudicabit ille: neq; iuxta humanarum aurium auditum arguet: sed perscrutatus & corda & renes, ut scē iudicabit causas pauperum, & multa cum æquitate pro mansuetis terræ sententiam feret. Et uirga oris atq; ueræ doctrinæ siue increpationis percussurus est eos, qui nihil aliud quām terrena sapiunt ac curant. Imperator toti mundo est: quippe qui impios omnes spiritu oris sui aliquādo deperdet. Strenuus autem & impiger erit, ad uindictam causas pauperum: siquidem lumbos suos succincturus est iustitia, & renes suos fidelitate. Tam autem pacatē atq; securē eo regnante uiuetur, ut non modò homo non sit nociturus homini, sed percutiet populo suo in die illa fœdus cum bestia agri, cum uolatilibus cœli, atq; etiam cum reptili terræ. Habebit autem lupo cum agno, & pardus cum hœdo accubabit. Vitulus præterea & leo, & pecora pingua eodem sub stabulo commorabuntur, & puer paruulus par erit illis minādis atq; regendis. Non quidē quod prorsus immutāda ferarū natura sit, quæ tamē initio suæ creationis bona creata est: sed deleto peccato, atq; inobediētia, effecturus est Deus, ut neq; hominibus, neq; ijs quæ horum sunt, hæc sint nocitura. Vacca itaq; & ursus in iisdē pascuntur pascuis, & catuli ipsorum pariter accubabunt: & leo iam sanguinis satur, ita ut bos comedet fœnū ac paleas. Ludet atq; oblectabit se puer etiam nū lactens, super foramen aspidis: Et qui paulò maior, iā ablactatus est, immitteret manū suam in cauernā basiliscī, et nihil sentiet incommodi. cæterum quid his inuenias nocentius, magis ue detestabile: Nemini nocentur, neq; quenquā perdēt in uniuerso monte mihi sancto. Nam terra sciētia Domini, ita ut aquis suis mare, repleta, nō sciet nisi charitatem, clementiā, ac ubilibet summā benefi-

Non secundū uisionem oculorum iudicabit.

Nō nocentur, et non occident in uniuerso monte sancto meo.

centiam. Erit autē tunc temporis ille ex radicibus Isai prognatus, ueluti cōstitutū atq; erectū populis uexillū, ad quod omnes undiq; populi cōfluant: Et gentes cōtemptis idolis ac sculptilibus suis, hūc quærēt. Et mors quidem eius, quamuis humano iudicio ignominiosa censerī posset: gloriosa tamē erit, ac uere honorifica. Nam Dominus, quia ipse se humiliavit ad crucis ignominiam, in summā illū extulit sublimitatē. Tunc autē temporis Dominus secundò manū suam admoturus atq; apparatus est, ut residuū populi sui gloriosē possideat atq; colligat: illud nimirū quod reliquū remāsit uel in Assyria, uel in Ægypto, uel in Pathros, siue Arabia Petræa, uel in Æthiopia, uel in Elā apud Medos, uel in Sinear inter Babylonios, uel etiā in Antiōchia, aut maritimis insulis, quas trāsmissō oceano ad eas, nēpe apud Italos, Illyricos, Hispanos, Venetos atq; Germanos, & quisquis terrarū angulus alius est. Leuabit autē siue eriget tūc uexillū ad colligendas gētes, cōgregaturus ex Israëlítico populo profugos. Quin & Iudæos, quarū nimirū tribuum populū, toto iam terrarū orbe dispersum, ex quatuor terrarū angulis tūc collecturus est. Cōquiescet autē tūc uetus illud odiū Ephraitarū in Iudā, cuius hostes oēs disperibunt atq; perdentur. Ephraiticus enim populus nullā exercebit similitatē cū populo Iudaico, neq; hic illi ulla in re amplius molestus erit: Sed Palæstinis, quos Hierosolymorū urbs à tergo habet, uolabunt in humeros, despoliaturi tū occidentē, tū orientē. In Edomitas itē, & in Moabitas, manus suas immittēt, & Ammonitē illis peribunt. Amouebit autē Dominus Deus linguā maris Ægyptij, aquas nimirū Nili: agitaturus etiā manum suam super Euphratē diuini, ut qui in Assyria sunt, illac cōmodē transeant. Faciet autē hoc suæ uirtutis potētia, peruentum ualidū. Nilum quoq; in septem suis riuibus ita percussurus est, ut calceatus, sicco pede illū trāseas. Iter itaq; faciet populus ille apud Assyrios, reliquasq; mundi nationes reliquas: sicut olim fuit populo Israëlítico, quādo per manum Moysæ ascendit ex Ægypto.

CAPVT XII.

Illo autem tempore, multis adeo & graui-
bus atq; prælongis malis liberatus, in multam Dei laudem prorumpēs, Confitebor tibi (inquis) Domine, laudibusq; te celebrabo perpetuis: quod qui nuper mihi succensebas, atque uarijs calamitatibus expositum me castigabas, postea nunc ira me consolatus es, atque in hanc condonatorum criminum meorum libertatem me induxisti. Ecce, rebus meis tam desperatis, ita ut nulla usquam uia, liberationis spes aliqua affulgeret, Deus ipse salus ac seruator mihi factus est: idē nullis meis meritis, sed pro genuina sua misericordia ac bonitate. Vnde perpetuò illi confidam, atque de ipso bene sperabo, non formidaturus quid mihi faciat aut Assyrius, aut

Haurietis
aquis in gan-
dio.

aut quis homo alius, atq; adeo ipse etiam
Sathanica inferorum portæ. Nam Dominus
Deus uere inuictus, per quem collata mihi sa-
lus hæc est, per quem condita sunt atq; subsi-
stunt omnia: is mea est fortitudo: ille me de-
fensurus est, atq; suis alis perget me protege-
re. Haurietis autem uobis aquas, quæ astu-
antes atq; afflictas conscientias refrigerent ac
reficiant. Non ex idolorum scelerato cultu,
quæ hic illic nuncupatis uotis adorare, atque
uos illis incuruare soletis, non ex huius secu-
li uanitatibus, non item ex traditionibus aut
præceptis hominum, quæ cisterne sunt futi-
les, & aquam non continent: sed ex fontibus
uis, ex promissionibus diuinis: ex aquis il-
lis, de quibus quisquis biberit, non amplius
sitit, sed sit in eo fons aquæ uitæ salentis in
uitam æternam. Vnde & alios ad celebra-
ndum Dei nomen inuitantes, dicetis in die il-
la: Cōstitemini Domino, ipsamq; toto pecto-
re callaudate, Inuocate nomen eius: non Mo-
sen, non Noah, non stirpis nostræ auctores
Abrahamū, Isaacum aut Iacobum, aut emor-
tuorum diuorum quempiam. nam non est ali-
ud nomen datum sub cælo, in quo quis ser-
uetur, quàm nomen Domini. Eius itaq; fa-
cta toto orbe apud omnem populum diuul-
gate, atque coram omnibus uiuentibus be-
ne de ipso loquimini, memores quod exalta-
tum est nomen eius supra omne nomen, ita
ut ad ipsum sua genua inlectant & cælestia
& terrestria, atque adeo etiam infera. Psallite
inquam Domino, quoniam perdito Assyrio
magnificè nos redemit, atque ex potestate i-
nimicorum nostrorum nos eripuit. Inno-
tescat hoc uniuersæ terræ. Extollite hic
uocem tuam, atque exulta, quæ habitas in
Sion: quæ dilecta ac unica Domini sponsa
es. Magnus enim est, laudibusq; summis in
medio tui effertur sanctus ille Israël's aliqua
do etiam gentibus futurus iustitia, sanctifi-
catio & redemptio: quippe quas perinde at-
que Israël'em, gratuita sua misericordia iusti-
ficat, sanctificat ac redimet.

GRAVE ATQVE MOLESTIÆ
plenum uaticinium, super calamitatibus quas
B'saias filius Amoz Babylonij præ-
uidit euenturas.

C A P V T XIII.

Excelsa in monte ad conscribendum ex-
ercitum uexillum erigite, sublata uoce,
manibusq; agitatis hostes cōuocate, ut
irruant in superbas ac præaltas principū do-
mos ac palatia. Præceptis quidem militaribus
instruxi, quos ego preparatos mihi habeo,
Persas nimirum, & Medos. Conuocaui quo-
que plerosq; strenuos ac præstanti robore ui-
ros, qui mihi conceptam in Babylonios iram
exequantur: qui hoc ipso exultant ac sibi gau-
dent, quod facturi mihi sint rem magnificam
& gloriosam. Audire mihi uisus sum ex mon-
tanis, uocem copiosæ cuiusdā multitudinis,

non secus quàm si innumera hominum tur-
ba illuc conueniret. Strepitum inquam audire
mihi uisus sum regnorum, ac diuersarum
gentium in unum congregatarum. Certè ex
exercituum ille Dominus lustrat atque recenset
exercitum bellatorum suorum. Veniunt autem
remotissimis ex regionibus, ab extremo cæ-
lorum uel terrarum orbe. Dominus inquam
uenit, & qui furibundæ ipsius iræ satisfaciât:
nimirum ut totam Babyloniorum terram ua-
stent ac deperdant. Eiulate itaq; atq; plangi-
te: siquidē dies ille Domini tremendus, mul-
tumq; amarus in propinquo est: & ueluti tē-
pesta, ac subita grando, multam calamitatē
faciens, ita ab omnipotente ueniet. Subitus
enim ac repētinus uobis imminet interitus.
Vnde & manus uobis omnibus suo robore
destituentur, neq; hic obniti poterunt. Nam
corda hominū liquefcent, ita ut animū pror-
sus desponsuri sint. Obstupescant enim prorsus
attoniti, & torsiones atque graues cruci-
atus apprehendent eos: ita ut nihilo rectius
habitura se sint, quàm mulier parturiens. Al-
ter enim alterum, rerum nouitate stupefactus
dolenter intuebitur, & facies eorum, quod
ipsum sui pudeat, flammeo multoq; rubore
perfundentur. Ecce dies ille Domini uenit,
crudelitate, indignatione, & furibunda ira
plenus, ad desolandam terram, & peccatores
eius facinorosos ex ea deperdendos. Vnde
& stellæ cælorum, ipsaq; eorum sidera illis
non lucebunt, neq; quicquā luminis ipsis de-
mittent. Imò sol iam exoriens obtenebrescet
illis, ne lucem ullam ex luna sensuri sunt, ita
ut neq; de die, neque de nocte bene habituri
sint, grauissimis semper immergi tribulationi-
bus et angustijs. Visitabo enim atq; puniā or-
bi suam malitiā, moresq; improbißimos: pa-
riter & impijs iniquitatē ipsorum, omnemq;
qua ita in proximos desequunt, iniuriam. Ar-
rogantiæ superbiorum finem faciam, ne cun-
cta suis tribuant uiribus. Et fastum tyranno-
rum, qui ita despectim atq; crudeliter cū suis
agunt, humiliabo. Faciam uerò ut pluris a-
pud illos sit uir quem interimant, quàm au-
rum obrizum atque depuratissimum. Et ma-
iore in precio uilis erit homuncio, cuius san-
guinem profundant, quàm massa aliqua au-
ri ex Ophir. Siquidem ea crudelitate futuri
sunt hostes, ut pro redēptione hominis nul-
lam sint accepturi pecuniam. Idcirco commo-
uebo atque concutiam cæelum, ita ut terra ex
indignatione Domini exercituum, & pro-
pter diem furibundæ iræ eius contremiscat,
locoq; suo se moueat. Populus autem pere-
grinus, qui inter Babylonios mercaturam ex-
ercet, erit uelut aut damula, aut ceruus, quem
canes insequuntur: & uelut ovis pastore de-
stituta, ad quam nemo respicit. Et unusquis-
que de populo suo cogitabit, atque in terram
suam aufugiet. Quicumque enim ab hoste in-
uentus fuerit, continuo perfo dietur: Et quis-
quis se illis adiunxerit, gladio perimetur.

Obtenebra-
tus est sol in
ortu suo.

Ecce ego suscitabo super eos, Medos.

Quin & infantes ac paruuli eorum, præ oculis ipsorum in petras aut parietes allidentur, domusq; eorū diripiētur, & uxores per nim constuprabuntur. Et ego quidē ad hæc designanda Medos contra eos incito, qui argētum pro nihilo habentes, & aurum parū morantes, non patientur pecunia quenquā redimi, quem non interficiant. Apparatis autem machinis pueros illis impositos, arcuum more, uel per aëra, uel in murum aut parietem eiacularabuntur, ut cerebro dispergant uiam. Ad hæc neq; uterum ferentibus parcent, sed potius uentre inciso, eductos fœtus abijcient, atque necabunt. Et Babel ipsa olim cunctis regibus habita in delicijs, tamq; incluta, ut inter omnia regna primas teneret, & de qua plurimum Chaldæorum gens gloriari, sibiq; placere solet, erit sicut subuersa illa terra, ubi Dominus Deus quondam subuertit Sodomam & Gomorrhā, ita ut in æternum non sit amplius futura habitabilis. In multas generationes, inquam, non habitabitur: imò Arabes ne tentoria quidem sua illic figere uolent. Et ubi tam molliter ac delicatè haberi consueuerunt reges ac uiri principes, ibi nunc ne greges quidem suos cubare sinēt pastores, sed bestiarū syluestres ibi accubabūt: & iam dirutæ ipsorum domus replebuntur, cercopithecis, alijsq; uix cuiquam uisis bestijs, catuli struthionum, quin & satyri ac fauni illic commorabuntur atque saltabunt. Pro citharædis autem habebunt bubones ac ululas, inauspicatissimas quasque aues. Et pro delicijs illis regijs, truculentissimos dracones. Meminisse autem Babylonios uelim, quod ueniat tempus ipsorum, & quod dies ipsorum non sint prorogandi, nec malum diu procrastinandum.

CAPVT XIII.

NAm Dominus filijs Iacob miserebitur, inter electos, peculiaremq; sibi populum Israëlitis habiturus: post tantam miseriam requiem illis daturus in terra sua, ubi & peregrini complures Israëlítico populo se ad sociabunt, domui Iacob cupidè adhæsurū. Accipient autem eos populi, seduloque ipsis ministrabunt, ut introducant eos in locum suum, ac promissam tantopereq; cupitam patriam. Hos autem domus Iacob in terra Domini seruabit, ueluti seruos & ancillas possessurus eos. Capiant enim ipsi nunc, à quibus olim capiebantur: & dominabuntur ijs, per quos non ita pridem opprimebantur. Futurum autem est tunc temporis, ubi Dominus tibi requiem præstiterit, atque ab ærumna, omniq; tremore duræq; seruitute illa, qua premebaris, te liberarit, ut Babyloniorum regem conuicijs atque dictis proscindatis, dicentes: Quam nunc ultro neus cessat atque placidè quiescit ille noster exactor, qui grauissimis nos opprimebat aliquādo exactoribus: Quam nunc desit exigi & extorqueri tributum? Ille tanta

inclementia dominatus, quasi perpetuū fuisset dominaturus, quam nunc suo dominio deiectus, cessat nos persequi & urgere? Dominus certe sceptrum impiorum, uirgam illam tanta cum tyrannide dominantū confregit. Multa enim cum indignatione, grauissimè in populum desæuiebat, indefinenter citra omnem misericordiam immeritos etiam percussiens, ac ueluti furibūdus ac rationis expers, gentibus imperans, in quibus opprimendis atque affligendis, nullus ei finis fuit, nec modus. At nunc tota terra cōmodissimè quiescit ac suauiter refocillatur, lætis cantilenis se in Domino exhilarans. Quin & abietes ipsæ, uiri nimirū principes ac magnates, de ipso lætantur: atq; complures etiam in Libano cedri, nempe reges quos circiter duodeuiginti in ipsa Assyria sibi solet habere subditos. Postquam tu nobis ablatus, somno hoc lethali pressus iacuisi, nemo quisquam exortus est, qui nos diuexauit, aut re ulla molestus fuit: sed pacata ac secura planè nunc nobis sunt omnia. Cæterū infernus ipse, tuæ crudelitatis nõ ignarus, multo tumultu perstrepuerit, nõ leuiter cōmotus, atq; reformidans, se tibi aduenti præbere obuiā, siquidē ut pro tua dignitate te excipiat, suscitauit mortuos suos illustriores, & omnes principes terræ, etiā excitationis regibus de solijs suis. Hi autē omnes uociferaturi sunt, ac insultabunt tibi, dicentes, quod & tu posita superbia tua, infirmatus sis, perinde ut ipsi: quodq; factus sis ipsis iam plañe similis, quos uiauis multo cum fastu despicerere, nimisq; contemptim habere solebas. At nunc deturbata est ad inferos tua illa superbia, unā cum dulci harmonia musicorum instrumentorum tuorum, quibus te oblectare solebas. Pro molli strato, nunc tibi substernitur tinea: & loco inauratarum stragularum, nunc contegeris uermibus. Quam læda hæc tua ruina est, qui ueluti lucifer ad auroram exurgens, è cælo decidisti? Quam turpiter in terram è tanto fastigio deturbatus es? qui egeras potestate, ut quamcunq; uelles gentem nullo labore deperderes, tibiq; subiugares. Quin & sic tecū in corde tuo statueras, quod cōscendens cælum, supra stellas Dei, solium tuum extollereres: oppressa nimirum Hierosolyma, populo Dei illic dominaturus, atque ibi ad latus ciuitatis aquilonare, in monte testamenti, (siquidem arca fœderis siue testamenti ibi est) cōfessus: ascendere statuens ad ipsas usque nubes, atque æquare te uolens altissimo, cuius tu honores ambuisti. Sed longè aliter sanè res cecidit. Deturbatus enim in infernum es, qui cōscendere uoluisti cælum. Et qui ad latus aquilonare omnibus conspicuus sedere studebas, nunc in obscurum aliquod sepulchri latus detrusus delitescis. Quisquis autē te uiderit, is intentis in te oculis, fixiusq; te aspiciens: Hic ne ille uir est, inquiet, qui uniuersam terrā cōturbare atq; contremefacere solet: quæcunq; uoluit regna

Quando te decidisti de cælo lucifer, qui mane oriebaris.

regna cōcutiens, atq; disturbans, uniuersum simul orbem, tot deletis urbibus, deuastans, nemini captiuorū suorum redemptionē permittens: Omnes autem reges gentiū, omnes inquam gloriose atq; multo cum honore dormiunt, in suo quisque sepulchro: at tu uelut stirps abominabilis ac reijcula, non ferēs honorem sepulchri, reijciendus ueluti cadauer pedibus prorritum, aut ueluti sanguinolenta ac immunda interfectōrum indumenta, quæ unā cum ipso caduere alicubi in foueam defodiuntur. Nihil cum alijs regibus commune habebit sepultura tua: idq; quod terrā tuam innocentum sanguine corrupisti, ne sapientibus quidem populi tui parcens. Neque est quod bene speres de filijs ac nepotibus tuis: horum enim non diu constitutum etiam regnam est. siquidem semen male agentū cito intermoritur, & memoria illorum continuō deletur. Præparandi itaq; eorū filij sunt, resq; ipsorum eis componenda, ut qui breui interficiendi sunt, idq; tum sua tum patrum etiam iniquitate. Non enim patietur Dominus eō dignitatis eos assurgere, ut longa hæreditate terrā suscipiant, hostibus eam impleturi: qui Reipub. gubernaculis præfecti, prædones tyrannos. In surgam itaq; in eos, inquit Dominus exercituum, deleturus ipsis Babel, & gloriosum ipsius nomen, & quicquid illi hæcenus laudabile remāsit reliquū: tum filios, tum etiā nepotes, ait Dominus. Dabo enim eam erinaceis, & fœdissimis quibusq; bestijs possidendam, ut quæ in locū palustrem, horrendūq; luti barathrum uertenda sit. Veluti scopis enim eam euerurus sum, ut qui uestri amore Hierosolymis reliquias siue semen relinquo, his multo ex odio ne puluisculū quidem relicturus sim. Sic illis exercitū ille Dominus minatur. Cæterū ne hanc uestri liberationem, perditis Babylonijs, olim filijs uestris uenturā, parui putetis, quando nūc præsens uos urget hostis Assyrius: meminisse uos uolo inexhaustæ bonitatis, ac inuictæ potentie Domini, & earū quas etiā aduersus Assyriū promissiones habetis. nam ipse, ipse inquam inexpugnabiliū exercitū Dominus, iuramento uobis confirmat, quod ea quæ cogitata atq; destinata habet, facturus sit, animi sui decretū non muraturus: nempe quod Assyriū in terra sibi sancta, & in suis quos uos colitis montibus, prostraturus sit, atq; cōculaturus, ut graue illud iugum quod uos premit, tandē uobis tollatur, & quicquid uobis oneri est, remoueat. Sic Domino deliberatum, atq; certissimo animi decreto super tota terra destinatum est. Et ad hoc præstandū iam accinctus est, in oēs gētes extentā atq; subleuatā habēs manū. Porro quod Dominus decreuit, atque statutum habet, quis quæso id auerterit, aut prohibuerit: Et extentam eius manum quis obsecro reducat, ac remoueat: Bono itaque estote animo, atque scitote,

simul omnes inimicos uestros perdeidos.

QVO ANNO REX ACHAS mortuus est, graue hoc uaticinium in Palæstinos propheta est uaticinatus.

CAPVT XV.

Non est quod de extincto rege Achas simul omnes Palæstini tantopere gaudeatis, quasi iam plagosa uobis uirga contracta sit, & quiduis iam uobis in populū Dei futurum sit licitū. Nam de radice colubri prodibit uobis basiliscus, quē uel uidere formidaturi sitis: & fructus radicis serpens erit uolaticus, uolatu spirituq; suo agros totos adurens: adeo ut ex filio multo peius uobis obuenturū sit, quam ullo unquā tempore accidit ex demortuo patre. Primogenitos uerō pauperū, quos magna subditorum parte ipsa paupertas & uitæ candor commendat, unicē charos habebit. Et hoc sub principe, agricolā tioni alijsq; artibus honestis in Iudæa studētibus, facile suppetet uictus: cum interim Palæstini uos, tum diuites tum pauperes, fame sitis discrucianti, perditis agri fructibus, & graui bello tota uestra terra cōturbata. Eiulate itaq; atq; lugete, qui in portis iuri dicēdo uestra tribunalia habetis. Ululate, & plebeijs oēs in luctū uos dedite: quia tota Palæstina uestra male tractabitur, idq; per fumū ex aquilone, ex regno nimirum Iudaico, in uos irrupturū. Hunc quidē uos ut euanidū fortasse cōtemnitis: sed ille quando uestris de capitibus habebit comitia, nō inuēturus est se solū, atq; omni (ut uos putatis) auxiliō destitutū: quippe qui per Deū illum exercitū, nimirum tibi ualiturus est, nulloq; labore te superabit atq; cōtundet. Quid obsecro nuncijs, huc illuc gētiū discurretes, super rebus Iudaicis & uestris interrogati, tūc respondebūt: Agnoscerē certe & fateri cogētur, quod Dominus sudarit, atq; præstito robore defendat, atq; uindictē Sion, nullis unquā temporibus delendā: idq; quod pauper atq; pusillus ille grex eius, suo Domino fidat, in ipsum spem collocet, atque totus ex eo pendeat. Graue uaticinium aduersus Moabitas. Audistis uiri Israëlitæ, uestrā calamitatem: sed finiendā, ac dupla mercede pensandam. Dixi quoq; de Babylonijs & Palæstinijs, quorū iniquitatē Dominus Deus noster nihilo mitius, imō multo seuerius punit, atq; uos, siquidem hos ad internecionē æternūm perdit: uos uerō post tenebras luculentissima lux, & post tēpestatē atq; calamitatū turbines, placidissimū atq; iucundissimū cælū manet. Nūc itaq; & de Moabitis audite. Quod de nocte, atq; cū minimē putabūt, uastada erit ipsorum metropolis Ar, animus Moabitis ipsi omnino concider. Quod pari modo paulo post nocte itē opprimetur præcipua ipsorum ciuitas Kir, animum planē despondebūt: ita ut rebus desperatis, ad idolorum suorum templa, & ad excelsa sua in Dibon ascensuri sint, planctū miseroq; eiulatu deorum suo-

Perdam Bas
bylonis no
mra.

Onus Moā
ab.

Noctē uasta
ta est Ar,
Moab con
ticuit.

rum auxilia imploraturi, nam & super Nebo & Medaba deuictis, miserè etiam dolebunt, ita ut præ rei indignitate, multaq; impatiètia, & capiti & barbè suos pilos euulsuri sint. Verfabuntur per plateas, faccos uilissimasq; uestes induti, omni decore deposito: ita ut tum domi intus, tum foris per plateas, uario planctu, miseroq; tumultu atq; eiulatu plena futura sint omnia. Hesebon & Eleale clamabunt, ut in Iahas, extremo Moabiticæ terræ termino, eos quis exaudiat. Quin & uiri in Moabitide militares, fæmineo ac puerili more eiulatus suos nõ continebunt, adeo ipsorum animus intra ipsos consternatus erit, ac perterritus. Veh cordi meo, clamitabunt: quàm illud mihi mæstum ac conturbatum est, super terra Moabitide: cuius qui magnates ac potentiores sunt, fortuna lauiore, & ut uirulæ triennes, uita lasciuiore, iam profugi peruenerunt in Zoar usq; multo animi mærore, fle tu ac eiulatu illuc per cliuum Luith ascendentes. Partim etiam ea uia diffugientes, qua Horonajm tenditur: ita ut omnes undique uiræ plenæ sint suspirijs, multoq; planctu, non secus quàm si aqua Nimrim desolatæ iam & exsiccata essent, omniscq; herba exarida, ita ut nihil holeris, nullumq; germen uiride amplius superesset. Illinc autem potissimum dolebunt, atq; plangent, quod collectas abundè diuitias & multo studio cõquisitas opes atq; facultates suas, ad torrentem salicũ deportare cogentur, ubi hostis illa distribuat, quocunq; uelit ea abuecturus. Tota undiq; terra Moabitica clamore miseroq; tumultu perstrepet, ad Eglajm, atq; etiam Bereellim extremos ipsius terminos. Nam aqua Dimon, quæ Israëlitica in tribu Gad sita est, multa ex cede sanguine fluent. Cui quidem quamuis grauissimo malo, hoc interim adhuc accedet, quod Moabitibus ipsis, qui fuga euaserint, aut in terra remanserint, nihil tutum erit à leonibus, lupis, ferisq; bestijs, quæ deuastatam atq; in solitudinem redactam terram inuasuræ sunt.

CAPVT XVI.

Olim quidè sancito inter nos fœdere, reges uestri Moabitici multis agnis atque arietum millibus perpetuam cum regibus nostris amicitiam redimere, atq; tributo conseruare solebant: id quod fœdifragi tandem facere desistis. Sed agite, iam mittite dominatori terræ agnũ aliquem ex Petra, urbe uestra ad desertum sita, in mõtem Sion, regis opt. max. regiam atq; sedem inuictam. Nunc tandem sentietis, quid sit, tam temerè ac fœdè inutum fœdus soluere: quando filie uestre Moabiticæ, huc illuc incertis sedibus uagabundæ discurrunt, idq; usq; ad uada Arnon, (qui in uestro confinio fluuius est:) non aliter quàm auiculæ suo nido dispulsæ. Nunc consultate inter uos, an sic deceat uos esse fœdifragos: & inter uos iudicate, atq; uobiscum expendite, quando nunc idem experimi

ni, an ita ut à uobis factum est, deceat agere cum profugis. Nunc quidem censebitis opinor, uel intempesta nocte sub tecti umbram intromittendos & occultandos, atque claro etiam die, quamuis id multi non ferant, ne in tyrannorum manus incidant sedulo esse abscondendos, nullaq; ratione hosti prodendos. Admitte nunc ad te, ex me profugos, atque expulsos: nunc eis latibulum præbe Moab, ut à persecutore cuncta uastante eos defendas. Nunc uobis id tutò licet, quando hostis ipsorum defecit, & qui eos depopulabatur consumptus est. Et qui omnem terram deuastando perreptabant, deperierunt. Sed quid tandem? Certè in monte Sion, in territorio Dauid præparabitur & constituetur soliũ, quod nulla cum tyrånide, sed multa cum gratia, dijs hominibusq; plaudentibus, ipse rex noster obtineat. Sedebit enim super illud, multa cum fide, citraq; personarum respectum ius dicturus: quem nec ulla munera corrumpent. Quæret enim iustum iudicium, quo fontes plestantur, & absoluantur innocentes. Iustitiam etiam accelerabit, non finet lites pendere diu: quæ plerisque uindemia quædam est. Non dormitabit, neque dormiet ille custos Israëlis, quamuis uobis despiciatur. Sed nouimus abundè superbiam Moabiticam, qua supra modum te effers atque superbis. Sed superbia hæc, uestraq; illa arrogantia, qua cunctos præ uobis despicitis, & animus ille præurgidus ac indignatione plenus, quam contra nos concepistis, longè superat uires uestras: plus quàm pro robore & uirtute uestra superbiestis, atque indignamini, quæ res Moabitibus uobis eiulatum atque miseriam parit: ita ut de interfectis, atque deuastata uestra terra, simul omnes multum in luctum uenturi sitis, graui cum dolore, multisq; cum suspirijs de dirutis in Kirharezeth fundamentis loquuturi, qui iam claudi ac inualidi reliqui supermanebitis. Nam & suburbana uincta Hesebon desolabuntur: eximias illas uires Sibma gentium reges, ex Assyria ac Babylone prodituri, concutient, ac pedibus proferent: palmites uerò earum selectiores, fuga sibi consulentes, profugient ad Iazar usque, desertis locis erraturi. Nobiliores inquam earum surculi, eò sese proferent fugiendo, ut & maris transnauigationem tentaturi sint. Ciuitas itaque Iazar, Moabita ego sic profugus, tristi fletu Reipublicæ nostræ statũ illum in te deploraturus sum: etiã te uictẽ Sibma multis lachrymis irroraturus, unã cum Hesebon & Eleale: nam in fructus uestros aestiuos, atque in ipsam messem uestram hostes mutuis acclamationibus, alius alium inhortando irruent, ita ut nihil lætum ac iucundum ex camporum ac soli uestri ubertate nasciturum uobis sit. Neque enim ex uineis uestris uindemiam lætam cum exultatione facietis: neq; in torcularibus uestris,

Preparabitur in monte Sion, in territorio Dauid præparabitur & constituetur soliũ, quod nulla cum tyrånide, sed multa cum gratia, dijs hominibusq; plaudentibus, ipse rex noster obtineat.

Moab in-
preditur
in sancta
sua ut obse-
ret.

Aris, dum uinum calcatu exprimitur, dulci-
bus cantilenis uos exhilarabitis. Itaq; intimo
ex pectore Moabita ego Reipub. Moabiticæ
uicem, uelut discrepantibus chordis cithara,
deploraturus sum, ex animo doliturus super
Kirhereb. Futurum est autem, quod Moa-
bita, ubi se uide rint, frustra in offerendis su-
per excelsa sua sacrificijs, atq; holocaustoma-
tis defatigatos, ut & de dijs suis conceptam
spem deponant ac rejiciant, adeo ut rempla 10
sua ingressi ad orandum, impetrandi spe de-
stituti, id bono in deos suos animo facere nõ
possint. Et hoc quidem ne cui nouum sit, ac
difficiliter mihi credat, illud ipsum est quod
Dominus decretum habuit, atq; multis adeo
retro seculis per Balaam uaticinatus est Moa-
bitarum regi Balac: orituram scilicet stellam
ex Jacob, & quod uirga cõsurgeret de Israël,
quæ duces Moab percuteret. At nunc locu-
tus est Dominus ac dixit, quod intra tres an- 20
nos, qui ut mercenariorum tempora, quibus
illi laborant ac feruiunt, nu lam procrastina-
tionem ferent, eleuabitur omnis gloria & au-
toritas populi Moabitici, quantumuis nunc
numerosi ac multi. nã qui mansuri apud eos
sunt reliqui, pauci admodum erunt, nihilq;
frequentes.

GRAVE, PLENUMQUE CALA-
mitatis uaticinium, aduersum Damascenos, 30
regnum Syriæ.

C A P V T X V I I.

ECce Damascus, hæctenus gloriosa adeo
ac præclara, desinet esse ciuitas: deusta-
bitur enim, atq; corruet, ita ut nihil ali-
ud quàm lapidum, calcis, lignorum confu-
sam quondam congeriem illic uisurus sis. Ci-
uitates quas in campo Aroër sitas habent, sic 40
destruentur, ut cessurae sint pecorum gregi-
bus, qui illic nemine perterrefaciente multa-
cum securitate pascentur, ac conquiescent. Ne-
que est quod ab Ephraimitico populo, decem ni-
mirum tribubus regni Israelitici, quicquam
sperent auxiliij: nam & horum regnum ac ty-
rannis interitura est, perinde ut Damasceno-
rum. Et ut ex Syria siue Damascenorum re-
gno pauci superstitēs erūt: sic & minimè mul-
ti ex Israelitico populo decem tribuum relin- 50
quētur. Domini exercituum hæc uerba sunt,
ne quis de meo cerebro ea prognata putet.

Tūc quidē gloria Iacobai siue Israelitici po-
puli parum splendida erit. nam qua nunc pin-
guedine honorum atq; potentia sunt, ea mul-
tum eis macrescet. Nam simile quiddam ip-
sis accidet, inquit Dominus Deus Israelis,
quale uidemus tempore messis in fertilissi-
ma uestrua ualle Rephaïm, ubi messor colliga-
tis manipulis, spicas aliquot omittit pauperi 60
bus legendas, aut ut in uindemia, atq; excus-
sione olearū, ubi per obliuionem uel negle-
ctum una atq; altera uua relinquitur. Sicut &

in olearum fastigijs, quatuor aut quinque bac-
ca. Abducti autem non reuertentur in terrā
suam, neq; in suum regnū restituentur: sed so-
ciari aliquando filijs Iudah, constituent sibi ca-
put ac regem unū, IESVM nimirū Nazarenū,
uerum Iudæorum regē. Illo autē tēpore res-
piciet homo ad factore suum, nõ amplius ip-
sum cõtempturus, & oculi eius ad illū Israeli
sanctum intenti erunt. Non respecturus, ni-
hilq; tunc curaturus est altaria, suis manibus,
proprijsq; digitis confecta. Non pendebit ex
suorū operū sanctimonia, sed unā, cū lucis at
que imaginibus reiectis, etiā suā ex lege iusti-
tiam pro reiectamentis habebit. Erunt au-
tem in illa die tribulationis ipsorū, fortissimè
quæq; ciuitates Israelitarum, sicut uirgulæ ali-
quot, siue arbusta quædā quæ prostratis olim
arboribus, cū terrā Chanaan quondā ipsimet
Israelitæ, ex Ægypto uenientes ingrediebantur,
omissa fuerunt, ac relinquebātur. Tāta fu-
tura desolatio est: idq; o uiri Israelitæ, quod
domini Dei seruatores uestri obliti estis, & de
forti adiutore uestro nõ estis recordati. Plāta-
tis quidem nunc eximias atq; iucundas plan-
tationes, etiam aliunde eximia ac præclara ui-
tū germina conquirentes: sed non erit quam
hinc faciatis uindemiā ac messem. Hodie qui-
dem plantationē uestrā in terrā immittitis, &
postero mane semē progerminasse gaudere-
tis, nõ paruo in id studio incūbētes: sed quā
hinc facietis messem? nisi plurimorū dolorū,
quos concipietis ex hoste omnia proculcan-
te ac deperdente. O innumeram hostiū mul-
titudinē quam in Iudam producit Sennache-
rib. Non secus in Iudam tendunt, quā si to-
ta in nos irruant maria: atq; ita eorum strepi-
tus ac tumultus est, ut impetus ac fremitus
multarum aquarum, quæ nos nullo labore,
ueluti paruam nauiculā demerserint. Sed ma-
ior est qui in nobis est, quā qui in illis hu-
ius mundi filijs: qui ubi illos increparit, pro-
cul aufugient: & sicut puluis montiū ex uen-
to, ita illi ad Domini Dei nostri increpatio-
nem dispellentur. Sicut palea inquam turbi-
ne propulsa, uespertino tempore hostis gra-
uissima quæq; minabitur: & ecce, antequam
appetat mane, tanta rerum commutatio fiet,
ut ne unum quidem hostium ex tam immen-
sa turba uisurus sis saluum ac reliquum. Sic sa-
nè euenire solet ijs, qui nos prædantur, ac op-
primunt. Hoc ferunt stipendiū, qui pios perse-
quuntur, ipsorumq; rem diripere student.

C A P V T X V I I I.

OTerra, multis mercatoriarum nau-
um uelis quasi auium alis in umbra-
ta, quæ es trans flumen Æthio-
piæ: quæ nuncios tuos nauigio iuncis con-
texto, in terram Israelis per mare missu-
ra, expeditè eos atque uelociter abire nuue-
iubes, non ad gentem Israeliticam, sed ad
gentem nunc planè conuulsam, modis omni-
bus miseram & expilatissimā: quæ terribiliter

In die illa
inclinabitur
homo ad fa-
ctorem suū.

Ue multitu-
dini populo-
rum multo-
rum.

adeo dilacerata atque deformata est, ut nullo unquam tempore uobis uideatur posse se attollere ac respirare. Ad gentē dicitis, cui perpetuo in ore est, *Expecta, expecta*: (sic enim Israelitæ diuinum auxilium patienter ac longa nimitè expectandum censebant) cum interim spe omni frustrata, miserè discerpta ac cōculcata iaceat. Siquidem hostes ipsius, ueluti cum flumina terram aliquā inundant, ita eam totam deuastarunt: nec uidemini uobis sic, nunc prostratum populū unquam posse resserere. Audite itaque, non tantum uos Æthiopicam incolentes, sed quotquot terrarum orbem inhabitatis. Quantumcūq; submersus atq; dilaceratus hic populus est, non poterit tamen ad internecionem deleri: sed erit ubi illis resflescentibus, omnia huius mundi regna intereant, ac tota deleantur: id quod eleuato aliquando in montibus ipsorum Christi Domini uexillo, præ oculis uidebitis, & clangente tuba clarè audietis. Quoniā Dominus sic mihi locutus est: *Quiescam*, inquit, atq; ex habitaculo meo sancto contuebor, atq; obseruabo, qua tyrannide, quibusue modis populum meum reliquę gentes trahant. nam ero illis tandē ueluti calor qui dem exiccās prius emissam pluuiam, & ueluti nubes rorida quæ calorem mēsis refrigerat, atq; estuātes reficit. Porro quod ad mundi regna attinet, euenturum est illis, id quod nonnunquam apud agricolas uidemus, ubi ex uua iam ferè matura, copiosa speratur uindemia: & ubi, posteaquam sementis progerminat, atq; productis iam folliculis & tandem præclaris spicis granorum auctu intumescētib; , lætissima mēsis expectatur, certa iam satis, ac breui in horreum introuehenda: tum fit nonnunquam, ut immissa cælitus grandine, tanta in agris accidat calamitas, ut præter ramusculos ac palmites quosdam, culmos item & stipulas, nihil demetendum seruent: relinquuntur uerò simul omnia auibus montium, & bestijs terrę, ita ut per æstatem suos inde nidos faciant, atq; eosdem inhabitent auiculæ, per hyemem uerò quælibet bestia terræ in illis se cōtinuerit ac hibernarit. Ita planè cū mundi regnis futurum est: quibus deperditis, omnes cæli uolucres conuocandæ sunt ut ueniant, atq; sese cōgrent ad cœnā magni Dei, ubi carnes edant regum, tribunorum, fortium & equorum atq; etiam in ipsis sedentium: carnes inquam omniam liberorum ac seruatorū, tum pusillorum tum magnorum. Tunc uerò ita deletis impijs, multo maiore, imò perpetua in gloria ac honore futurus est hic meus populus, quem nunc planè couulsū, ac modis omnibus miserum & expulsiſsimū uocatis, qui terribiliter adeo ab hostibus dilaceratus atq; deformatus nunc est, ut nullo unquam tempore uobis uideatur se posse attollere ac respirare. Hic inquam populus, cuius terrā hostiū populus funditus adeo uastauit, & cui oppro-

bratis, quod multis iam nō omnis expectando Dominū frustra sibi cauit, *Expecta, expecta*: tunc tandē rebus expectatis potita, totū sese Domino dedicando, numeri tum se, tum sua omnia, ipsi offeret: idq; ad locum, ex nomine Domini exercituum, insignem ac nobilem, nā mirum in montem Sion.

GRAVE VATICINIUM

super Aegyptijs.

CAPVT XIX.

Porro ne quis putet, Dominum Iudæorum tantum Deum esse, illosq; solos ipsum castigare, quamuis illos populū sibi selegerit peculiare: totius tamen orbis terrarum Deus ac Dominus est. Cuiuscūq; itaque nationis est, qui ipsum inuocarit, is acceptus ei est: & quisquis illi peccarit, hunc castigat ac punit. Vnde & cito, ac ueluti leuem nubem in ægyptum adierit, facta etiam Ægyptiorū cogniturus atq; castigaturus. Multa autē tūc super simulachris aut imaginibus illic cōtentio, ac uanæ religionis cōturbatio fiet: siquidem illa ad faciē Domini, uerbiq; diuini præsentia non poterunt subsistere. Quæ res uulgus Ægyptiorum, nimis quàm multis dijs deditū, & in imaginario ipsorū cultu superstitiosum, uehementer anget: ita ut cordibus ipsorū colliquescentibus despondentes animum, ignoraturi sint, quo se quęq; uerte re, & quam religionē aut cultū diuinū arripere oporteat. Itaq; cōmittam Ægyptios cū Ægyptijs, & dissidebunt atq; pugnabunt frater aduersus fratrem suum, amicus in amicum, ciuitas cum ciuitate, & regnum cōtra regnū. Filius aduersus patrē insurget, & nurus aduersus socrū suam: & erunt inimici hominis domesticus ipsius. Faciā autē, ut componendo disfidio huic, Ægyptij nullū intra fines suos cōsiliū inueniant. Et si quod inuenierint, id ego disturbarurus sum. Consulēt itaq; idola sua, magos, spiritus pythnicos, & ariolos: quorum certè cōsilia uana etiam futura sunt, & minime stabilia. Consilium autem uerbi Domini perstabit, omnisq; Domini uoluntas fiet: Per quem Ægyptus, Sabaco suo rege in Æthiopicam reuerso, tradetur regenda delectis aliquot ad id uiris principibus: quorum omnium tyrannidem cū ferre non poterunt, ipsi etiam inter se disidentibus, quidam ex ipsis uiolentus ac fortis, expulsis aut interfectis collegis suis, solus regno isto potietur, regio fastu dominaturus. Ita statuit, atque fatus est noster Deus, exercituum Dominus. Marinae autem aquæ, & Nili flumina, cessante nauigatione mercatoria, & piscatione flaccescēt, ueluti exiccabūt ac inarescēt, & procul disfluent, ita ut quæstu ac negotiatione uestra piscatoria cessante, quasi exhausta atq; exarida Ægyptia flumina cēseri possint, succrescētib; in eis harūdib; atq; caricib; ita ut gramina ad flumē pgnata, omnisq; iuxta ipsum semētis iā irrigatiōe Nili carēs, credi possit

Ego quiescā
& considera
bo in loco
meo.

Deficient flu
mina, & at
tenuabuntur

possit elanguisse, atque in nihilum esse redacta. Mox erunt hac de causa piscatores, mortuosque videre erit hamiotas, quibus in flumine ipso hamus usui solet esse, atque quæstui. Pari modo & illi se perditos putabunt, qui immixtis in aquam retibus, suum illinc soliti sunt uenari uictum, nam retium uix ullus tunc usus erit, adeo ut incommodum sensuri sint illi, qui ex lino aut stuppa siue canabe ducunt funiculos, aut retia contexunt. Sagenæ enim iacebunt Ægyptiis piscatoribus contritæ: & frigebunt planæ etiam ipsi, qui suas habent piscinas ac uiuaria. Stulti sane sunt Ægyptiorum magnates, Zoan regni metropolin ac regiam incolentes. Stulti item ac infatuati Pharaonis consiliarii, multa sapientia atque prudentia nobiles, quibus aduersus prædicta mala, aut nullum consilium est, aut certè inualidum & contemendum. Quomodo autem sese Pharaoni pro sapientibus, ac sapientum semine prognatis, ac de præscorum regum familia exortis uenditabunt? Vbi nunc sunt illi sapientes? Quin hic suum præstant officium? Quid ita cæci sunt, ut hæc non præuideant, atque de his te præmoneant, quæ Domino exercituum, Deo nostro super Ægypto decreta sunt? Infatuata sanè principum Zoan sapientia est. Principes Memphis in insulse errant, atque in errorem inducunt, totam ferè Ægyptum seducentes, dum in malefana, superstitiosaque idolorum cultura, nutantem alioqui populum confirmant & stabiliunt, quos suarum tribuum sibi que concreditorum ciuium in ueri Dei cultu decebat esse columina. Sed Dominus instatam eorum sapientiam dementans, miscuit atque immisit, in eos spiritum uertiginis: quo fit, ut inconstantes etiam in cogitata ac satis intellecta Dei ueritate non possint persistere, cothurno quouis uersatiliores facti. Itaque omni in re sua Ægyptios seducunt, ipsimet hinc inde errantes uelut ebrius nutantibus pedibus, quæ auide ingurgitauit euomens. Proinde siue caput spectes, siue caudam, siue ramum, siue iuncum, nemo erit qui Ægyptiis iusto suo fungatur officio, siue ex summis illis sit, siue ex infimis, siue magnus siue paruus. Hinc ergo nihil aliud quam mulieres erunt Ægypti: & ad subleuitam in se Domini manum, quam certè in illam eubraturus est, obstupescant, magnoque horrore reddentur attoniti. Hinc & Iudaicus populus ipsis pauori erit. Nam quisquis recordatus fuerit hæc à uiro Iudæo, multo tempore antè sic ipsis fuisse prædicta: non poterit non inhorrescere ab eo, quod exercituum Dominus multo antè deliberatum, iam iam statuit in ipsos exequi. Tunc tandem concidente idolorum cultura, quinque primariæ ciuitates Ægyptiorum, lingua loquentur Chanaanæ, siue Iudaicæ, etiam per Dominum exercituum iuraturi: ut qui toti ex Domino pendebunt, ipsi quoque colent. Vna autem ciuitatum harum Iheres uocabitur: ea est He-

liopolis, ciuitas solis, quæ tunc tandem cognosceret solem non esse Deum, sed luminare magnum, illustrando dies à Domino nostro Deo creatum. Illo item tempore erit Domino altare, cum erecto lapide in medio Ægypti, non quidem manu factum, de cuiusmodi edebant qui tabernaculo deseruebant: sed multo præstantius, de quo quisquis ederit, perpetuo uiuet, fixis in firmisimæ in concussisq; fidei petra Christo Domino suis pedibus. Hac autem petra in signum, ac Domino Deo exercituum in testimonium posita, & apud Ægyptios exaltata, non humana subsidia, si quando opprimantur, in clamabunt, sed ad ipsum recurrent Dominum, qui eis seruatorem magni consilij angelum mittet, per quem liberati, securo illi seruiant. Cognosceret autem tunc ab Ægyptiis Dominus, & Dominus uicissim cognosceret Ægyptios: unde & ablatis idolis omnibus, iam Domino oblaturi sunt sacrificia laudis, ex nuncupatis uotis debitos uirtulos labiorum domino persoluturi. Itaque Dominus percussos prius Ægyptios sanaturus tunc est: siquidem conuersi ad Dominum, propitium ipsum, atque ut sui amantissimum patrem Dominum habebunt: qui quicquid inciderit mali, semper curaturus id illis est. Tanta autem circum circa tranquillitas atque pax erit, ut strata uia hinc inde Assyrii accessuri sint Ægyptios, & Ægypti Assyrios: quippe qui unanimis Dominum pariter culturi sunt. Et Israëliticus populus illis adiungetur tertius. Tanta totius terræ tunc benedictio atque felicitas erit: siquidem Dominus ille exercituum ei benedicet, ac summam donabit felicitatem. Benedictus, in quiete, beneque sit populo meo Ægyptio, & operi manuum mearum Assyriis, quorum opera olim castigandis populis abunde sum usus. Bene item sit populo Israëlítico, quæ mihi peculiariter electum, atque hereditarium seruo.

CAPVT XX.

Quo anno Thartan, Assyriaci exercitus imperator, post undetriginta annorum obsidionem Azotum Palestinæ munitissimam urbem ingressus est, ab Assyriorum rege Sargon ad illam oppugnandam expugnandamque missus: tunc quidem temporis locutus est Dominus Esaiæ filio Amoz, iubens eum saccum lugubrem de lumbis suis deponere (lugebat autem populi Israëlitici calamitatem) simul & calceamentis pedes exuere: id quod ille nihil tergiversatus fecit, ita ut ambularet nudus, parum uel uestitus, sine calceis. Admirante autè hanc re spectatore, sic dixit Dominus: Quod seruus meus Esaias uobis obstupescetibus, incesit nudus, ac discalciatus, id Ægypto atque Æthiopiæ portendit, atque signum est trium annorum, intra quos rex Assyriæ, captiuos abducat Ægyptiorum atque etiam Æthiopum populos (eidem enim iam parebatur regi) tum pueros tum senes: idque nudos adeo atque discalceatos, ut ne natibus quidem suis quicquam

Sicut seruus meus Esaias ambulauit nudus.

Stulti facti sunt principes Tamos.

Ita quinque ciuitates Ægypti, loquentes lingua Chanaan.

regedis quicquā habituri sint reliqui, quos dis-
cooperuisse Ægyptijs fœdissimum habetur.
Si quis itaq; ab Æthiopijs multū speret au-
xilij, qui se defendere nō possunt: aut etiā
de Ægyptiorum, uti hactenus, uelit gloriari
adiutorio: hic spe sua frustratus pudebit, suo
que id malo faciet. Unde & habitatores insu-
larū huius, Hierosolymitanæ regionis dico,
que undiq; graui hoste cinctā, ueluti marinis
fluctibus misere contunditur, hanc Ægyptio
rum atq; Æthiopum abductionē audientes,
Ecce (dicent) ita ne actum cum eis est, ad
quos nos respeximus? & ex quibus nobis au-
xilium aduersus Assyriorum regem speraui-
mus? Qua obsecro uia nobis opem ferrent,
qui sibi ipsis uti iam uidere est defendendis
non fuerunt satis: & condiscant, nihil magno
perē sperandum à principibus & hominum
filijs, per quos non confertur salus.

GRAVIS PROPHECIA ADVER-
sus uastum Babyloniorum mare, cuncta que circum
circa regna sunt, bellorum fluctibus laces-
sens atque deustans.

CAPVT XXI.

Est qui ueluti turbo australis, è deserto,
atq; horribili de terra, mari huic immi-
neat: ipsumq; pertransiturus sit, talionē
cunctę tyrannidis regno Babylonico remen-
surus. Nunciatum enim mihi est de rebus du-
ris, atq; horrendis: nempe de hoste crudelissi-
mo, in ipsos ferociter irruente, ad cuius ad-
uentum clamitabatur, totoq; cælo perstrepe-
bat eiulatus clamantiū. Ad arma, ad arma, Ad
est hostis, adest hostis, Vastator, uastator. As-
cendere autē iubebantur in Babylonios Per-
sæ & Medi, ut ipsos obsidione cingerēt: quip-
pe qui suæ tyrannidis, qua totū ferē orbem in
gemitū inducebāt, iam finē haberēt. Hæc res
horrissona dolore impleuit lumbos ipsorū, ca-
putq; ipsorū deprimi. Angustia apprehēdet
eos, quales sunt parturientiū. Incuruati, fra-
ctisq; fuerūt animis, ubi hæc audierūt: & stu-
pefacti, plurimūq; attoniti, postquā hæc uide-
runt, atq; de scribēte ad parietē manu intelle-
xerunt. Animus regē, principesq; suos defe-
cit, & multus inuasit eos horror. Nox multū
desiderata, qua genialiter uiuere statuerant,
terribilis summęq; formidabilis facta ipsis
fuit. Adornabatur mensa, accendebantur po-
sitis candelabris lucernæ: edebant & bibe-
bant. & repentino clamore auditur, qui prin-
cipes surgere iubeat, ipsosq; se aduersus ho-
stē relictis omnib; celeriter obarmare, clypeū
que arripere. Hæc mihi dixit Dominus, atq;
plenē adeo denarravit: Vade (dicet suo regi)
atq; cōstitue nobis speculatorem, qui si quid
uiderit, nobis annunciet. Cōscensa autem il-
le sua specula, uidit currū, in quē duo equites
immisi erāt, ipsumq; protrahebāt: Persarū ni-
mirum exercitus, & Medorū. Alter autē uehe-
batur asino, & alter camelo. Attēns autem ad

hoc oculis, perquā diligēter summaq; atten-
tione rem ipsam speculator perspexit, clami-
tans tandē è specula, adest leonē leonem, ho-
stem hostē. Ad regē autē descendens: Domi-
ne, inquit, ego & de die & totis noctibus sum
ma uigilantia cōmissam mihi stationē ac spe-
culam obseruās, duos uideo aduentātes cur-
rus, cū duobus equitibus. Imminere autē Ba-
bylonijs duos significabat ualidissimos exer-
citus, Persarum nimirum & Medorum. Et su-
bito clamore exorto, responsum atq; clama-
tum est: Cecidit cecidit Babylon, actum de
Babylonis est: (bel.

Hostis habet muros, ruit alto à culmine Ba-
Omnia enim sculprilia deorū, in quibus extre-
mam salutis suę constituebant ancorā, corru-
runt in terrā, ubi contracta iacent, & contrita.
Excessere omnes adytis, arisq; relictis,
Dij, quibus imperium hoc crederat.

20 Veluti frumentum tritum mihi nuncue-
nis, o Babel, aræ nostræ per Dominū Deum
nostrum destinata. Nam nihil hic de meo lo-
quor cerebro: sed quod à Dominō exercitū,
ab ipso inquam Israelitarum Deo audiui, id
uobis prænuncio, suo tempore certē uobis
obuenturum.

Vaticinium aduersus Dumæos, populū ex filio
Ismaelis Duma prognatum, qui & ipse po-
pulū Dei uexare solitus est: ut ipse corū
patriarcha Ismael, piū Isaacū.

30 Clamabat ad me Idumæorum aliquis ex
Scir, cum iam conspirassent de opprimendis
Dumæis, & dicebat: Custos, tuq; ciuitatis ex-
cubitor, quid noctis est? quora agitur hora,
aut uigilia? Custos autē ego respondi, aduen-
tare mane, atq; iam ferē diluculescere, sed no-
ctem adhuc tenebrosam satis esse. Proinde si
quid quæritis, aut aliquo institutum iter ha-
betis, inquam ego, conficitote illud, & reuer-
timini atq; redite ad nos læti, ac plaudentes.

40 Vaticinium calamitosum aduersus Arabes Cedare-
nos, qui & ipsi Ismaele prognati, paternis sue-
runt moribus in pios.

Vos Cedareni uestris sedibus pulsi, atq; de
tabernaculis uestris eiekti, in uasta illa Ara-
biæ sylua, atq; in semitis quibus itur ad Do-
danim, pernoctabitis, atq; aliquantis per cō-
morabimini: ubi neq; restinguendæ siti aquā,
neq; pellendę fami panem habebitis. O aque,
50 uestrapte benignitate ultro nos sitientibus il-
lis ferte obuiam. Vosq; Themanitæ, qui Ce-
darenis his & sanguine & loco propinqui e-
stis, præstate fratribus uestris hoc beneficij, ut
ipsis progrediamini obuia cum pane, quem
festinatione fugiendi, nullum secum asporta-
re potuerunt. Fugiūt autē à conspectu stricto-
rum in se gladiatorū, & intentorū arcuū. A con-
spectu inquam grauis atq; urgētis prælij. Sic
autē mihi Dixit dominus: Adhuc annus erit,
isq; iustus, nihilq; procrastinando extractus,
60 qualē mercenarij qui stata mercede cōducuntur
præstare solēt: & cōcider, atq; disperdetur
omnis Cedarenorū gloria ac felicitas. Qui au-
tem

Cecidit cecidit
Babylon
& omnia
sculprilia de-
orum eius.

Custos quid
de nocte?

Omnia in Ara-
biæ.

tē ex eis hostium arcus ac arma subterfugient, facile numerari poterunt. Nam & potentes inter ipsas, qui ferē fuga sibi cōsulunt, aut ad fugiendum ualidiores sunt, ex his quoque perquam paucos comperies.

VATICINIUM ONBROSVM AC miserabile, super ualle uisionis, quæ ad montem Sion est, multorum uidentum siue prophetarum ferax, super ipsa nimirum Hierosolymorum urbe.

CAPVT XXII.

Quid nūc uobis est? Quid accidit, aut denūciatū est, quod simul omnes ita ad tecta uestra proruitis? ut illinc uos ab hoste defendatis? Populosissimam certē nūc inhabitatis ciuitatem, ubilibet perstreperem & exultantem, uariāq; lætitiā iubilus ac choris gestientē. Ceterū nō erunt uobis hæc perpetuas: quippe quos oppressura est tristissima rerū permutatio. Grauisissima enim uobis obfidio imminet, quæ uos fame ac siti fractura est. Non enim omnes gladijs interimemini, neq; prælio certantes cadetis: sed rerum penuria grauius famelcent, ne proprijs quidem liberis pleriq; parcent, ut ipsorum carnis uos uitam sustineant. Principes ipsi, exercituum uestrorum duces, simul omnes in fugam conuersi, a sagittarijs ipsos persequentibus comprehendentur, atq; crudeliter uincti trahentur. Nullum erit usquam estugium. In uincla enim uenient, tam qui procul distungunt, quam ij quos in te inuenient. Quis hanc uestram cladem, quis funera fando explicet? Propterea ego inconsolabiliter mœstus, nullū admitto consolatorē. Sed conuiscite uos, inquam: atq; meos acerbos fletus, miserorūq; gemitus ac suspiria super uastatiōe filie populi mei mihi permittite. Ne sic urgeatis mei cōsolatiōnē, persuadere conantes nō ita grauem fore populi mei deuastatiōnē, aut aliquo modo eam adhuc posse auerti. Certō decretus Domino exercituum dies est, quo in ualle uisionis, intra Hierosolymorum mœnia, cuncta confringentur, pedibus proterenda, & dissipanda: ita ut a ruinis adium, & illa benibus in uos parietibus, miserum adeo eiularum atq; planctum sitis facturi, ut clamor ille uester horrendus, etiam in montanis resonitrus sit. Elamitæ, qui bona pars hostilis exercitus erunt, sumptis pharetris atq; arcibus suis, multis in uos ferentur quadrigis & equis. Ciues etiam Ciraxi, micantes contra uos clypeos tenentes, in uos irruent: atque adeo, quicquid toto ferē terrarum orbe gentium est, siue populorum: ita ut omnes apud uos ualles bonæ, ubi quicquam aut segetum prouenit, aut graminis, implendæ sint turribus, equisq; illis quadrigarijs. Equites uerō ipsi magno cum impetu portas urbis uestræ inuadent, cunctis effugiendi semitis diligentissimè obseruatis. Vos uerō Iudaicus meus populus, quæ hæctenus in thesaurario & armamentario recondita seruastis, ea tunc proferetis in lucem: & non tam ad Dominum re-

spicietis, quàm ad sumenda ex armamentario publico, domo nimirum saltus, arma. Magna tunc undiq; cura, multoq; studio tenebimini reparandorum murorum, qui uobis multis locis patebunt, atq; interrupti erunt: ductis etiam infra muros aquarum piscinis, quæ hostem uel excludant, uel fallant. Quin & certò conscribetis numero ditiorum domos, quæ uobis pro suarum facultatum modulo pecuniam numerent, qua sæuierem nimis hostem placetis, ac mitiorem uobis efficiatis. In summa, nihil nō facietis, quod muniendæ ciuitati, atq; arcendo, placandōue hosti conuenire putabitis, ad omnia sedulo respecturi: sed ad Deum, unicum urbis protectorē, & multis abhinc seculis eius autorem, non respicietis. Non quidem quod hanc ruendæ urbis sedulitatem damnē: sed munitis ciuitatibus magis quàm Deo fidere, id certē damnabile est. Inuitabit quidem uos Dominus, ille exercituum Deus, in die illa, per prophetas suos, ut flētes ac plangentes resipiscatis, pollicētes dignos pœnitentiæ fructus, qui dominū permolliat: sed hi contemptui habebuntur, frustraneaq; omnis illorū erit opera. Nā nihil aliud quàm gaudere, lætari, atq; genialiter pro uestro uiuere more studebitis: mactandos boues ac iugulandas uestris cōmessationibus oues, cum fanna dicturi, ut carnis saturi, uinoq; pleni, hilares quos adhuc habetis dies, sumatis, cras morituri, ut insani scilicet uates proclamant atq; denūciāt. Hic autē uester piē mōnentiū prophetarū contēptus, nō fugiet aures Domini exercituum, neq; ad hæc uestra uerba surdus erit: quippe qui ægre adeo, tamq; iracundē hæc laturus est, ut nulla huius iniquitatis sperāda uobis cōdonatio sit. Sunt autē quæ dico, Domini Dei uerba, & non mihi ex stomacho cōmoto profecta. Quādo uero inter Diuini uerbi contēptores nō infimas tenet aula regis œconomus Sobna, iussit me Dominus exercituum ipsum accedere: Vade, in quies, ingredi ad tribunū illi ærariū Sobna, præfectū aulæ regis, quē intrepidè atq; magno animo roges, quid ille hic agat, suæ gentis desertor, & apostata? Et quos ille hic cognatos habeat aut successores posteros, quod tanto fastu & arrogātia hic sibi sepulchrū præpararit, excelsum adeo, uelut altā rupē a morte inhabitaturus? Ecce Dominus ego, nullo labore, imò uel per unū aliquem uirū, eū hinc multa cū ignominia & dedecore deturbabo, in terrā hinc remotissimā: idq; nō secus, quā si pilā quis abiciat. Et nunquā huc rediturus, ibi morietur: & qui hinc glorioso suo curru, multo cū fastu uehebatur, ignominia illic ita oppletus erit, ut ea etiā in domū domini ipsius, regis Manassæ, exundatura sit. Amouebo enim eum suo officio, non permissurus ut in tanta ille amplius sit dignitate. Nā tunc quidem temporis uocabo seruum meū Eliakim, filium Helchiæ, in locum Sobnæ substituedū: qui tunica huius uestitus, eiusq; cingulo cir-

Comedamus
et bibamus,
cras enim
moriemur.

Vocabo seruum meū Eliakim.

lo cir-

lo circumligatus atq; corroboratus, iam per omnia præficietur aulae regiae. Dabo enim illi in manum suam omnem iam expulsi Sobnæ dignitatem, honorem & potestatem: quibus ille non sibi clarus erit & potens, sed toti Hierosolymorū urbi, atq; adeo toti regno Iudaico: siquidem patrem se populo præbebit, & nihil minus quàm tyrannum. Imponam autem clauem domus Dauid illi in humeros, ut qui totius regni moderationem ac onus suis humeris portaturus sit. Aperiet enim, & nemo claudet: claudet item, & nō erit qui aperiat. Quicquid ille facturum est, ratum id erit, & stabile, ut nemo quisquam possit uel contra hifcere. Figam autem illum ut clauū in loco stabili, qui pendentibus ex se non sit in ruinam. Sed summum honorem sua fide conciliabit tum sibi, tum toti domui patris sui: toti inquam regno Dauidico. Suspendet enim ex illo, quicquid in domo patris ipsius gloriosum ac elegans est, filios & nepotes. Quicquid item egregiorum cimeliorum est, ac uasorum: à uasis craterarum unde bibitur, usq; ad omnia instrumenta musica quæ aures demulcent. Breuiter, totum regnum Iudaicum, omnisq; eius felicitas ac gloria ex hoc Elia kimo pēdebit, ueluti ex fidelissimo clauo. Et quo die, inquit Dominus exercituum, fidelis ille clauus, loco fideli ac stabili fixus, occidet: tum occidet & omne onus illi impositum, totum nimirū regnum Iudaicum. Certum hoc est, & infallibile: siquidem Dominus ita locutus est.

VATICINIUM GRAVE
ac triste aduersus Tyrios.

CAPVT XXIII.

Viri nauitæ, & quotquot navigatione mercatoria uos exercetis, atq; questum queritis, est quod doleatis, atq; eiulatu deploretis: idq; de præclarissimo uestro emporio Tyriorum, quod ita deuastandum uenit, ut nulla illic domus relinquēda sit, quam quis commodè inhabitet, aut ingrediatur. Res hæc Macedonibus, quorum maxima illic negociatio est, cōtinuō innotescet, totoq; mundo hæc Tyriorum calamitas nobilis erit. Conquiescite, neque amplius uerba facite de petenda Tyro, quotquot insulani estis, atque navigatione mercatoria uos potissimum exercetis. Sidoniorum negociatores huc illuc traiecto mari, uarias illuc hæctenus merces conuehunt, Ægyptiacis frumentis (quorum illic per Nili inundationem uberrimus prouentus est) Tyrum complentes, ita ut toto orbe, omniumq; nationum famosissimum factum sit Tyrus emporium. Pudeat & te tuī ō Sidon, neq; pergas posthac arroganter ad deo de te sentire, siquidem maritima illa Tyrus, omnium maritimarum ciuitatum munitissima, & facile princeps, eo calamitatis breui deuentura est, ut ex ipsa met auditurus sis,

Erubescite Sidon.

quod neq; parturiat, neq; pariat, neq; adolefcentes suos dignè educet, neq; suas uirgines feliciter exalter atq; nuptui tradat: ita ut de re paranda sua rex: ac uetere politia restituentibus, planè desperaturi sint, intermorientibus, aut certè non succrescentibus huic rei iustis seminarijs. Hæc autem ut Ægyptij audierint, dolebunt certè Tyriorum uicem, ad quos nō infeliciter suas merces extrudere consueuerunt, atq; abuehere. Qui navigationi studeatis uiri insulares, præter legentes iam Tyrum; siue Tharsum uersus, siue quocumq; placebit aliò, cursum uestrum instituite. Hæc ne lætabunda illa, tantaq; rerum omnium & gaudiorum abundantia luxurians atq; inolefcentis ciuitas est? Ita'ne urbs antiqua illa corruit? ut quæ olim quòquo uersum lætissimis preciosissimisque ferebatur nauibus, nunc tristis ac nuda, pedes abire cogatur in terras exterarum ac longinquas? Quis hoc unquam de Tyro cogitauerit? cuius negociatores per ipsam eo diuitiarum & splendoris euecti sunt, ut uel reges æquent, uiri principes planè facti, ubilibet terrarum illustres & summo in honore habiti. Cogitauit, atq; consulto, nihilq; temerè sic statuit cælestium exercituum Dominus: ut ne humanitus fieri puteris, quod urbes, regnaq; pulchrè uel florent ac stabiliantur, uel concidant atq; deperant. Itaque Dominus non ferens diutius factum atque superbiam Tyriorum, deliberato decreuit eos humiliare, atq; miserum hunc in modum deuastare. Contempti ac uiles percurrerent populus Tyrius terram, unde emigrant: qui splendidis, iucundissimisque nauibus, supra omnes gētes luxuriare solent. Nihil iam per mare sperabunt roboris, aut solatij amplius: siquidem Dominus extendet in mare, omnemq; regionem maritimā, manū suam, ad concutiendum omnia regna. Mandatum autem à domino negociatoribus est, ut omnes fam Tyrum posthac non amplius sua frequentia irroboret, ditent, atq; illustrent. Vnde etiā iussit Sidonem ipsam, hæctenus quidem inuictam ac uirginem, non amplius sic exultare, atq; lætitia multa gestire: quippe quæ ipsa dem ferè malis inuoluetur, atq; obnoxia erit. Demigrabunt itaq; tum Tyrii, tum Sidoniorum ciues, alij aliò: sed siue in Macedonia proficiscantur, siue petant Chaldæam, nullam usquam inuenturi sunt requiem. Chaldæa uero, olim per Assyrios ex deserta terra, splendida regio facta est, mercatoria nauigatione nobilis & ualida. Non habuit prius tot arces, tot ciuitates & domos regias: sed iam ipsa quoq; superior reddita & insolentior, corruet, atq; deuastationi proxima est. Itaque hic miserè deuastati, expectaretis illic deuastationem nouam, siue secundariam. Eiulate atq; plangite uiri nauitæ, ultramarinae nauigationi studentes ac dediti: quia emporium illud uestrum, unde rem uestram maximè constabile, plurimūq; lucri soletis facere, iam corruet.

Quis cogitauerit hoc factum per Tyrum

In oblivione
erit d' Tyre,
septuaginta
annis.

ruet, atq; deustandum est: non quidem aternum, aut in secula innumera, sed septuaginta annis (quæ regis unius uita ferè est, aut Babyloica monarchiæ duratio) oblivioni tradenda est, neq; ab ullis interea negotiatoribus frequentabitur. Verùm annis illis expletis, iamq; Babyloica monarchia per Cyrum deleta, reuiuifcet rursus Tyrus, & ueluti hospita meretrix dulcisono suo cantu mercatores ad se alliciet. Accipiet citharam, totam lustrando ciuitatem personabit. Studebit quàm suauissime cantillare, idq; multum ac frequenter, ut in memoriam redeat, statumq; ueterè. Nam Dominus annis illis septuaginta præteritis, respecturus atq; miserturus est Tyri: quæ tunc rursus quæstui ac negotiationi se tradens, fornicabitur atq; cõmercia habebit cū omnibus regnis toto terrarū orbe dispersis. Porro hac sua tam magna & celebri mercatura tunc non abutentur, ut prius, ad fastiū, atque neglectum tum Dei tum proximi: sed quæstus ille mercatorius, ac ueluti meretricius, Domino gratus erit, atq; sanctus. nam non auare tunc recondent atq; reponent id quod facturi sunt lucri, sed impartient id benignè tenuioribus, in uera, iamq; noua Hierusalem habitantibus: in quos antiqua illa ac iam deuastata Tyrus durior esse solet, ac omnino maleuola. At noua hæc Tyrus non patietur pijs, bonisq; uiris quicquam deesse: sed liberaliter eis suppeditabit, quicquid huius uitæ usus desiderat.

C A P V T XXIII.

Postquam uerò de exteris nationibus, atque de circumiacentibus nos ciuitatibus abundè diximus, præstabit de proprijs, domesticisq; rebus Hierosolymorum meorum loqui. Non quidè ut temerè hæc de aliorum regnorum castigatione me denunciasse puteris, sed quod gauderem uos aliorum periculo sapere, Dominumq; illum exercituum iusta reuerentia colere ac reuereri, qui omnium regum rex, & totius orbis terrarū pientissimus Dominus est, non ad nos tantum (quamuis peculiariter nos elegerit,) sed ad totius orbis terminos respiciens: per quem ut regna ac ciuitates & stabiliuntur & conturbantur, ita & sua cuiq; domus & familia, impijs quidem conturbatur ac cõcidit, iustis uerò perstat ac floret. Hinc illinc enim mille ac decem millibus cadentibus à latere ipsorum, flagellum tamen non appropinquat in ipsorum tabernaculum. Audite itaq; plagam, toti Iudæorum terræ imminentem: quæ omnibus ferè hominibus uacua, miserè desolata relinquetur: ita ut euersa, nihilq; sui similis sit futura, habitatoribus undiq; dispersis, atq; huc illuc toto orbe auctis. In hac autem rerum cõfusa perturbatione, nullum erit discrimen inter populum & ipsorum sacerdotem. Ex æquo citra personarum respectum iudicabuntur omnes, ut serui, sic & Domini: ut ancilla, sic & hera: & emens, ita ut uendens:

& mutuo dans, ut qui mutuo accipit: & creditor, ut debitor: & fœnus dans, ut qui fœnori quicquam accipit: simul omnes uno erunt ordine, neminiq; parceretur. Nam terra planè tota, omnib. incolarū bonis direptis, iacebit uacua, Dominus enim mihi rem hanc aperuit, atq; locutus est. Terra uilibet lugebit, quòd sic se deuastatam uidebit. Elanguescet toto suo orbe iam emarcida, & omni bono ac præclara re destituta. Aget autem cum habitatoribus suis parum fideliter, ac simulatè, non tantum datura fructuum, quantum aliqui posset, idq; quòd legem transgredientur, & deo & proximo iniurij, mutatis etiam præceptis ac præscriptis iuris dicendi formulis. Et quòd omnium sceleratissimum est, dissipabunt atq; soluent fœdus sempiternum, reiecto illo benedicto patriarcharum suorum semine, in quo benedicendi erant: per quod Deus ipsis præstaturus fuerat, quicquid in toto fœdere debebat. Sed ille datus Iudaico populo in fœdus, illis excæcatis, cederet in lucè gentium, & aliquando adhuc in gloriam populi sui Israeliitici. At prius sub excæcatione eorum consumet maledictio terram, & inhabitatores meritas dabunt pœnas, astuantibus febribus, aut alijs grauissimis pestibus consumendi: ita ut pauci sint superstitēs remaneri. Deficiet infirmatis tunc uitibus uinum, ita ut suspirando hoc deploraturi sint, quicum que se eo exhilarare solent. Non audietur tūc tympanum aliquod, quò gaudeas & exultes. Nunquam resonabit chorearum ludus, ac constreptum in eis concertus. Nullum ex cithara, reliquoq; apparatu musico, illic erit uidere gaudium. Non bibent uinum, quo hilarescant, atq; cantillent: imò sicera omnis, quæ hominè reficiat, futura est illis amara. Conteretur itaq; ac disperibit ciuitas uana ac mendax, quæ tamen multa uitæ sanctimonia turgens, atq; sapientibus scribis plena, multo uerissima, plurimiq; facienda sibi uidebitur. Præ raritate autem hominum, omnes ferè domus clausæ erunt, ita ut nemo eas sit nec introiturus, neq; exiturus. Ratione deperditi uini, quādo aut nulla aut præparca caderet uindemia, obscuratā atq; interiisse propalam dicent omnem lætitiā, & omne gaudium terræ ab ipsis demigrasse. Vrbs ipsa iacebit derelicta ac solitaria, ita ut ipsæ portæ eius, ubi ius dici consuevit, à magistratu iam nudæ, restaturæ sint, ablatum iam stirpitus esse sceptrum à Iuda, ac ducem de fœmore eius. Habebit autem se Iudaicus populus in medio terræ suæ, ubi populum decebat esse frequentissimum, perinde ut post excussas oleas una aut altera in arboribus relicta, ac ueluti botrus item unus alter, quem iam facta uindemia alicubi reperias. Saluas enim permanere oportet ex Iudæis reliquias. Hæc autem sublati uocibus suis, multa cū exultatione collaudabunt Dominum de sua erga omne humanū genus beneficentia magna & multa: æquè atq; illi, qui

Deus
in manu
sua
india A
substantia
in uinculis
sua breuē

Attrita est ciuitas uanitas

Et erit sicut populus, sic sacerdos.

ab oriente & occidente uenturi sunt, ad accumbendum cum Abraham, Isaac & Iacob in regno Dei. Propterea, quicumque nunc humiles atque contempti, ualles habitatis humiles ac contemptas, qui item marinas atque despectas plerisque habitatis insulas, postquam auditis intra Iudaici regni pomeria benignitatem Domini non stare reclusam, sed patere ipsam omni, ipsum inuocati, siue Scytha ille sit, siue Sarmata, nobilis aut ignobilis, liber aut seruus, date hinc gloriam Domino, atque multa cum laude hilares, concelbrate nomen Dei Israel. Spiritus mei praesagio quodam, una cum alijs uiris aliquot simili spiritu praeditis, ab extremis terrarum angulis, ab oriente & ab occidere, ab aquilone & austro, audiuius multum, uariarumque linguarum concentum: quae multa cum alacritate honor decus & gloria tribuebatur iusto, Christo nimirum Domino, cuius tanta iustitia est, ut illa iustificandis etiam sceleratissimis gentibus sufficiat. Ego uero ad gentium in regnum Dei intromissarum concentum hunc, animaduerti excaecationem Iudaici populi mei tantam, atque ex illis reiectis reliquias adeo fore paruas, ut raritatem illarum deplorare dixerim: Heu mihi raritatem mei populi, heu macilentiam ac paruam illorum numerum, quos supra arenam maris ac stellas caeli decebat multiplicatos. Sed scelerati atque facinorosi admodum peccatores effecti, sic scelera sceleribus accumularunt, ut si ingenue fateri liceat, facinorosa ipsorum facta sic postulent. Erit, o terrae ciues, ubi multa uos formido inuadet, compositis aduersum uos foueis & laqueis, unde non facile se quis extricet. Sic enim habitura se res est, ut qui a uoce formidinis re formidabili iam audita fugere cupiat, is incidet in foueam: unde si ascendens emerferit, capietur laqueo, rebus uimurum semper in peius labentibus. Nam diuinam iram cataractae caelitus sese aperient, unde uel ima terrae fundamenta contremiscant ac confringantur, ipsaque tota nutet & concutiatur. Multa inquietudine percellatur terra, uelut ebrius: qui cum pedibus suis nix feratur, huc illuc tamem discursitat: ita suae mansionis locum mutatura est, uelut qui facile mortis suorum habitaculorum tuguriolis, alio se conferunt. Tandem uero omni impietatis genere pregrauiata, & ad summum plena, corruet, non surrectura amplius: sed succedet ut caelum nouum, ita & terra noua, quam iustitia, omnisque morum innocentia inhabitet. Visitabit autem Dominus, iustamque uindictam tunc sumet de exercitu superno, qui in excelsis est: de potestatibus aereis, de spiritualibus astutijs, uel astutis spiritibus, qui in caelestibus agunt: de principe item illo spiritu, cui est potestas aeris, qui agit in filijs contumacibus. Item & de regibus terrae, quorum in terrenis potestas fuit, in hominibus terrae addictis. Collectim autem quasi uno fasce hi cum illis detrudentur in gehennam ignis carcerem, ubi multis post diebus rerum consummatione facta uisitantur. Do-

*A finibus
terrae laudes
audiuimus,
gloriam iusti.*

*Visitabit
Dominus suam
uindictam in
excelsis.*

*Visitabit
Dominus suam
per militiam
caeli in excelsis.*

minus uero exercituum, laudandus in secula, contra unam cum suis omnibus inter patriarchas ac prophetas, seniores suos, in Sion atque in Hierusalem regnaturus tunc est, tanta cum gloria, luce & splendore, ut lunare aut solare lumem, nihil praeter illo futurum sit, siquidem ipsum ex mortalitate ad immortalitatem, a corruptibili ad incorruptibilitatem, nunquam inter moriturum gaudium iter uidebitur, corpore hoc nostro humili tunc ad gloriam transformato.

CAPVT XXV.

Domine, cuius ineffabilis uirtus ac gloria est, ita ut quae tuis parata habes, nec oculus uiderit, nec auris audierit, neque humano corde concipi, aut cogitatu comprehendi possint. Tu mihi perpetuo deus es, semper celebrandus, atque laudibus extollendus, de tua mirabili uirtute ac fide: qui longe antefacta atque praedicta, inconcussa, summaque fide suo in tempore praestas, ac fidelissimè perficis. Posuisti enim ciuitatem ueri tui filij enecatricem, ut confusa quaedam lapidum congeries uerius sit quam ciuitas: quae quantumuis munita uidebatur, corruit certe, atque deperijt, perditis etiam superbis magnatum palatijs, qui se a Christo Domino abalienarunt: idque ita, ut nunquam reparanda sint. Hinc itaque te glorificat ac celebrat magnus ille gentium tuarum populus, & innumeram adeo ipsarum ciuitates recolunt, ac uenerantur. Factus enim es forritudo illis miseris, tam contemptum habitis, tuusque spiritus indigis. Per quem dum illis cum mundo parum iam conuenit, tu illis refugium es, asylumque securum, uelut umbraculum stabile, quod aeternum defendit, uentorumque pluuio ac turbidos auertit, etiam si sic tyrannorum exacerbati spiritus auertit, ut uel ualidos muros prosterant, atque deuaestent, suorumque feruore & exaestuante spiritu uelut loco in arido cuncta comburant, atque nemine repugnante incendat. Sed tu certe omnem illorum strepitum, omniaque illorum incendia atque cruciatus irrorate quadam tuae bonitatis nube restringis, omnesque illorum conatus irritos facis, & inualidos. Immo futurum aliquando est, ut Dominus ipse exercituum omnibus populis in morte hoc suo sancto, in noua nimirum Hierusalem aut Sion, conuiuium faciat occisorum rorum & altium pinguium, cum uino puro puto, ac limpidissimo: de quo qui biberit, fiet in eum fons aquae salientis, in uitam aeternam. Hic autem absorbebit atque auferet uelum illud, quo Iudaeorum oculi obuelati sunt: & tegmen illud caecitatis, quo & gentium complures in sua idololatria, uanaque iustitia haestenus obcaecati tenebantur: adeo ut iam cognito Christo, eiusque epulis spiritualiter degustatis, absorpta cognituri sint mortis tyrannidem, dominumque Deum ipsi omnia mala condulcorantem, abstersurum etiam omnem lacrymam ab ipsorum oculis, ita ut uetera operobria, & quibus incessabatur contumelia atque conicia, in laudem ipsis cessura sint, multaque gloriam. Quia uero Dominus sic fore praedixit, certo hoc futurum expectandum est. Inter filios enim

*Faciet Dominus
exercituum in morte
hoc conuiuium
pinguium*

enim Dei tunc cōputati, & inter sanctos fortem suam habētes: Ecce inquit, Deus noster iste est. Huic nomen dedimus, hunc inuocauimus, ex huius aduētū & auxilio pepēdimus. Hic seruator noster est, multo sanē tēpore, sed nō frustra expectatus. At nūc perpetuū exultabimus, atq; de p̄stita per ipsum salute gaudebimus, nā manus Domini in mōte hoc nostro habitabit ac cōquiescet, perpetuō nobiscū futura, quādo Moab & quicquid ex uerorū 10 Israēlitarū hostibus est, sicut palca triturbatur atq; in sterquiliniū, sordesq; suas, atq; ceter nos cruciatus reijciatur. Extēdet autē Dominus manus suas uiresq; totas in mediū suorū hostiū: quemadmodū se natator quispiā extēdit in aquas, eas manibus ac pedibus concutiens ac proterens, atq; etiā manuū suarū cubitis. Ut autem summatim id dicam: Deiectis arduis ac munitis uestris arcibus, aut domibus superbis, ponet uos hostes suos, suā ueritatis 20 oppressores, sibi in scabellū pedum suorum, unde nunquam exurgatis.

CAPVT XXVI.

IN die autem illa, quādo hostis prostratus, Christo, Christianisq; omnibus erit inferior, cantabitur, à ueris Domini confessoribus in terra Iudah, in terra illa uiuentiū, huiusmodi cantilena: Urbē nunc incolimus fortem, ac uerē munitā, quā nemo Babylonius, nemo itē Assyrius aut Romanus expugnarit, 30 ne ipse quidē cū matre sua Satā: siquidē Deus ei murus igneus est, & antemurale, uel solo uisu terribile. Aperiantur eius portæ genti iustæ, ac datā fidē præstanti, atq; fœderis illius memori, quod nobis sanguine agni sancitum est. In multis quidē labimur omnes: sed qui hinc dolentes, erga te Domine rectē afficimur, teq; solum uel maximē desideramus, hos sanē inuocantes, atq; in pace tecū seruabimus: siquidem infirmitatis nostræ cōscij, tuam 40 uirtutem inuocamus atq; in te speramus. Fide te Domino, atq; bona cū spe ipsum ex animo inuocate. ipse enim suis solidissima semper petra, rupesq; fortissima est, & inuisa. Ipse rursitas cellasq; arces inhabitantes incuruat ac deiecit: ciuitates præaltas ac arrogātes humilians, atq; solo adæquans: ita ut in puluere & rudera redactæ, à pauperrimis quibusq; & imbellibus cōculcāte iaceant. Iustorū autem 50 semitas, qui æquitate & ferūt & adamāt, has tu rectissimus Deus rectissimē gubernas ac dirigis. Qui, etiā cū iusto tuo iudicio nos flagellas ac corripis, de te bene speramus: idēq; propter tuæ bonitatis nomen, cuius obliuisci nec possumus, nec uolumus, siquidē illud unicum nostri animi desiderium est. Etiā in media afflictionū nostrarum nocte, ad te anhelat anima nostra. Et illucescente cōsolationum diluculo, toto animo, totoq; pectore te 60 quæremus: quia postquā tua iudicia terra per sensit, cur tu cōmotus nos flagellaris, aliq; orbis iticolæ nostris malis respiscens, & ueram iustitiā condiscens. Quod autē impio benefa-

cis, hinc certē mi Deus, nō redditur melior: quin potius perget, aduersus terrā rectē humilīq; corde tibi seruentiū iniquē facere, nihil moratus tui nominis maiestatem ac magnificentiā. Imō si percussurus, in ipsum manum sustuleris, id ille nō animaduertit, neq; uidet. Erit autem ubi uideat, atq; pudefactus malefacere desinat: nimirum quādo tu populi tui Zelotes, igne in hostes tuos desiques, eosq; cōsumes. Domine da quæso nobis pacem, feliciusq; seculum. Præstitisti nobis, iuxta fœdus gratiæ tuæ, quicquid retroactis seculis per prophetas promisisti. Hoc unū autē restat, iuxta promissiones tuas, ut ab impiorū tyrāni de nos iudices, ne quid sceleratissimus Satā, huius mundi princeps, cū impio suo mūdo, brachioq; carneo in nos possit. Imperūt, planeq; dominari nobis subinde iudentur nostri hostes: sed te dormitāte, te cōiuēte. Verū tibi, tibi Domine fidimus, unquam tuę maiestatis bonitatem obliuiscemur. Nihil nobis esto cū hostibus, qui extra te, nobis dominari student: quin potius emoriantur, ac desinant uere amplius: atq; sic illos exerceto, ut nulla medicorū opera possint reualefcere. Ita eos uisitato, ac uerē perditō, etiā omni memoria eorū deleta. Gentē uerō tibi hæreditariā, eam adauge Domine. Adauge quæso eam, ab ipsa glorificandus, hostibus uniuersis deletis, atque ad extremos terræ terminos profligatis.

In angustia rebusq; calamitosis te potissimum accedimus, atq; inuisimus. Quando paternæ correctionis tuæ flagella sentimus, te maximē inuocamus, ad te suspiramus, atq; in gemiscimus: nō secus quā mulier grauida, quæ partui iam proxima altū ingemiscens, ac suspiria ducens, etiam multo dolore exclamat ac uociferatur. Ita sanē nostra se res habet, quādo tu furibundē iratus, plagosius nobiscū agis. Cōcepimus quidē semen sacrosanctarū promissionū tuarū, quæ in te quidē pacem, sed in mundo hoc afflictionem pollicentur. Itaq; uarijs mundi procellis iactati, promissam post tempestates serenitatem parturire uolentes, atq; sub tui nominis confessio- 70 ne nos metipso abnegando, cum summo uitæ periculo salutare partum dum speramus, nihil quicquam enatum est, nisi uentris quidam flatus ac crepitus. Nihil in terris salutare obuēnit, persistentibus adhuc mundi cultoribus, impijsq; hic florentibus. Quomodo cūq; uerō res nostræ se habeant, granū nostrum frumentarium in terram deiectum oportet emori, atq; ita ad salutarem, plenæq; salutis fructum emergere. Mortui enim tui aliquādo reuiuiscunt, & condita sub terrā cadauera nostra secundum efficaciam, qua quid uis potēs Domine, cūctaq; tibi subicere, corpore immortalī, in corruptibili ac glorioso re 80 surgent. Utinam, qui terræ puluerem in habiratis, iam iam euigilaretis, cum cantu atque effuso gaudio Dominum celebrantes. Sed ut herbæ cœlitus suum rorem expectant, ad

Domine da
bis pacem
nobis.

Domine in
angustia re
quiescēt te.

omnibus
sanctis

uiuent mor
tui tui.

semite iusti
recta est

quem è terra prodeunt: ira & cœlitus hoc uobis expectandum est, donec qui in monumentis nunc tenemini, ad excitatricem filij Dei uocem, nouissimamq; tubam exurgatis. Interea popule mi, & qui cunq; ad expectationem illius diei capita uestra attollitis, ingredimini cubicula uestra, & clauso circa uos ostio, curate illic latere, atq; paulisper silere. In silètio & spe fortitudo nostra sit, donec trãseat ira, Dominiq; iudicium, quod ab ipsius domo incipit. Nam ecce Dominus perquam citò de cœlo suo sancto prodibit, ad uisitandum iniquitatem eorum qui mundum colūt: Dominum ipsum, hoc est, uos, quia de mundo non estis, graui odio prosequentes. Tunc reuelabit terra sanguinem suum. Tunc patebit, atq; sine controuersia præ oculis uidebitur, quam pios, spectatissimèq; fidei uiros interfecerint.

CAPVT XXVII.

Tunc quidem Dominus, qui cordium abstrusa, & in crassissimis tenebris occulta reuelat, gladio suo duro, magno ac fortiter, omnes mundanæ ditionis tyrannos inuadet: Leuiathan nimirum, illū serpentem, per totum mundi mare celeri natatu grassantem, ac sese extendentem. item & Leuiathan illum tortuosum ac recuruum, per quem nusquam terrarum pijs plena quies constare potuit. Visitabit inquam, atq; ulciscetur se Dominus, de omnibus populi sui hostibus: cerum illum suo in mari latè adeò grassantem etiam occisurus, atq; ad tartari profunda detrusurus. In illa die uinea mea rubri uini ferax, sanguine meo munda iam ac rutilans, patefcet, atq; liquidò cognoscetur: id quod omnis creatura nūc ingemiscit, auideq; expectat, ut palàm fiant filij Dei, ueraq; illa gloria, digna sanè quæ toto terrarum orbe multo carminū centu celebretur. At interim in mundo hoc, multa illa fert dura, ac se indigna. Verum Dominus ego eam custodio, singulis momentis eam irrigans, internaq; consolatione irrogans atq; compluens. Non est quòd ex ingruentibus in ipsam persecutionum procellis, me iratum putet: cognitum satis habens, nò debere conditionem serui potiorē esse quàm sui domini, nec discipulū oportere supra magistrum suum esse. Quod facio, nihil temerè facio. Habet ninea uepres: habet spinas, quas uestro iudicio ablatas expediret: id quod facio quidem suo tempore, colligata illa in ignem missurus. Sed quis me cogat, ut his piorū bono nò liceat parcere? Et rursum, ubi aliquando in illos exardescere cœpero, quis tunc me cohibebit? Quis placabit? Aduenturum seculum est, quo domus Iacob præelectus ille meus populus, & altum & latè suas radices aget, iucundissimè florebit, atq; felicissimè germinabit, ita ut totus orbis, quātus quantus est, eius fructu sit complendus. Nam ut cunq; nunc Dominus in suos fauere, ac ueluti deseruisse planè eos uideatur: certè non percutit eo modo, quo n̄ feriuntur, qui

Indignatio
nō est mihi.

populum Dei infestant: uel ut Chananitarum populus, qui Domini iussu ab Israël ipso ad internecionem deletus fuit. Moderatè, mi Deus, atq; uelut in luxuriantibus ramulis, tu populum tuū iudicas, atq; castigas, animo paterno magis quàm hostili, persecutionū ac uariarū tribulationū uentis à malis paleis tuos repurgans, ut tanto rectius in populū tuū, in ueram domum Iacob afficiaris. Ad id enim solum spectat Domini castigatio, nec alium illinc fructum colligere uult, quàm ut id auferat, quod ipsis crimini atq; malo est. Et hinc quoq; est, quòd Eurus hostē Assyriū in regnū Israëliticum inuexit, ubi omnibus ararū lapidibus à fundo dirutis, nihil aliud quàm rudèrum acerui relictū sunt: omnibus idolis ac lucis, quorū culturæ miserrimè implicati erant, iam deletis ac perditis: ita ut præpotens illa decem tribuū metropolis Samaria, desolata planè iam iaceat, atq; in captiuitatem abductis ciuibus, derelicta prorsus, ac deserta: ubi scelerati illi, quos colebant, uituli, iam lata habent & bene deserta pascua, in quibus & pascant, & accubent. Et si quid fortassis ibi neglectorum remansit ramorum, ut id consumant: perituum nimirum in ipso uitulū cultu, quantūuis iam deiecto ac prostrato. Nam postquā cœperint illiusmodi rami, ramq; præ fracti idololatriæ suæ defensores, uero Deo destituti inarescere, tum uel ipsæ eorum uxores eos incēderint, atq; in ignem abiecerint: idq; quòd nihil adeò intelligant, tamq; obstinate cæci esse malint, quàm ueritatis salutare lumen agnoscere. Itaq; non miserebitur quocumque eorū ipse alioqui misericordissimus creator ipsorum. ipse inquam Dominus Deus noster, qui neminem odisse ex ijs potest quos fecit, atq; creauit: sed suos illos iam in captiuitatem abuectos Israëlitas, tota Assyria atq; Ægypto dispersos, ab aluco Euphratis ad Nilum usq; hos Dominus multis flagellis contrituratos atq; euentilatos, tandem ad se recolliget: cogniturus nō Israëliticum regē, qui uitulinū cultū restituit, sed regē Christū Dominū, regē Iudaici regni, ubi Deus colatur in spiritu & ueritate, ex animo nimirū sincero, nihilq; fucato. Sub illud autè tēporis, magna claraq; Euangelij diuulgatio fiet, per omnem nimirum terrarum orbem. Et aduenient qui in Assyriacam captiuitatem abducti sunt, atq; etiam qui in Ægyptiacam terrā profugerūt, & submittent se non Samariæ aut Israëliticæ, sed Iudæorum regi, qui sanctum suum montem Hierusalem incolit. Potest enim Deus de nūc illos ueræ ac naturæ suæ oleæ inferere, qui dispersiones Israëlitis, uel potius huc illuc dispersos Israëlitas aliquando congregabit.

CAPVT XXVIII.

Væ superbo ebriosorū Epuraitarum regno, quod quodā florētissimū, nūc de cœdo flori nimis quā simile est: omni iucunditate suæ magnificentiæ iā nutate, ac ad interitum

Ciuitas enim nimirum desolata erit.

teritū dependente. qui ipsum uerticē tenebāt
tam pinguiū terrarū, ac latissimorum uincto
rum, unde & frequenter eos uidere est appro
be potos, ac temulētos. Grande sanē malum,
horrendūq; illis imminet excidiū. Nam ec
ce adest, & quidem propediem, ut fortis uali
dusq; Domini exercitus irrumpat, atq; cun
ctos densatet, non secus quā densissima
grando, turbulentissimūq; uentorū tur
bo, quo prostratis arboribus ac arboribus, uix
ulla in agris spica manet integrā: aut uelut
aggeribus ruptis, quum spumieus amnis
Exiit, oppositasq; euicit gurgite mōles,
Fertur in arua, furens cumulo, camposq; per
omnes. Cum stabulis armenta rapit. Coro
na enim, siue regnum uestrum Ephraiticum,
& qui multa temulentia nobiles estis, pedi
bus conculcabitur. Nam flos ille decorus,
decasq; eius tam splendidum & illustre, uelut
flos deciduus emarcescit. Qui enim illum
tam latorum ac pinguium uallium tenetis
uerticē, antequā credatis, illinc exturba
bitur. Omnis uestra magnificentia, prapro
perē sanē concidet, atq; deperdetur: non se
cus quā ad uiam crescentes uuae præcoque,
quæ ante plenam ætatem maturescētes, à
uitoribus decerpuntur, atq; cōtinuō de ma
nu in os illatę deuorantur. Ita uobis futurum
est, ab hoste ualido ac feroci. Cæterum Iu
daici regni incolæ, quos sibi dominus serua
bit adhuc reliquos & incolumes, his per id
quidem temporis erit Dominus uelut desi
deratissima quædam corona, & gloriofissi
mum diadema, ita ut ad Dominum toto pe
ctore anhelaturi sint, ipsumq; sedulo cultu
ri. Nam qui apud ipsos tunc regno potie
tur, rerum gubernacula habiturus, uir ma
gni iudicij, discretosq; pectore erit: strenuus
etiam, ac ferox in populi Dei persecutores, at
que concrediti sibi regni hostes, quos uel in
matrem suam (ut aiunt) ipsasq; unde digressi
sunt portas aufugarit. Sed & in hoc grege nō
per omnia rectē inceditur, quippe qui & ipsi
ex uiuo pedibus titubant ac uacillant, ficera
ualidissq; poculis corrupti ac uitiatī: neque id
uero inter plebeios solum, sed potissimum
inter magnates ac regni columina. Ex sic
ra ualidoq; potu errant & sacerdotes, & pro
pheta, quorum partes erant alijs præluere,
& errantes pia reprehensione in uiam redu
cere: sed iam uiuo demersi ac perditī, & pro
prijs erroribus per temulentia intricati, non
uidēt hęc malis reprehendēdis ac medēdis
uiam ullam. Atq; adeo, iudicio tam planē cor
rupto, ira ut ebrietatem aut non malā, aut le
ue malum putent, grauissimē impingunt, ac
fœdissimē sese ingurgitāt: ita ut omnes men
sa uomitu conspurcata iaceant, atq; extremē
tis sordidis sic ubilibet cōstercorata sint om
nia, ut nullus restet locus purus & mūdus, u
bi quis confideat. Totā diuini uerbi mensa sic
per propria iustitia ebrios scribas, ac temulen
tos phariseos conspurcata iacet, ut panis ui-

te, qui illinc edi cōsueuit, sordidus adeo ac im
mundus per illos factus sit, ut ab eo quique
nauseat atq; abhorreat. Porro ut maximē
adueniat propheta pius ac bonus, quem ob
secro docebit ille scientiam: & quem ille au
ditorem inueniet, cui per Dominum sibi di
cta aut uisa persuadere poterit. Sensibus & in
telligentia pueri prorsus sunt, uix dum abla
ctati, & maternorum uberum oblitī. unde cer
te illos iam ommissis carnalibus desiderijs, at
que ab imbibita illa philautias salua, ad ma
iora emeruisse tam pridem oportuerat. Qui in
ter ipsos præeminere uolunt, in ipso adhuc
hærent diuinæ doctrinæ cortice, primorum
elementorū nō satis capaces: quia præceptū
hoc prius, & illud ipsis docendum posterius
est. Tum rursus aliud atq; aliud, sed singula
tim, duo enim simul si tradas, pleno de pecto
re emanabūt. Itaq; hæc linea post illam, & il
le uersus post hunc, discendus uenit, ut cito,
breuibsq; dicta percipiant animi, pro sua
ætate nimis certē indociles: qui uix paula
tim adeo inculcata prima elementa fideliter
tenent. Er quid propheta, si diuinitis cog
nita huiusmodi elementarijs auditoribus in
gerant, nōne pugnare omnino cū ipsis, le
geq; diuina uidebuntur? Balbutiendum itaq;
cum balbis huiusmodi frequenter est, & audi
torum potius quā sua lingua huic populo
loquendum. Quibus si persuadere coneris,
quod Hierosolymorum ciuitas, ciuitas sit in
qua dominus habitare atq; conuiescere de
legit, quodq; propterea nemo per uim oppri
mendus, nec innocentum sanguinem ibi pro
fundi deceat, sed lassis ibi præstari oportere
requiem, omnemq; innocentiam ibi conso
uenda esse uerius quā opprimēdā, & oran
dum esse uerius pro ijs quos errorib; implica
tos censent, quā ut cōtinuō concremētur:
statim obuerso tergo audire reuertent: & ad
prima suæ institutionis elementa reuersi, cū
lex pseudoprophetas damnet, in uerissimos
Dei prophetas id contorquebunt, censentes
continuo illos de medio tollendos. Quod il
li discūt præcepto post præceptū, & rursus a
lio post aliud, uersu post uersum, & linea post
lineā, multa habet de offerēdis sacrificijs, mul
ta de sabbatis & neomenijs, multa de externa
iustitia. Hic si quis exurgat, dāns seculū hoc,
tā de suis sacris, sabbatis, neomenijs, reliquā
que iustitia omni, quā de manifestarijs peccatis:
quid obsecro apud proletrarios hos pro
moueat? quorū teneriores sunt aures, quā ut
mordaci uero se radi ferant: nisi ut suo cere
bro relicti, uadant atq; labantur in deterius,
illaqueandi tandem, capiendi & conterendi.
Propterea audite quid uobis loquatur Do
minus, uiri illusores, qui populo meo Hiero
solymitano dominamini. Dicitis enim, quod
perculo cū morte fœdere, nihil eam formide
tis: & quod neq; uos, neq; ciuitas uestra, un
quā sit interitura: & quod de sepulchro, rerūq;
uestrarum interitu ne cogitetis quidem: quip

Manda reo
manda, ex
pecca reex
pecca, modis
cum ibi, mo
dicum ibi.

Sacerdos et
propheta ne
fecerunt præ
ebrietate.

pe qui populus Dei scilicet estis, & elegit Dominus urbem uestram Sion, elegit eam in habitatione sibi. Hæc requies Domini in seculū seculi hic habitabit, quoniā elegit eam. Itaq; si flagellum inuēdas totum orbem deuastet ac feriat, nō pertinet ad uos: diuinis enim promissionibus fiditis, atq; per eas tuti eritis scilicet. Bona uerba, bona inquam uerba. Mendacium ponitis spem uestram. Deum se profitentur scire, diuinis promissis se clamitant fidere, cæterū factis totaq; uita sua id negāt.

Ecce ego mitto in sinu damenti Sion lapidem.

Et nunc nos lite illudere, ne cōstringā uincula uestra.

Ideirco sic dixit Dominus Deus: Ecce ego fundo in Sion lapidem, lapidem certū (etiam si totus orbis eū damnet) Deo probatū ac ualidum, angularē ac preciosum, lapidē in quā fundamentariū, grauiſsimis uerbis ferendis facile parē. Huic quisquis crediderit, lōgānismusq; eum expectet, is nō pudeſcit, neq; spēsua frustrabitur. Per hūc exactiſsimū iustiſsimūq; fiet iudiciū, ad amuſim, ipſumq; equi libriū re omni perpenſa. Huic quisquis innititur, in hoc quisquis conſtiterit, is demū contēperit mortē: nunquā moriturus, ne si inferorum quidē portæ totū ipſum opprimāt. At illā spem, quā uos fallacē concepiſtis, auferet uobis hostis, grādinis more uos oppreſſurus atq; tantū nō funditus deleturus, qui impīſſi mē uinētes, uos sub promiſſionib. Dei tutos atq; oculos fore putatis. Tunc apparebit, quale illud fœdus ſit, quod cū morte pepigiſtis, & quā uobis cū morte cōueniat. Certē nō ſtabit pactum ueſtrū cū ſepulchro, ut de illo nihil cogitētis. nā ubi flagellū, bellicāq; calamitas ingruerit, nō eſt uos præteritura: ſed ado brutos cōculcabit, atq; pedib. proteret, nō ceſſatura nec mane, nec ueſperi, nec de nocte, adeo ut ad ſolā auditiōnē ueſtræ calamitatis quis intremiſcat ac horreat. Nuſquā enim inuenietis locū quietū, adeo ut lectus uobis breuior futurus ſit, quā ut pedes in ipſo exēdatis: & eiūſdē itragulæ nō tā longæ erūt ac laxæ, ut uos cōtegat. Cōſurget autē aduerſus uos Dominus, ſicut olim in mōte Perazim inſurrexit aduerſus Paleſtinos: qui poſtquā reſciuerunt Dauidē ab Iſraēlitis regno ſuo inauguratū, ac unctū, ſuſcepto ſtatim aduerſus eū bello, ſtatuerūt cum ante aduēctas & cōfirmatas ipſius uires, in initio ipſum opprimere: metuētes nimirū, ſi Dauidis (qui ex interfecto Goliath ipſis inuiſiſſimus ſummeq; nobilis erat) regnū exurgeret, ne pereundū eſſet ipſis. Sed dominus per manū Dauid ſic afflixit miſeros Philiſtæos, ut etiā ſuos Deos illic reliquerint igni cōburendos. Aut ad eū etiā modū contra uos inſurget dominus, quo ſuperiorib. ſeculis in Gabaon, ubi ſcleratos Chananæos immiſſo cœlitūs grādinē cōfecit, ſole ac luna curſum ſuū cōtinentib. donec ſe de populi ſui hoſtib. Dominus ulciſceretur. Noua certē at que inaudita calamitate Dominus uos cōtundet, atq; conſiciet. Ne itaq; pergatis illudere, ita ut malū per ſe grauiſſimū, adhuc grauius uos premat. Nā audiui fanē à domino Deo ex

exercitū, uos ſimul omnes, quos quot terrā Iſraēliticā incolitis, miſerē eſſe perdēdos, paucis aliquot exceptis. Sed auſcultate quaſo mihi, auribusq; attētis uerba mea excipite, qua ratione in horrendā adeo calamitatē illapſi, tā miſerē miſeri permanebitis: nimirū qd' nō proferatis fructus regno Dei dignos. Qui arat ut ſemētē bonā faciat atq; uberē, nū perpetuō arādū illi erit, terraq; ſemper proſcandēda, & arandā: Nōnne raſtris adæquato iam agro, ſeminat nigellā, cum inū, certaq; mēſura ſua triticū, ac hordeū itē & ſpeltā, ſuo unūquodq; loco ac ordine? Et Dominus, quidē illū erudit, ut diſcretim ac nihil temerē ſuā agriculturā curet. nigellā enim, quādo triturrāda eſt, uirgula excutit, nō tribula. Et cum inū quidē nō rota curuli, ſed baculo extūditur. Si autē pinſendo panī triticū deſideret, nō ſic illū triturrabit, ut longū circū uoluta rota, aut immiſſa tribula, illud proſus cōterat, atq; cōminuat. Quē admodū itaq; agricultatio illa diuinitas hominibus tradita eſt fructibus percipiendis, ita & iſtud quod uobis prædixi, atque per oris mei eloquia apud uos diſſeminauī, à Domino exercituum doctus ſum: qui certē ut conſilio mirabilis eſt, & ſapiētia magnus atq; inſimul gauderet uos ad bonam frugē reducere.

CAPVT XXIX.

Miſerā Hieroſolymorū ciuitatē, quę ſuperiorib. diebus à Dauidē multa cū uictoria inhabitata, nunc nihil quā Ariel Ariel in quā futura eſt, ara nimirū maſtatiōis, circū circa ſanguinib. cōmaculata. Pergite celebrare ſolēnitates ueſtras, feſta feſtis cōcumulantes. Seduli eſtote in maſtādis & offerēdis ueſtris pecorib. quib. Deū iritatis uerius quā placatis, ipſi per Dominū maſtandi, atq; hoſtib. præda futuri. Vndiq; enim, ac Ariel, undiq; coanguſtaberis, ita ut luſtu, uarioq; planctu intra te plena futura ſint omnia: eris enim mihi uerē ariel: ſiquidē arielis (hoc eſt, leonis) uocabulo, illā multorū adeo pecorū deuoratrice arā ſacrificiorū ueſtroſū ſignificaris, hinc illinc undiq; ſanguinolentam. Nam globo militari impetita, undiq; ab inimicis uallo circundaberis, congeſtiſ ad obſidionem aggeribus, iſſq; turris, ac præualidis expugnaculis communitis. Et tunc quidem tu grandiloqua nunc, & arrogans, humiliaberis, demiffiſq; loquēris, præ multa anguſtia: uelut de puluere procedet ſermo tuus, in morem Pythionum, qui non clare & articulatē ſua uerba proferunt, ſed muſſitant potius, atque palato immurmurant: ita ut aſſolent, qui letali mœrore adobruti, gemunt uerius quā loquuntur, ſi quid ſignificatum uelint. Sed ne hoſtib. omnia ſucceſſura putetis ex ſua ſententia, populumq; Dei ad interuicium extirpandum: ſcitate, quod innumera illa hoſtium turba, ueluti puluiſculus quidam ac palearum aceruus erit, quos exoratus Dominus nullo labore uobis diſpulerit: ita ut qui

A Domino
exercituum ui
siabitur in
tonitruo.

tit qui modo praeferores atque insuperabiles uidentur, continuo euanescant, nusquamq; uideantur. Visitabit enim eos Dominus horribili tonitruo ac terramoto, unde uehementer concutiantur ac perterrescant: multo item fragore turbinis, ac ualida tepestare, alijs ue flagellis percussi, flammeo incendio consumuntur. Et tota illa multitudo gentium, quae aduersum te Arielem ducetur, totus ille contra te militans exercitus, qui te obuiatam 10 undique sic coangustabit, nihil aliud tunc erit, quam uisum de nocte somnium. Velut si quis somniet se famescentem, appositas sibi habere pulchras atque opiparas epulas: qui experrectus atque euigilans, nihil aliud quam uentrem sentiat uacuum. Aut si somniet se sitientem, delicatissimum tenere poculum: & somno solutus, delassarum more, graui torqueatur siti. Ita plane se habebit multitudo eorum, quos aduersum te 20 ducet Assyrius. Sed uide, ne quid hinc insolentias: nam magnae adhuc mactationis Ariele huc ara mihi aliquando eris. Itaq; rem omnem uobiscum expendite: est certe unde obstupescatis, & quod multum demiremini. Non satis quae loquor assequimini aut intelligitis, sed mysteria haec abscondita sunt ab oculis uestris. Et ut ipsi estis caeci, ita & alios facitis caecos: & errantes, alios in errorem 30 atque in foueam inducitis. Ebrij enim estis, non quidem ex uino, aut ingurgitata sicera, sed impijs uestris opinionibus, quae uos huc illuc rapiunt atque abducunt, nihil habentes solidi in quo quis consistat, postquam angulare illum lapidem reprobatis, parumq; agnoscitis. Quare & Dominus in uos tam deplorat ebrjos, & oclusis oculis uolentium ac pigrum, & oclusis oculis uestris altum uos sinit dormire: nec uideo satis, si crapulam hanc edormire atque destere 40 poteritis: siquidem & prophetas & capita uestra, quibus certe debebant sua esse lumina, eadem caecitas inuoluit. Quod si maxime propheta aliquis sibi praeuia adferat, & uos iusta doctrina ac praemissione in uiam studeat reducere, nihilo rectius egerit, quam si legendi gnaro librum offerat oclusum, aut literas obfignatas, iubeatq; ipsum sic consignata legere qui respondens, se ait hoc non posse, quando liber oclusus, aut literae non resignatae sunt. Si uero apertissimis atque clarissimis, & incidat in legendi ignarum, quem ista iubeat legere & expendere: is rebus apertis & clarissimis non credens, illiteratum se dicet, nec doctum satis, ut magnis de rebus exacte iudicet. Itaque literati librum non desiderant apertum, unde & uerae pietatis doctrinam sapientibus & prudentibus huius 60 mundi Dominus abscondit: paruulis autem eam reuelat, & illiteratis: sed sic tamen, ut caro a uerae doctrinae professione, nisi mor-

tificetur, plane abhorreat, reclamantibus nimirum quotquot mundo sapiunt & prudentes habentur. Proinde sic dicit Dominus: Eo quod populus ore tantum me accedit, solisque labijs me honorat, quum corde a me abalienato sint, ac me nosse, cognitumq; amare nolint: quumq; non amabili timore, sed seruili plane ingenio me timeant & colant, ita ut scelerata solent mancipia suis heris ad oculum tantum seruentia: quia inquam me praecipit me aspernari, suis potius canonibus ac institutis uiuere praeligunt, quam meis: ideo hoc ego mali, supra omne malum, populo huic addam, unde totus mundus miretur atque obfufescat. Infatuabo qui inter ipsos sapientia praestare uidentur, ita ut nihil ad caelestis iudicij amulsim intellecturi sint, omni intelligentia ac prudentia uera per carnis iudicium fatanicamq; sapientiam dementata atque deleta. Veh sceleratis illis, qui profunde adeo absunt, ac refugiunt a Domino, uera mundi luce: idq; ut suam tyrannidem occultam teneant, ac stabiliant, & ne per lucem ipsorum studia quaestuosa ac mala detegantur, atque disturbata percant. Iam uero saltantes in tenebris, crassa hypocrisis obuestiti, quis aiunt, uidet nos? quis nos cognoscit? quis non probet uitam, nostraq; studia? Putant enim miseri homines, quod ut homo uidet, sic uideat & Deus. Ignorant plane, humanae sapientiae iudicia tantum a diuinis distrepere, quantum caelo distat terra. Futura itaq; aliquando uestrae huius fabulae catastrophe est, idq; ad eum plane modum quo figulus imposita suae rotae massam uertit, totamq; perspicit, suo arbitrato probe subactam & formans & reformans, ita ut ubi ampliora in stitui coeperat, iam currente rota uilis exeat urceus. Neque ullus obmurmurandi contra Dominum locus erit: neq; enim dicit figmentum suo fictori, cur me ad hanc finxisti modum? Neque item ipsum fictorem quicquam in suo figmento latebit, ut nos uestris putatis in tenebris, Domini oculos nihil uidere, quum uos excecatis nihil uideatis. Non ne breui futurum hoc est, ut montes & colles humiliantur: uallesque humiliores attollantur: ut Libanus praaltis cedris suis superbus, uertatur in Carmeli humilitatem? & ut humilis, boniq; uini ferax Carmelus, uertatur in eximiam syluam? Certe quos surdos, intelligendisq; Dei uerbis minime putes idoneos, ij tunc temporis audiunt uerba libri, ueritatisq; diuinae, a uobis tam pertinaciter contempra: & pelliones, fullo nes, textores, atq; adeo piscatores & conchitae, quibus uos nullos tribuitis oculos, ij uidebunt, atq; uobis obcaecat atq; pertinaciter repugnantibus, ueritatis uias propalam con fitebuntur atq; docebunt: & mires hi mansuetiq; homines, de Domino sibi innotescente, magis ac magis gaudebunt. Et pauperrimi ac

Eo quod ap
propinquat
populus iste
ore suo.

Addent mites in Domino
no letitiam,
& pauperes
in sancto Is-
rael exultabunt.

despectissimi quicq; hominum de sancto illo
 Israël's Mefsia, Domino nostro exultabunt
 atque gloriabuntur: idēq; uobis, qui multa
 sapientia atq; tyrannide uobis fortes uide-
 ni, pereuntibus: illusoribus, simulateq; san-
 ctis, & omnibus qui iniquē agere perseuerāt,
 a Domino reiectis & deletis: qui per blandi-
 loquentiā populū seducitis. Quos si quis in
 Mefsia blasphemā loquētes increpet, conti-
 nuō in ius uocatū illaqueant, atq; in carcerē
 detrudūt, & uerborū suorum sophismatis &
 fucis iustam innocentis causam indignē sub-
 uertunt. Propter hęc Dominus ipse, qui
 Abrahamū redemit, de cuius die uisō ille ex-
 ultauit, sic dixit, atq; locutus est domui Iacob:
 nempe quōd ipse patriarcha Iacob per suos
 posteros non pudefiet, neq; illorū ipsum pu-
 debit. Non enim oēs qui sunt ex Israël, sunt
 Israhēl: neq; quia sunt semen Abrahę, statim fi-
 lij: sed qui fide eius ingenio respondent, cen-
 sebūtur eius filij, supra stellas innumerū. Imō
 & Abraham & Iacob, quum sua de carne na-
 ros, sed meo de spiritu renatas, in media Iu-
 daa uidebunt, pro piscibus quos capere so-
 lent, iam multa capere hominum millia, qui
 nomen meum sanctificent ac constentur:
 collaudabunt & ipsi me, celebrando eum qui
 Israhēlitas sanctificat, atque plus quā Egyptiana
 seruitute liberat. Vnde & tanti benefi-
 cij memores, multo honore ipsum prose-
 quentur, ac sedulo colent. Tunc & gentes,
 totusq; orbis reliquus, qui uarijs nunc impli-
 catus iacet erroribus, intelligentia donabi-
 tur. Et qui nunc pythonicorum more, ne-
 scio quā oracula suis diuis atque idolis de-
 murmurant, legem unius ueriq; Dei tunc
 condiscant.

CAPVT XXX.

VEh uiris legem meam deserentibus, in-
 quit Dominus: qui ea temeritate & au-
 dacia sunt, ut inter se super rebus suis
 consultantes, decernere aliquid audeant ex-
 tra me, & præter legem meam. Quærunt qui-
 dem seruandę Reipublicę auxilia, ne popu-
 lus Dei totus corrupatur ac dispereat: sed
 non pro ratione spiritus mei, qui tam de sua
 iustitia mundum coarguit, atque de peccato:
 sed neglecto meo spiritu, orisq; mei uerbis
 contemptis, nihil ex meā sententia faciunt,
 dum ex brachio seculari siue prophano Ægy-
 ptiorum, pendent magis quā ex meo, con-
 silia consilijs, & peccata peccatis accumulan-
 tes. Statuerunt descendere in Ægyptum, in
 domum illam ueteris seruitutis, ubi tam du-
 re & asperē sunt habiti, & unde ego eos tam
 ualido brachio redemi: & non cogitant de
 eloquio mei oris in consilium adhibendo.
 Per Pharaonem sui regni robora quærunt,
 plus in eo spei habentes, quā in me: &
 sub umbra alarum ipsius requiescere ma-

lunt in tenebris Ægyptijs, quā ut in ue-
 ra luce, per me redempti, liberē uiuant. Sed
 agite dum, sinam uos uestro facere modo.
 Sed hoc uos præmonitos uolo, quōd for-
 titudo qua per Pharaonem irrobore spera-
 ratis, uos pudefactura sit, atque faller: &
 spes, quam concepistis de inuenienda sub
 Ægyptiorum alis quiete, dehonestamen-
 to uobis erit, atque frustrabitur uos. Prin-
 cipes aliquot Hierosolymitani mei populi
 sumpta legatione, Taphnos atque Hanes
 profecti fuerunt, in præcipuas Ægypti ci-
 uitates, ubi multis cum muneribus Ægy-
 ptium in suas partes pertrahere laborant.
 Sed omnis illa res, omneq; illud studium
 nihil succedet. Nihil quicquam aut auxilia-
 buntur aut proderunt, sed oberunt magis.
 Spectat enim ad uestram ignominiam & op-
 probrium, quos Pharaone olim tanto su-
 periores feci. Turpēne est, eos ex carne ne-
 gata & relicta auxilia petere, quos ego in
 libertatem spiritus adduxi: Graue certē ac
 molestum est, quōd asinos, equos, atque
 gibbosos camelos uestris thesauris onu-
 stos, ad nihil profuturum uobis populum,
 in terram Ægypti mittitis, quæ uobis olim
 tam iniqua fuit & dura. Ad hęc, incommo-
 disimum illuc iter est, per leones & lernas,
 uiperas uolucresq; serpentes, & innume-
 ra alia quæ illuc tendentibus multam angu-
 gustiam, animiq; horrorem subinde incu-
 tiunt. Et aliquid quidem esset hęc itineris
 incommoda contemnere, si piē ac rectē hanc
 in Republicam uestram collocaretis ope-
 ram. Sed Ægyptij nullum uobis ferent au-
 xilium, obfuturi sunt potius, quā profu-
 turi. Itaque uocaui Hierosolyma Hieroso-
 lyma contendendum esse, atque domestico
 utendum esse milite, & ex Domino penden-
 dum. Nam sua in ciuitate si manserint, ibiq;
 si se contineant, ea potissima ipsorum for-
 titudo, maximaq; protectio erit. At nunc,
 quando neque legi meę, neque tuis uerbis
 apud illos locus est: Abi, inquit mihi Do-
 minus, atque conscribito mihi factum hoc
 in tabula: inscribas inquam libro, ut in no-
 uissimum usque diem huius rei constet me-
 moria, quōd rebellis adeō mihi populus
 sit, uiri mendaces, datæ mihi fidei nihil ser-
 uantes, atque eam sui Domini legem, in-
 quam iurarunt, audire nolentes. Adeō ut
 prophetis meis, id quod res atque uerum
 est, uidentibus, iubeant esse cæcis, atque
 conticescere: & dum recta ac salutaria ipsis
 prospiciunt ac præmonent, uerant id eos fa-
 cere, per uaniloquos palpatores seduci ma-
 lentes, quā ut auscultent docentibus iu-
 sta & uera. Videte mihi quæso errantes po-
 puli insaniam, minimeq; ferendam temeri-
 tatem. Recedendum nunc de uia est, inquit:
 & præscripta olim lex, siue semita, de Ægy-
 pto non repetenda, aut inuocanda, nunc
 declinanda est: quando sic nos urgent ac pre-
 munt

Erant in Ta-
 ni principes
 tui, & nunc
 ei uisus ad
 Hanes per-
 uenerunt.

Dicit uiden-
 tibus, nolite
 uidere: & u-
 sicientibus,
 nolite aspice-
 re.

munt hostes invalidissimi. Non est quod hic
 illum Israëlī sanctum, Dominū illum Deum
 exercituum nobis perpetuō occinas. Neces-
 sitas legem nō habet. Non potest nobis per-
 stare res publica nostra, si hic legi pareamus,
 & ex Domini præscripto uiuere uelimus. A-
 page nobis cū tuis biblijs, legibus ue sacris,
 per quæ populum nobis in diuersa trahis, to-
 tamq̃ terram uis deperditam. Heu miseros,
 in sanosq̃ uiros: huc peruersitatis ac demen-
 tiæ quia uentum est. Propterea sic dixit ille
 Israëlī sanctus, atq̃ addictus Dominus: Eo
 quod uerbum hoc meum tanta peruicacia ue-
 luri Reipub. noxium ac nihil salutare sperni-
 tis, spem collocantes in diuitijs, peruersoq̃
 uestro iudicio, quo sollicitandos Ægyptios
 decernitis, in quos solos uestra omnis uirtus
 inclinata recumbit: hinc fiet, ut quod iniquè
 adeo statuitis, omnisq̃ uestra res perinde se
 uobis habitura sit, ut ædificium ruina min-
 20 tans, quod summis muris incuruatum, ac ri-
 mam ducens, mox corruiturū uidemus. Cor-
 ruit autem, & ut uas testaceum in ruderā, mi-
 nimasq̃ conteritur particulas, ita ut ex iam
 collapsa domo ne tantillum quidem integræ
 rei inuenias, qua ignis è foco feratur, aut a-
 qua aliquid hauriatur de fouea. Sic porro
 dixit Dominus Deus, ille Israëlī sanctus atq̃
 addictus adeo: Si ad me conuersi, omnia Æ-
 30 gypto, cōquiescitis, quiete illa uestra & col-
 locata in me spe abundè fortes fuissetis. Sed
 hoc recusastis, nequaquam uelle uos id face-
 re dicentes: sed equis Ægyptijs decreuistis ho-
 stem inuadere, aut etiam premente eo felici-
 ceter fugere. Itaq̃ uerè in fugā uertimini, &
 quando uos de inequitandis leuibus ueloci-
 busq̃ equis aut dromedarijs cogitatis, leues
 item pulchreq̃ expeditos ac ueloces experi-
 emini hostes, qui fugientes sequantur: qui ex
 40 uestris ducibus globum ducet millenarium,
 fugiet ad conspectum & clamorem hostis u-
 nus: ita ut uel quinq̃ hostium uos simul om-
 nes in fugam egerint, donec in montis alicuius
 uertice relinquamini, ueluti malus nauis
 omnibus tempestatibus ferendis expositus,
 uel sicati signum bellicum in collem aliquem
 profugum ac male timidum. Cōtinete uos
 ergo uestris adhuc mœnjs, domestico prop-
 rioue robore per Dominū contenti. Quod
 50 Samaria cum decem tribubus in captiuitatē
 sit abducta, & quod rota etiam uestra terra
 circum circa deuastratur, nō prorsus uos fran-
 gat. Nam Dominus expectat, ut erga uos po-
 tissimum suam beneficentiam ac bonitatem
 ostendat, eamq̃ magnam & eximiam. Expe-
 ctat inquam uos, neq̃ præcipitanter ac teme-
 rē suum auxilium accelerat, id quod uos gau-
 deretis. Sed Deus iudicij Dominus est, ma-
 gno iudicio, multa discretione ac maturitate
 omnia sua facta accurans. Nam populus Si-
 60 onius, quantum uis dubiæ ac desperatæ nunc
 res sunt, non abducetur è sua Hierusalem: sed
 perget adhuc multa cum felicitate eam inha-

bitare. Non erunt apud uos ploratus & fle-
 tus plena omnia: nam Dominus uestri mise-
 raturus parcat uobis, & uocem uestram ad se
 clamantium continuō exaudiet, uotis uestris
 responsurus. Dabit enim uobis affatim pa-
 nis & aquæ, de quibus, longam obsidionem
 timentes, anxie nimis solliciti estis. Quin &
 uerum, uitæq̃ æternæ panem abundè suppe-
 ditabit. nam non procul uobis aberit, qui re-
 ctè ubique doceat ac moneat, ita ut præ ocu-
 lis uestris illum sitis habituri, ante uos. Imò
 & post uos audituri estis, qui uel ad dextram
 uel ad sinistram declinantes, in uiam iustam
 reponat: Hæc, inquiens, uia est, hanc ingre-
 gredimini: hæc pergite, ac rectà incedite, &
 inuenietis requiē animis uestris. Et hisce qui
 dem monitoribus ac uiris prophetis auscul-
 tantes, tanquam impurum atque immundū
 censebitis, omnes conflati argenti laminas
 20 & sculptrile, & omne illud conflatum in ido-
 la aurum, quo Ægyptios demereri, atque
 in uestri auxilium inducere studuistis. Et di-
 sperges atque abominaberis cuncta idola,
 ueluti sordes menstruas, in malam rem ea
 faceffere iubens. Et tunc quidem dabit Do-
 minus semini tuo, quando terram conseres,
 suæ gratiæ ac benedictionis pluuiam: ita ut
 ex ipso terræ fructu pinguis, multoq̃ de-
 licatissimus pinsendus sit panis. Verbum su-
 um tunc dabit Dominus euangelizantibus,
 uirtute multa. Et ipsa quidem pecora, am-
 plis ac latis tunc pascent in pascuis, non ob-
 septi arctis ullis multorum mandatorum can-
 cellis aut repagulis. Boues enim & asino-
 rum pulli, qui terram colunt, non audito-
 res tantum, sed & effectores uerbi, opti-
 mam edent farinam atque purissimam, nul-
 lo pharisaico fermento uitiatam: sed diui-
 ni iudicij pala ac uentilabro exactissimè di-
 uentilata, ipsorum, ad quam uiuent, do-
 ctrina erit. Et non in Samaritano monte,
 aut in monte Sionio, in templo hoc nostro
 Hierosolymitano, sed super omnem mon-
 tem excelsum, & in omnibus qui exurgunt
 collibus, diuident se uitalis aquæ riuuli:
 postquam Dominus magnam illam Assy-
 riorum uim, ac diabolicam uirtutem inter-
 fecerit, altis ipsorum arcibus prostratis.
 Tunc erit pijs lux lunæ sicut lux solis, ita
 30 ut in paupertatula sua & futuri sint latissi-
 mi, & ex afflictionibus suis minimum dol-
 lituri. Et sol de lucido die resplendens, se-
 ptuplo gratior erit, ita ut uel unicus dies se-
 ptem genialium dierum gaudium & exhi-
 larationem præstaturus sit. Idq̃, eo quod
 Dominus populi sui calamitatem, quasi ob-
 ligatis iam uulneribus curauerit, & accep-
 tam plagam sanarit, atque tanta uirtute
 tamq̃ inopinatō amouerit. Nam ecce Do-
 60 minus è longinquo, altoq̃ cælo adueniet,
 facie furoris eius sic accensa, ut quam nemo
 eorum sustineat, ac ferat. Nam & labijs eius
 multa ira mouentur, & linguam habet ignis
 more

In silentio et
 spe ori forti-
 tudo uestra.

Deus iudicij
 dominus est.

Erunt lux lunæ
 sicut lux
 solis.

Erunt lux lunæ
 sicut lux
 solis.

more quiduis consumentem. Spiritus autem siue anhelitus oris, ad modū torrentis se habet: qui dum cuncta inundat, nemo restiterit: nam profunditas eius dimidia, homini ad col lum usq; pertingit, quo quidem suo spiritu, facil e sui populi hostes Assyrios euentilabit: idēq; uelut cribro con fracto, ac futili, quod nō palea in tantum, sed & bona si qua semina in- sunt, excutit. Erūtq; in hostium maxillis ueluti frenum, quo per præceptis in exitium feran- tur. Vobis uerō multa exultatio, pax & gaudium erit, ita ut cantu uos exhilaraturi sitis: uelut olim in nocte sanctificata solemnita- tis, qua dimissa Ægypto, Pharaonis tyranni- de & iugo liberati fuistis. Aut etiam tam læto eritis corde, atq; ij qui deuictis iam hostibus, præcinate tibia ascendunt in montem, tem- plum ue Domini, uictimas & hostias suas multa cum gratiarum actione oblatūri Do- mino, à quo omne Israël robur & uirtus est. Porro Dominus horribili magnaq; uo- ce intonans aduersus Assyrios, ut iumme i- ratus sui brachij uirtutem propalam osten- det, quasi altum flammante, cunctaq; con- sumente incendio, ualidisq; uentis, ac gran- di cœlitus demissa grandine, oēs hostes cōse- cturus. Certē ad uocē Dei, cuius iussa omnis ille cœlorū exercitus cum tremore, magnaq; sedulitate exequitur, interimentur Assyrii uir- ga percussi. Et si maximē pleriq; aufugiāt, nō tamen effugient: siquidē adhærebit, indefe- seq; illos premet, ut qui aperto dextroq; Mar- te cum tympanis ac citharis etiam in fugien- tem hostem ferantur. Preparata enim iam pri- dem etiam ipsi Assyriorum regi gehenna est, quam Dominus illi profundam statuit, & am- plam, ualido igne, multisq; lignis succēsam: quæ statu Domini sic inardescit, ut torrentem ardere putes sulphureum.

CAPVT XXXI.

VÆ ijs qui in Ægyptum legatione fun- guntur, ad implorandū ab ipsis auxi- lium. Domino quidē Deo suo diffidē- tes, brutis Ægyptiorū equis confidunt. Spe- rant enim nescio quid magnificū ex ipsorum curribus, quos multos habent: & ex milite ip- sorum equite, siquidem præualidus ille est, uel certē sic maleferiatis censetur. Et illum ue- re fortem Israelitarū Deum sic ipsis addictū, ac ueluti sacramento obligatum (qui uel so- lus, ipsis conquescentibus, toti exercitui ho- stium perimendo par est) hunc negligūt atq; contemnunt: uiriq; sapientes admodum sibi uidentur, quod tanta cura ac sedulitate Rem- pub. Israël administrent. Sed & Dominus minimē insipientis, hac sua uia ipsos in omne malum inducet: nō passurus, ut quæ minatus ipsis est, uana ac irrita putētur. siquidē insur- get & ipse contra sceleratos hos, & aduersus manifestē impios idololatrias auxiliū ipsis fe- rentes. Certē Ægyptij quid aliud quā homines sunt, & mortales, & parum cōstantes? Nō sunt Deus, & ne cōserēdi quidē cum im-

mortali Deo opt. max. Carne constant illi: quam facile quis uulneret, ac trucidet. Non sunt spiritus, qui inuulnerabilis, atq; inuisi- bilis, aduersus multa hominum milia, sua u- nius uirtute plurimum potest. Id quod uide- bitis, quando Dominus immissa atq; sublata manu sua, tum auxilium ferentes Ægyptios, tum etiā qui illud accersuerunt Iudeos, una eademq; opera cōficiet, atq; deperdet. Sed desistite quæso impiē adeo de repub. Hiero- solymitana solliciti esse, quā pro ueritate sui uerbi, sacrosanctiq; promissi sui Dominus in- columē seruaturus est: quippe qui sic mihi di- xit, atq; affirmatē pollicitus est. Quem admo- dū leo quispiā præualidus, aut ferox leonis catulus, in quam irruit prædam, horribili suo rugitu tenet, nec eam à pastorū grege ualido cum clamore, protensisq; fustibus obnitēte, eripi patitur: ita ut contemptis ipsorum cla- moribus, tota ipsorum multitudine nihil de- terreatur, quin quod obuenit sibi, tueatur ac feruet. Sic Dominus uos seruaturus est, & non patietur uel à totius mundi regnis om- nibus suum sibi populum eripi. Descendet enim militaturus pro monte Sion, & ciuitate sua sancta Hierusalem, protecturus atq; libe- raturus eam: nō multo aliter facturus, quā olim, cum percutiente angelo perditis Ægy- ptijs, uos transfiliendo præteribat, atque ser- uabat. Cuius quidem beneficii & uirtutis memores, conuertimini quæso uiri Israël, ad Dominum. Tametsi crassē peccatum, lon- geq; ab eo discessum est, conuertimini in- quam, ut ueterum beneficiorum nondum obliti, participes sitis nouorum, instantisq; seculi felicissimi: quo constabilira Repub. ue- stra, ac reformata, Domini lege prolata, ue- ratq; religione florescente, sua quisque idola rejiciet, tam aurea quā argentea, quæ mani- bus proprijs, ac humanitatis facta, meritō uo- bis crimini dantur. Exercitus enim Assyrius, quem Ægyptio milite putatis perimendum, aut certē depellendum, is cadet atque occum- bet, sed nulla uiri ullius opera. Diuinitus e- nim, & non humanitatis perdetur: fugaq; sibi plerique consulent, conspecta percutientis manu, siue gladio. Viri autem inter eos iuue- nes, atque animosiores perimentur, aut ly- tro statosq; precio redimendi erunt. Porro ip- se rex eorum, ad arcē, domum ue suam tan- ta cum trepidatione accelerabit, ut eam atro- nitus præteriturus sit: id quod principes e- ius, conspecto uexillo ipsius tam trepido, mi- rabuntur, atque obstupescunt. Hæc ipse uo- bis ait, atque promittit Dominus: cui in Si- on, offerendis holocaustis, ac sacrificijs ue- stris, perpetuus ignis est. Et cui Hierosoly- mis accensa ara sacra facitis.

CAPVT XXXII.

Quod autē de restaurāda ad legē Dei rell- gione dixi, et abiiciēdis idolis, seculoq; felicissimo: id persuasissimū uobis uo- lo. Nā ecce, regni gubernacula apud uos de- uoluen-

Canticū erit uobis, sicut nox sanctifica- tate solenni- tatis.

Conuertimini, sicut in profundū re- cesseratis.

Cōsurget cō- tra domum pessimorū.

uoluerunt ad regē piū & iustū, cuius principes ac cōsiliarij uiri, magno ueroq; iudicio ius dicēt, atq; de regni negocijs decernēt. Erit autē rex ille ueluti tutissimū receptaculū, siue labulum, quo tē recipias, atq; à uentorum imbrumq; iniuria defendas. Qui ut riuū aquarū desertum irrigantes, fœcunda omnia ac meliora facturus est. Eritq; suis uelut umbra arduæ rupis, sub qua delassati, dum terras inhospitales transeunt, sese refocillent, atque quiescant. Non caligabunt sub principe hoc uidentium siue prophetarum oculi, quo minus recta doceant: & auditorum aures non obtudentur audienda doctrina iusta & uera: sed & cor stultorum, quos quilibet contemnat, sapiens hic atque intelliget, uerius quàm ij quos multa sapiētia uidet turgidos. siquidem hos prius quàm possint uerē sapere, stultescere oportet: id quod abominantur, maximeq; reculant. Adhæc, quos prius erat audire balbos, accepta lingua noua, quàm expeditissimè & optimè loquentur: ijs usuri rationibus quas nemo refutet. Non erit tunc Gnathonibus locus, qui adulantibus uerbis fallant, ac præposterā nomina rebus tribuant, ueris rerum uocabulis amissis. Qui enim stultè sordidus populū exedit, non uocabitur tunc princeps beneficus. Neque qui opprimendis pauperibus, tonsisq; ad uiuum suis gregibus, auarè omnia corradunt, uocabuntur diuites: sed extra simulationem apertè patebit, quid res quælibet sit, & quid uocanda ueniat. Stultus enim stultitiam suam loquetur, atque abundè proder: quando corde iniquo est, & ad simulatè potius, quàm ex uero agendum appositus, Domino diuinæq; legi derogans: quando tenuioribus ipsi laborantibus uix tribuit, quo uentrem famelicum expleant, aut urentè sitim restringant: subducturus eis potius, si quid superesse uideatur, quàm ut id quod necessitati deest, suppleat. Omnia enim studia eius mala sunt, neque aliò eius cogitationes tendunt, quàm ut fucatis uerbis tenuioribus imponat, pauperesq; circumueniat, etiam si in ius uocatus cum ipsis pro tribunali contendat, non cessabit ipsos calumniari, miserisq; illudere. Princeps uerò uir, hoc est liberalis, candidus ac pius, & qui uero nomine audit beneficus, liberaliter aget, ac munificus piusq; erit in pauperem: tali enim beneficentia constabitur thronus & dignitas ipsius. Assurgite uos ciuitates effœminatæ, atque diuitijs perditæ, Samaria, Capernaum, Corozaim, Bethsaida, Tyrus, & hoc genus aliarum. Audite quid uobis loquar. Vos quoque minora oppidula ac uici, huius seculi uanitatibus fidentes, magis quàm Deo uiuenti, præbere & uos ijs quæ dicturus sum aures uestras. Post dies aliquot, aut annum unum, certè non multo abhinc tempore, quæ nunc dulci fortuna inebriamini, atque arroganter de uobis ipsis sentitis, uelut perpetuo duraturus uobis hic

rerum status esset: insurgente aduersum uos bello, plurimum perturbabimini, siquidem uineris uestris hostili pede protritris, nulla uobis erit uindemia, neque ullus ex agris uobis prouentus erit. Quantumuis enim nunc uobis opulenter uideamini, est certè quod pauceatis, & quod uos nunc quidem magna confidentia feroces confernet atque conturbet, ita ut positis decoris uestri indumentis, uiles iuduatis saccos circum lumbos uestros, planctum facturæ super sterilitate tum uestra, tum pecorum: ut quibus exucca & emarcida erunt ubera, inarescentibus atq; proculcatis uobis agris uestris, alioqui fertilissimis & iucundissimis, & uinetis omnibus corruptis. Spinæ, carices, urticæ & uepres procrecent ex populi mei terra, alioqui optima, & lacte & melle manāte. Nam & domus quæ olim multo gaudio perstrepebant, totaq; ciuitates, iustibus atq; choreis quondam exultare consueta, demolitæ planè ac plurimum uastatæ iacebunt. Et palatia illa uestra deserta, arces & propugnacula uestra diruta, perpetua ferarum spelæa erunt, horribilesq; cauernæ, quas læti iam inhabitent onagri, & ubi pecora iam pascant, donec de excelso cælo in uos descendat spiritus, qui sceleratū uobis hostem Assyriū, sceleratos nimirū carnis affectus perdat. Quod ille ubi fecerit, erunt uobis super prostrato ita hoste, Deū diligentibus, alba omnia & felicia: ita ut deserta prius terra, ac corrupta omnino, fructus prolatura sit, tam copiosos, ut & cū Carmeli uberimis pascuis certare possit. Et humilis Carmeli fructus tam se attollēt, atq; uberrim crescent, ut qui uiderit, credat syluam esse. Iam uerò omnibus suum officium præstantibus, ira ut iusta ubilibet rerum administratio, iustumq; fiat iudicium, præstabit hoc sanè iustitia, ut pacata ac tranquilla apud uos sint omnia, ita ut perpetua securitate, tunc liceat uiuere. Habitabit enim tunc populus meus rēdes suas tranquille atque secure, cunctaq; eius affatim suppetent. Quod si grandis tunc cælitus procidat, ea non est tunc nocitura in agro pecoribus, neque incidet in messem, sed in syluam. Et ciuitates etiam humili loco constructæ, non attollent suos muros. Neque enim munitis mœnibus opus erit. Benè certè tunc agetur cum rusticis & uiris agricolis, qui sementem suam locis ubiq; fertilissimis & irriguis tunc facient. Præter alia enim, & boues in sua immittent pascua, & asinos: quibus, cum uolent, suam terram arent atque proscindant.

CAPVT XXXIII.

VÆ tibi, qui horridum adeò terram deuastas: ac miseram plebem, quæ nulla unquam iniuria te lacessiuit tam ad nudū despolias atq; deperdis: nihilo plures eos faciēs, quàm si aut bestiarum essent, aut uiles catuli. Certè ubi aliquādo tuæ grassationis ac immanitatis finis aduenerit, id quod citius quàm

Stultus enim
faua loque-
tur.

Mulieres os
pulente sur-
gite, et audite
uocem me-
am.

Erit opus in
sitis pax.

quàm credas futurū est: tum pari modo sper-
neris etiam ab ijs, unde minimè oportebat.

Aut tu Domine misertus nostri, respice ad
nos, cuius auxilium anxie admodum ex-
pectamus. Ex promisso enim debes domui
Dauid manum tuam auxiliatricē, & brachiū
tuum, quæ populum tuum confortent atque
stabiliat. Age benignissime Deus, libera hic
fidem tuam, & esto populi tui brachium, atq;
protectio: qui promisisti, quod mane ac dilu-
culo semper adiuturus sis. Rebus nostris sic
nunc dubijs & afflictis, terra omni circumcir-
ca deuastata, atq; incendio miserè absumpta,
auxilium nobis feras, qui adiutor es in tribu-
latione. Fugiant scelerati hostes à uoce mul-
torum, quos tu habes, exercituum: & disper-
gantur ad suas quisq; sedes, te exurgente, qui
iam uelut dormire uideris. Exipe illis præ-
dam ipsorum, quam non ex gentibus & Isra-
ëlita tantum terra, sed & ex Iudæa tua ege-
runt, collectim quolibet irruentes uelut bruci,
& tota undiq; segete abrodentes locustæ.
Magnis tunc laudibus efferetur ille in excel-
sis habitans Dominus, qui Sionios suos im-
buet, atq; sicut struet, ut magno sint iudicio,
ac multa ueraciq; iustitia, Et florebit illis tua
uictoriæ temporibus fides ac ueritas, multa
fortisq; salus, sapientia & rerum experiētia,
sanctiq; tui nominis timor: quæ de tua beni-
gnitatis thesauro depropta, populo tuo do-
nare dignaberis. Sed ecce, quos emisertunt
exploratores, etiam antequam in urbem per-
ueniant, rerum indignitate attoniti, cum eu-
latu tristissima renunciant. Quin & ij qui le-
gatione suscepta cum hoste pacisci, ac rem cõ-
ponere gauderent, non sine fletu, re infecta,
redeunt: sic desolata omnia renunciantes, ut
nemo quisquam in ijs aut semitis conspici-
atur. Nā hostis fœdissimus nullis stat pactis,
ita ut non expediat cuiquam illuc per ruinas
& incendia iter facere, pacemq; suis exposce-
re. Quam ut maximè promittat, prostruit ta-
men ac destruit ciuitates totas, nec superos
moratus, nec inferos: non plures etiam homi-
nes pendens, quam uel catos uel canes. Tota
itaq; terra, undiq; multo in mœrore, omnisq;
consilij inops est: quocūq; te uerteris. Ad se-
ptentrionē euiluit, atq; altas suas cedros de-
mitrit, ac ueluti excisus est Libanus. Ad occi-
dentē si Saron collustres, ubi regia olim pas-
cere solebant pecora, nihil aliud quam deser-
tum uideas. Sic & Basan latissimis pascuis fa-
mosa ad orientē, & Charmeli uineta ad me-
ridiem, simul omnia corrupta sunt, atq; uasta
ta, ita ut uidere horreas, tam undique omnia
deperdita, demolita, & retro incendio adhuc
fumida. Hæc tristitia uobis renunciant ipsi
exploratores, atq; legati, non exorata pace,
ac re omni prorsus infecta, redeūtes. Sed nūc
Dominum quæso audire, qui se nunc tandem
exurrecturum, manumq; suam se extensurū,
atq; magnificè sublaturum dicens: Concipi-
etis, inquit hostibus, straminum quisquilias,

parituri stipulam, quæ ignis uestro prope spiritu
excitatus, propria inquam uestra superbia &
temeritas, subito consumet. Vanissima sunt
quæ conamini, idq; maximo uestro malo. Qui
enim iam præferoces, uiriq;, ut silices, duris-
simi estis, incendio in calcē cõmutati, immissa
solum aqua resoluemini in pulueres. Et qui
nunc ueluti spinæ intractabiles adeo estis, ex-
tirpati, atq; cito extincti, in mollē minimeq;
pungentē uertemini cinerem. Audite, inquit
Dominus, simul omnes, tam qui hinc longiu-
sculè abestis, quam qui ciuitatem Hierosoly-
mitanam inhabitantes hic adestis, quid ego
facere decretum habeam: & qua ego fortitu-
dine, quibusq; sim uiribus. Scelerati aliquot
Sionij, malorumq; multorū sibi conscij, mul-
to timore concussi, male metuunt, atque uos
conturbant. Quin & hypocriticus ille popu-
lus, quos præ cæteris Domino suo Deo fide-
les credidisses ac bonos, ac Reipub. Hieroso-
lymitanæ, ueraciq; ecclesiæ Dei columina, hic
uel maximè timet, atq; adeo trepidat, atq; uos
in desperationem à Domino abducit. Quis
nostrum aiunt habitabit, ac perferre poterit
ignem hunc, cuncta deuorantem? Totus ad-
uersum nos insurgit terrarum orbis. Pusillus
grex sumus Hierosolymitani, præ hostiū tur-
ma innumera. Quis consistat aduersus ince-
diarios hos latrones, ac carnifices, perpetuò
in nos grassantes? Impijs autem horum uo-
cibus, quæ omnem superiorem uitam illorū
hypocriteus ac dubiæ fidei arguunt, hoc re-
sponsum habeant: Quod magnis hisce in ma-
lis, ac incedijs ij perstituri sint, quicūq; mem-
bra sua non accommodant neq; præbent mi-
nistra peccato, sed arma iustitiæ, ita ut suis pe-
dibus non nisi ad iusta & æqua ferantur: ore
etiam suo nemini obtrectantes: nemini, ne
inimico quidem, male precantes. Qui tota
item facie abominantur auarè atq; iniquè par-
ta, non admittentes in manus suas ulla mu-
nera, quibus ad iudicandum excæcentur, aut
ad fallendū aut insidiandū proximo inducā-
tur: sed obturāt planè aures suas, ne quid de
illa que adō aut perdēdo proximo audientes,
corrupti pecunia faciāt, etiā clausis oculis ta-
lia munera ac malefacta detestātes & execrā-
tes. Qui huiusmodi est, ille in excelsis habita-
bit, omni incendio ac præfocatione hostili su-
perior: habebitq; refugium sublimi in rupe
tutum & securum, nulla etiam illic panis aut
aquare inopia laboraturus. Videbunt qui-
dē oculi uestri multa maiestate ac gloria ad-
uentantem Assyriorum regem, populumq; il-
lum innumerum, remotissimis ex terris atq;
insulis collectum. Vnde & animus uobis nō
abs re perterrefactus de scriba interrogabit,
qui ponderatis atq; examinatis cuiusq; facul-
tatibus, redimendæ paci, atq; placando hosti,
pecuniā ex numeratis ditiorum arario
ligat & conscribat: id quod tribuno arario
Sobnar, cum suis coactoribus, non male con-
sultum, summeq; necessariū uobis uidebitur.
Sed

Ecce uiden-
tes clamabit
foris, Angeli
pacis amare
stebunt.

1. Paral. 25.

Concipietis
ardorem, &
parietis sti-
pulam,

Regem in de-
core suo ui-
debunt oculi
tui.

Sed nos ne respexeritis ad peregrinā, nihilq; nota uobis linguā homines, cum quibus si impetrata pace conueneritis, negabunt fœdi fragi, atq; causabuntur nō satis intellecta uobis fuisse ipsorum promissa, aut postulata. Illudent enim uobis, atq; pacta etiam omnia, acceptis thesauris uestris eludent. Sed cines Sionij si probe ac piē uobis cōsultum uultis, respicite ad ciuitatē hanc nostram solēnem, Deoq; dicatam. Oculos intendite in hanc uestram urbem Hierusalem, ubi diuino ex promisso conuiescatis: siquidem electum hoc Deo tabernaculum est, quod nec inferorum portæ deuinent: clauisq; fixum est, nullo unquam tempore mouendis, extensum item funibus nunquam rumpendis. Hic enim ille uerē fortis Dominus, uobis erit ueluti fluiuis, magnusq; cingentium ciuitatem nostram aquarum riuus, quem neq; remigio nauiculæ, neq; uelificatione uilæ holcades transmittēt, ut Assyrium intrō uehant. Nam Dominus iudex est noster: Domini, nō Assyriorū legibus uiuendum est. siquidem Dominus rex noster est, atq; ab impio Assyrio nos seruabit. Agite dum, extendite uestros funes ac rudentes scelerati Assyrii, sed parum feliciter alligatos sentietis, ac continuo soluendos, ita ut passo uelō, uentisq; secundis ad nos non sic perferendi sitis: quin potius naufragio perditis, omnē uestram tam longē lateq; coactam prædam, nobis relinquētis diripiēdam. Quæ sanē multa adeo est, & magna, ut non tantū ab expeditionibus populi nostri, sed & à claudis asportanda sit. Cuius autē Hierosolymitanus, quando soluta obsidione, omniq; illa iniquitate liberatus ad diuidendam prædam accersetur, non dicet se tunc agrorare: id quod ex pluribus sanē, confrecto animo audire erit, rebus dubijs & desperatis.

C A P V T XXXIII.

Accedite huc gentes uniuersæ, audituræ quid uobis denunciē: & quotquot usquam terrarum sunt homines, aut populi. Audiat hoc meum uaticinium terra, & quicquid ea continetur. Totus inquam ipse terrarū orbis, & quicquid ille fert atq; producit. Nam Dominus uehementer in omnes gentes commotus est, atq; furit planē aduersus omne eorū robur, & exercitus ipsos quos illæ in pios ducunt. Vnde uiderint illæ sibi: ac præmonitos se, ne negent. Nam dum sic pergunt innocentes persequi, ita sese de ipsis ulciscetur miserorum uindex Dominus, ut duræ morti traditas, stirpitūs sit deleturus: idq; non singularim, sed coaceruatim, atq; adeo accumulātē, ut interfecti sepulturā carentes, ac multo cum fetore putrescentes, etiam per aridos alioqui montes, sua tabe ac putredine promanaturi sint, uulturibus ac coruis nimis quā saturis sordida esca facti. Quin & cælestis ille exercitus, magnaq; illa cælestiū stellarum militia, hinc contabescet & elanguescet: & cæli ipsi hæctenus extensi & aperti,

conuoluent atq; complicabunt se, ad morem conuoluti atq; conclusi uoluminis. Virtutes enim cælorum cōmouebuntur, & stellæ cælitus in terram decident, pari modo quo uiti, aut sicut sua defluunt folia. Nā gladius meus, quem cælitus uibro inebriabitur planē hostium meorum cæde & sanguine. Maximē autem in Edomitas, quartæ monarchiæ subditos, defatuet: in populum illum iam olim maestationi, atq; adeo internecioni iusto iudicio destinatum. Vnde & gladius Domino multo sanguine commaculatus ac ebrius, præpotentum, pinguium ac principalium agnorum & hircorum adipe, etiā pinguescet: ipso in quā adipe, qui pinguibus illis arietibus, renes claudit. Sacrificium enim, magnumq; epulum dabit Dominus in Bosrah, Edomiticæ huius monarchiæ metropoli. Quare & multa illi cedent, ac mastādīs pinguibus illic opus erit. Cōcident autem illic & unicornes, & tauri cum suis uitulis: quorū sanguine & terra inebrietur, & aridæ pulueres pinguedinem induant ac lætificentur. Nam adest Domino tempus ultionis, & annus retaliandæ iniuriæ, populo Sionio per sceleratos hos continenter illatæ. Torrentes itaq; atq; flumina Edomitica uertentur in atram picem, & puluis terræ ipsorū in sulphur igniuomum, unde totā ipsorum terra comburatur ac inardescat: nūquam plane, neq; de nocte neq; de die extinguenda. Fumus autē pestilentissimus ac sulphureus hinc enascetur, perpetuō duraturus: unde & perpetuō manebit inhabitabilis & desolata, ita ut uix quisquam illac trāsiturus sit. Cæterum onocrotalus & ericius, ibis & coruus eā tenebunt atq; incolent. siquidem ducetur super eam linea, quæ indicet cuncta desolanda, atq; in nihilum redigenda, lapidibus cunctis huc illuc dispersis, nulliq; amplius usui futuris. Vnde & uiri principes, si qui fortē remanserint, non dignabūtur sic uastatam Idumæam hæc regni uocabulo, ut inde ullum ferant nominis titulum. Nā & de ipsis actum erit: quando perditō regno, nihili reges erunt: ut amisso principatu, contempti, uilesq; principes. Succrescent autem in illorum palatijs, olim ita superbis & magnificis, spinæ & urtica: & in castris, aut munitis ipsorum arcibus, carices ac paliurus. Et atria eorū tunc cedent draconibus, ac struthionum pullis. Et facile quidē illic quis incidat in cercopithecos, simias, aliq; bestiarum portenta. Quin etiam in numerum faunosq; ferasq; illic uideas ludere, sociasq; suas coniuges ad se accersere, aut alias nescio quas striges ac lamias. Ad hæc spinosos illic uideas nidulantes ericios, qui partis ouis incubent, pullosq; suos excludāt, & sua umbra atq; complexu foueāt. Pari modo & uultures ac miluios, ad compares suas conuolantes. Et, ut summatim dicam, quemadmodum rapax crudelisq; ac immunda nūc est Edomitica gens illa: ita rapacia, crudelia, inauspicata & immundissima quæq; anima-

Gladius Domini repletus est sanguine.

Ibi habuit foecum ericius.

Dominus non uideret, Dominus non legi non er.

Leuit. 13.
Deut. 14.

lia, in locum ipsorum successura sunt, quorum omnium catalogum in lege Domini & inuenias & legas: quorum item omnium nullum esse credo, quod non illic tunc inueniturus sis. Nam sic habet diuini oris preceptum & mandatum, in illam ferarum, fœdarumq; bestiarum colluuiem, cuius & status eam illuc coget, atque uniuersam collecturus est. Nam uelut hæc reditaria sorte terram hanc illis tribuit, quam & ceu linea mœsoria proprijs manibus distribuit, suam cuiq; generi partem, quam hæreditario possideant, atq; omnibus seculis æternum inhabitent.

CAPVT XXXV.

Perditis autem facinorosis his Edo miticæ gētis hominibus, multa felicitas affulgebit pijs, ac omni populo uerè Israelitico, siue Iudæo: quibus e sua captiuitate in liberiores campos, promissamq; uiuentium terram deproperantibus, ipsa etiam deserta, locaq; hæctenus inuia gratulabuntur, atq; sese lætiora præstabunt, ita ut uelut roserū se illis exhibitura sit solitudo. Quæ hæctenus eis uisa sunt tetra & horrenda, nimirum uia illa ad patrem duce Mefsia sternenda, ac nūc strata, & mortificandæ carnis solitudines: in his gaudebunt, his maximè afficientur, eruntq; Israeli gratissimæ. Crux itaq; Mefsia gratia ferenda, carnis mortificatio, ueterisq; hominis, induto nouo, reiectio, hæc germinabit pijs, multaq; cum læticia illis uel exurgent, uel certe auidè desiderabuntur. Tã enim excelsa morum probitate reddentur conspicui, ut cum Libani cedris de gloria certare possint, & cū Charmeli uinetis de bonis fructibus & pia feracitate: siquidem cognitum iam Dominum multo clarius, maiorèq; in gloria, decore ac maiestate tūc uisuri, atq; præ oculis semper habiruri sunt. Bono itaque sis animo pusille

Confortate
manus dissolu-
tas, & genua
debilia
roborate.

grex, & uires recipiant manus uestrae, timore atq; consilij inopia hæctenus dissolutæ ac trepidæ. Irroborètur uobis ad bene sperandum, multaq; patientia sectandum Dominum, uestra genua. Veniens enim ueniet, hostesq; uestros omnes deperdet, atq; consumet. Dicite quæso & cōsolamini pusillum gregem, illum tam pusillanimum, ut confortati, animoq; alacriori concepto, nihil formident, neq; turbentur: siquidem ipse Deus noster, tantopere ipsis expectatus, certò aduenturus est, ut sese de ipsorum hostibus ulciscatur: ipsiq; præ oculis uideant, suis inimicis redditam talionem, eamq; cum fœnore. Certò inquam ueniet, atque uos seruabit. Tunc uerò cæcorum oculi aperientur, & aures surdorum referabuntur. Claudii sua claudicatione posita, ceruorum more salient & exultabunt: & lingua mutorum, solutis iam uinculis suis, personabit laudem Domini. siquidem diuinæ doctrinæ flumina, tunc desertos, totiq; mūdo contemptos pauperes, maximè irrigabunt: tametsi ditioribus quoq; illa profuant: arida tamè loca, omniq; solatio destituta pectora, ea maximè excipiet,

fietq; in illis stagnum atq; fons aquæ uiuæ, salientis in uitam æternam. Et ubi prius locus fuit canibus immundis, porcis, atq; adeo serpentibus & draconibus: ibi iam orietur uiror calami atque iunci, eritq; piensissima illis uia, & ad patrem, duce uno Mefsia, cui fident uerè compendiaria. Vocabitur autem uia ista uero uocabulo uia sancta: siquidem polluti, & unico illo Mefsia sacrificio nondum expiati ac iustificati, iusticiæ ueræ semitas terere non poterunt. Erit tamen uia facilis, comoda & indubia, quam uel pueri inambulant. Non infestabitur leonibus, aut alijs feris, noxijsq; bestijs: quæ si maximè studeant irrumperere, non poterunt eam in uiam pertingere. siquidem omni tyrannide superiores erunt, quicq; duce ac redemptore Mefsia eam ingredientur. Illi autem iam per Dominum redempti, atq; ad Dominum Deum uerum cōuersi, multa cum læticia atq; ouatione peruenient ad Sionium illum montem, qui sursum est, perpetuò illic gaudio, nunquamq; destituta læticia gauisuri & exultaturi: quibus tort adeo perfundentur, atq; implebuntur, ut nullus gemitibus ac doloribus futurus apud illos sit locus.

CAPVT XXXVI.

Vterò pusillanimatorum genua irroborentur, manusq; eorum solutæ ac tremulæ stabiliantur, per Dominum illum qui adiutor est, certumq; auxilium præstat in tribulationibus: memoria, altaq; mente repositum tenete, quæ pio regi Ezechia euenierit, qui anno decimoquarto. Tūc enim Sarrherib Assyriorū rex, conscripto exercitu maximo, pulchreq; instructo, omni Iudæa uicinia uastata, atq; decem tribubus Israelis per Salmanasarem priorem regē in captiuitatem abductis, iam ipsam quoq; Iudæam horribiliter inuadebat: Ezechia regis religiosissimi regnū, omnes eius ciuitates ex ordine occupans atq; expugnans. Re autem omni Assyrio ex sua sententia succedente, misit rex ipse Assyrius de ciuitate Lachis, iā obsidione circumdata, atq; Hierosolymis uicina, Rabshake duces suū, ad postulandam siue persuadendam ciuitatis Hierosolymitanæ deditioem. Adueniat autem ualida manu, magnoq; cū exercitu, subsistens in aquæductu piscinæ superioris, in semita agri illius, ubi fullones suos panos colluunt, atq; ad solem expansos siccant ac percolūt. Quo quidem loci ad eum egredi si sunt, de pacis atque seruandæ ciuitatis conditionibus acturi, Eliachim Helchia filius, qui regis aulae iam æconomus erat: & Sobnah scriba, siue tribunus ærarius: unā cū Ioas filio Asaph, qui regi erat ab archiuis in dicitur. Auditis autem his & multis uerbis ultrocitroq; habitis, dixit tandē Rabshake, iam abiitum molientibus, ut suo regi Ezechia renunciarent: magnum ac præpotentem Assyriorū regem, ipsum interrogare, qua fiducia aut spe fretus, ipsi ausit resistere. Cogitauī quidem e-

go mecum, illum fidere suis ad Deū orationi-
 bus: sed certè sano consilio, ac strenua forti-
 tudine in praelio est opus, neq; hic nunc de-
 precandæ diuinæ contra uos iræ locus est.
 Sed qua obsecro fiducia, cui innixus, audes
 contra me (inquit rex Assur) rebellè te præ-
 bere, mihiq; resistere? Verùm ecce de baculo
 arundineo multā spem cōcepisti, eoq; contra
 50. nēpe de Aegypto. Sed qui arundini inni-
 titur, ferè fit ut ex ea propriam ille manū uul-
 neret. nihilōq; felicius uobis cum Pharaone
 Aegyptiorum rege succedet. Ceterùm & hoc
 mihi dicetis, quòd fidatis Dño Deo uestro,
 qui suis opem laturus est in opportunitati-
 bus. Aliquid hoc quidem est: uerùm uiderur
 ne uobis ita de Deo meritis rex uester? qui
 nescio qua impietate, atq; sceleratorū hæreti-
 corum more, excelsa, ipsaq; Dei aras demoli-
 tus est, omnēq; Dei cultū euerit: non permit-
 tens Hierosolymitanos, ullosue regni sui
 20. subditos, alibi sacra facere, quàm uno in al-
 tari, ad quod Deo supplicent, atq; sacra faciant.
 Verùm age, date fidē, atq; sacramentum dici-
 te Dño meo, Assyriorū inuictissimo regi: &
 dabo uobis uel duo milia equorum, si modò
 uos populo in uestro inuenire possitis, qui il-
 lis inequent. Et quī quæso possētis uires su-
 finire unius, uel minimi etiam, ex ijs quos
 Dñs meus Assyriorū rex ministris habet? Et
 30. quam obsecro uobis spē concipitis, ex Aegy-
 ptiorum quadrigis & equis? An putatis nos
 aduersus terram hanc bellū parare, inq; eam
 deuastandam nos sic irrumperè, iniussu Dñi?
 Imò Dñs ipse, quē uos uestra impietate, om-
 ni ferè religione deleta irritastis, uoluit atq;
 inuisit, nos terrā hanc uestrā inuadere, atq; de-
 uastare. Hæc autē cum impius Rabfakes He-
 bræa uulgariq; lingua loqueretur, rogauerunt
 eum Eliachim, Sobnah & Ioas, ut lingua ute-
 40. retur Chaldaica, quippe quā ipsi satis intelli-
 gerent: & ut desisteret, cū cōto populo, qui ad
 murū suam quisq; stationē obseruabat, audi-
 ente, Iudaicè loqui. Rabfakes uerò hoc indi-
 gnatus: Ita ne inquit me Dñs meus emisit,
 ut cū domino uestro, & uobiscum hæc uerba
 faciā, & non cum miseris ciuibus, qui muros
 uestros obseruantes, eò miseriarum deuen-
 runt, ut sua ipsorū extremēta ferè edant, pro-
 priamq; urinā bibant? Perstitit itaq; Rabfa-
 kes, & maiore cū uoce exclamauit, linguaq; 50
 Iudaica dixit: Audite miseri ciues, uerba ma-
 gni ac præpotentis regis Assyriorū. Is autem
 uos pramonet, ne per Ezechiam sceleratū ac
 impium regē uos seduci sinatis, nec in rerum
 uitæq; uestræ discrimen uos adduci: quippe
 qui uos non sit liberaturus. Neq; uobis per-
 suadeat, ut in Dño, quem ille iam ob demoli-
 tas ipsi aras, euerfamq; religionem inimicum
 planè habet, fidatis, atq; ab ipso opē speretis.
 Vana planè spe uos lætat ille, q; uos à Dño 60
 liberandos, & ciuitate me nō potiturū prædi-
 cat. Ne itaq; ei auscultaueritis: imò Assyrio-
 rum regi auscultate, qui uos omnes, non ut il-

le, perditos uult, sed saluos atq; incolumes.
 Egredimini, inquit, ad me: & inuito fœdere, co-
 medite atq; oblectate uos, sub sua quisq; uite
 aut ficu, & bibat quisq; sui putei aquas: idq;
 dum uenero, atq; uos trāstulero in terram ue-
 stra terræ prorsus similem, siue frumentū hic
 proueniēs spectetis, siue uina etiam. Assatim
 illic suppetet panis, multūq; habet optimarū
 uinearum. Sed caute uobis à stultra scelerati
 10. Ezechia persuasionē, qua ille clamat, Domi-
 num uos erepturū. An gētium dii, suam quis-
 que terram de manu Assyriorum regis eripue-
 runt? Vbi obsecro est Antiochia deus? & deus
 Arpad, in regione Damascenorum? Vbi man-
 sit deus Sepharuajim, ditioris Assyriacæ? Et
 ipsa Samaria, eiusdem Dei cultrix, cuius uos
 estis? Est ne illa pulchrè defensā, & ex mani-
 bus meis liberata? Quis obsecro inter omnīū
 harum terrarum deos est, qui populum suum
 meā de manu eripuit: & eripiet Dominus Hie-
 20. rusalem de manu mea? Domini iussu in uos ir-
 ruimus, neq; hæc sine numine diuūm eueniūt.
 Porrò Hierosolymorum legati nihil quicquā
 ad hæc responderunt: siquidem ipse rex eorū
 uetuerat eos blasphemijs eiusmodi respōde-
 re, ut ne iritatus hostis, grauiora in Dominū
 conuicia euomeret. Itaq; Eliachim filius Hel-
 chia, regis aulæ œconomus, & Sobnah scri-
 ba aut tribunus ararius, unā cū Ioas filio A-
 saphi, qui ab archiuis indicarij erat, re infecta
 redierunt ad regem suum Ezechiam: sed uesti-
 bus ex rei indignitate, ac nō ferendis blasphe-
 mijs, conscijs: & narrauerunt ei, quæcumq;
 dixerat sceleratissimus ille Rabfakes.

C A P V T XXXVII.

Accidit autem, postquam pientissimus
 rex Ezechias hæc de legatorū suorum
 ore cognouit, ut cōtinuò uestibus dis-
 ruptis, præ rei indignitate, uerbisq; adeò bla-
 40. sphemis, ac Deo derogantibus, saccū uestem-
 uē uilem admodum indutus, accesserit do-
 mum Domini, illi nimirum sui regni statum
 declaraturus, atq; malum omne Dñm depre-
 caturus. Porrò Eliachim suæ aulæ œcono-
 mum, item & Sobnah tribunum suū ararium,
 unā cum aliquot sacerdotū senioribus, simul
 omnes saccum uestitumq; humiliorem indu-
 50. tos, misit ad Esaiam filiū Amoz prophetam,
 cuius cōsolatione iam turbata tota aula, om-
 nisq; Hierosolymorum ciuitas maximè opus
 habuit. Ad quē cum uenissent, narrauerūt ei,
 regē Ezechiam mœstissimo, summeq; afflicto
 esse animo: ut qui diceret magnæ angustia,
 uarijque doloris, ac inauditarum blasphemia-
 rum hunc diē esse: neq; aliter se Rempub. In-
 60. fœtus ipse in procinctu est, atq; gauderet pro-
 gnasci, & mulier debilior est quàm ut suis uiri
 bus partum iuuet, & enitatur. quo rerum sta-
 tu tum mulier ipsa, tum etiam fœtus summo
 in discrimine sunt. Ita & hic hostis fortior est,
 quàm cuius uires nos sustineamus: & fero-
 cior, quàm ut uelit nobiscum clementer age-

Venerunt fi-
 ly usque ad
 parui, &
 uirtus nō est
 pariendi.

re. Dominus Deus tuus, quem tu peculiariter tibi propitium habes, & amicū, audiet & comouebitur fortassis blasphemis illis, minime que ferendis sermonibus Rabsakæ: quæ Assyriorum rex, ipsius Dñs, non in aliud misisse uideatur, quam ut Deum uuum blasphemis uerbis lacessat, multaq; in ipsum probra & conuicia cogerat: quæ nō dubitamus, quin ipse Dominus Deus tuus audierit. Tu itaq; quādo rex ipse Dominū sedulo precatur, cui & nos omnes supplices nos præbemus: Inuoca atq; exora etiā nobis Dñm pro pusillo hoc grege adhuc saluo & superstitite. Venerunt itaq; serui, siue legati regis Ezechia, ad Esaiam: qui re omni audita, respondit eis, atq; Domino ipsorum renunciari ac dici uoluit, quod Dñs ipse Deus dixisset, nihil esse timendum: & audita Rabsakæ uerba, quibus Assyriorum regis ministri Dño conuiciati fuissent, contēnenda esse, nihilq; morāda. Nam ecce, inquit Dñs, fugato hoc tantæ cōfidentia spiritu, immitram in illum spiritum timoris ac horroris. Tātam enim in suo exercitu cladem & audiet & uidebit, ut fuga suæ uitæ consulens, multa cum trepidatione suam repetiturus sit Assyriam: ubi quidē cum se tutum putabit, gladio tamen perimetur. Et hisce quidē uerbis propheta cōsolatus est mœstissimum regem, multamq; illi spem fecit. Porro Rabsakes ad regē suum reuersus, inuenit eum præliantē aduersus Lobnam, siue Pelusium, ciuitatem Aegyptijs uicinam. Audierat enim, q; dimissa Lachis, iam illuc tetenderat. Audierat autē & rex ipse Assyrius, Aethiopia regē Tharacam in Assyriam irruisse, atq; ipsum ad præliandum lacessere. id quod tanti tamen illi nō fuit, ut Iudæam cum Hierosolyma sua dimitteret. Maluit enim pro impietate sua præter officiū in miseros: nihilq; cōmeritis Iudæos tyrannidē exercere, quam suos piē, ita ut bonum regē decuit, defendere. Vbi uerō iam ipsum audisset de Iudæorum rebus Rabsaken, non contentus sua illa in Deū, omnemq; eius populū maledicentia, pergit & malē scribere. Vnde accersitis ad se tabellarijs, sic, inquit, dicetis Iudæorū regi Ezechia, eadem etiā conscriptis per me literis ad ipsum perferentes, in hunc modum: Ne seducat, atq; in omne malū te inducat, tuus Deus, de quō tam magnificē speras, persuadens tibi Hierosolyma in manu regis Assyrii non tradenda. Ipse enim tu audisti, atq; abundē scis, quæ regum Assyriæ uirtus sit, & quanta in expugnandis omnium terrarum regnis ipsorum felicitas sit & potestas. Et tu unus putas te euasurum? Habent & gentes suos deos, & numina magna deūm: non tamen horum uirtute licuit euadere, sed per patres, maiores uē meos deūti sunt. Habes Gozan Medorum ciuitatē: uide & Haran incolatū patris uestri Abraham, patrisq; eius Tharæ sepultura nobilem. Quin & de Reseph audisti, quæ Petra Arabia est, sub ditione Moabitica. Et de ijs qui orientālē plagam incolunt, in Thalassar Syriorum regio-

Non te decipiat Deus tuus, in quo tu confidis.

ne. Vbi est rex Hemath Antiochenus? Quid actum cum rege Arpad, quæ Damascenæ ditionis est? Quid successit regi Sepharuaim? unde in Samariam deducta colonia est. Nonne simul omnes expugnati, atq; in captiuitatē abducti sunt: cum tamē haberent numina magna deūm. Et tu stultē tibi persuadere audes, quod solus omnium, unius Dei tui uirtute mihi illusurus sis? In hunc modum conscriptas literas cum de tabellariorum manu accepisset Ezechias, multo sanē cū animi dolore hæc tam blasphemā, Deoq; uiuo ac uero derogantia legit. & continuo quidē cum iisdem abiit in domum Domini, in domum orationis ac deprecationum, ubi eas rex ipse coram Dño expandēs, toto pectore deprecari atq; obsecrare instituit Dominum. Et erat certē hic obsecrandi locus, multumq; urgebat necessitas, diuinomq; nomini illata iniuria, qua gentium demonia Deo uero ac uiuo conferebantur, atq; tantum non præferebantur. Oratio autem regis sic habebat: Domini exercituum, ad cuius legionem unam Assyrii omnes nihil sunt: tu Deus Israelis, qui iureiurando te Israelitico semini promisti benefacturum, ut & nos sacramentum nos tibi obligauimus, atq; etiamnum obligamus. Qui sedes super cherubin, sedem propiciationis, unde nos semper exaudias, atque propicius nobis opē feras: Tu certē solus omnium regnorum totius orbis Deus es, ad cuius nomen tantum uniuersa illa gentium demonia inhorrescunt, & contremiscunt. Tu enim fecisti omnia, cœlū & terram, & quæcumque cœli ambitu continentur. Inclina quæso, æquasq; mihi aures nūc præbe, quibus nos uere miseros exaudias. Imō, apertis tuæ maiestatis oculis, inspicere atq; lege sceleratissima hæc in te opprobria, quæ rex Sanherib tibi Deo uero ac uiuo conuiciatus, ad nos transmisit. Deuastarunt quidem Domine Assyrii reges, ita ut ille de se iactitat, totam ubilibet terram, & quascunq; illis collibuit peregrinorum deorū prouincias. Sed itāne dii illi siculne, atq; inauratæ trabs, ac trunci deargentati, iam in ignē coniecti, ad tuæ Maiestatis amplitudinem conferendi ueniunt? Illi sanē dii non sunt: sed comparatæ hominum manibus ridiculæ quædam imagines sunt, ex inutili ligno, aut surdo lapide constantes. Vnde nihil mirandum est, illos nec iuuisse suum populū, nec ipsos exaudisse. Sed tu Domine Deus noster, qui uiuis, ac uerē nos conspicias & audis, pro ueritate tuæ promissionis serua nos de manu Assyrii. Si nō nostri amore, quem parum cōmeruimus, certē tui sacrosancti nominis rationem aliquam habe: ut omnia quæ toto terrarum orbe regna sunt, cognoscant atq; perferant, te solum totius uniuersiq; mundi Dominum, uerumq; Deum esse, præ quo aliarū gentium demonia ac dii nihil sunt. Hæc piū optimiq; regis oratio fuit. Esaias uerō, quem etiam ad supplicandum Domino rex missa legatione inhortatus erat, diuino oraculo instruetus,

Et talis est obia librorum de manu legatorum, & legit eam

Etus, misit ad Ezechiam regem, qui renuncia-
 ret ac diceret illi: Dominū Israelis Deum, cui
 rex ipse super contumelijs regis Sanherib sup-
 plicarat, sic dicere, & hoc deprecationibus ip-
 sius respondere: Nunc quidē Assyrius mul-
 ta me afficis contumelia, uarijsq; delonestas
 opprobrijs & conuicijs, tum me, tum populū
 meum. Sed perquam breui cōtemnet atq; de-
 spiciet rex meus Ezechias: & populus me-
 us Sionius, hætenus inuiolatus & uirginus, 10
 moto capite tibi mandaturus laqueum est. Et
 Hierosolymitani mei ciues, mediū tibi osten-
 dent digitum, nihilo pluris te facturi quam in
 firmæ sortis seruam, quæ latrinæ lauat. Cur e-
 nim hoc non audeat, & ipsis liceat in te, quā-
 tumuis præpotentem regem? Nam uide atq;
 agnosce, quem tu sis nō reueritus, imō quem
 contumelijs, horrendumq; blasphemis dictis
 lacessiueris. Vide, inquam & obserua, in quē
 arrogante adeo uocē iniurijs fueris: etiam in 20
 cæli Dominum, tuæ superbix oculos contor-
 quens, in ipsum Israelis sanctificatorem, Israe-
 lity dicatum Dñm. Neq; est, ut qui proprijs li-
 teris conuinci potes, culpam hanc in famulos
 tuos, aut Rablaken conijcias. nam & hæc te
 proferre tua fecit arrogātia, ut dicerēs tuapte
 uirtute, & curruum tuorū multitudine, altos
 hos Hierosolymorum montes, latera Libani
 te cōscensurū, ubi altas cedros illas, eximiasq;
 illas abietes seu pinos, regē nimirum & sacer 30
 dorem succideres: introiturus in illud quod
 summū altum, ac Domino Deo sacrosanctum
 est, & in cultissimos ipsorū agros. Ad hæc glo-
 riatis de exercitu tuo, nimis numerofo ac mul-
 to, quippe qui pedibus suis Nili alueum tan-
 tum non exiecit: ita ut deficiēte potu, nouis
 effolis puteis ipsorū, siti te mederi oportue-
 rit. Ita rotus Dei oblitus es, ut cuncta tuæ sa-
 pientix, tuæ uirtuti, tuorūq; tam numerofo exer-
 citui, atque adeo equis tribuas, & quadrigis: 40
 mei uero nullam prorsus rationem habes. Au-
 disti tamē iam olim, quod multis abhinc die-
 bus decretū habui, atq; facere statui, id quod
 nunc per te, meæ manus uirgam atq; securim,
 effectum uolui: nempe quod ciuitates Israeli-
 cas legis meæ desertrices, atq; etiam Judaici re-
 gni multa oppida subuerterem, ita ut lapidū
 ac ruderum acerui uerius essent, quam ciuita-
 tes. Et tu omnē hanc uictoriā quasi ac de de-
 nictis hostibus tuis tibi arrogas, postquam 50
 tua opera, atq; te administro ego hæc perficio:
 Certē si mihi uisum fuisset, exercuissent te mei
 pro tuis uirtutibus: sed præcidi illorum ma-
 nus, factiq; sunt uelut muruli. Vnde & terrore
 percussos, facile in hanc illos induxisti igno-
 miniam & calamitatem: non maiore labore il-
 los superans, quam messor sarnifeca præcidēs
 quæ crescunt gramina, uel ut holitores sua ho-
 lera feruidis aquis incoquenda. Imō ante tu-
 bam trepidarunt, atque palmam tibi concesserunt, non audentes configere: ita ut crescen-
 tia in rectis uestris gramina, quæ concidunt
 quoque, & supernis caloribus elanguescunt,

atq; exarida fiunt, ante iustum sarnifeciū. Om-
 nia itaq; hæc cum ego præscierim, & per uiros
 prophetas meis obuentura luculenter admo-
 dum significarim, qua quæso ratione tu tam
 arroganter hic cristas erigis? Vbi tu habita-
 res, & unde hæc facturus exires, abundē præ-
 noueram. Nouerā quoq;, ad quos prima tua
 fieret irruptio: & hanc quoque tuam furibun-
 dam in me, atq; meos, insaniam abundē præ-
 dixi. Cæterum quando & in me exasperaris,
 ita ut non ferendis cōtumelijs aures meæ per-
 strepant: immisso in nares tuas circulo, atq; in
 naribus tuis fræno, retraham te eadē qua ue-
 nisti uia, non passurus te ulterius progredi: ut
 scias iam fræno coercitus, mea uirtute hæc ge-
 ri omnia: & te nihil aliud quam uile quoddā
 mancipium esse, ad carnificinam exercendam
 mihi utile. Cæterum tu Ezechia, ne quid ami-
 plius ab hoc Assyrio formides, hoc tibi signū
 habe, super omnium horū ueritate. Duobus
 annis duraturum adhuc hoc bellum est, idq;
 ita, ut nihil tamen uobis defuturum sit. Nam
 primo hoc anno comedes caduua, ex hi cillie
 conculcatis aut ab hoste relictis. Anno autem
 secundo ac posteriore, sponte nascentia abun-
 dē uobis erunt: quod genus sunt mala, pira, &
 quicquid bonorum pomorum, nucum atque
 radicum est. Tertio uero anno pro uestro arbi-
 tratu & seminabitis, & messem facietis, uine
 atq; uestra restaurabitis: & nullo hoste uobis
 oblatrāte, fructibus uestris perfruemini. Qui
 uero tunc ex Iudeis supererūt ac remanserint,
 ij deorsum actis radicibus pulchrē frœundi e-
 runt, minimeq; steriles: siquidem & extra Hie-
 rusalem suos ramos protendent, ita ut mons
 Sionius suarum reliquiarum iam progermi-
 nantium non sit capax futurus: id quod singu-
 lari quodam amore Domini ita futurum est.
 Quod autem ad Assyrium attinet, sic tibi de
 eo significat Dominus, quod ciuitatem hanc
 tuam non sit occupaturus, imō ne sagittam
 quidem ullam in eam missurus est: neq; aduer-
 sus eam ullus clypeorum eius usus erit, neque
 ullo uallo eā est cincturus. Qua uia uenit, ea-
 dem aufugiet. Ciuitatem enim hanc, quamuis
 biennio adhuc duraturum bellum sit, non in-
 gredietur. Ita uobis promittit Dominus: Pro-
 tegam ciuitatem, inquit, & meapte causa, ac
 propter fidem famulo meo Dauidi datam, ip-
 sam seruabo. Tandem uero sub finem bien-
 nij, egressus est angelus quidam Domini, qui
 in castris Assyriorum peremit centum & octo-
 ginta quinq; bellatorum millia. Hierosolymi-
 tani uero cum tempore exurgerent, atq; ad ho-
 stium castra prospicerent, nihil aliud quam
 mortuorum uiderunt cadauera. Ipse uero rex
 eorū Sanherib, perterrefactus aufugit, & ea-
 dem qua uenerat uia reuersus est in suā Assy-
 riam, habitationis suæ locum sumens in præ-
 magna regionis suæ metropoli, quam uocita-
 mus Ninuē. Dñs uero sui nominis contu-
 meliam non dimittens in eo inultam, & con-
 tumeliosissima tandem morte eum perire uo-

Egressum
 tuū & in-
 troitum tuū
 ego cognos-
 ui.

Tibi hoc e-
 rit signum.

Domini er-
 ga uos amo-
 re.

Angelus Do-
 mini per-
 cussit in ca-
 stris Assyrio-
 rum centū
 octoginta
 quinq; mil-
 lia.

lēs, proprijs ipsius filijs Adramelech & Scharazar eum dedit interimendum: idq; cum deo suo Nisroch sacra faceret. Ipse enim per filios suos dijs oblatuſ est, quos alioqui ipse oblaturus suo Nisrocho fuerat. Fratres uerò illi parricidæ fuga sibi salutem quærentes, perueniunt in terram Ararat, in regionem Armeniæ. Aferhadon uerò interfecto patri suo successit, atque Assyriorum rex factus est, sed regno iam magis ac magis declinante ac dis-

spereunte. 10

C A P V T XXXVIII.

Illis autem diebus, durante adhuc bello Assyriaco, ante cladem illam centum & octoginta quinque millium, quos interfecit angelus, incidit rex Ezechias in morbum periculosissimum, quo certè moriturum se credidit. nam & propheta Esaias filius Amoz eū inuifens, diuino ex oraculo ipsum quoq; præmonuit, ut de disponendis suis rebus, iuatq; 20 domo instruenda cogitaret, testamento nimirum cauturus quid cui cederet, aut quid in regni negocijs confirmatum atque irrobortū uellet, quippe qui certò moriturus non reualeſceret. Ezechias uerò hoc tam tristi nuncio perculſus, quòd ætate adhuc uiridi admodū, ac integra, sine liberis moriturus eſſet, auerſa à circumſtantibus facie ad parietē, lectiue ſui ſpondam, deprecari cœpit Dominum, ſi quis apud illum fortaiſis precibus adhuc locus eſſet. 30 Oratio autem eius ſic habebat: Eia Domine, te ego rogo atq; obſecro, ut eius quam ſub oculos tuæ Maieſtatis egi uitę memor, mihi parcas: ſiquidē candido ac ſyncero erga te ſui animo, corde (quantū hoc ab homine fieri poteſt) perfectò, ſideli ac bono, id in reſtauranda religione, tuiq; ſacroſancti nominis cultu, ſecutus, quod diuinis tuis oculis uiſum fuit, non quod humanitūs meis. Quod tua lex præſcribit, non quod patrij mores mihi tradi- 40 derunt. Conſule itaque ſacroſancto nomini tuo, & innouatam ſed teneram adhuc religionem da per ſeruū tuum irrobortari: & ſi quid bellicis hiſ tumultib; labſcere cœpit, id ipſum ruruſ reſtauretur ac ſuſſulciatur. Et hæc quidem ille multo cum ſletu in Domini ſinum profudit, non quidem de ſua ſe iactitans iuſticia, qui reualidus Dominū collaudat, de peccatis ſuis poſt tergum reiectis illi gratias agens: ſed quòd ueræ religioni, ac diuini nomi- 50 nis honori conſultum cuperet. nam & hoc ipſi ſi unice doluiſſe, illinc colligere eſt, quod ipſe met ait ſe illinc potiffimum hoc in periculo laboraſſe, quod non uifurum eſſet Domini gloriam ac laudem, uerumq; eius cultum hic inter uiuos ſuboleſcentem, atque iam recens enatum. Dominus uerò exaudita hac regis pia ac lachrymoſa oratione, iuſſit Eſaiam nõ- dum aulam egreſſum, cõtinuò ad regem redire, ut ei pro trifti mortis nuncio, iam ruruſ 60 reualeſcentiam ac uitã nunciaret. unde ille regē aggreſſus: Sic, inquit, tibi reſpondet Dominus Deus Dauid patris tui, cui tu mori pie-

Memento
quaſo, quomodo
modo ambu-
lauerim cor-
ram te.

tate filius es, uerius quàm regis Achaſ, cuius mores ac inſtituta idololatrica deteſtariſ atq; demolitus es. Orationem tuam exaudiui, inquit, moueruntq; me pia tuę lachryma. unde parciturus tibi, addo diebus tuis, nunc alioqui completis annos quindecim. neque moribus hic te diu diſcruciabit, ſed continuò relinquet: quippe qui tertio abhinc die templum Domini ſis acceſſurus. Ad hæc, de manu etiam 4. Reg. 20. Assyrij regis te liberabo, unã cum hac, quam occupare adeò ſtudet. ciuitate: ſed ego eã proteclurus ſum, atque defendam. Ut autem totus ſecurus, animoq; quieto ſis, ac ocioſo, hoc habe tibi præſtandarū promiſſionum argumētum, certumq; ſignum: Ecce, horologium habes ſciotericum, certis horarum gradibus per regem Achaſ diſtinclum, tibiq; reliclum. Vm bra autem quam gnomon ipſe horologiũ de ſe præbet, iam decimum ad gradum peruenit, uergitq; ad ueſperam: ſed hanc ego tibi reuocabo, ac reducam in gradum primū. Atq; ita quidem accidit, ſole nimirum per decem gradus, quos confecerat, ſuum curſum referente. nihil enim grauius eſt Domino ſolem retro agere, quàm curſum illi ſiſtere. Ezechias autem rex Iudah, cum iam ægrotatſſet, atque ab inſirmitate ſua reualuiſſet, hoc tam præclarū Dei beneficium etiam poſteritati conſtare uolens, quę hinc etiam deploratiſſimis in rebus nihil de Deo deſperare condiſceret, hoc ſuo ſcripto ſupradictam rem memorię manda- uit. Ego quidem iam annos natus plus mi- 5. Reg. 20. nus XXXIX, cum lethali morbo grauatus, præterea & diuino oraculo per Eſaiam perculſus, iam de ampliore uita deſperarem, multo cum horrore cogitabam, me in trifti ſepulchrum eſſerendum: ac reliquis annis, quos integra adhuc gr̄ate uiuo, cariturum. In primis autem hoc moribundum meum animum grauius 40 diſcruciabat, quòd diuinum cultū, iam ad diuina legis præſcriptum, reuocatum atque depuratum, inter uiuentes non amplius conſpicerem: non etiam uifurum illam Domini magnificentiã, qua per ſe promiſerat nobis per- dandos Assyrios, neque amplius in ueterum amicorum ſodalitio uerſarer. Hinc omnino emigrandum mihi cogitabam, ut qui non diu hic duraturus eſſem, ita ut paſtores pecuarij cum ſuis ſubinde tuguriolis aliò commigrant: uel ſic inſirmitate uitam meam interciſam, quemadmodum textores longum alioqui adhuc ſilum præcidunt, adeò ut de die putarem me non aſſecuturum ueſperam. Quam cum contingebam, nõ uidebar mihi uicturus ad aurorã, nõ ſecus enim me morbus ille urebat, atq; ſuis ardoribus conſciebat, quàm ſi leo quiſpiam famelicus mihi oſſa corroſiſſet. Vnde & per diē me ante ueſperam moriturū credebam. Garriebam aut, atq; muſſitabã interim neſcio quid, ita ut grues atque hirundines cõſueuerūt, columbarū more ingemiſcēs ac ſuſpirans. Sublatiſ autē in cœlum oculis, quos egrē tamē licebat atrollere: Dñe, inquit, 60 inſirmitas

4. Reg. 20.

Eccc, egrē uerū factis ambraſis de- nariis.

Ego dixi in dimidio die- rum memoriã

Infirmitas hæc grauisq; hic morbus uim plane mihi infert, manuq; uiolenta me opprimit, ac intolerabiliter me grauat. Sed tu quæso dolorem hunc mihi mitiga ac leni. Cæterum quorsum attinet de meis ærumnis ac doloribus uerbosius agere? Quin potius Dñi erga me beneuolentiam animaduertite, qui uerme conualiturū promissit, ita & hoc præstitit. Certe dū uiuā, amara illius infirmitatis memor, Domini beneficentiā meminero. Quin & alijs, Dñe, hæc tua promissa & egregia facta audieres, cōdicēt, & media in morte de te bene sperare, ac uiuere. Nam ego certè omni etiam seculo cōstare uolo, quod restat uitæ, ex tua promittentis atq; illud præstantis clementia, me id uiuere. Tu enim graui morbo percussus, atq; longæ dormitioni addictū sanasti, atq; in uitam restituisi. Nā ecce, cū pulchrè ualerem, beneq; se res mea haberet, in acerbissimū incidi morbum: sed tu Dñe eripuisti me de sepulchro, in quod alioqui efferendus fueram: idq; peccatis meis, quibus acerbam hanc mortem commuereram, post tergū à facie tua reiectis atq; deletis. At nemo sepultus Dñe tuā maiestatem laudat ac celebrat, neq; laudē tuam depredicant mortui. Neq; qui in sepulchralem foueam efferuntur, tuā fidem ac bonitatē encomijs attollunt & euehunt: sed uiuēs, uiuens in quā, is bonitatē tuam cōfiterur, atq; te celebrat: ita ut hodie per me unū ac reualidum id sit, quod emortuus nō potuissem. At nūc ipsi etiā patres filijs ac nepotibus inculcāt, qua tu fide erga nos sis, & bonitate. Dñs opt. max. ita ut promiserat me seruauit, unde & tota uita mea in domo Dñi pro meritis iustisq; psalmis atq; cantilenis ipsum lauaturus sum. gratiasq; Dño sum acturus. Esaias autē pestilentia illo morbo laboranti regi, iussit suas uomicas ac pestifera hulcera impositis sicibus obligari, quo igne ac pestiferis illis ardorib; per se cus eductis, cōmodius sanaretur, ac conualesceret. Porro rex ipse iam ad tertiu diem frequentans templū Domini, sibi gaudens, Dominosq; gratias agens. O præclarum (inquit) omnium diuinarum promissionum signum, quod certè de omnibus alijs me dubitare nō permittit, quando graui adeo morbo, ac morte potius, liberatus, iuxta diuini oraculi ueritatem, iam Domini templum subito reualidus ingredior.

C A P V T XXXIX.

Adistis optimi regis pietatem, rebus in aduersis & afflictis. Nunc uero audite, quam citò uir etiā pius ac Deo charus, rebus in letis, peccet atq; iniquè faciat. Nam sub hoc temporis, postquā ex tanta infirmitate reualuisset. Merodach filius Baledan rex Babylonius, missa cū literis ac muneribus legatione ad Ezechiam, gratulatus ei est restitutā ualeitudinem. Audierat enim de eius infirmitate, & mirabiliter recuperata conualescentia: uoluitq; iam per suos certior fieri super portentosa illa umbra retrograda, in horologio

regis Achas uisa. nam huius rei fama, iam toto ferè terrarum orbe se dispererat. Ezechias uero accepta regis Babylonij epistola, unā cum oblati muneribus, inani gloria captus, cœpit lætari, atq; elatiore esse animo, nō diuinæ bonitatis in se beneficia deprædicans, atq; ea ut dignū erat collaudans: sed Thraso-nissimum quendam agēs, ostendit eis domum suam aromatariam, & quā esset auri atq; argenti adhuc diues, aromatū item & preciosorum unguentorū. Totam quoq; domū saltus, ubi cuiuslibet generis instrumēta bellica asseruabantur, eis ostendit: & quicquid tota sua in regia eximiū habuit, atq; spectatu dignū. Breuiter uero, nihil quicquam habuit tota in domo, atq; adeo tota sua sub ditione, quin id eis ostenderit. Esaias uero regia stirpe prognatus, atq; Ezechij suo regi perquā familiaris, accedens ipsum rogauit, quid nam uiri hi extranei dicerent, atq; boni adferrēt, & unde ad ipsum peruenissent? Cui Ezechias respondens: E terra, inquit, longè hinc disita, uenerunt ad me, nempe ex Babel, apud quos nomen nostrum oppido quā celebre est, ac clarum. Propheta uero: Quid, inquit, uiderunt in ædibus tuis? Omnianē collustrant, perspicuunt, atque exploratè obseruant? Hoc autem quærenti, rex ingenuè confessus est, quod quæcunque domi suæ habebat, ab ipsis uisa essent, & perspecta, adeo ut thesaurorum aut eximiarum rerum ipsius nihil prorsus esset, quod ipsis non ostendisset. Hisce uerbis iam certo, atque ex ipso regis ore cognitis, iussit propheta regem, iam Domini exercituum super ea re audire iudicium, atque conceptam sententiam, quæ sic habebat: Ecce dies ueniunt, iustisq; labentibus asfuturum seculum est, quo quicquid domi tuæ coaceruatum habes, atque ab ipsis etiam maioribus in hunc usque diem reconditum & asseruatum, auferetur, atque abueherur in Babylonem: ita ut nihil quicquam tibi relicturū sint, quemadmodum tu eis simul omnia ostentasti. Quin & filios siue ex te prognatos nepotes tuos hinc auferent, ut in Babyloniorum aula eunuchi sint, atque heroinis uxoribusq; regijs à cubiculis. Ezechias uero, tametsi posteris meliora modis omnibus optaret, beneq; ipsis uellet, peccatum suum, diuinamq; erga se clementiam agnoscens: Amicè ac bene mecū agit Dominus, inquit. Cuius certè uerbum, quod mihi obnuncias, uel hoc certè nomine bonum est, quod res omnis, dum ego uiuo, bene adhuc habitura est, & quod sese mihi bonum ac fidelem præstaturus est Dominus.

C A P V T XL.

Cæterum uos uiri propheta, qui simul oēs uno ore Babylonicā Hierosolymorum deuastationē præuidetis, atq; certo futurā prædicatis, ne quæso sic agite, ut populus desperet, animūq; despōdeat. Quin potius, ita ut iubet Dñs Deus uester, consolamini, consolamini inquam populum Dñi: neq; id frigide

Introiuit autem Esaias propheta ad Ezechiam regem.

Ecce dies ueniunt, & auferentur omnia, quæ in domo tuæ sunt.

Proiecit post tergum omnia peccata mea.

ac dormitanter, sed toto pectore, ita ut Hiero-
solymitarum corda, uestra illa prædicatione
iam mœsta, hilarescant rursus ac latentur.
Clamitate autem eis, quod tempus captiuita-
tis ipsorum citò sit complendum, neque per-
petuò duraturum: & quod pœna, ipsorum ini-
quitati statuta, certis temporum spacijs præ-
scripta sit, quibus transactis, duplum planè re-
cepturi sunt pro omni quã perpessi sunt cala-
mitate. Addite aut̃ etiam, nunc uos audire uo-
cem, quæ in deserto præmoneat atque clamet,
parandam, atque omnibus obstaculis Domi-
ni uiam esse repurgandam, & Deo nostro in
uasta solitudine semitas esse corrigendas, atq;
in rectum ducendas. Quin & ualles omnes
attollendas esse, & montes simul, atque om-
nes colles esse deiciendos atque humilian-
dos: ut quæ obliqua sunt, atque ascensu diffi-
cilia, ex captiuitate in patriam suam tendenti-
bus, commodiora fiant: & excelsa tortuosaq;
loca, ipsis sint plana, atque ad eundem facilia.
Et tunc quidem soluta captiuitate, quando
per Cyrum Mefsiam Domini reperendæ patri-
triæ potestas dabitur, proferet, atque spectan-
dam se dabit gloria Domini, ita ut quicquid
uisquam hominum est, simul omnes præ ocu-
lis uisuri sint, quod hoc de reditu uestro ora-
culum, ex ipso Domini ore profectum sit.
Audire autem ego mihi uisus sum uocẽ, quæ
clamare iubebat. Et interrogati cuidam quid
nam esset clamaturus: Clama, inquit, & uoci-
ferare, quod omnis caro, omnis uero homo gra-
mini afsimilis sit. quippe qui à probitate sua
citò decidit. Et quod ipsa hominis probitas
afsimilis sit flori in agro nascenti. Gramen en-
nim, ualido in ipsum spirante uero, continuo
inarescit, & flos ipse concidit. Ita planè se ha-
bet uirtus ac probitas populi, quantum uis et-
iam probi. Herba inquam ipsa, siue gramen
inarescit, & flos emoriens concidit. Sed uer-
bum Dei nostri, qui non potest non stare pa-
ctis, atq; promissis suis, id firmum atque con-
stans est in æternum: adeò ut diuina hæc pro-
missio uos non sit falsos habitura. Tu Sion
Euangelij læticiq; nunciij deprædicatrix, con-
scende altum in montem aliquem, atque illic
pro uirili extolle uocem tuam. Tu item Hieru-
salem lætæ rei nuncia, attolle quoque uocem
tuam, & ne quid formides. Dicit uero ciuita-
tibus regni Iudaici, Ecce Deus uester, ecce in-
quam Dominus Deus ualido cū exercitu uen-
iet, & brachium eius hosti dominabitur ac
præualebit. Sed & uos strenuam nauate ope-
ram, militesq; uos præbete fortes. Nam ecce
quæ daturus stipendia est, ad manum ei sunt,
& merces rerum eius nomine gestarum para-
ta item atque in promptu est. Pascet autem il-
le gregem suum, sicut pastor ouium suarum
amantissimus. Propria manu ac sedulitate ag-
nos suos cõgregabit, etiam gremio suo eos
portaturus: scetas uero lentè ac placidè mina-
bit, ne supra quàm uires earum sunt, delassene-
tur. Quod uero ad Domini promissã attinet,

Vox digen-
tis, Clama.
& dixi,
Quid cla-
mabo?

nemo de illis dubitet, aut secum cogitet, quo-
modo ea Dominus præstare possit, & qua uia
sit sua illa tam eximia promissã, re uera com-
probaturus. Quis aquas suo pugillo habet?
Quis palmo suo cælos, suo hoc ordine collo-
cauit atque constituit? Quis iusta mensura to-
tam terræ molem dimensus est? & montes iu-
sta trutina appendit ac ponderauit? & colles
item omnes ad stateram? Huius certè uirtus
maior est, quàm ut humanum ingenium eam
assequatur. Vnde & nullis ille hominum con-
silijs eget. Et quis direxit in illa uniuersi crea-
tione spiritum illum Domini, qui ferebatur
super aquas? Quem quæso in creandis omni-
bus à consilijs habuit? Cuius unquam consi-
lio usus est? Et quis unquam Dominum in-
struxit, ac iusti iudicij semitas & compendia
eum docuit, ut ea tam expedite norit ac re-
neat: atq; cuncta exactè adeò intelligat? Sed
quem consuleret Dominus? quando tum Ba-
bylonij, tum quicquid reliquarum gentium
est, præ ipso nihilo est amplius, quàm guttula
ex urna quapiam destillans, præ uasto Ocea-
no: & ut atomi, tenuisq; puluisculus compara-
tus toti terræ, omnesq; ille insulas uel solo sta-
tu suo, ut paleas, dispelleret. Itaque nihil est
quod à Babylonijs, ullis uero gentibus metua-
tis, quæ corpus quidem occidere, urbemq; ue-
stram expugnare possunt: sed ista nihil sunt
præ ijs quæ futuro seculo suis parata habet Do-
minus. Hunc itaque metuere ac ueneramini:
quem si quis pro sua dignitate oblati sacri-
ficijs uolere colere, non suppeditarit illi satis cõ-
burendi ligni totus Libanus, arduis suis ce-
dris nobilis: neque quicquid bestiarum est,
suffecerit ad holocausta. Omnes pariter gen-
tes, & quicquid toto terrarum orbe homi-
num est, nihil planè præ Domino sunt. Nul-
lus momenti, minimiq; sunt æstimandi, unã
cum ipsis dijs suis ficulneis. Cui uero creatu-
ræ sculptores & statuarij uestri Deum facient
similem? Et qua imagine pictores eum depin-
gent, quem neque uiderunt unquam, neque
norunt? Faber itaque statuarius, statuam
aliquam è ligno aut lapide sculpsit: sculpsit
uero chryscopus auro scilicet obducit, atq;
obuestit, apparatus etiam ex argento cathenu-
lis, quibus inauratus ille Deus suo loco alli-
getur. Ita quidem suos deos adornant diui-
tibus. Qui uero tenuiore fortuna sunt, hi confi-
ciendis suis statujs lignum eligunt eximium,
quod non facile cariem aut putredinem sen-
tiat. Et industrius sculptorem quærentes, il-
lic quoq; sibi Deum apparatus uolunt, qui
perstet ac duret. Et quid obscuro hæc? Certè
minoris hi cæcarũ gentium dij habendi sunt,
quàm id quod nihil est: quando à nihili homi-
ne apparatur, quantumcunq; etiam per hos,
sceleratũq; eorum cultum, res ipsarum flo-
rere, ac felicissimo incremento augeri uiden-
tur. Sed uerus certè ueri Dei cultus, spiritu
constat & ueritate, animo in Deũ pio, atq; in
proximum

Quid enim
Nomen
Domini
An quis
illi diffi-

Ecce gentes
quasi filia
Iudaie

proximū beneuolo, benefico ac sincero: cuius quidem comes si multa est miseria, infestatio & persecutio, id eō fit, ut hisce malis in officio contineamur, potius quā ut rebus prosperis insolecamus, Dominiq; parum simus memores. Non itaq; uos moueat, neq; mētes uestras labeficiat, Babyloniorū religio, & qui illam comitatur rerum successus ac felicitas. A Domino prescriptam ueram religionē obseruatore: & spretis gentium dijs, illum unum colite. An ignoratis, gentium deos dæmonia esse: uel emortuos olim homines? Et Deū uestrum uerum, nullisq; manibus tractabile numē esse? An non hæc audistis, atq; abundē uobis ab exordio cōditi orbis deprecata sunt? An non ex penitus introspectis terræ fundamentis, ipsaq; creatione mundi Dñm cognoscas? qui supra spheram terræ magnus adeo sedet, & gloriosus, ut inhabitātes eā homines nihil aliud quā locustarum quædam examina censerī possint, & urbes cum ipsis uiris formicarum niduli? Hic ceu telam, siue cortinas cælum suum expandit, ueluti tētorium quod alicubi configitur, ut sub ipso confideas atque delitescas. Hic item principes, uirosq; imperatores ac reges quoties uult, uel solo nutu deicit: ita ut non sint amplius principes, neq; imperent aut regnent. Et quicūq; terræ iudices sunt, facile per hunc omni autoritate & honore excidunt, & euanidi fiunt, adeo ut nunquā planrati aut sati, & nusquam eorum stirps radices egisse putari possit: nam spiritu oris sui uel semel resante, inarescunt atq; emoriuntur cōtinuō: & ueluti per turbinē stipula: ita non maiore negocio Dñi auferuntur, siue Assyrij siue Persæ, aut etiam Romani. Quem ergo gentilium deorum mihi æquabis? & cui creaturarum me fingeris similem? inquit ille solus sanctus ac fortis, extra quem nulla salus: per quem quoq; solum omnis salus est, & felicitas uera. Non per Babyloniorum idola, non per obmurmuratas Deo multiloquorum preculas, non ex uestitu Pharisæico, præscripto uel illo cibo, neq; etiam ex speciosissima hominū iusticia: sed per illum qui solus sanctus, per ueritatem suam suum nimirum sermonem, suos omnes sanctificat. Attollite quæso oculos uestros sursum, & uidete quis solem, lunam, reliquumq; cæli ornatum creatit. Quis nam ille sit, qui suo numine exercitum illum cælestem producit, omnium nomina singulatim tenēs, ita ut toto illo exercitu tam numerofo ac magno, nemo unus abesse possit, quin ipse id no rit. eumq; iusto etiam nomine nominarit: tanta ille memoria est, itaq; circumspectus. unde & à prima sui creatione illa omnia adhuc perdurant atq; consistunt. idq; ut luceant. atq; ministrent homini. Quid itaq; tu, o progenies Iacob? Quid inquam tu o domus Israel? Absconditam ne putabis Dño esse tuam uiam, atq; ipsum te non respicere, cuius gratia illa omnia creata sunt? Num ignoras? Imò abundē audi-

sti, quod sempiternus ille Dñs Deus noster, uniuersi creator, omnibus curandis satis sit, quippe qui non ita, ut huius seculi monarche, ullis frangitur molestijs, nec ullo labore delassatur: adeo ut eius perspicaciam, qua de omni creaturarum suarū re luculētissimē omnia intelligit, nemo assequatur, satisq; pernorit. Imò quid Dominū delassari putemus? qui indefessus adiutor, laesis nobis fortitudinē addit, ac uires exhaustas reparat, iā eneruos plane ac imbecilles multo robore instituens ac reficiens. Adolescentes alioqui ualidi ac robusti delassantur, atq; laboribus franguntur. Quin & uiros iuuenili integroq; robore, uidemus suis uiribus fretos impingere atq; corruiere. Cæterum qui de Domino bene sperant, horū defessis uiribus, uires succedūt integræ ac nouæ, transcendunt enim de uirtute in uirtute: quippe qui currunt sub iugo Domini, sed cupidē, nulloq; labore, terendistq; Domini semitis nihil defatigatur: sed ut auarus ad suas oves, ita ijs ad terendas, quas Dominus prescripti pfit uiuendi formulas, sui pedes pruriunt, atq; id unice gaudent atq; expetunt.

C A P V T X L I.

Babylonica uos insula & quotquot usquam gentium dediti estis falso idolorū cultui, conticescite mihi, atq; silete. Litē enim ego uobis intēto, uestram insaniam accusaturus. Vos contra sumptis uiribus ad respondendum, uestramq; illam religionem tutandam uos componite, atq; bene instructos præbete, ut cōtendamus pro tribunali, ueroq; iudicio, ubi ultro citroq; rationibus collatis & auditis, de ueritate religionis decernatur atque statuatur. Primum aut hoc mihi responde uiri idololatæ, quis iusticiam, ueramq; religionem toto terrarū orbe emortuā ab oriente ex Aram suscitauit? Ego nequādo ex Chaldaica idololatria digressum Abrahamū, etiā ex idololatriæ in Arā eū discedere iussi, in terram quā eram illi cum monstraturus. Hic ego direxi eius pedes in omnē iusticiā, adeo ut frequēs fuerit in sacris mihi faciēdis: sed illa nemini Abelo aut Setho fecit, nemini Noah aut Melchizede cho, nemini itē Iano, Iapeto, Belo aut Nirocho, uerum uni mihi, idq; sine idolis ac pulchrē compositis statuis. Vnde & iusticiæ præconē agēs inter totius mundi idololatræ nobilissimus ueri Dei cultor euasit, maximiq; nominis ac uirtutis tū uulgo tū etiā regibus, (ut de Aegypto Pharaone, & Abimelecho in Geraris taceā) uenerabilis ac metuendus: quippe qui uirtute mea fretus, nō timuit cū uenaculis suis in quatuor reges irruere, liberaturus suum ex fratre nepotem Lothum. Et hos quidem ille uirtute bellica superauit, facile adeo, ut si pulueres aliquot pedibus dispergas, aut stipulam ab arcu eiaculeris. Persecutus enim eos incolumis, nihilq; prælio ac toto illo itinere delassatus rediit. Per quem obsecro hæc operatus est ille? tāq; miracula gessit? Nonne per me: qui ab ipso mundi exordio, &

Et cuius simi
lestis me, &
aa. aquedict:
dicit scilicet.

Abscondita
est uia mea
Domino.

ante iacta fundamenta mundi meos uoco, iustifico atque gloria condecoro. Ego certe ille sum Dñs, primus ante oēs nationes, & nouissimis generationib. mihi electis minime defuturus sum. *Viderunt in sila, & timerunt,* Viderunt quidē insulares siue Babylonij hanc meā in Abrahamo uirtutem, multumq; sunt eū reueriti. Imò qui in extremis terræ finibus agebant, ipsum summè admirabantur: ita ut ad ipsum audiendū, eiusq; religionē spectandam è lōginquo pleriq; aduenerint, propius eū cognoscere auidi. Porro de uno Deo colēdo si fortè nonnullis persuasit, nō potuerunt tamē à uetere illa salina uel li, q; in ipso unius Dei cultu idolis siue statuis uterentur, in ipsius honorē constructis. Ad eū ut illo quoq; seculo, ita ut & hodie Babyloniorum mos est, pro idololatrā religione defendenda, aduersus Abrahamū unusquisq; alteri auxiliatus sit, fratresq; suū iusserit hic sese irrobore, & noua Deo idola potius erigere, q̄ uetera reijcere. Itaq; faber lignarius, argyrocopo animū addidit, ad diducendum in tenues bracteolas suū aurum, crebris nimirū malleis excussum. Hoc itaq; ubi idolo ille uerunt, aut clauis affixerunt, sacrosanctum illud, atq; pro Deo haberi cœpit, quē quilibet gens sibi finxit propriū & peculiare. Cæterum tu Israelitica gēs, quæ mihi seruis, uos inquam prognati ex patriarcha Iacob, quos præ cæteris mihi elegi in populū sanctum & eximium: qui genus 30 itē ducitis ex meo illo cultore ac amico Abrahamo, tametsi exigentibus peccatis uestris, meiq; nominis gloria in Babylonē abducendi sitis, ego tamē uos nō deferam, nec in ultimis terrarū finibus, nec in primis earū frontibus, Vnde libet uos conuocabo, cogniturus uos meos famulos atq; cliētes, elegi em̄ uos: & ut acerbiusculè uos castigē, non tamē prorsus uos reijciam. Ne quid itaq; timeatis, si quidem ego uobiscū futurus sum: neq; ad deos alienos, malo metu coacti, respiciatis. Nā ego uester sum Deus, magna clementia, ac multo robore. Vnde & irrobore uos, auxiliabor uobis, atq; auxiliatrice mea dextra uos sustentabo ac protegā: adeo ut quotquot uobis infensi hostes aut inimici fuerint, pudorē relaturi sint, & ignominiam: nihil etiā futuri præ uobis, quotquot uobiscum litigant, aut ullam similitatem exercent, causa cadēt, atq; disperdētur: ita ut quærens nō sit ipsos inuenturus. nā 50 erunt, inquam, qui aduersum uos contendere statuunt, quasi nō essent: imò uiri militares nihil uobis oberunt, iuxta ac si in nihilum redacti essent: idēq; quia ego Dñs Deus uester, uestram apprehēdo dexteram. Vnde & bono animo uos esse iubeo, nihilq; timere: Ego enim uos adiuturus sum. Ne timeas, inquā, quantum uis mundo abiecta uidearis, & ueluti uermis contempta, ò progenies Iacob, uiri Israelitæ. Ego enim uos iuuabo, ait Dominus, atq; 60 ex captiuitate uos redimo: siquidē Israeli sanctus, promissus, ac dicatus ego sum. Quin ecce, ego facturus uos hostibus sum ueluti tri-

Noli timere uermis lacob,

bulam, plaustrumq; illis tritrandis nouum & utring; dentatum. Triturabitur enim mihi montes, & conteretis mihi colles, non plures magnates etiam ac præpotentes uiros facturi, quàm si palea essent ac gluma. Diuentilabitur enim illos, & uentus eos auferet, atq; turbine dispergentur. Sed uos, nihil uestra hic conua erigētes, gaudebitis de Dño Deo uestro, & per illum Israeli sanctū uos benefecisse gloriabimini: nimirum quando perditā in uestra gratiam Babylonia monarchia, Cyrus uos liberabit, atq; domum remittet. Egeni quidem & pauperes populi mei, per desertū in patriā redituri, desiderarint & quæsierint aquas, ubi non sunt, & lingua eorum siti inaruerit. Verum ego Dominus, per quē cuncta fiunt atq; subsistunt, continuò eos exaudiam. Ego ille Israelitarum Deus, non destituam, nec derelinquam eos: quin potius in excelsis montibus producam illis flumina, & in medijs campis fontes. Ponam in deserto hic illic aquarū stagna, & terram illam solitariam, ut in eā riuus effluant, atq; se exonerēt. Vnde tanta illic aquarū copia erit, ut in ipsa solitudine, etiā præclarissimas cedros, myrtum ac pinum inuenias: & in deserto abietes, ulmos pariter & buxos: unde cognoscant, & præ oculis uideāt, cognoscant inquam, atq; toto pectore intelligant, q; manus Domini hoc fecerit, illeq; Israeli additus id crearit atq; ipsis præstiterit. Iam tan- dem adducite uestri defensionem, atq; pro uobis, uestraq; religione mihi respondere, inquit Dominus. Adferre, si quid forte solidiq; habebis, ait rex Iacob. Accedant atq; nunciant nobis dii uestri, aut ipsorum uates, quæ uentura sunt. Aut certè narrēt nobis citra mendacium ullum præterita, de mundo aquis diluuij perdito: aut de Pharaone, executibus ab Aegypto Israelitis, in mari submerso. Loquimini, & auscultantes sedulo animaduertemus, cogniturus si euentus respōdeat uestris de futuro uaticinijs. Prænunciate quæ posteris tēporibus idololatræ uentura sunt, bellum ne an pax, uictoria ne an interitus. Quo tandē tēpore, & qui, aut unde uerturi sint hostes, & hoc genus alia, quæ ueros Dei nostri uates non latent. Hoc si potestis, agnoscemus uos Deos esse. Præterea benefaciant dii uestri cultoribus suis, aut faxint contemptoribus suis malè, ut facta ipsorū uideamus, atq; deprædicemus. Sed quid uerbis opus est? Vultis dicam, quid uestri sint dii? Res prorsus nihili, atq; inutiles sunt. Neq; potestis ò scelerata simulachra, quicquā futurarū rerū prædicere, neq; cuiquā bene aut malefacere. Et quisquis uos eligit, uobisq; adhæret, abominabilis est, & execrāndus. Verum iam me audite, quid ego uobis multis abhinc diebus futurū uaticiner. atq; facturū me prædicem. In aquilone apud meos permanēs, quen dā excitabo, qui ab oriēte adueniat, nominis mei, quod inuocabit, non ignarus. Hic irruet in Babyloniōrum optimates, non secus quàm in lutum, quod pedibus conculcet atq; proterat.

Prophecie iudicium uestrum, dicit Dominus

Suscitauit aquilonem uenturū in solis

proferat: uel ita eos exerciturus, ut lutum sine argillam suam tractat figulus. Quis ex Babylonice diuis est, qui id ullo tempore uos praeuocatur: Proferat se talis quispiam, & factebimur, atq; Dei uocabulo illum dignabimur. Sed nemo sanus est, qui tale quippiam praedicat. Non est inquam ex diuis uestris omnibus unus, qui non mutus sit, & etiam ad omnes preces uestras surdus. Qui primus in Sion est captiuitate redibit, Ecce ecce clamabit. Illi haec tenus inter Babylonios captiui huc redeunt, atq; cateruatim aduentant, multumq; exultabit. nã istiusmodi euangelistam, praecursorem siue praecorem ipsis Hierosolymitanis dabo: & tunc quidem etiam discipulam, num quis sit ex dijs gentium, qui eam populi mei redemptionem praecogniturus sit, aut ullum aduersus meos consilium daturus. Imò irritabo, atq; interrogabo eos: sed non habebunt quod respondeant. Omnes itaque gentium dii nani sunt, neq; quicquam possunt. Et simulachra eorum, uentosa, inflata, ac plane inania, atq; modis omnibus inutilia sunt, ut ne dicam noxia ac damnosa.

C A P V T XLII.

CAeteram ut de uestri redemptione securi sitis, ecce adest ille meus famulus, cui innotuit: ille mihi electus, per quem uos liberaturus, atq; e Babylonem reducturus sum: de quo sibi animus meus, optime in illi affectus, plurimum placet. Immittã autem, atq; inspirabo spiritum meum, per quem gentibus ius dicat, & quod rectum ac iustum est doceat. Nõ clamabit altum atq; horribile, ut morosiores solent neq; tumultuose uociferabitur, nec audietur in plateis nox eius, ita ut solent rixantium uoces in plateis exaudiri. Certè iudex per omnia modestus erit, ac iustus. Arundinem conuulsam nõ confringet: & elichnium dum adhaerumatur, nõ extinguet. Imò miseris & afflictis in cer uos, longaq; captiuitatis calamitate exhaustis succurret: atq; citra personarum respectum iudicans, patronum etiam se praebit his qui iniuste opprimuntur. Illustris erit, neq; usq; deficiet, donec oēs terrae incolae sibi subdat, atq; quod bonum ac equum est doceat. Vnde & insulae Babylonicæ, & quicquid gentium est, ultrò eius legem amplectentur, ut quae auidè ipsum expectarint. Nemo autem ad hanc tam magna promissa mihi dubitet. nam non humanis, sed ab ipso Deo haec uerba proficiscuntur, qui caelos & creat, & tentorium in fines terrarum extendit: qui terram formauit, & quicquid illa arborum habet, fructum & herbarum: per quem & habitantibus in ea populis halitus datur, & qui in ea uersantur, respiratio. Ego ille Dominus, te multa iusticia mihi commendatum, mi famule, uocaui, unde & apprehensa manu tua te ab hoste custodiam atq; defendam. Constitui autem te, ut cum liberato e Babylonis meo populo foedus facias, utq; gētes per te illuminentur: ita ut omnes idolis mutis, & dijs ficticijs, se conuertant ad

Deum uiuum & uerum: ut aperias in qua oculos caecos, & uinctos e carcere liberes, ubi iam in tenebris captiui detinentur, multis Babyloniorum abominationibus, atq; scelerata ipsorum religione obtenebrati. Ego sum *יהוה*, per quem cuncta esse incipiunt, & perstant: & hoc quidem mihi nomen est magnum & gloriosum, adeo ut eam gloriam non cessurus sim alteri, neq; patiar ut scriptile ullum haec meam laudem ferat. Complura uobis superioribus seculis multo ante futura praedixi, quae iam olim ita euenerunt, ueluti de aquis diluuij, & de semine Abraham, quod apud Aegyptios quadringentis annis peregrinaretur, postea educendum in terram Chanaan, ut de alijs innumeris taceam. Et iam rursus noua, & quae obuentura sunt praedico, quae multo antequam fiant, uobis denuncio: quam quidem gloriam nulla idola mecum communem habent. Certò itaq; scitote, uos iuxta uerbi mei ueritatem e Babylone redimendos, & patrijs sedibus restituendos. Imò cantate Domino cantilenam, nouoq; illum carmine concelebrate. Laudent autem eum in extremis etiam terrae finibus, quotquot ipsam inhabitant. Concelebrent quoq; eum qui nauigant mare, cum omnibus in eo uersantibus: insulae item, & quicunq; eas incolunt. Ad haec, qui deserta tenent, & quae in deserto ciuitatulae sunt. Arabum item uici, quos Cedareni fixis tentorijs suis tenent: exultent, atq; laudibus Dominum efferant: una cum his quoque qui summis in montibus ac rupibus praeraltis suas arces habent, ac domicilia. Dent simul omnes Domino gloriam, ipsumq; deprædicent, atque laudem eius in insulas Babylonicas, & quolibet terrarum dispergant. Nam Dominus ueluti rex praepotens ac fortis, in Babylonia egredietur: animo plane militari, magnoque zelo accensus clamitabit, atq; horrendo clamore uociferabitur, magna fortitudine ab hostibus suis uictoriam relaturus. Multo quidem tempore tacui, inquit Dominus: silui, atq; iram meam continui, uisurus nimirum quae hostium in meos foret crudelitas ac tyrannis: & quanta item horum foret patientia, & de me spes. At nunc, non ferens diuturniorum populi mei afflictionem, clamitabo ueluti parturiens: siquidem salutem meo populo pariam, inimicam ipsis Babylonia desolaturus, atq; absorpturus. Desolabuntur eius & montes & colles, nemini magnatum aut uirorum nobilium parceret: & omne apud illos gramen exiccabo, quicquid uulgariū ac plebeiorum hominum est, deperditurus. Quin & flumina ipsa, per quae hinc illinc aduectis rebus depauperatam, possent rursus ditescere, corumpam, impositis in illa insulis. Et quae stagna habent, curabo ut inarescant. Faciam autem, ut dum in patriam remigrare uolent, ipsis etiam caecis se uia aperiat, quam non uisam ambulent, & parum cognitae sibi semitas ingrediantur. Vera enim luce commutabo eorum tenebras, & obliqua

Gloriam meam alteri nõ dabo, & laudem meam sculptilibus.

Educam caecos in uiam, quã nesciunt

faciam

faciam ut ipsis recta sint. Quæcūq; autem hic promitto, eadem & re comprobabo: non de relicturus eos qui ex me pendent, atq; in me suam spem collocant. Porro qui sculptili, fictitijsq; dijs fidunt, imagines auro, argento, aut ære conflatas deos suos uocantes, ita ut olim patres uestri ex Aegypto conscēdentes in suo illo uitulo peccarunt: hi pudeſiant, erubescant, retrorsum agantur, atq; dispereant. Quæ obsecro hæc hominum peruersitas est, ut nulla ferè uia ab idolis suis, falsaq; illa sua idololatrica religione ad Deum uerum ac uiuum, iustumq; mei cultum reuocari possint: cum tota lex, & omnis uilibet scriptura, & propheticus clamor ea damnet, reſciat, ac propalam detestetur. Cur mihi surdi esse pergitis? Quin hic aures uestras arrigitis? & ad claram adeo ueritatis lucem oculos aperitis? O cæcas hominum mentes, o pectora cæca. Sed quem obsecro illi iudicant cæcum? Non quidem sese, sed seruum meum. Quos item surdos, ac diuinæ legis cōtemptrōres censent, nisi quos ego ipsis in uiam reducendis, mitto nuncios. Nemo illorum iudicio magis est cæcus, quàm ij quos ego uiros iudico numeris omnibus absolutissimos. Ipsi se uide-re clamitant, & seruum Domini profundissi-ma cæcitate errare, atq; alios in errorem pestilentissimam que hæresin inducere. Vident quidem multa: at ijs obseruandis dum nul-lam manum admouent, quid aliud quàm ui-dentes non uident? Apertis item auribus multa audiunt, sed auditores tantum sermo-nis cum sint, & non effectores, uera crassis-simaq; illa surditas est. Itaq; suo pte uicio, pro-priaq; culpa pereunt. Nam Dominus pro sua genuina bonitate, & promissionum suarum ueritate, bene profectō affectus est in popu-lum hunc, & uult illi bene: gauderetq; ipsos ad acceptam diuinitus legem sedulo attende-re, iustaq; uia incedere, atq; legem suam ita fie-ri illustriorem, & cūctis admirationi esse. Sed populus ipse humanis constitutionibus, & traditionibus Pharisæicis ita diripitur, atq; iu-sta meæ legis institutione despoliatur, ut ijs illaqueatus ac immerſus, ueluti speluncis at-que carceribus inclusus teneatur. Et cū qui-dem sic despolientur, lexq; mea ipsis de mani-bus non ui, sed persuasibilibus humanæ sapientię uerbis tollatur, nemo est qui ipsos li-beret, aut direptores commonefaciat, siue co-gat ad ereptam populo legem restituendam. Nam si quis hoc tentet, hunc insanum, cæcū, spirituq; errantem, atq; hæreticum uocant. Cæterum quis hæc auribus percepta, sic sua mente recondet, ut posteros hic attentos esse iubeat, atq; super hac Pharisæica ac maleferia-torum hypocritarū direptione nepotes suos præmoneat. Verum quis dat sic expolian-dam domum Iacob? Quis Israelitas huic dire-ptioni exponit ac tradit? Certè Dominus ip-se, cui peccauimus, quando commonstratas nobis ab ipso uias ambulare recusaui-mus,

Quis cæcus,
nisi seruus
meus?

Quis dedit in
direptiones
Iacob?

non parentes ipsius legi, uerbumq; ipsius cō-templimus, unde merito nunc grauioribus & humanitatis impositis oneribus premimur. Imò & grauem ac furibundam suam iram in Israelitas suos effundit Dominus, postquam bellorum tumultibus circum circa simul om-nia conflagrarunt. Id quod illi non animad-uertunt, ex diuini uerbi, salutarisq; doctrinæ contēptu ipsis enasci, neq; enim hoc illis cor-di est, neq; sic hoc interpretantur.

CAPVT XLIII.

Cæterum nunc sic dixit Dominus, qui te (o Iacobæum genus) ad imaginem & similitudinem suam creauit: qui te de limo terræ formatum, sui oris spiraculo uiuificauit, ac nihil eorum quæ fecit, odio ha-bet: Ne timeas, inquit, neq; super Babylonica captiuitate plus æquo sollicitus sis. Nam ego te redimam, atq; reducam, nominatim uos il-linc euocaturus: nam meus certè populus es. Cum transferis per aquas, tecū ero, ita ut flu-mina uos non sint perditura, etiam si uitam animalem fortassis auferant. Et si per ignem sit ambulandum, non combureris, neq; flam-ma ipsa uos aduret: illa nimirum parte, quæ uestri pars potior est. Imò sic uos animabo, ut nihilo magis uos cōturbet atq; perterreat ignis, quàm mollis lectulus. Ego enim sum Dominus Deus tuus, ille Israeli dedicatus, at-que adeo iureiurando deuinctus, qui & ser-uaturus te sum. Tua gratia olim Aegyptios afflixit, unà cum Aethiopijs ac Sabæis, ipsis tunc adherentibus, quos simul omnes mare ipsum inuoluit. Postquam uerò tunc tanti mi-hi fuisti, tantoq; te in honore habui, adeoq; di-lexi, quosuis certè perdidero potius quàm te: etiam uos, totaq; regna ac orbis mo-narchias tuo nomine disturbans. Ne quid ergo timeas, neq; animum despondeas. Nam ut maximè toto terrarum orbe dispergaris, ego tecum sum, neq; mea ope desitueris. Ab oriente simul, & ab occidente, congregabo atq; adducam posteros tuos. Aquiloni iube-bo, ut eos nobis restituat: & austro, ne quid prohibeat: quin potius ut accersat filios me-os longinquis ex regionibus, & filias meas ab extremis mundi terminis. Quisquis meo nomine uocatur, quod ipsi manifestaui, eum ad gloriam meam creauit, formaui atq; com-posui, ut educantur è tetrīs carceribus, tene-brosaq; captiuitate, ubi ueluti cæci agunt ac surdi: cum alioqui satis sint oculati, & nō sur-di, siquidem de præstanda sibi salute audie-runt & spe futuræ lucis aut redemptionis ui-uunt. Conueniant atq; congregent sese uni-uersæ gentes, & quicquid usquam incredulo-rum populorum est. Adducant suos magos, consulant suos deos. Quis erit omnium, qui hoc aut simile quippiã prædicat, atq; præscire nos faciat? Producant testes fide dignos, qui quod iustum est, testentur. Audiamus testes ipsos, ac fateantur quod uerum est. Vos certè Israelitæ testes mei estis, inquit Dominus: si-mul &

Noli timere,
quia ego te
cum sum.

mul & seruus meus quem elegi, ut me cognoscatis, cognitoꝝ credatis, intelligentes quod ego uniuersorum Dominus sim: siquidem ante me nemo Deus formatus est, neq; post me alius ullus est futurus. Ego, ego inquam Dominus ipse sum, & præter me non est seruator. Ego uobis in Aegypto denunciaui salutem meam, quã & re ipsa præstiti. Feci quoq; ut in monte Sinai uocem meam audiretis, & unus ego, unus inquam ego, & solus, uobis Deus essem, ut & inter uos nemo foret Deus alienus. Atq; huius rei à patribus & à maioribus uestris audita, uos mihi testes estis, ait Dominus: quod unus ego uerè Deus sim. Quin & ab æterno antequam ulla dierum ac noctium uicissitudo esset, neq; diei nomẽ esset auditũ, ego Deus sum. Vnde & nemo fuerit, qui uos, etiam in captiuitatẽ abductos, de manu mea eruat. Operor itaq; ex propria sententia, meo unius arbitratu: & quis hoc mihi prohibeat, aut impediatur? Sic dicit Dominus ille redemptor uester, sanctificatorq; Israelis: Graue quidem ac durum uobis est, quod in captiuitatẽ sitis abducendi, ubi liberi à parentum complexu diuelluntur, aliò maritus, aliò uxor distrahitur, ubi honestæ uirgines ac matronæ stupris contaminantur: dulcisq; patriæ fines, & dulcia linquetis arua: ut de uaria cæde, & euerfa religione taceam. Sed bono estote animo: Durate, & uosmet rebus seruate secundis. Nã antequam illuc uos extrudo, inuẽra mihi uia est, qua uos huc reducam, ubi urbem, sacraq; uestra restauretis. nam propter uos ad Babylonem sum missurus Persas & Medos, qui simul omnes uectes, quibus illic alligabimini, uobis discutient, auferent atq; confringent. Et Chaldaeos ipsos, iam de nauibus suis mirum in modũ sibi placentes, humiliabunt. Ego Dominus hæc uobis loquor, qui uos mihi sanctificauit atq; delegi: Israelitasq; uos omnes creauit, uesterq; rex sum, unde & perpetuò uos protegam. Sic dixit Dominus, qui populo suo uiam tribuit, per mediũ maris rubri, ipsumq; tradidit per ualidas Iordanis aquas: qui curus illos Aegyptios, atq; equestres simul & pedestres copias cum robustissimo exercitu in prælium educit, ut simul omnes intereant ac submergantur, nunquam populum Dei amplius diuexaturi: consumpti enim atq; extincti sunt, uelut ellychnium iam fumigans atq; combustum. Vt autem beneficia mea in uos uetera simul omnia omittamus, neq; eorum quæ superioribus seculis gesta sunt, mentionem faciamus: Ecce ego noui aliquid nunc in mēte habeo, quod & facturus sum, & ipsi uos cognoscetis. Miramini, neq; id fanè immeritò, de redemptione Aegyptiaca. At hæc ex Babylone illam superabit, multoq; præclarior erit. Ponam enim in deserto, qua Hierosolyma tendetis, commodissimam uobis uiam, & in solitudine limpida flumina, ita ut etiam bestia agrestes, dracones & struthiones meam gloriam depredicaturi sint, quod populo meo mi-

hi electo, aquas subministrarim in deserto, quas bibant, & flumina in solitudine arida, & alioqui sicca. Hunc ego populum mihi formaui, elegi ac sanctificaui: non quidem quod sic eorum merebatur pietas, sed quod ita uoluit mea erga ipsos benignitas, ut laudẽ meã ubiq; narrent, atq; disseminent. Non enim me inuocasti o Iacobeum genus, ita ut tuis precibus, tuis ue sacris hanc salutem ac redemptionem acceptam feras. Gratis enim ex Aegypto eduxi maiores tuos, & pari modo uos quoq; à Babylonis gratis redimam. nam meus certe operarius illic nõ eris, sed Nabuchodonosoris, ita ut patres Pharaoni operabatur, uerius quã mihi. Offers quidem pecora, uictimas & holocausta: sed non offers ea mihi, qui hisce rebus fidam de peccatorũ remissione, quæ ex unius agni sanguine est, nõ confirmas, sed tu ipse his piaculis tua scelera expias. Vnde quæ comprobaturus alioqui eram, abominor planè, atq; ad ea nauseo. Certè ad eum modũ me tuis sacris nihil glorificas, neq; tali pacto te oblationibus occupari, ac suffimentis studere uolui. Non enim mihi calamum aromaticũ emisti, atq; incendisti: neq; adipe uictimarum tuarũ me inebriasti. Quin potius tibi, tibi inquam, cuncta hæc fecisti, expiandis nimirum peccatis tuis: qua uia fit, ut peccata peccatis inglomerans, me tibi seruire cogas per peccata tua, & me laborare facias per tuas iniquitates. Non tu mihi seruiuisti, uerũ ego tibi per peccata tua: siquidem per illa in captiuitatem Babylonicam abduceris, unde ego magno studio te redimere laboro, deletis atque expiatis omnibus iniquitatibus uestris. Nam non uestra opera, non uestra sacra, quantumuis speciosa, sed ego, ego inquam deleo iniquitates tuas: id quæ propter me, ne polluatur nomen meum sanctum. Vnde & peccatorũ tuorum, iam mea gratuita ignoscentia deletorum, nõ amplius recordabor: castigaturus quidem te subinde, sed non de malis præteritis, uerũ ne incidatis in noua, utq; ea castigati declinetis. Porro, si quis se iustiorẽ putet, quã qui in captiuitatem tradatur, parumq; hoc commerruisse se putet: age reducat ille mihi in memoriam, quæ ipsius sit iusticia, & iusto iudicio su per hac re disquiramus. Narrã quẽso, quisquis talis es, ut te iustifices, ut captiuitatem te non commerruisse doceas, neque me peccatorum tuorum expiatore indigeas. Protoplastus ille pater tuus peccauit, peccatq; contagio omne humanum genus uiciauit. Peccauerunt in me & interpretes tui Moses & Aaron, ad aquas contradictionis. Peccatis quoque se contaminauerunt principes sanctuarij, quos oportuit primũ pro suis, deinde pro populi peccatis offerre. In summa, quotquot ex genere Iacobe estis, siue Israelitico, simul omnes per traditam uobis legem, quam nemo ex uobis factis præstat, maledictioni atq; execrationi obnoxij estis, adeo ut in conspectu meo nemo unus se iustificare possit.

Populũ istũ formaui mihi, laudem meam narrant.

Narrã si quid habes, ut iustificeris.

C A P V T X L I I I I

NVnc itaq; serue mi Iacob, qui uel ad Ba-
bylonis uocabulum, leuemq; eius men-
tionem inhorrescis: Tu inquam Israel,
quem elegi, atq; eximie charum habeo, audi,
atq; attentum te praebe, quibus beneficijs te
profecuturus sit Dominus. Sic enim ille dixit,
ille inquam, qui te creauit, qui te de limo ter-
rae formauit, & à matris utero haecenus tui cu-
ram habet: Ne timeas famule mi Iacob, qui
nascens arrepta planta fratrem tenuisti. Tu item
rectissime ac integerrime, quem elegi atq; ui-
ctorem angeli feci, bono sis animo, neq; for-
mides, quod à Babylonijs, etiam si in speciem
sic uidebitur, superadus sis: speciosiora, ac lon-
gè praestantiora te manent, quàm credas. Ef-
fundam enim aquas super terram sitientem,
& fluminibus irrigabo aridam. Spiritum in-
quam meum effundam super semen tuum, ue-
rae salutis sitiens & auidum: & benedictione
meam super stirpem atq; posteros tuos, hoc
unum summè cupientes. Progerminabunt ita
que atq; succrescent huius mei spiritus fecun-
ditate ueluti gramina, & ut salices iuxta praer-
terfluentes aquas: qua quidem felicitate gau-
dentes, alius quidē se dicet, ac gloriabitur Do-
mini esse. Hic sibi placebit, quod Iacobeus uo-
cari possit: & rursum alius manu sua scriptrice
Dñi se esse testabitur, addito Israeliticae stirpis
cognomine. Sic autem dixit ipse Dominus
Israelitarum omnium rex, & eorumdem redē-
ptor, Dominus ille exercituum, qui modis om-
nibus uos praemonitos uult, ne in Babylone
sceleratam Babylonicorum religionem sus-
cipiatis, à uero Deo ac uiuo ad muta ac ficul-
nea idola deficientes: Ego, inquit, sum primus,
nouisimus, sempiternus nimirum, à nemine
unquā factus neq; creatus: cū idola ipsa ab ho-
mine fiant, & dij gentiū aliquando homines
fuerint. Praeter me itaq; non est Deus, unde &
à cultu Babylonicorum deorum abstinerebitis.
Nam quem illic deum reperiatis, mihi confe-
rendum: Dicat eorum quispiam quod praeter-
ritum est, atq; per se factum, illudq; denarret,
collaturus sua facta cum meis. Si quid post ia-
cta fundamenta mundi praestiterunt eximii,
agite dum, proferant illud: atq; de ijs quae in
posterū facturi sunt, aliquid quoq; praedicant.
Nihil minus quàm hoc possunt. Idola muta,
surda ac stupida sunt, ac ranis & bufonibus
inferiora. Ne itaq; timeatis ea, neq; formide-
tis, ita ut ad illa colenda adducamini. Nonne
à condito mundo (id quod uos ex maiorum
institutione mihi testes estis) uobis me aperui,
atq; sedulo uos praemonui, neminem esse Deū
praeter me, qui uos creauit, atq; de terrae limo
formauit? Atqui formator ille nō est mihi igno-
tus. Ego me ipsum noui qui sim. Idola autem,
ut illa ignorant sese, ita & cultorum suorum
neminem neq; uident neq; audiunt. Vani, ni-
hilq; homines ac mortales sunt, qui ea scul-
punt. Et si quid egregium habent, quo uos in
sua admirationem rapiant, id quoq; uanum ac

Ego primus
& ego nouis-
simus.

inutile est: imò ipsemet sculptores, ac fabrican-
dorum idolorum artifices agnoscunt atq; fa-
tentur, ipsa caeca esse, muta ac surda, & ipso stu-
pore stupidiora: nihil ipsa scire, quid honoris
ipsis exhibeatur, ac à stultis idololatri praeste-
tur. siquidem ex sexcētis cereis, quos ipsis ho-
minum stulticia accendit, ne unum quidem ui-
dent: neq; suffitum thuris, per sacrificios ipsis
aspersum, olfaciunt. Agnoscunt haec ipsi pla-
stra eorum: unde & ipsos unā cum suis idolis
pudescere oportet. Quis obsecro formauit
Deum, & sculptile ipsum constat ad nihil uti-
le? Nonne inutilis itē homo, qui bulla, ipsaq;
uanitate uanior est? Ad nihil cōcinnatum ido-
lum utile est: ad nihil inquam utile. Caelum
Dei gloriam loquitur. Quicquid creaturarū
est, ueluti è terra procreantes flores ac arbo-
res, montes, arduaq; rupes, creatorem suum
depraedicant, ac docent. Porro ex hisce sculpi-
lium libris si quid discas, doctores audis men-
daces. Num quid illa docere poterunt? Non
docent, sed nocent: non in ueritatem inducūt,
sed ad uanitatem seducunt. Itaque quisquis se
illis miscet, atque cum idolis quicquam habet
commercij, is pudescet. Ab homine enim ap-
parantur. Porro si is maledictus censetur, qui
in homine confidit, & ponit carnem brachiū
suum: quid de ijs dicemus, qui de idolis pen-
dēt, hominum manu fabrefactis? Non carnē,
sed stupidum truncum hi pro brachio habēt.
Ridiculum uerò spectaculum est, ubi ad scul-
pendum idolum studiose conuenitur, atq; de
eo parādo cōsultatur. Curritur, statur, atq; iu-
sta mensura sumitur: & re tandem omni ab-
soluta, magna trepidatione, multaq; reueren-
tia colitur. In primis adest faber ferrarius, qui
iniecto in succensas prunas ferro, secures, cun-
neos, ac ferras apparat, quae omnia malleis
suis cudit ac recudit, tundit ac rerundit, ita ut
fortem multamq; nauans operam, famescere,
uiribusq; deficere incipiat, cibo ac potu à las-
situdine sua recreandus. Tunc accedens ligna-
rius faber, iam instrumētis ferreis instructus,
& ad resecandas arbores compositus: succi-
dit cedros aliquot, aut eligit sibi quercum aut
ilicem, aut si quid tota in sylua praestantius, du-
rabiliusq; est, minus sentiens cariem. Et iam
prostratam arborem, non quidem caelo dela-
psam, sed è terra prognatam, pluuijsq; aquis
enutritam, imposita norma sua dimetitur, &
filo phoeniceo adaptat, securi ac cuneis secat,
& resecat: dolat item, & circino iustis mem-
brorum dimensionibus illud exculpit, ita ut
tandē humana specie Priapus quispiam pro-
deat, dignus qui gloriosus ac hominibus ue-
nerandus in templo cōstituatur, atq; illud in-
habitet. Reliquum autem arboris, & quae ido-
lo huic praecisa ac dedolata, foco excitādo con-
ducunt, ablata succedunt: ita ut homo ad hęc
se calefaciat, panemq; suum, simul & holus co-
quat, ac laridum. cum interim pars illa arbo-
ris selectior, rāto in honore sit, ut ad eam stul-
ti idololatri procumbant, geniculentur, in-
centisq;

Agis formator
ut Deum et
sculptile con-
stituit ad in-
hil utile.

tēsisq; cereolis, & thuris suffitu eam adorēt.
 Vna præcipua arboris pars igne comburitur, ad
 quæ te calefacias, frigusq; depellas: altera item
 in ignem cōiecta rei culinariæ seruit, lixandis
 nimirū aut affandis carnibus; unde uictites.
 Percalefactus autē ad ignem, & iā depulso fri-
 gore alacrior factus: Euge, inquit, quam pul-
 chre tam ad focū hinc me concalefecit! Et acce-
 dens ad id quod ex arbore seruauit reliquum,
 deum inde sibi comparat, & affabrē exculptā 10
 statuam, quā adoret, & cui geniculationibus
 sese incuruet, suas preces in surdas aures inge-
 rat, surdo stupidotq; ligno dicens, Sancte Iape-
 te, sancte Nisrochte, sancta Mania, sancta gem-
 ma, sancta Margarita, tu me libera, custodi &
 conserua, siquidē te meū constitui atq; delegi
 deū. At stupidū idolum nihil horū neq; audit,
 neq; intelligit. Et illis stupidiores idololatræ
 id nō animaduertunt, neq; perpendunt. Sed
 Dñs his illorū moribus iritatus, q; cum Deū 20
 cognouerint, non ut Deum ipsum glōrificau-
 runt, neq; grāti fuerūt, sed frustrati sunt per co-
 gitationes suas, obtenebrauit ipsis oculos, &
 dementauit insciens cor eorū, quod nulla per
 idola ipsis sanabitur ut respiciant, atq; ad mē-
 tem redeant. Atq; idololatrarū horū tam cras-
 sa ignorantia est, ut ueluti sensu cōmuni caren-
 tes, secum nō cogitent ac dicant: Dimidiū ar-
 boris in ignem reiectum combulsi, ad quod
 ardens atq; succensum panē mihi pinsui, atq; 30
 carnē etiam assaui, unde uescerer. Et quod re-
 mansit, pro deo meo habiturus sum? Abomi-
 nanda sanē res est. Itāne ego arboris truncum
 adoraturus sum, ficulneus ipse truncū ficulnū
 & inutile lignū? Igne quidē dignū, focotq; in-
 struendo est utile: sed stultū idololatræ cor, il-
 lud adorare mauult. Vnde fit, ut nunquam re-
 spiscendo animā suam liberet, sed in sanis his
 erroribus eam irretitam seruet: nunquā agni-
 turus q; in rem mendacē, uanam ac inutile spē 40
 suam collocarit. Qui ut maximē dicat, Idolum
 aut statuam sibi nō esse deū, sed Dei tantum si-
 mulachrum, ipsum sese fallit. Qui enim in ima-
 gine, eiusq; cultu aliquam spem salutis sibi re-
 ponit, eā ipsam pro Deo habet. Vnde & non
 dulci adoratione (ut illi distinguunt) sed & la-
 triæ cultu suis idolis seruiunt, statuētes, imagi-
 nes rerum eadem adoratione adorandas qua-
 res ipsæ. Ut soli Deo uero ac uiuo oportet 50
 reprobis, ita & imagini eius, trunco nimirū ar-
 boris & lapidi exhibendam censent latrā. O-
 borum la-
 & Israel.

suas hecatombas offerūt, amplasq; adeo suis
 dijs ades extruūt. Huiusmodi certē cultus est,
 quo te mihi seruire uolo: siquidē seruus meus
 es, ad hoc mihi creatus & educatus. Famulus
 inquā tu mihi es: unde me negligi per te, aut
 in obliuionē uenire nō decet. Cæterū ne
 putes, te tuo illo mearū imaginū cultu, tua ex-
 piare peccata. Nam ego, ego inquam meapte
 clementia tuas præuaricationes deleo, cun-
 ctamq; tuā iniquitatē dispello: nō secus quam
 euro nubes auferūtur, & ad solis claritatē ne-
 bula. Itaq; agnosce, atq; reuerrere ad me, non
 ad propriā iusticiam, ut illinc idolū tibi fabri-
 ces: & ad ficulneas illas statuas, atq; ipsarū cul-
 tū, multo minus. Nā ego, ego inquam rede-
 mi te. Exultate hinc cœlicolæ spiritus, quod
 Dñs redemptionē suo populo fecerint. Quin
 & uos iubilate, qui humilliores terras habita-
 tis. Ouate montes, syluæ, & quicquid usquam
 arborum in ipsis est. Plaudite atq; latamini,
 quādo Dñs populum suū Israeliticū redemit,
 ita ut de ipso redempto gloriari possit. Sic
 autē dixi Dñs redemptor tuus: Ipse sempiterni
 Dei, sempiternus & unigenitus filius, qui te
 creauit, atq; ab utero matris tui curā gerit. E-
 go Dñs ille sum, per quē cuncta fiunt: qui so-
 lus cœlos ipsos tam latū extendo, minore ne-
 gocio, quā miles quispiā suum tentoriolū.
 Qui item terrā ipsam mea unius potētia stabi-
 lio, atq; super aquas fundatā cōseruo. Qui in-
 certa diuinorū atq; idololatricorū uatū signa
 irrita facio, ac mēdacia planē, ipsos etiam ari-
 los ad insaniam redigēs. Demēto enim sapien-
 tes istos astrologos & genethliacos, sapientiā
 ipsorum retroagens, ita ut contrarium planē
 eueniat, quā illi uaticinētur. Porro meorū
 seruorum uerba, ea re comprobo atq; præsto:
 et quod meis illis nuncijs denunciandū con-
 sulo ac iubeo, id certissima fide compleo. Id
 quod uidistis in Abrahamo, cui dixerā, semen
 ipsius in terra Aegyptia inquilinum fore, &
 post annos quadringētos illinc liberandum.
 Promiseram & terrā Chanaan. Videtis me ue-
 rum. Prædixi Hierusalē a confederatis duob.
 regibus, Syriæ nimirū & Israelis, nō esse occu-
 pandam: neq; itē ab Assyriorū rege Sanherib:
 quæ omnia ad præscriptam formulam eueni-
 runt. Sic & nunc a Babylonijs, aliquot abhinc
 annis, Hierosolymam uastādam dicimus: sed
 eadem, illa Babyloniorū captiuitate solura, cū
 reliquis Iudaici regni ciuitatibus redædifica-
 bitur: & quæ complusculos annos uastata at-
 que deserta fuerūt, reparabuntur. Bono itaq;
 estote animo. nam antequam uos in Babylo-
 nem eicio, deliberatum habeo, qua uia & per
 quem uos sim reducturus. Dico enim profun-
 do, amplotq; illi Babyloniorum regno: desole-
 resce & exiccare, & cōtinuō fit. Vnde & flumi-
 na Euphratis brachia inarescere quoq; facio,
 atque aliō deriuari, ita ut Cyrus sicco pede in
 ipsos irrupturus sit. Est autē hic Cyrus pastor
 meus, qui gregem meū inter Babylonios di-
 spersum, probē curaturus, atq; omnem meam
 uolunt

Ego sum Dñs
 minus faciēs
 omnia.

Occam in
 Sententijs.

Memento
 borum la-
 & Israel.

uoluntatem facturum est: adeo ut eius iussu, non tantum dimittendi, atq; in sedes patrias restituendi sitis, uerum magnis multisq; donarijs uos locupletans, reparandam curabit Hierusalem, atq; etiam templum in ea (restitutis quæ Nabuchodonosor auferet cimelijs) restaurari iubebit, & extrui.

C A P V T XLV.

Sic quidem Dominus statuit, atq; uobis significat, de inuncto suo Persarum rege 10
Cyro, uel potius complures abhinc annos nascituro, atq; ungerendo. Quem quidem (ut uestros animos consoler, atq; confirmem) suo nomine iam perfringo, ut ne quid dubitatis, quin uos ex Babylone sim erepturus. Apprehensa enim illius dextera, omnes gentes illi subijciam, & reges earum illi in fugam dabo, ut terga det, apertisq; ianuis eum excipiant, nec portas illi præcludant. Ego mi Cyre, te præcedam, uiarum anfractus ac difficultates dire- 20
cturus, ut cuncta facile superes. Nam & ianuas æreas, sicubi obsistere uelint, tibi conteram, & ferreos portarum uectes ac repagula confringam: daturus sub manum tuam non tantum obuia quæq; ipsorum uasa, ac diuitias, quas amplissimas habent, sed & reconditos atq; secretissimis locis abstrusos ipsorum thesauros, ubi nemo planè homo suapte industria eos inuenturus fuerat. Verum hæc tibi facturum sum, ut scias q; ego reuera Dominus sim, qui te nondum 30
natum, hæc nunc uerbis, amice admodum ac familiariter proprio nomine appello. Ego, inquam, Israelitarum Deus, qui cum Persarum idolis me ne conferri quidem patior, appello atq; alloquor te tuo nomine, propter seruum meum Iacob, propter electam mihi Israelis progeniem: quin & uncti regis cognomen tibi tribuo, tametsi nondum natus, me nihil nosti. Ego ille sum Dominus, per quem omnia creantur, gubernantur, atq; disponuntur: neq; est quisquam amplius. 40
Quantumcunq; apud Babylonios deorum sit, item & apud Persas tuos, præter me nemo Deus est. Ego itaq; te, nondum mei ullam cognitionem habentem, cum ne natus quidem adhuc sis, magnis rebus gerendis accinxi, ac præparavi: Ego inquam, ne quid hic tuis dijs arroges. Nam toto mundo, ab ortu solis usq; ad occasum eius, cunctis innotescere atq; constare cupio, non esse uerum Deum præter me: & quod ego omnium Dominus sim, & nemo amplius. Ego enim 50
formo lucem, ac læticiam, & creo tristes quoq; tenebras. Per me uel pacifice uiuitur, uel etiã bellorum tumultibus regna concutiuntur. Ego ille sum Dominus, qui regum uniuersorum corda, meis manibus tenens, omnia ista facio. Cæli huic Cyro demisso rore gratulentur, atque bene faxint: & nubes iustitiæ, omnisq; bonitatis pluuiam demittat: & terra ad illam inhians atq; aperta, fructum edat, seruatorem proferens, eumq; iustum ac piuum. Ego Domi- 60
nus, eum iam mihi creatum habeo. Ceterum quantumcunq; certam uobis spem liberationis facio, non defuturos tamen scio, qui

me plurimum tacito sub pectoris antro, uel etiam propalam culpabunt, quod captiuitatem hanc uobis non auerto potius: siquidem illis consultius uideatur, pacem ueterem ac bonam seruare, quam nouam componere: rem partam custodire, quam perditam redimere. Iustificatur enim sapientia à filijs suis. Sed uæ sic contententi cum creatore suo: ut item testatur, quæ certat cum suo tractandæ terræ magistro. An dicit lutum figulo suo, Quid ex me facis? nihil elegans & imperfectum est, quod ex me fingis? Perinde hoc est, ac si filius quoq; cum patre contendat, quod non sit natus robustior, formosior, aut ingenio felicior: patri obmurmurans, Quid me generasti? & matri, Cur non felicior me peperisti? Sic autem hic uobis respōdet Dominus, ille Israelis sanctificator, atq; creator: Quæ uentura sunt prospicio, atq; præscio, adeo ut de futuris interrogatus, tam polsum respondere certa, quam si quis me roget præterita. Et uos mihi præcipietis, quid aut quomodo tractaturus meos sim filios? ac rem meis manibus partam? Ego totam creauimus mundi machinam, & terram faciens, & creato in ea homini colendam eam exhibens. Ego meis manibus expandi cælos, & uniuersis illi exercituum quilibet præcepi ac præscripsi: & scelerati illi atque cæci obmurmuratores mihi præcipient, quasi ipse non satis notum, quid & meo nomini expediat, & filijs item meis utile sit. Ego itaque suscitabo Cyrum, quando iustum erit & æquum, ubi plenitudo ipsis aduenit, cuius omnes uias, totamq; uitæ seriem dirigam atq; felicitaro. Huius iussu atq; opera, ciuitas mea Hierusalem restaurabitur: quippe qui captiuos meos libertati suæ restituet, atq; in patrium solum dimittet: non quidem precio ullo, aut ullis muneribus ad hoc illectus, sed gratis planè, quod philanthropos sit, clemens & misericors. Vnde & de suo numerari ipsis faciet, quo templum reparat ac extruant: typus nimirum uerissimi Cyri, CHRISTI IESU Domini nostri, qui iusticia fidei, quæ ex ipso est, nos uerè renatos sua facit templa, quæ æternus æternum inhabitet. Sic dixit Dominus: Quod Aegyptus pificatione multisq; sudoribus partum habet, & quod sua negotiatione lucrifaciunt Aethiopes, similiter & proceri illi Sabæi, hæc ad te deferentur. subditi enim Cyro, tui erunt, atq; seruatorum more te se stabuntur: & pleriq; quidem uncti uenient, qui uos adorabunt, atq; sua uincula deprecabuntur, agnoscentes certò in te Deum esse, neq; ullum esse amplius Deum alium. Verè tu Deus absconditus es, qui complusculos annos quasi oblitus populi tui, nunc tandem tanta cum gloria ipsos seruas ac redimis. Qui uerò alios sectantur deos, simul omnes pudebunt atq; erubescunt, una cum ipsis sculptilibus autoribus, aut statuarijs. Sed Israel, cuius spes est in Domino Deo suo uero ac uiuo, æternum perpetuaq; salute seruabitur, nullo unquam seculo pudore suffundendus, nec ignominiam laturus.

Væ qui con-
tradict. sicut
Eori. sicut

Verè tu es
Deus abscon-
ditus.

laturus. Sic enim promittit eis Dominus, creator cœli, ipse Deus formans terram, atq; factor eius. Quod autem eam præpararit, non temere neque frustra fecit, sed formauit eam hominibus inhabitandam. Ego itaque sum Dominus, inquit, neque est præter me quisquam alius. Non autem in abscondito, aut locis terræ obscuris ac tenebrosis locutus sum, ita ut gentium dii suis sacrificiis secretò aliquid in aurem immurmurant, quod illi uelut diuinum oraculum, uulgo tunc aperiant: id obscure a deo, & oblique, ut nihil certi illinc constare possit ipsorum consultoribus. Ego uerò in monte Sina legē populo meo traditurus, auditus sum à plus quam sexcētis hominum milibus. Neque frustra sanè Iacobeum genus me iussi quarere, atque colere. Nam ego illi omnium Dominus, nullam exercēs tyrannidem, quicquid iustum ac æquum est, id tantum loquor, atque eos facere uolo, rectissimas honestæ ac piæ uitæ formalas ipsis præscribens. Sed agitedum, aceruatim uenite, atque huc simul omnes accedite, uilissimæ ac deploratæ gentes, quæ tam crasso ingenio estis, ac stupido, ut non pudeat sculptile quoddam lignum, uestris humeris impositum circumferre, atq; illud uelut Deum orare: cum furdum sanè sit, neque te uel Stentorea uoce clamantem audiat, tantum abest ut exaudiat ac seruet. Proloquimini quæso quod res est, conuocatis etiam sapientibus ac sacrificiis uestris omnibus. Quis omnium Babyloniorum deorum, aut quarumuis gentium deus, hanc ipsorum uastationem prædixit, antequam per me id factum & prænunciatum est? Hinc ne intelligitis me uerum esse Dominum? nec esse Deum quenquam præter me? qui Deus sum iustus, pius & pater spem, & populi mei seruatur, ut nemo alius. Cõuertimini itaq; ad me, quoscunq; terræ fines incolitis, & conseruimini salutem. Ego enim Deus sum, & non est quisquam alius. Iurauit, & quidem per me ipsum (quando maiorem neminè habeo) quod populum meum redempturus sum, & à quocunq; terrarum angulo se quispiam omisis dijs ficticijs ad me cõuerterit, huic ego salutem præstaturus sum. Certus sermo est, quem de ore meo progressum iuste præstabo, nunquam eum retractaturus, aut eum habiturus irritum. Spectatore enim fide sum, adeo ut omne genus hic se mihi incuruet ac desectat. Quin & omnis lingua ueritatis laudem mihi tribuēs, per me iurabit, dicetq; quod per Dominum, meritaq; gratia eius, sua sibi constet iusticia & fortitudo, & rem suam omnem illi acceptam feret. Nam quotquot de sua iusticia sibi quicquam arrogat, aut suis uiribus quicquam tribuūt, hos pudefieri, atque ignominiam referre oportet. Itaque iusti Israelis ueri posterij, ac nepotes simul omnes, in Domino per fidem iustificabuntur, ac laudem consequentur. Qui uerò in se per facta sua iusticiam querunt, hos ipse Israel etiam si cognationem carnis addu-

cere uolent, non agnoscet suos: nihilo magis quam qui operâ manuum suarum, aut fictitios deos adorant.

CAPVT XLVI.

Nemo Babyloniorum stultitia dementatus, ex mutis & inutilibus statujs aut ex infano earum cultu iusticiam querat, nam Beli idolum, quantumuis de eo Babylonij sese iactitent, incuruatum corruet atq; confringetur. Simul & Nabo, magno in honore illis habitus. Simulachra autè ipsorum, quæ illic uidebitis plurima, deuastata iam Babylone atq; direpta, imponentur camelis, equis, asinis, alijsq; iumentis, & suo pondere miseras bestias sic prægrauabūt, ut sub ipso onere deficiant: siquidem excutere id nõ poterunt. Ita & misera animantia aureis hīs atq; argenteis idolis ferendis alligata, suam quandam captiuitatem quoq; ferent. Cæterum qui de domo Iacob estis, quotquot in quâ ex Israele estis superstites, audite me, atq; rem hanc uobiscum perpendite. Illic feruntur dii à iumentis, prius quidem gestari soliti à suis sacrificiis, at ego non à uobis feror: quin potius uos ab utero, ab incunabulis à me portamini. Ab inuente ætate, tenerisq; unguiculis, ego uos fero, etiam dum senescatis hoc facturus. Ego ipse uos fero, inquam, portaturus etiã uos ad cœnos usq;. Ego uos feci, à nemine factus: unde & uos ferã atq; portabo. Portabo uos in quâ, & seruabo. Babylonios uerò deos homines fecerunt, unde & ab hominibus aut asinis portantur: & corruunt simul, tum qui eos gestant, tum etiam dii qui ab ipsis gestantur. Cæterum ego uobis ferendis par sum, nec onere ullo prægrauor. Non est itaq; q; me auro, argento, aut lapidi arte sculpto & inuento hominis putetis similem. Imò tanta mea maiestas, uirtus, & dignitas est, ut nihil quicquã sit, quod mecum conferatur, mihiq; comparandum ueniat. At gentium dii quæ dæmonia sunt, ut ipsi sunt inutiles ac noxij, ita & ipsorum cultores erigunt eis statuas inutiles, nocentes potius quam boni quippiam docētes. Emungunt autem ab auro dinorum loculos, atq; appenso siue adnumerato argento conducunt artificem aliquem, qui ipsis deum pareat. Et ad hunc procumbunt, sese incuruant ac geniculantur. Neque eo contenti, humeris suis eum imponunt, atq; totis urbibus suis circumferunt, ut simul ab omnibus adoretur. Tandem uerò in locum suum repositus, ita ut stupidum truncum decet, perstat illic immobilis. Quem si quis adoret ac inuocet, nihil neq; uidet, neq; audit: tantum abest ut exaudiat, uotisq; precantum respondet, è tribulatione cultores suos crepturus. Mementote quæso huius, neq; unquam uobis excidat, ne ad similem inducamini infamiam. Quin potius forti atq; infracto estote animo, in hoc icumbentes, ut qui hic stultè adeo desipiunt atq; peccant, ad meliorem mentem per uos reducantur. Reuocate in memoriam quæ superioribus seculis per me ge-

Congregamini, & uenite, & accedite sum.

In memetipso iurauit, & egredietur de ore meo iusticia uerbum.

Cui asini lastis me, & adæquastis.

sta sunt: & multis magnisq; argumētis cognoscetis, quod ego uere Deus sim, & quod præter me nemo sit Deus alius, qui mihi uel conferendus sit. Prædico enim uobis ab ouo (ut aiunt) ad mala rem aliquã, à primo exordio ad ultimum usq; finē: idēq; res prima sua ab origine pandens, quæ nondū gestæ aut factæ sunt, multo antè quàm fiant, à capite ad calcē multa reuelans & aperiens. Neq; id oraculis uanis & mendacibus, siue oblique inuolutis, ut gentium dii assolent. Sed quæ dico, explicatissima sunt, & certa. Nā omne meū consilium siue decretū perstat, & omnis mea uoluntas præstat. Cū itaq; euocare decreuerim ab oriente te Perside, auem quandã, & è terra longinqua uirum, qui quod mecum in Babylonios consului ac statui exequatur, ut illud prolocutus sum, ira & faciam, quicquid cōstitui perfecturus. Audite, atq; cordi esto uobis hoc, qui duro, præfractoq; adeo animo estis, & ægre admodū hæc mihi creditis, plurimū degenerantes ab eo quod iustū ac rectū est, à uera iusticia, quã fide cōsequeremini, nempe si promissis meis crederetis. Ego sanè, etiã si nōnulli increduli sint, meam tamen fidem liberabo, neq; hoc ita diu erit. Nam salus quam collarurus sum, nō ita longam faciet moram. Dabo enim in Sion salutē, & gloriam atq; maiestatem meam aperiam inter Israelitas, in populo illo uerè meo, atq; electo.

CAPVT XLVII.

Descende tandem ex alto tuæ maiestatis fastigio misera uirgo, filia Babel. Descende inquam, atq; demitte te in puluerem, in quæ omnis tua gloria deducitur. Colloca te humi: siquidē non habitura es amplius sedē, aut solū regium, misera Chaldæorum filia. Nā non perges amplius haberi tenera adeo, ac delicata, ut omnes terræ nationes te suis humeris gestaturæ sint. Sed pro hac tua teneritudine ac mollicie, duriora certè nunc imminet, atq; te prement: siquidē in pistrinū detrusa (ita ut mæcipia solēt) molam accipies, quam circū agendo farinā facies. Ad hoc itaq; te compone, & appara. Denudato cincinnos tuos, exue item calceos, atq; crura tua discooperi, nuda genu, nodoq; sinus collecta fluentes, ut suffarcinata atq; flumine transmissa in captiuitatē abeas: ubi pro uestibus olim multis adeo & superbis, ea uiues paupertate, ut non sis habitura quo uerenda cōtegas: siquidē ludibrio atq; derisui exposita, nō poteris pudenda obuelare. Breuiter, ex summo honore ac omnis gloriæ fastigio, ad summam deuenies ignominiam. ulciscetur enim se de uobis Dominus, serio adeo & duriter, ut nullam hic intercessionē sit passurus, quæ ipsum placet, aut iram committiget. Sic in uos affectus est redemptor ille noster, Israeli sanctus ac dedicatus, cuius nomē est Deus exercitū. Et nūc quidē multo fastu constrepis, ac illustrissima es. At olim tacita sedebis, idēq; obscurissima, in locis obscurioribus, misera Chaldæorum filia,

Sed tacens, & intra in tenebras sua Chaldæorum,

siquidem nō amplius te dicent regnorum omnium dominā, sed monarchia hæc uestra intemorietur, atq; cedit alijs: idēq; quod immisericorditer adeo cū populo meo egeritis. Ex candescebam quidē ego in populum meum, unde ueluti impuros ac reijculos eos tradidi in manū uestram: sed senioribus iam deuictis parcere uos condecuerat, neq; in grandæuos crudeliter adeo defæuire, totiusq; mei populi internecionem querere. Sed cogitasti te perpetuò dominaturā, adeo ut de huiusmodi calamitate, & quæ tandē nouissimo die tibi obuenire possent, ne cogitaris quidē. Nunc itaq; audi hoc, quæ nūc delicijs omnib; affluēs, uarijsq; huius mūdi uoluptatibus immersa, multa in pace læta ac secura habitas: quæ itē tibi uideris, q; una tu primatū teneas, neq; quisquā tecum conferri possit. Nō sedebo, inquit, uel ueludua, neq; me cōtristabit orbitas. Vtrumq; certè horū repentē tibi accidet, idēq; uno die: nimirū ut occiso rege sis uidua, & ablatis omnib; rebus ac ciuitatibus, hæc tibi subiectis uelut liberis tuis orbēris, ac modis omnibus uiduata sedeas. Obueniēt autē tibi hæc, q; multos adeo maleficos, & præstigiatores habes, qui tibi oculos fascināt, atq; à Dei ueri cognitione retrahunt: & ob induratos nimis incantatorum tuorum animos, quibus tu nimis tribuis. siquidē his sceleratis quiduis credis, putans te tū deos tū homines simul oēs latere. Sed hi tui sapientes ac multiscij illusores, te in tua illa arrogatā mihi rebellē seruāt, adeo ut in ipsis cordis tui penetralib; tibi uidearis, q; tu supra oēs sis, neq; quisquā tibi conferendus ueniat. Sed ueniet tibi dies malus ac calamitatus, quæ nescies unde tibi exoriat, & delucule sciat. Et irruens in te, grauissimè te opprimet atq; deperdet: neq; poteris eum repellere. Repentē em̄ desolaberis, idēq; cum minime putas ac credas. Sta quæso nūc ab incantatoribus tuis, & à multitudine maleficorū tuorū, quibus ab adulescētia, primisq; regni tui primordijs sedulā adeo impendisti operā, quādo nō nisi felicia tibi prædicere atq; ominari solent. Sed age cōuoca nunc eos, fortassis aliquid tibi opis tulerint, atq; animū tuum releuarint. Multū adeo solēt adferre consiliorū tuorū, ut oneri nōnunq; fuerint, quālibet etiã tolerantē delassaturi. Sed ad sin. atq; seruēt te nūc astrologi tui, qui obseruata siderū ratione, quid singulis mensibus futurū sit prænunciāt. An non hæc ipsos sua astra præmonuerūt: Ecce, rā nihil diuinæ ultioni resistere potuerūt, ut facti sint ueluti stipulæ, quas ignis comburit: neq; enim sese ab incendio liberare possunt, sed subito leuīq; flamma toti dispereunt, ita ut nulla ex eis relinquatur pruna, ad quā te calefacias: nec uelut ignis, ad quē cōsideas. Ita sanè se res habebit, atq; exitus sapientum siue magorū tuorū, quos magni adeo facere soles, & qui ab adulescētia tua de te negociati sunt, ita ut tuos illos negociatores nō paruis sumptibus alas & cōserues, Cæterum quādo tua imminēbit desolatio,

Ueniet super te malum, & nescies oriā eius.

latio, eaq; in uos irruet, tūc quilibet horū huc illuc discurrrens sibi cōsulet, neq; quisquam eorū ad te respiciet, aut de te seruanda cogitabit.

CAPVT XLVIII.

Audite hoc o domus Iacob, qui uos Israelis nomine iactatis, cuius tamen degeneres estis filij: & qui de semine Iudah, q; illinc nasciturus sit Melsias, plurimū gloriāmini, atq; magnificē uobis placetis, cū tamē a progenitorū probitate lōgē nimis ab-¹⁰ sitis. Nā & per nomē Dñi, & per Deū Israelis iuratis, atq; perpetuō eū in ore habetis, uerius quā in corde: unde fucata apud uos omnia sunt, minimeq; iusta ac syncera. Sic & sanctæ ciuitatis ciues & incolae uos uocatis, uultisq; haberi, ut qui Deo Israelis (cui nomē est Dñs exercitū) innitātur: sed uerba hæc sunt, quando re ipsa nihil minus facitis. Increduli, nulla fide estis: & impuri, nihil habetis sanctitatis. Adaunciani uobis frequēter futura multo an-²⁰ tē q; fierēt, quę quidē ore meo prolata uos auditis: sed quādo parū adeo mihi creditis, cōtinuō ea mihi faciēda fuerūt. id quod feci quoq; re ipsa præstans, quod uerbo promiseram, siue prædixeram. Noui em̄ cordis uestri duriciam, qua nihil uobis persuaderi potest. Noui & cernuicem uestrā, non magis tractabilem, quā si neruus esset ferreus. Quin & frons, quę uobis area atq; impudentissima est, ea me nō later. Itaq; quę facturus erā, significauī uobis mul-³⁰ tis diebus antē quā euenirēt: ne fortē huius rei gloriā idolis uestris tribueretis, quasi per cōstatiles ac sculptos deos uestros ea facta essent. Audistis me de futuris uos præmonēti, & uidetis ad amussim facta meis prædictionibus respondere: Nōne hoc uos ingenuē facti oportet? Quin & nūc noua uobis prædico de perdēdis Babylonijs, & uobis illinc redimēdis, idq; antequā trahāt uos illinc captiuos. Et hæc quidē hæcenus meo in pectore serua-⁴⁰ ui tacitus, ne quid illinc sciretis. At nūc ea prolatus sum, id quod superioribus dieb. nolui. Nā ante hunc diē nihil quicq; ea de re audistis, ne fortē causaremini uetus esse, & iam diu uobis cognitū. At ne nūc quidē fidem datis auditis, neq; de captiuitate aut redemptione uestra intelligitis. Aures em̄ hic obturatas planē habetis. Sed noui uestrū ingeniū, & quod præuaricātes præuaricaremini, peccata peccatis accumulantes. siquidē ab utero, ipsiq; ab incunabulis præuaricator, nominisq; mei cōtemptor es, filius iræ natus Propter nomē tamen meū, ne illud inter gētes malē audiat, pono irā meā in uos furibundā, & me uobis propitiū præsto, ac placidū. Propter laudē inquam meam, quam uobis deperditis atq; ad internecionē deletis, suis idolis malē sani idololatræ tribuerent, longaminis ac propicius uobis esse cogor, qui alioqui stirpitus deperdi cōmeremini. Sed captiuitate hac uos purgabo, nō quidē ut argentū, cui omnis sua scoria exuritur: sic enim si ageretur, quorsusquisq; uestrū remaneret: Probaturus itaq; uos sum in camino

afflictionis ac paupertatis, ut ablata nequitia uestræ materia, cōdiscatis frugi esse, neq; ita luxu diffluere. Certē si uos pro uestris meritis tractarem, atq; omnes simul disperderem, impigentes hinc nimiū suas cristas attollerent, & ficulneos suos deos ueros esse deos censerēt. Itaq; meapte causa, meapte inquam causa, uobis parco, qui gloriam meam in stupidos illos truncos deriuari nō patior. Non enim per illos, sed per me fit, ut in captiuitatē abducamini. Neq; item illi uos dimittent, aut illinc educent: sed ego, qui liberationis modum uobis expono, antequam abducamini in captiuitatem. Audi itaq; me genus Iacob: Ego unus Deus sum, uiuus & uerus. Ego primus & nouissimus, omnium factor ac creator, & ipse factus siue creatus a nemine. Certē manus mea fundauit terram, & dextera mea dimensa est atq; extendit cælos. Quæ postquam uocauī, atque iussi esse & apparere, cōtinuō fuerunt atq; uisa sunt. Quod autē ad deos fictitios & Babylonicos attinet, agite dū simul omnes eos cōgregate, & percontamini, si quis unus omnium sit, qui uobis simile quicquā proferre possit, quale illud est quod de Cyro liberaturo uos auditis. Certē Dñs eū diligit, bellūq; illud Babylonicū prorsus ex sua sentētia ac uoluntate ipsi prosperabit, ut ualida fortiq; manu Chaldeos sibi subijciat. Nihil hic dijs Periarū debetur, nec ulla huius uictoriæ gloria in eos deriuari poterit. Nam ego, ego in quā hæc statui, atq; prolocutus sum. Ego eū uoco, atq; in Babylonē induco, omnē eius uia, omne consiliū ac studia omnia illi fortunās atq; felicitās. Accedite ad me propius, atq; audire hoc: Primo principio quādo uestrā manū arripies ex Aegypto uos eduxi, nō secreto, aut loco obscuro uobis lōcutus sum, quando cū Mose de uobis redimēdis uerba feci in rubo. Quādo itē in Sina legē meā uobis tradidi, ut de alijs innumeris taceā: tunc quidē tēporis, atq; ibidē locorū sine inuolucris aperui, nō modō quis essem, sed & quid facturus essem, de Pharaone perdendo, & uobis liberādis: quæ omnia euētus cōprobauit. At nūc idē ille Dñs Deus me ad hæc uobis annunciāda spiritu suo impellit. Sic autē dixit Dñs, qui uos de captiuitate uestra redempturus est, quā ille sibi nō uult imputatā, quasi ipse uobis uestrę illius miserix autor sit: quin potius ipsemet, pprijs iumētis eā uobis accersitis. Dñs enim, ille sanctificator Israelis: Ego, inquit, Dñs Deus uester, docui atq; tradita lege mea uobis præscripsi, pia & bona, & quę maximē in rē uestrā sunt, præmonstrās uobis uiam, qua sit incedendū, & quomodo uiuendū. Atq; utinam hæc mea mandata cordi uobis fuissent, uosq; ijs præstandis auscultassetis: non incidissetis in tumultus hos bellicos, ac miserandam hanc captiuitatem: sed quemadmodum inundans fluuius cuncta irrigat, ita pacis apud uos plena fuisset omnia, & iusta regni uestri administratio omnibus

Propter me, propter me faciam, ut non blasphem.

Accedite ad me, & audite hæc.

Audite feci tibi noua ex hinc, & cōseruata.

Egredimini
de Babylo
ne, in uoce
exultatio
nis.

terrori fuisset, tantū abest ut te hostes ulli fuissent oppressuri. Semen item uestrum multum adeo fuisset, ut arena maris: & filij ex utero uestro prognati, sicut resplendentes in arena calculi. Non ita fuissent ab hostibus occisi, neq; a facie mea: nimirum extra Hierusalem, huc illuc dispersi. Sed agite, quantquam nondum in Babylonem abducti, certo illuc commigrabit, atq; item illinc redimendi estis. Egredimini tunc e Babylone, atq; fugite a Chaldeis, non quidem tristes ac ueluti lugētes, sed læti & alacres, & ut lætitia uestra toto orbe perferret, atq; in ultimis terrę finibus de uestri redemptione sciatur: neq; usquam terrarū hominem ullum lateat, quod Dñs seruum suum Iacob e dura adeo, ac potentissimi tyranni captiuitate redemerit. Commodissimam certe ego præstaturus eis sum uiam, quando natale solum eis repetendum erit. Nulla eos torquebit fitis. Deducam quidem eos per deserta: sed potius quam illuc siti laborēt, aquas de petra aut rupe eis produxero, ita ut olim in reditu ex Aegypto scissa petra promanasse scitis aquam. Et hæc quidem felicitas manet pios, quos bono, neq; ita cōsternato animo esse iubeo. Porro de incredulis ac impijs, quādo promittenti liberationem nō credūt, & de uerbis meis diffidunt, ita ut prophetis meis illudere etiā non uereātur, his nulla est pax, neq; est quod illi lætam sperent redemptionē: sed ut mali sunt, ita male perdentur.

C A P V T XLIX.

ITaq; uos insulares, qui & remotissimas etiā terras inhabitatis, quādo mihi acceptus est, qualibet etiam in natione, quisquis me timet ac reueretur: auscultate uos mihi, atque ad uerba mea uos præbete attētos. Dñs enim meo nomine me uocauit: & antequam nascerer, nomen mihi indidit: & de uentre matris meæ, priusquam in utero conciperer, per angelum suum nomē meum memorabile atq; illustre reddidit. Os autē mihi dedit in morem gladij acutum ita ut uerba oris mei impia sceleratorum corda penetrent, & conscindant. id quod facio, nullo humano præsidio sultus: sed protectore Deo, qui sub suæ manus umbra me tutandum accepit. Constituit autē me, non solum ut ueluti gladio cominus hominū corda feriam: sed etiam ut electissima sagitta me uti decreuit, qua & longē dissitorum corda configantur. Hūc enim in usum, me in pharetram suam recondidit, & repositum seruat: suo tempore me prolaturus, atq; de hostibus suis triumphaturus. Dixit enim mihi, quod ipse sim seruus, atq; alter Israel: non carnalem, sed spiritualem illi sobolem generaturus: tantō numero, ut uel cum stellis cœlorum, uel cū arenā maris certare possit. Nā per me statuit illustris fieri, totoq; mūdo innotescere. Ego autem præcognoui atq; præfensi, quod inuaniū essem laboraturus, operamq; sumpturus inanem: contra nitentibus nimirum ijs, quos mundus habet & sanctissimos & sapientissi-

Et ego dixi,
In uacui laboraui.

mos. Sed ego causam meam Domino & iudicandam offero, & uindicandam, apud quem quoq; mercede mea non fraudabor. Dominus itaq; qui me ab incunabulis sibi seruū facit, ac ministrum, nunc mihi iussit, ut Iacobū illud genus ad ipsum reducam, ne populus Israeliticus prorsus dispereat, atque emoriatur. Non enim me mittit, nisi ad perditas oues domus Israel. Et quanquā me mei Israelitæ non sunt recepturi, sed contempturi potius, atque summa me affecturi iniuria: gloriosus tamen, atq; illustris ero apud Dñm, qui etiā mea fortitudo, fortisq; futurus est uindex. Dixit autē mihi & hoc, q; parum quidē illi sit, si me ipsi seruū ac ministrū tantum præbeam, ad suscitandas siue conuertendas tribus Iacob, atq; desolatos Israelitas: imō me cōstituisse se ait in lucem gentium, ut gentibus ipsis luceā, atq; eorum tenebras dispellam: & ut per me uiuere so orbi salutē præstet, atq; depreciet, ad extremos usq; terrę terminos. Sic autem Dñs Israelis ille redemptor, eorumq; sanctificator, dixit, ad me contemptissimū uermem uerius quā hōminē, ita ut me ferē omnes abominentur atq; execrentur, ueluti principum uirorū uilissimū mancipium. Quanquā te Iudaicus populus reprobaturus sit, maximōq; dedecore persecuturus: cōplures tamē reges, inquit, gaudebunt te uidere, ita tuam maiestatem admirabuntur, & uiri principes tibi assurgent, atq; adoraturi sunt te propter Dñm, sua promissa te præstantem: propter illū Israelitæ dedicatū, qui te elegit, atq; charissimū habet. Sic autē dixit Dñs: Cum opportunū erit, exaudiam te: & quādo salus conferenda erit, auxiliabor tibi, atq; seruabo te, daturus te ut populo propiciator sis, ut ipse mecū in gratiā redeat, ut tandem restaurentur quæ nūc desolata sunt, utq; tu tibi obtineas gentes hæreditario iure tibi possidendas, congregaturus dispersos Deifilios in unū, ut unus sit pastor & ouile unū: & itē uinctos suis sceleribus, ex ipsis educas: & ijs qui in tenebris agūt, ut lux uera illucescas, Dominū propitiū eis deprædicans. Porro ne quis iam liberatis aliquid defuturū putet, ubilibet terrarum obuia sibi inueniēt pascua, neq; in excelsis aridisq; locis pascuis deficiunt. Et egredientur & ingredientur, & semper pascua inuenient: siquidem timētibus Deum nihil deest. Non esurient, neq; sitient, nō discruciantur eis æstus ullus, aut calor solaris: siquidem miserator eorū curaturus eos est, atq; adducet eos ad fontes aquarū. Scient enim & humiles esse, & excellere ubiq; & in omnibus instituti. & saturari scientes & esurire, quod tamen ipsis esuries non erit: & abundare & penuriam pati, sed parum penuria illa est, quæ priorum animos non tanger. Ut autem facilis commodatq; uia reddatur, qua quisque ad te perueniat, atque tibi auscultet, montes meos omnes reddam peruios: & semitas humiliores, immissa de montibus arena, attollam. Nam ecce: ex redemptis alijs de longinquo

In tempore
placito erit
diuinitas.

longinquo ab oriente uenient: alij rursus ex
 aquilone à Babylonijs: alij uero de terra Assy-
 riorum ab occidente, & alij rursus ab Aegy-
 ptijs de terra australi: undiq; ad te confluent,
 atque per te salui fient. Ouate hinc cœli, &
 quicquid cœlestium spirituum est. Exulta &
 tu terra, cum omnibus qui te incolunt. Quin
 & montes uos, canite Domino hymnos ac
 laudem, quod populum suum tam benigne re-
 spexerit, ac consolatus sit, pauperum suorum
 miseratus, quibus aliunde nulla salutis spes af-
 fulgebat. Dixerat autem Sion, pusillus ille
 grex meus, eratq; super me conquestus, quod
 ipsum dereliquissem, atq; eius prorsus essem
 oblitus. At ego interim eius redemptionem
 meditabar. Qui enim possem eius obliuisci?
 An matrem unquam capiet obliuio infantis
 sui, ut non misereatur, neq; cogitet de filio sui
 uereri? Quod si maxime id fieri possit, ego cer-
 te uestri non obliuiscar. Nam ut uestri memo-
 ria mihi perpetuo ob oculos uersetur, inscri-
 psi uos manibus meis. Quin & muri uestri, de
 quibus restaurandis iam pridem cogito, assi-
 duo mihi præ oculis atq; in animo sunt. Archi-
 tecti atq; fabri murarij, qui muros Hierusalẽ
 extruant, maturabunt suum ad uos aduentu:
 & qui ipsam destruunt ac demoliuntur, explo-
 dentur. Sed attolle quæso oculos tuos, atq;
 regiones circûcirca præspice. Omnes illi, quo-
 rum bonam partem suis cum normis, perpen-
 diculis, malleis ac trullis aduentare uides, tibi
 ueniunt, suam operam accommodaturi. Imò,
 si uino ego, ait Dominus, hi omnes te conde-
 corabunt. His omnibus undelibet aduentanti-
 bus uiris sic exornaberis, nõ secus quam spon-
 sa quæpiam torque, monilibus, preciosisq; ue-
 stibus comparata. Nam quæ nunc deserta iac-
 ces, & solitaria, misereq; uastata, breui tantam
 in te hominum uidebis frequentiam, ut mi-
 nor futura sis, quam ut omnes capias: eruntq;
 tibi omnia lacta ac secura. siquidem pseudo-
 prophetæ illi, qui de uobis ficticijs sermoni-
 bus negociabantur, ad uerorum prophetarũ
 siue concionatorum aduentum aufugient, atq;
 exulabunt. Et filij tui, quos nunc habes orpha-
 nos, adhuc tibi in aures clamitabunt, non sa-
 tis amplum ipsis esse locum, ut commodè ha-
 bitent. Vnde tu in admirationem inducta, te-
 cum cogitabis, atq; dices: Quis nam mihi ge-
 nuit istos? Vnde mihi tam numerosa soboles,
 quæ desedi uidua, sterilis, exul, uaga, atq; capti-
 ua: Ecquis mihi hos educauit? Sola, ac modis
 omnibus destituta sedebam: unde igitur hæc
 tanta multitudo, & liberorum frequentia?
 Audi obsecro, atq; tecum perpende, quid hic
 tibi loquatur ac respondeat Dominus. Ecce,
 inquit, erigam manus meas ad gentes: erectu-
 rus item passionis meæ uexillum ad populos,
 ex omni quæ sub cœlo natione est, allec-
 turus aliquot, qui dictis meis credãt. Et hi tibi tuos
 filios adducent, suis ulnis amplexos: neq; etiã
 suis humeris tibi tuas adportare grauabuntur
 filias. Quin & reges ac uiri principes, uerita-

tis diuinæ studiosi, præbebunt se filiorum tuo-
 rum, ac Domino Deo credentium, nutricos:
 & reginæ gaudebunt eorundem esse nutrices:
 idq; tanto studio, magnosq; adeo seruore, ut
 demissis in terram uultibus te adoraturi sint,
 multumq; tibi honorem habituri: adeo ut uel
 pedum tuorum puluerem abstersuri, & calcea-
 mentorum tuorum corrigias soluturi sint. id
 quod tu tamen non feres, nullaq; ratione per-
 mitteres. Sed hinc cognosces, quod ego sim Do-
 minus, qui meos, quanquã ipsorum obliuisci
 uidear, minimè derelinquo: & quod non sint
 pudore suffundendi, quicumque suam spem in
 me collocarunt. Hic autem miratus, tantam
 ex gentibus multitudinem erecto uexillo col-
 ligendam esse, quæ tibi tuos liberos, ueritatis
 doctrina imbutos undelibet adducat, cogita-
 bis fortassis, an præda sic possit huius mundi
 tyrannis, ueritati male uolentibus, eripi: & u-
 trum idololatriæ atque crassissimis tenebris
 captius atque illigatus populus, sic uiris ro-
 bustis ac uiolentis possit auferri? Hic ita tibi re-
 spondet Dominus: Qui captiui tenentur, ro-
 busto auferentur: & præda quam multo iam
 tempore tenuit tyrannus uiolentus, eripietur
 ei. Neq; hoc tantum curaturus sum, sed & ip-
 sos oppressores tuos, & iniquos iudices, per
 quos ueritatis meæ deprædicatio impeditur,
 hos ego iudicabo, atque me probè de ipsis ul-
 ciscar. Sed tuos certè liberos, multa sedulitate
 seruaabo. Quin & hos tuos deprædatos, qui
 prætextu longarum orationum, uiduarũ do-
 mos deuorare sunt soliti, sic exercebo atque
 affligam, ut uidentes quanto uos iam in ho-
 nore mihi sitis, multa inuidia inardescentes,
 suam ipsorum carnem deuoraturi sint, atque
 proprio sanguine suo se inebriaturi. Vnde cû-
 ctis hominibus constare poterit, quod ego il-
 le omnium Dominus te seruo: & quod redem-
 ptor tuus est, ille semper in uero genere Iaco-
 bzo fortis ac inuictus.

C A P V T L.

Porro quod gentibus tanto numero, tam
 atq; copia in regnum Dei irrupentibus,
 Iudæi uos excludemini, neq; qui fi-
 lij regni debebatis esse, in illud intromittimi-
 ni, nulla sanè Domini culpa fit: ut uos quidem
 multa cum nominis Dei iniuria calumniami-
 ni, quasi per ipsum reiecti, atque derelicti si-
 tis. Sic enim dicit Dominus: Si ego synagogã
 matrem uestram mihi uxorem reieci, atq; eli-
 minauit, id per libellum repudiij fieri condecet.
 Eũ itaq; si me culpate uultis, proferte, atq; o-
 stēdite. Quis est ex creditoribus meis, cui uos
 uendidi: ut iam non amplius meus populus
 sitis, sed alterius? Sed dicam quod res est: Ini-
 quitatibus uestris factum est, quod uenditi
 estis. Illis, illis inquam imputandum est. Ego
 uos non deserui, sed uos deseruistis me. Et
 propter scelera, infandatq; flagitia uestra di-
 missa est mater uestra: ita ut nihil sit quod
 mihi imputetis, sed uobis ipsis. Veni enim in
 propria, & mei nõ recepistis me: quin potius
 reiecistis,

Captiuitas
 à forti tolli-
 tur.

Quod si in
 manu inimi-
 corum ue-
 nundatos
 uos aliquis
 putet.

Non quid o-
 bliuisci po-
 terit mulier
 infantem
 suum?

Ecce, leua-
 bo ad gen-
 tes manum
 meam.

reiecitistis, atq; damnastis. Clamabam quidem, ac sedulo uos pręmonēbā, atq; in ueram uiam inducere conabar: sed nemo quisquam mihi respondebat, neq; dictis meis mouebatur. An decurrata & abbreviata sit manus ac uirtus mea? An non abundē signorum, ac stupendorum miraculorū inter uos pręstiti, quibus mihi fidem apud uos conciliarē? An ea nunc impotentia sum, ut amplius liberare nō possim? Ecce, si increpare uelim mare, ita ut olim apud

Dominus linguam mihi dedit eruditam.

Aegyptios feci, cōtinuō exiccabitur. Si uelim, dabo etiā ut flumina, ueluti Iordanis olim, exarescant: & ut pisces eorū, ut quondam quoque in sanguinolētis Aegyptiorū fluminibus, aqua penuria ac siti emortiantur, atq; putrescant. Caelum densis & obscuris nubibus obduxero, ueluti sacco illud operturus, ita ut Cimmerias, uel potius Aegyptiacas habituri sitis tenebras. Hic certe nō erit quod in me desideretis, aut de uirtute manus meae cōqueramini. Quin & linguam mihi dedit Dñs eruditam, facundam ac disertam, quae dicenda recendatq; callet: ita ut ad consolandū lassam, miserēq; afflictam consciētiā, dum se fert occasio, plurimū ualeam. Vnde & quotidie mihi Dominus aurē uellit, nequid hic mihi desim, & ut ipsi uelut magistro auscultem. Et Dominus quidē Deus aperuit mihi aurē, ut audiēs ipsum audiam, eiusq; uoluntatem perficiam: cui certe nihil tergieratus, me per omnia obedientem pręstiti, adeo ut uestri causa nihil grauaris sim nec facere nec pati. siquidē corpus meum dedi percussoribus, & ijs qui malū pro bono reddentes; impiē me flagellarunt: & genas meas ac barbā ijs qui eā prater omnem meritum depilarunt, ac crudelissimē euulserunt. Neq; ab ullo ignominiae genere, atque contorto in me sputo, faciē auerti: sed multa patientia, diuinā uoluntati satisfactorus, hęc omnia ultroneus pertuli. Verūm Dñs Deus auxiliabatur mihi, unde & non sum pudescens: imō obfirmāui faciē meā, tanquam durissimum silicem, perseverans, atq; omnibus in afflictionibus constans. Quippe qui scirē, quod omnib. his contumelijs adhuc superior essem. siquidē non procul abest, qui meā causam aduersus oēs inimicos meos iustificat, atque pro mea innocentia iudicat. Quis itaque mecum cōtendat? Imō si cui placet mecum in ius descendere, accedat: & uideā, quis uestrū me de peccato reprehensurus sit. Ecce Dominus Deus mihi auxiliatur, per quem & omnia mea opera facta sunt. Quis itaq; is est, qui me condemnet? Gauderēt quidē aduersarij mei, me perditum: sed ipsimet perdentur, ac simul omnes ueluti uestimētum reijculū ueterascēt, atq; a timeis consumentur, aeternum perituri.

Quis ex uobis timens Dominum, audiens uocē serui sui.

Sed quisquis uestrū Dñm timet, seruiq; ipsius uocē audit, tenebris uarijsq; afflictionibus oppressus, ita ut ē suis calamitatib. emergendi spem nullā uideat, de me ille exemplū capiat, atq; bene speret de Dño, Deoq; suo innitatur. nam illinc certē auxiliū feret, & libera-

tionem. Ceterū uos impij, uelut accenso igne, simul omnes iram Dei prouocatis, atq; incenditis eam potius quā restinguitis. Dū enim ad placandam Dñi iram sacra scilicet sacris cumulatis, nihil aliud quā arrepto folle ignē damnationis uestre excitatis, atq; altius assurgere cogitis. Quin & populum meū quotidie mactatis, ignibus ac scintillis & flammis in eos desauientes: putantes etiā uos sic mihi egregium pręstare cultum, siue obsequiū. Sed erit, ubi in uestri ignis focum illapsi, pręnam luatis uestris factis dignā: scintillas sensuri, quas ipsi excitastis. Quod quidē supplicii mea de manu uobis accidet, qui perpetuis doloribus indormiscetis, atq; disercuciabimini.

C A P V T L I.

Ceterū uos qui iusticiam sectamini, atq; abnegata impietate Dñm queritis, cuius nomini ac honori unice conuultum uultis: nihil uos conturbet, neq; cōmoueat, quod paruo adeo numero sitis. Quin potius defigite oculos in exaridam illā petram, unde excisi atq; prognati estis: & in cisternam illam ueterem ac ruinōsam, unde profluxistis atq; estis enati. Aspiciēte in quā ad patrē uestrū Abrahamū, & ad eius uxore Saram, quae uos peperit. Nonne ille centū ferē natus annos, ex emortua uulua Saræ progenuit Isaacū? Vocabam illū ē sua cognatione in terrā peregrinā, ubi ille unus ac solitarius, inter impias gentes habitans me illi benedicente ac bene uolente, multis adeo ditatus est liberis, ut uel cū stellis cœli certare possint. Non est itaq; quod hinc te disercuciet. Nam Dñs Sionem ipsam cōsolabitur, multā sobole eā locupletaturus, & ruinas eius restauraturus: adeo ut desertū eius amēnissimum ac deliciarū planē locus futurus sit, & solitudo eius uelut paradisi Dñi. Qui habitus deserti, & uelut uasta mūdi solitudo habitati sunt, abalienati nimirū a Repub. Israelis: apud hos multo optimus nūc erit optimorū fructuum prouētus, ira ut hinc in Sion ingēs futurum sit gaudium, multaq; læticia, adeo ut suauibus cātilenis ac hymnis Deo acturi sint gratias, ipsum perpetuō collaudaturi. Attendite itaq; ijs quae ego dico, popule mi. Quid oues meae ad uocē alienorū respicitis? Audite me, inquam, tribus atq; grex meus. Nā ex me proditura lex est, nō in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis uestri carneis inscripta: lex nimirum charitatis, quae animo pręstatur lubenti, nihilq; coacto: & iudiciū meū, uerbū nimirū salutis, id ego apud totius mundi nationes diuulgabo: quas non patiar ita in suis palpitare tenebris, atq; a me aberrare, sed offerā ipsis iniustis, meā quae ex fide est iusticiam, ac ueram salutem, quae utraq; certē propinqua sunt, atq; omnibus credentibus progressa obuiā. Nam brachia mea quae ego diuulgato euangelio, late longeque proreudo, atq; ualida habeo: populos iudicabunt, atq; dirigent: quando procul hinc disiti insulares auidē me expectant, atq; brachium meum salutare maximopere desiderant.

Attendite ad me popule meus.

derat. Sublatis oculis suspicite in cælum, quous
 uix quicquã credas firmius. Quin & deorsum
 despiciate in terrã, qua nihil quoq; quis credat
 stabilis. Tamen cœli in morem fumi disperibunt,
 atq; euanescent: et terra ipsa ueluti uesti-
 mentum quoddam sua uetustate cõsumetur,
 emorientibus quoq; ijs qui eam incolunt. Cæ-
 terum salus illa, quam ego per fidẽ omni cre-
 denti offero, æternum duratura est: & iusticia
 illa mea, quam ego ipsos induo, æternũ per-
 stabit. Audite itaq; me, qui de hac mea iusti-
 cia, quæ per fidẽ est, intelligitis: atq; eam quæ
 per opera siue ex lege iusticia est, non ita ma-
 gnificatis, ut ex ipsa uel leuiter pendeatis. Po-
 pule mi, inquam, qui non in tabulis lapideis,
 sed in corde uestro legẽ meam habetis inscri-
 ptam, auscultate mihi, neq; uos perturbet ho-
 minum aduertus uos insurgentium maleuo-
 lentia. Ne timeatis, neq; quicquam moremi-
 ni, quæ in uos congerunt opprobria & conui-
 cia. Ignorãtes enim Dei iusticiam, & propriã
 querentes iusticiam statuere, iusticiæ Dei non
 sunt subditi, neq; participes. Et hinc omnis il-
 le uestri contemptus, omnis contumelia & ir-
 risio. Sed illos sanẽ cum sua iusticia, quæ mihi
 uelut pannus mulieris mēstruata est, ueluti ue-
 stimentum uetus ac reiectum, comedent uer-
 mes, & ut uestes laneæ ex tineis & blattis com-
 putrescent. Verũ quæ ex me iusticia est, ea in
 seculum durabit: & quam ego confero salutẽ,
 in perpetuas generationes perstans, nõquam
 intermoriatur. Expergiscere, expergiscere
 inquam, õ salutare Domini brachium, quod
 nũc dormire uideris. Expergiscere obsecro,
 atq; antiquam illam uirtutem, uiresq; ueteres
 indue. Exurge nũc, ita ut superioribus seculis
 nõ raro assoles. Nõne tu idem illud brachiũ
 adhuc es, quod Aegyptios olim pro suis meri-
 tis dignẽ adeo exercebat, submersio multo cũ
 dolore atq; ignominia, ipsorũ rege Pharao-
 ne? Nõne tu illud ipsum brachiũ es, diuinaq;
 illa uirtus, qua exiccato fuit mare, ex Aegy-
 pto tendentibus in terram promissã: ita ut
 commoda uia, siccoq; pede, quos redimebas,
 per illud incederẽt? Pari modo & nunc, quos
 redimit Dominus, redibunt, atq; cum cantico
 laudis ac gratiarum actione uenient in Sion,
 perpetuo leti futuri & alacres, omni dolore ac
 gemitu dispulsi. Nam nunc, non Moses, non
 Aaron, non Iosue, aut etiam Samuel: sed ego,
 ego ipse uos consolabor, ac spiritu meo bono
 deducam in terram rectam. Neq; quisquã ho-
 stis est, qui uestrũ iter impediatur. Tu itaq; qua
 formidine & timiditate es, ut metuas ab ho-
 mine mortali, & a filio hominis? qui nihil a-
 liud quã germen quoddam est, quod hodie
 cum uireat, cras demetitur, atq; exaridum fit
 scænum. Et non uenit tibi in mentem Dñi Dei
 creatoris tui, præ quo cuncti simul homines,
 principes ac reges nihil sunt, nihilq; possunt?
 Qui cœlos ipsos extendit, & terræ fundamen-
 ta posuit. Ita & olim expauescebas quotidie
 à facie furibunda oppressoris illius Aegyptiæ

ci, qui ad internecionem uos deperdere stude-
 bat. Sed ubi nunc est? Vbi nunc remansit ille
 uester oppressor? Postquam illi interemeram
 omne primogenitum, tunc quidem ille de no-
 cte confurgens festinabat, atq; huc illuc discor-
 rebat, nesciens qua uia uos potissimum mis-
 sos faceret: atq; de cõmeatu etiã, ne cibi penu-
 ria moreremini, sollicitum se præbuit. Ego au-
 tem idẽ ille sum Dñs ac Deus tuus, qui diuiso
 atq; exiccato mari uos illinc eduxi, personan-
 tibus hinc illinc eius fluctibus. Dñs exercituũ
 nomen mihi est: id quod longẽ excellẽtius ac
 centuplo amplius est, quã maris esse Dñm,
 eiusq; fluctibus imperare posse. Nunc autẽ
 pono uerba mea in os tuũ, ut liberẽ magnaq;
 parrhesia meam ubiq; uirtutẽ deprædices: id
 quod malefani huius seculi sapientes ferre nõ
 poterunt. Sed ego sub umbra manus meæ te
 protego, omnesq; capitis tui pilos numera-
 tos habeo: ut ne quid formides, sed securus
 laudem meam annũcies, donec tãtus tibi acce-
 dat populus, ut uel cũ stellis cœli certare pos-
 sit: quo terram fundes, ualideq; possideas, ta-
 liq; populo illustres. Ira ut & Sion dicat atq;e
 agnoscat, hunc suũ esse populũ: uerius quã
 illos, qui secundũ carnem de suis genitoribus
 Abrahamã, Isaac & Iacob gloriantur. Expergis
 scere tandem, expergiscere inquam, atq; surge
 Hierusalem, quæ de manu Dñi calicẽ grauissi-
 mi furoris eius bibisti, innumeris calamitati-
 bus ac miserijs afflicta & exercita: quippe quæ
 fecẽ uenenatissimi calicis ebibisti, atq; exicca-
 sti, grauissimas sanẽ afflictiones passa. Neq; e-
 nim erat ex amicis, aut quisquã ex filijs tuis,
 quos peperisti atq; educaisti, qui te manu ap-
 prehensam educeret atq; liberaret. Sed gemi-
 num certẽ te opprimebat malũ, neq; quisquã
 erat qui tibi condoleret, aut duram adeo mise-
 ramq; sortem tuam miseraretur. Domi te con-
 ficiebat fames, ac rerum omnium penuria: fo-
 ris uerõ uastabat te gladius, atq; crudelis ho-
 stis. Quis obsecro hic consolandi locus erat?
 Filij tui fame deficiebãt, ac passim per plateas,
 omniaq; uiarũ compita iacebant, ueluti aues
 laqueis præfocata: argumentum sanẽ luculen-
 tum furoris Dñi, grauisq; iræ Dei tui. Proin-
 de pauperula tu, nõ uino, sed multis afflictio-
 nibus ebria: audito mihi hoc, quod tibi nunc
 lætum atq; bonum adnuncio. Hęc dicit Domi-
 nator ille Deus tuus: Ipse inquam Deus tuus,
 qui se iam præbebit sui populi uindicẽ: Ecce,
 inquit, tollo tibi de manu tua calicem illũ ue-
 nenatum, omnemq; illam facem calicis illius
 tam acerbi & grauis, unde posthac mihi bibi-
 tura non es amplius, sed dabo illum ijs in ma-
 num qui te uastarunt, ac depopulati sunt: qui
 tam uilẽ te habuerunt & abiecerunt, ut tibi ius-
 serint, te sibi incuruare ac procumbere, ut per
 te conculcatã incederent. Et tu quidẽ pro tua
 illa tam dura sorte, præbuiisti illis dorsum tuũ,
 quod terrẽ aut suppedanei loco ipsi esset, utq;
 per te quasi plateã ingrederẽtur. Hęc illorũ cõ-
 tra te immanitas fuit: sed erit, ubi illis doleat.

Audite me,
 qui scire ius-
 sum.

Consurgo
 Hierusalem,
 quæ bibisti
 de manu Do-
 mini calicẽ
 iræ eius.

Quis tu, ut
 timeas ab
 homine mor-
 tali?

C A P V T L I I .

Porro tu ô Sion exurge, exurge inquam, atq; resumptis uiribus bono sis animo.

Abijce uestitum hunc sordidum, ac lugu-
brem, ô Hierusalê: atq; indue uestes pulchrio-
res, gloriosas & festiuas, quæ nûc uerè sancta,
pura, atq; immaculata es ciuitas. Iam enim ci-
ues tui omnes, uera in filium Dei fide circun-
cisi, atq; purificati, te inhabitabunt, neq; uersa-
bitur in te quisquam incircumcissus & impu-
rus. Excute itaq; tibi puluerem, cui inuoluta
sedes. Surge, & compone te in sedem tuam, si-
ue thronum tuum regium ô Hierusalem: ab-
ijce tibi de collo captiuitatis tuæ uincula, ô fi-
lia Sion haftenus captiua, ac uerè misera. Nûc
libera esto, atq; ea in libertate qua Dominus
nos redemit, persiste: neq; iterum seruitutis iu-
go impliceris. Nam sic dixit Dominus: Gratis
per protoplasti patris Adami inobedientiam
uenudati estis sub peccatum, mortem, æter-
namq; damnationē. Sed ego uicissim gratis,
nullo uestro merito, uos à peccato, morte, &
æterna damnatione, per meam obedientiam
condonās uobis omnia peccata uestra, & mea
iusticia uos conuertiens. Sic autem dixit Do-
minus Deus: Olim quidem descendit popu-
lus meus in Ægyptum, ut ibi peregrinaretur,
atq; Ægyptū incoleret. Et postea quidē cum
graui tyrannide diuexarentur, eos illinc edu-
xi, in terram ipsis ac patribus ipsorū promis-
sam. Post hæc Assyrius quoq; rex, nulla à po-
pulo meo lacepsitus iniuria, præter culpam, ac
nulla de causa eum oppressit, atq; captiuū ab-
duxit. Caterum nunc, quid hoc est captiuitatis,
atq; miseræ, inquit Dominus, qua nûc po-
pulus meus tenetur? Certè gratis rursus, &
nulla iusta de causa, ablati sunt populus in fœ-
dissimam hanc seruitutem humanarum tradi-
tionum, quibus miserum in modum illaquea-
ti tenentur, à primoribus, ac degrauatur? Do-
minatores enim eius, quos certè ministros ip-
sius esse oportebat, multos ei pariunt gemi-
tus, fletus & suspiria, inquit Dominus: & no-
men meum omni die ac perpetuò malè audit,
atq; dehonestatur. Certis enim uitæ regulis,
certo uestitu, ac præscriptis aliquot preculis,
ac nescio quibus ieiunijs ac lotionibus Domi-
num Deum placare, suæq; sibi peccata expiare
laborant. Et quid hoc est, quàm mea in se be-
neficia nō agnoscere, omnemq; mihi gloriam
meam præripere & auferre? Sed erit, quando
populus meus nomen meū cognoscat, laudet
ac ueneretur. Propterea illo quidem die, ego
qui nûc per prophetam meum uobis loquor,
ipse uobis affuturus sum: ipse uos docturus,
atq; assumpta carne inter uos uersaturus. Ve-
rùm quàm pulchri grati, ac iucundi censendi
sunt pedes illi euangelizantis: qui per monta-
na, quibus Hierusalem includitur, in totum fe-
rentur orbem, annunciatu pacem: deprædi-
caturi spiritum Dei bonum, qui affectus car-
nis mortificet: & parram per filium Dei salu-
tem: quam nulla legis obseruatæ commenda-

*Dominato-
res eius ini-
que agunt,
dicit Domi-
nus.*

tionem, sed per solam fidem consequentur, qui-
cunq; in nomen ipsius crediderint. Hi dictu-
ri sunt populo meo Sionio, quàm nûc regnet
inter ipsos Deus ipforum. Non Saul, non Da-
uid, Salomon, Roboam, aut mortaliū istius-
modi regum quispiam: sed ipse expectatus a-
deò Deus eorum, immortalis atq; inuictus.
Resonabit tunc toto terrarum orbe uox spe-
culatorum ac præconum tuorum, qui simul
omnes sublatis per aera uocibus, Dominum
deprædicabunt, atq; laudaturi sunt: siquidem
ipsum regem Domini, exoptatissimum illum
seruatorem suum, præ oculis suis uisuri sunt,
& perspecturi, manibusq; suis contrectaturi,
ubi Dominus captiuitatem Sionijs dissolue-
rit, populumq; suum è seruitute peccati libera-
rit. Itaq; Dominum cantate, atq; laudibus si-
mul omnes celebrate, qui desolatā atq; desere-
tam haftenus Hierusalem inhabitatis: siqui-
dem Dominus nunc populum suum consola-
tus est, atq; uos uerè Hierosolymitanos rede-
mit: quippe qui sanctum suæ uirtutis brachiū,
gentibus ipsis nudū ostenderit, suam ipsis uir-
tutem ac philanthropian notam faciēs, atque
sine omnibus inuolucris deprædicans, ut om-
nes undiq; fines terræ, humano generi præsti-
tam atq; partam suo illo brachio salutem ui-
deant, cognoscant atque sectentur. Caterum
quando uos Dominus iam à sordibus uestris
repurgauit, maculasq; delictorum omnes uo-
bis absterfit, Recedite, recedite inquam de me-
dio nationis prauæ, quæ legem ac ceremonias
iustificat. Ne ducatis iugum cū incredulis: nul-
lum enim est consortium iusticiæ cum iniusti-
cia, nihil cōmune luci cum tenebris, neq; ulla
concordia Christo cum Belial. Exite itaq; ex
hoc uiciorum mundo, & ne uos coninquina-
ueritis: quin potius purificate uos. Et si quis
cum frater appelletur, fuerit scortator, aut a-
uarus, aut simulachrorum cultor, aut cōuicia-
tor, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi ne-
cibum quidem capiatis: sed mundos uos ser-
uate, ac sanctos: quippe qui tēpla spiritus sancti
iam effecti, uasa fertis Domini. Caterum
hic nō tali festinatione est opus, ueluti cū uos
olim extruderent Ægyptij: neq; sic agēdum,
quasi hostis uos in fugam agat. Non est quod
trepidetis, aut unde timeatis. Nam ducem at-
que præambulonem habetis, non Mosen, nō
Aaronem, aut ex mortalium genere quem-
piam: sed ipsum Dominum immortalem, atq;
inuictum. Ipsum inquam Israelis Deum, qui
assumpta serui forma, multa intelligentia atq;
prudentissimè suas partes curaturus, iniun-
ctum sibi officium præstabit. unde & exaltan-
dus, laudandus, summoq; in honore supra om-
nem creaturam habendus erit. Obstupescēt
autem super eo quàm plurimi, atq; offendē-
tur, ita supra omnem hominem aspectus eius
deturpabitur: & forma adeò nulla ei erit, ut
qui cum filijs hominum non sit conferendus.
siquidem nihil non conferetur in illum conui-
ciorum, & opprobria opprobrantium omnium
cadent

*Videbit
omnes fines
terre salu-
re Deum
sibi.*

*Eccc intelli-
get seruos
meos, & ex-
leuabit,
& subleu-
abit.*

cadent in eum. Audiet helluo & potator, populi seductor, ac seditionis autor, atq; adeo de moniacus & Samaritanus idololatra, & ut qui uiolato sabbato nec Deum uereatur, nec homines. Breuiter, fœdissima quæq; de eo ferent: turpissimamq; illi mortem inferent, quo ipsum deturpēt atq; infament. Multas autem gentes morum suorum modestia & tolerantia sua permouens, suoq; sanguine aspergens, plurimum ab eis deprædicabitur: neque id apud plebem tantum. nam & reges & uiri principes, non audebunt Domino contra hiscere: admittunt, aut etiam recepturi, sancti nominis eius prædicationē. Nam quibus de eo hætenus nō est narratum, neque quicquam de aduenturo Domino audierunt: ijs aperiētur oculi, ut ipsum uideant, cognoscant atq; colant, totoq; orbe nominis eius gloriam diuulgent.

C A P V T L I I I.

Sed quis obsecro ijs, quæ à nobis audiet, crediturus est? maximè cum Iudæorum primores sunt reclamaturi. Et brachium Domini, quamuis id multis ac uarijs signis illustre erit, cui reuelabitur: & à quo cognoscetur? quando nō qui tum sanctissimi, tum prudentissimi habentur, & ueluti columna quædam populi sunt, diuini brachij uirtute Beelzebubo principi dæmoniorum tribuent potius quam ut à Deo eam proficisci interpretentur. Succrescet tamen Dominus ueluti uirgulum, quod spectatoribus uile uidetur: aut ut radix, quæ ex terra sterili ac macra suppullulascit, nullo in honore habita. Nihil enim formosus, neque decorus erit Dominus: sed omni infamix genere perfusus, ira despicietur ab Israël & Iudæorum proceribus ac inflatis hypocritis, & uelut abiectissimus hominū censetur, ut qui multis grauibsq; doloribus oppletus, nullam non infirmitatem expertus sit, atque pertulerit: adeo ut auersa ab eo facie tergū ei cū nausea obuersuri sint, ueluti Deo irato ipsum natum esse ac uiuere iudicantes. Et sanè non sua culpa sic affectus fuit, sed uetè nostros ipse languores tulit: & nostros dolores, quos nos commerueramus, ipse portauit. Et nos re inique perpensa atque inspecta, existimauimus eum sua culpa, atque propter sua peccata, diuinitus ita percussum, atq; humiliatum: cum interim ille propter peccata nostra, propter nostra scelera, nostra inquam delicta in hanc raperetur miseriam, conspuendus, flagellandus, atque flagitiosissimi hominis more crucifigendus: idq; ut nos suis his afflictionibus patri reconciliaret, atque in gratiam restitueret. Siquidem liuore eius, atque hoc ipsius cruciatu sanati sumus, atq; cum patre Deo in gratiam rediimus. Omnes enim extra uias Dei aberraueramus, & suam quisq; ingrediebamur semitam. Sed omnem hanc omnium nostrū iniquitatem huic ferendam, exoluendam, atq; delendam iustus ille Deus imposuit. Oppressus autē, miserisq; adeo modis tractatus, sese pro nobis redimēdis suo pa-

tri obrulit, summā modestia: ita ut nullum de ore ipsius prodierit uerbum, bono sapienteq; uiro indignum. Imò sicut innocentissimus agnus abductus est ad mortem, & ueluti ouis quæpiam coram tondeute se obmutescens, ita nullum fecit uerbum, nec quicquam regessit conuiciorum aut minarū, sed ignominiosissimam atq; acerbissimam mortem summa animi tolerantia ac modestia pertulit. Quare & è mortis ergastulo, & condemnatione hac, resurgendo liberatus, plurimum nunc fructum profert, adeo ut generationem eius nemo dinumeret, neque enarrare possit: quippe quæ perpetuò duratura, nunquam etiam intermoriatur. siquidem ex hac nascentium & morientium terra sublatus, uitam nunc uiuit immortalem, ac perpetuò duraturam: quod ipsum & omnes manet, qui ipsi credūt, atq; in Christo Domino spem suam collocarunt. Nam propter populi sui peccata ipse percussus fuit, ipse ea luit, depēdit atq; persoluit. Vnde & pro impijs moriēs, impiorū more occisus atq; crucifixus est. Et ueluti qui dolis, imposturis, atq; rapro ditescunt, sic sepultus est: cum tamen nulla eius esset impietas, nec iniquitas, neque dolus ullus, nullaq; impostura in ore eius unquā fuerit reperta. Sed nostri causa, ob nostram infirmitatem, placuit Domino, ipsum sic conterere & affligere: ut ubi ipse sese populi sui piaculum atq; uictimam præbuisset, multum illinc fructum, nunquamq; intermoriaturam generationem uideret, eorum nimirum qui ipsi crederent, & salutem consequerētur: & uoluntas Domini, qui neminem perire, sed cunctos seruari uult, per ipsum completeretur. Certe ex omni suo labore ac cruciatu graui ac multo, hoc fructus relaturus Dñs est, quod multam, optimamq; messem sibi credentium sit facturus, uel ad satietatem, & quantamcunq; uolet. Nam seruus ille meus iustus, sui scientia & cognitione innumeram hominum multitudinē iustificabit, atq; seruaturus est: quippe quorū omnium iniquitatem omnem ipse ferat, atq; in se recipiat. Hinc & Dominus Deus non paritendam illi dat partem, atq; decertati certaminis sui mercedem. siquidē multo maxima, atque fortissimorum etiam regnorū ac principum ei diuidit spolia, qui omnes nomen ipsius multo in honore habituri sunt, & adoraturi. Idq; eò, quod suo patri per omnia obediens, animam etiam suam non grauatus sit, delendis populi peccatis profundere, atq; facinorosissimis quibusq; adnumerari. Nam ipse certè, omnium nostrū peccata in se recepit, & pro peccatoribus se nobis oratorem atq; intercessorem & præbuit & præbet: idq; maximo mundi bono, quando pro reuerentia exauditur.

C A P V T L I I I I.

Exulta atq; gaude tu sterilis, & non maritata Israël ac gentium ecclesia, quæ dolens te non parere. Decanta Domino laudem, dulces que hymnos, quæ non parturis.

h Quamuis

Dominus uoluit contere re eū in infirmitate.

in scientia sui iustificabit ipse iustus seruus meus multos.

Omnes nos quasi oves errauimus.

Quamuis enim sic tibi uidearis, & quod Dominum parum de te cogitare putas: plures tamen sunt tui filij, quæ desolata sedes, quam Iudaicæ ecclesiæ, dicit Dominus, quæ Domino nupsit atq; maritata est. Dilata itaq; locum tabernaculi tui, & cortinas tentorium tuorū latius extende: curato hoc sedulo. Longiores item facito funiculos tuos, cortinas sustinentes: & clauos tuos in altam terram defigito, atque corroborato, ut funiculi his fortiter illigentur. Nam crescente in dies filiorum tuorū numero, & ad dexteram & ad sinistram erumpes, non capax futura tantæ multitudinis: siquidem semen tuum possidebit gentes, in Domini ouile adductas, ita ut ipsarū urbes iam Dei cognitione destitutæ, à posteris tuis inhabitandæ sint. Ne igitur timeas, neque quicquā sis sollicita, nam non pudebis, neq; ulla in te congerentur conuicia: imò ignominie eius quam ex sterili uirginitate fers, obliuisceris: & opprobrium uiduitatis tuæ auferetur, ita ut eius non sis amplius recordatura. siquidem nouo nubet marito, per quem secunda fies, multa prole eum factura parētem. Est autem ille, tuus ille creator, cui nomē est Dominus exercituum, qui te redemit: atq; Israelis sanctificator est, totiusq; orbis terrarum Deus ac Dominus. Vocat autem te Dominus ut mulierē derelictam, ac uiduam, totoq; corde mœstam, & ut uxorem ipsa adolescentia sibi nuptui traditam: sed quæ miserē repudiata sit, ac repulsa, inquit Dominus. Momento temporis dereliqui te: sed multa magnaq; miseratione, atq; æternū duratura, te rursus attollo atq; recipio. Momentum tantum est præ futuro seculo, quod iratus faciem meam à te auerti atq; abscondi: sed iam sempiterna, nunquamq; finienda misericordia tui miserebor, inquit redemptor tuus, ille totius terræ Dominus. Quem admodum autē in diebus Noah per me factū fuit, quando à diluuiō, totoq; mundo deperditō, ei iurani, quod aquæ diluuij nunquam amplius ita terram inundarent: sic & nunc tibi iurauī, quod nō sim tibi amplius iratus futurus, aut super admissis malis te obiurgaturus. Mōtes quidem se loco mouerint, & colles nutarint: sed misericordia mea tibi perstabit, neq; unquam deficiet, & fœdus pacis meæ non nutabit, sed firmissimum erit: sic dixit miserator tuus, noster Dominus. Sed age paupercula, uarijs afflictionibus cōuulsa ac diuexata, omniq; consolatione destituta: hætenus uideris rusticum quoddam ruguriolum, paruaq; casula: sed nunc ego te quam magnificētissime reparabo, & extruam, ut mihi palatium quoddam sis, atq; exornatissima regia. Stratis enim iusto ordine lapidibus, fundamēta tibi iaciam ex carbunculis & saphiris. Fenestras autem tibi statuam ex crystallo, siue margaritis: & portas tuas ex gemis rutilantibus, & omnes tuos angulos atq; parietes ex lapidibus preciosis. Quin & uniuersi filij tui à Deo docti, atq; pulcherrimè per omnia instituti erunt, quibus &

multa pax, felicitq; rerum omnium erit successus. Apparaberis autem atq; construēris, non ex raptō, aut iniquæ partis diuitijs, ita ut uilgus tyrannorum solet: sed re iuste conquisita. Procul autem illinc aberunt, neq; poterunt tibi appropinquare, qui te calumpnientur, opprimant aut deuaſtent: ita ut de ijs nihil timendū sit, neq; quicquam formidandum. Non cōscribetur amplius aduersum te exercitus, qui te affligat ac diuexet. Non enim meo iussu uenerunt: unde & nihil ipsis succederet, maximōq; suo id facerent malo, à uobis potius cædendū atq; perdendū. Ecce, ego creauī fabrum, qui sufflādo in carbones suum ignem excitat, ut ex immisso in ipsū ferro cudat, & faciat quodcūq; ille instrumentū uolet, siue id gladius sit, siue hasta, aut aliud quippiā. Cōtrā uerō creauī quoq; qui illud ipsum quod faber parauit, cōfringat atq; disperdat. Itaq; omnes omnium micorum tuorū conatus facillè fecerō irritos. Nam quaecūq; id instrumentū fuerit, quod factum est cōtrā te, atq; ut tibi noceretur, aut uis inferatur, id non prosperabitur. Quin & omnem linguam quæ aduersum te malū concitatura insurgit, eam tu mendacij atq; impietatis conuincēs. Hæc est hæreditas seruorum Dei. Hæc eos manent beneficia, qui Domino seruiunt: idq; hæreditario. Estq; hæc iusta ipsorum merces, quā ego eis rependo: dicit Dñs.

CAP V T LV.

Sed heus omnes, cuiuscūq; uos sortis, cuiuscūq; nationis estis, siue Iudæi siue Græci, siue summates siue infimates, quotquot hanc felicitatem Domino seruientium sititis: uenite ad uerā doctrinæ aquas. Et qui fortuna tenuiore estis, quā ut didactron inueneritis: ego pecuniam nihil moror, solū accedite, emite, atq; comedite. De pecunia nihil laboro: nulla illinc controuersia erit. Accedite modo, atq; accipite gratis, absq; argēto, atq; ullo precio, uinum & lac: hoc quidem, quo nutritamini, atq; suboleſcatis in uiros: illud uerō, quod corda uobis exhilaret, atq; ad terendas Domini uias alacres reddat. Sed quæ ea stulticia est? quod argentum uestrum expenditis pro eo quod panis nō est, quod malis filiquis & fursibus tantum compactum atq; confectum est? Quod item multo labore partam pecuniam uestram, in ijs rebus emendis infumistis, quæ uos non saturarint. Cur tanto studio ex hominum pendetis cōstitutionibus? Quid tantopere humanam sectamini iusticiam, nihil profuturam, neq; meo sub iudicio perstatuam? Audite atq; auscultate mihi: uerbis meis credite: & reiectis humanarum traditionum filiquis, edite hic quod bonum ac uerum est, unde & saturemini & pinguescatis. Inclinate aures uestras, atq; mihi eas arrigite. Venite inquam ad me, quem audiētes, æternam animæ uestre uitam consequamini. Nam feriam uobiscum pactum sempiternum, nunquam desaturum. Non enim permittam, ut quæ David de Messia cum iuramento promissū, uana sint &

Ad punctū
in modico
dereliqui te.

Ego creauī
fabrum
sufflādo
ignem
excitat

Quare
pendetis
in
stulticia

& falsa: imò curabo ut uera sint, certa & fidelia. Nam ecce, dedi eum populis testē, qui testimonium ferat ueritati: ducem item, & qui cum autoritate doceat & præcipiat. Sed in sua ueniens, à suis non cognoscetur: neq; enim eū recipient. Cæterum tu hac illorum peruersitate, & improbis moribus nihil offensus, uocabis atque accerses gentem tibi incognitam, quæ item & te non nouit, quippe cui tu nō ita promissus es, neq; te expectat. Et miseræ gentes quæ hæctenus tam contemptim sunt habitæ, continuo ad te accurrent, te recipient & cognoscēt: idq; per Dominum Deum tuum, per sanctum illum Israelis, qui te gloriosum uult & illustrem, totiūq; mūdo innotescere. *Querite Dominū sedulo, sic ut inueniatis ipsum: quippe qui ita se nobis obuium præbet, & expositum. Querite inquam, atq; inuocate eum. nam propè est omnibus qui corde mæsto & afflicto ad ipsum anhelant. Omittat impius uiam suam impiam, moresq; improbos & secleratos. Et iniquus quisq; ponat suas cogitationes prauas, & studia iniqua. Hæc enim uia est, qua reuertamur, atq; ad Dominum nos recipiamus. Certè continuo Dominus miserebitur. Redeat inquam quisq; ad Dominum nostrum, neq; quicquam formidet ipsum accedere, & se illi præbere supplicem, qui totus benignus, misericors, clemens & propitius est. Nō sunt certè cogitationes meæ, quales uestre, qui illatarum iniuriarum obliuisci non potestis. Neq; uia meæ, inquit Dominus, uestris sunt similes: siquidem ut uestrum est ingenium, uos non benefacitis, nisi ijs qui de uobis bene meriti sunt. At ego etiā de inimicis bene mereor, atque illis me præbeo propitium. Itaq; quanto cæli sunt altiores terra, tantò discrimine meæ uia distat à uis uestris, & cogitationes meæ sua bonitate uestras superat atq; uincit. Quemadmodum itaque pluuia & nix è cælo delapsa, illuc nō reuertitur, sed terram fecundam reddit, ita ut progerminans atque excresecens ipsis agricolis semen proferat, & panem quo uescantur: ita se meum quoque uerbum habet, atque mea promissa, quæ quidem ore meo progressa non reuertētur ad me uana & irrita, sed præsto ea, atque reuera compleo. Perficiūt enim quod uolui: & uerbum meum in omnibus, ad quæ illud misi, prosperabitur, certoq; futurum est. Multa enim cum læticia, è seruili conditione uestra egredientes, in liberam seremini omnis pietatis auram, & in pace deducemini, ita ut nihil futurum sit, in quod impingatis, aut quo offendamini. Montes enim & colles occinent uobis uestra enomia, cantusq; dulcissimos: & omnis regionis arbores uobis gratulabuntur, atque applaudent. siquidem omnis creatura congemiscit, atque nobiscum parturit, sollicitè expectans ut palam fiant filij Dei. His autem rebus succedentibus, ubi procreescere hæctenus soler rubus spinosus & præfractus, latissima tibi confurget abies: & loco morficantis urticæ,*

suauissima succrescet myrtus. Qui enim quondam scortatores erāt, cultores simulachrorū, adulteri, molles, fures, auari, ebriosi, maledici & rapaces: hos tunc erit uidere sanctificatos, castos, benignos atq; benedicos: idq; per spiritum Dei nostri, cælesti illa pluuia pectoribus immissum. Et hoc quidem Domino in nomē erit, & æternum signum, quod nunquam diruatur. Hinc enim perpetuò laudandus erit, atq; deprædicandus: idq; laude uera ac stabili, quæ in omne æuum duratura sit.

CAPVT LVI.

Dominus, cui destinatum est nobiscum familiariter uiuere, atq; inter uos uersari, iubet nos custodire iudiciū, & facere iusticiā: declinare à malo, & facere quod bonum, iustum ac æquū est. Quia salus mea, quæ ego per fidem uniuerso mundo confero, propè iam adest, inquit: & aduentum meditatur unā cum mea iusticia, quam toto terrarum orbereuelatam atq; deprædicatam uolo. Bona enim ac multo maxima hominū pars, meam hanc iusticiam ignorans, & propriam quærēs constituere, iusticiæ meæ non sunt subditi, neque participes, cum tamen ea una apud patrē Deum ualeat ac perferat, quando ex operibus legis nulla iustificatur caro. Beatus itaque qui hoc fecerit, meaq; iusticia per fidem apprehensa iustus euaserit. Beatus item filius, qui ea apprehensa, & per fidem salute parta, sabbatū meū obseruat: ita ut seruilibus factis, quibus seipsum quis iustificet, illud non polluat: custodiens manum suam, ne quid illa faxit mali, ita ut non iam ipse uiuat, sed uiuat atq; operetur in ipso conuiescente Dominus. Porro si quis alienigena est, qui Domino adiunctus, nō ex Abrahamo, sed uel ex Moab, uel ex Ammon, aut alio quopiam genus ducat, ne putet ille secū, quòd Dominus ipsum inter suos cogniturus non sit: aut quòd minoris ipsum sit facturus, quàm eos qui secundum carnem ex Abrahamo prognati sunt. Neq; dicat aut cogitet secum eunuchus, quòd & ipse ueluti lignū aridum maledictioni sit obnoxius. Quamuis enim alienigenæ & eunuchi nō admittuntur in ecclesiam Israelis, ita ut illic officio possint fungi publico: hoc quidem humanum, temporarium & huius seculi est. Cæterum quòd ad salutem diuinam, æternam, atq; futuro seculo obuenturam attinet, sic dixit Dominus eunuchis: Sabbata Dei, omissa omni iniquitate seruauitibus, & ijs quæ iubet gaudētibus, fædusq; diuinum apprehendentibus, dabo, inquit, eis in domo meā, atq; in mea Repub. intra meos muros, eum dignitatis locum, adeoq; gloriosum nomen, ut proprijs filijs ac filiabus meis præferendi sint. Cohonestabo enim eos sempiterno nomine, quod cælitum catalogo inscriptum nunquam deleatur. Quin & filij alienigenæ Domino adiuncti, ministrabunt ei, nomenq; ipsius colent ac uenerabuntur, ita ut fidelissimi sint Domino famuli futuri, nihilo secius quàm populus ipse Leuiticus, & qui sacerdotid

Qui custodierint sabbata mea.

Querite Dominum, dum inueniri potest.

In læticia egredientini, & in pace deducemini.

cerdotio funguntur. Ira fiet omni custodienti sabbatū, qui dicatus iam Dño, & mēbra sua serua pręstans iusticię, horret illud polluere, obseruās nimirū fęderis Dñi. Adducā autē eos, inquit Dñs, in montē mihi sanctū, in domo ubi me orāt ac deprecātur, eos exhilaraturus: quippe qui uota ipsorū omnia, in nomine meo facta, exauditurus ipsis sum. Holocausta autē & uictimę eorū, quę in altari meo offerent, uituli nimirū labiorū suorū, & beneficē-
 10 tia atq; cōmunicationis uictimę, & q; sua ipsorum corpora oblaturi sunt mihi hostiam uiuentem, sanctā ac rationalē: hęc omnia mihi summē grata atq; unicē accepta erunt. Siquidē
 20 domus mea domus orationis est, nō solis quidē Iudęis, sed omnibus populis. Dñs itaq; Deus, qui Israelitas toto terrarū orbe dispersos, aliquādo congregaturus est, q; pręter eos innumeros alios cōgregaturus sit, qui hactenus
 30 a Repub. Israelis alieni sūt habiti, & quos malē sani Israelitarū speculatores atq; episcopi Dño contemptui esse docēt, ac prorsus reiectos: quos utinā bestię agrestes, unā cū omnibus bestijs syluestribus impetāt, ac deuorēt. Certē uocātur quidē illi speculatores, uocantur episcopi & curatores populi, sed nihil sunt minus. Cęci em̄ sunt, neq; tantillū de cōmisso sibi grege cogitāt: solumq; sua, & quę sui uentris sunt, curāt. Simul oēs enim ignaua, rerūq; imperita turba est. Canes muti, nihil humani habētes, imō latratu suo furē aut lupū arcere
 40 nō norūt: sed pro sua ignauia, ij quos œcuros ac sedulos & alacres Dominicę domus custodes esse oportebat, nihil aliud q̄ poculis indormiunt, ac totos dies destertūt. Canes somnolēti, somnoq; gaudētes: pulchrē tamē edaces, & auaritia insatiabili. Pastores certē stulti sunt, & rerū imperiti, nihilq; intelligētes. nā pro sua auaritia suas res agunt, suaq; sectantur cōmoda, quotquot ipsorū sunt, a maximo ad minimū usq;. Neq; certē quę tāto studio corradūt, in usus expendūt pauperū: sed comestationibus, cōpotationibus atq; repotijs pereunt hęc omnia. Venite, inquit, sumamus uinum, genialiterq; uiuamus atq; inebriemur, tum hodie, tum cras rursus, & posteris diebus multo amplius ac splendidius.

CAP V T LVII.

CAeterū iusti, qui has sceleratorū uias oderūt, ac reprehēdunt, ij aut interimū
 50 tur, aut alioqui hoc ex seculo emigrāt: & non est qui secū expendat, qua ratione Dñs id faciat. Viri misericordes & optimi quiq; intereunt, & nemo intelligit eos diuinitis hinc auferri, ne imminentes toti populo calamitates uideāt & perferant. Sed placidē iā, & rebus adhuc tranquilliss obdormiscūt, & suis in cubilibus siue sepulchris, multa cū trāquillitate cōquiescunt, nusq; nō eā sibi habētes obuiā & familiarē. Verūm uos scelerati & impij, uiri
 60 āugures, patre adultero & matre meretrice prognati, accedite huc: nā uos certē sic ab imminētibus malis non eripiēmini. Dicite uerō,

Quem nam ira ꝑ oblectamēto habetis? Quē sic obtorto aut dilatato ore, aut etiā exerta lingua irridetis, ac subfannatis? Mē ne, & uiros mihi collegas? Certē in Dñm Deū recidit ista uestra cōtumelia, qui uobis quoq; eā nō finet impunitā. Sed est ne hoc turpe & fędū? Non sceleratū genus hominū estis? & semē infelix atq; mendax? Oblectatis uos, multoq; seruo
 10 re cū dijs uestris sub omni arbore uiridi rē habetis, atq; fornicamini. Non solū boues, uitulos aut agnos, sed proprios etiā liberos eis immolātes, in uallibus, sub præaltis rupibus: quā immanitate quid obsecro fingi potest crudelius? Itāne Dñm Deū demerebimini? qui etiā suo iussu id facere uolentē Abrahamum inhi-
 20 buit? At uos, prohibēte Dño, in gratiā sceleratorum idolorū uestrorū hoc facitis: in leuibus petris, quas pro dijs erigatis, uestrā uobis partem atq; sortē ponētes, cum Dñm uestrę hereditatis partē decebat esse. At his, ueluti sancti admodū uiri, uestra ꝑfunditis libamina, atq; sacra facitis. His ne rebus & sacris uestris oblectabor, atq; afficiar? Quin & excelsis in montibus uestrę fornicationis cōstruitis cubilia, erectis illic aris idololatrię exercētes: neq; piger illuc ascēdere, ad immolādas uictimās. Atqui
 30 ego uolui atq; elegi mihi unū tantū locū, ubi mihi sacra fierēt: & uos pro uestra inobedientia, ubicūq; collubitū fuerit, aras uestras erigitis, atq; idolis uestris sacra facitis. Imō & post ostium atq; postes suffitū facitis, tum in occulto, tum in propatulo idolis uestris seruētes: quę quidē omnia me prohibēte, atq; cōtra legem meā facitis, nimirum q; tanta impudētia uos alijs atq; fictitijs dijs discooperiatis, excelsis etiā conscēsis montibus, adeo uestrę fornicationis cubilia dilatatis, ipsisq; cū idolis scelerata sancitis, nihil æquē atq; horū immunda cubilia, sceleratas scilicet aras, diligētes. Ad
 40 hęc, de me diffisi, ex humano quoq; pendetis auxilio. siquidē missa sunt Aęgyptiorum regi munera, oleum nimirū, uarijque generis aromata, idq; per legatos, in procul disitas regiones profectos. Et ita quidē ipsis gētium regibus q̄ abiectissimē uos subijcitis, quasi ego uobis uiuandis nō sim par. Et plurimum quidē hinc laboratis, ita tamē ut de lassitudine nō querami ni, imō uoluptati uobis est: quo fit, ut nihil hu-
 50 ius uos pigeat, neq; defatigemini. Et quē obsecro formidastis ac metuistis, q; a me deficientes, meiq; immemores ac obliuosi prorsus, hęc in animū uestrum induxeritis? Itāne de uobis meretur mea lōganimitas? ut me neq; reuereremini, neq; quicquā moremini? Sed pergitote uos in instituendis illis sacris uestris, operibusq; uestris tā iustis, pijs, & bonis. Ego certē annuntiabo, atq; in lucē proferam hanc uestrā iusticiā. Sed opera hęc uestra, multa adeo uita sanctimonia parta & cōquisita, nihil uobis profutura sunt: ubi premēre calamitate & angustia, ad ea cęperis respicere, ut quęlibet
 60 tura te sint, leuissimo uento auferētur, atq; uanescēt, nihil omnino auxiliij latura. Verūm qui

Domus mea
 domus ora-
 tionis uoca-
 bitur cūctis
 populis.

Consolatio
 ni in dijs
 subteruenit
 lignum frum
 do sum.

Opera tua
 nihil tibi
 proderunt.

qui spem suā in me collocat, is terrā hāreditatio-
 nis tenebit, possessurus etiā montem mihi san-
 ctum. Dicit autē Dñs, atq; iubebit uias at-
 tolli ac eleuari, ut planę sint, ac cōmoda; ut nē
 difficilibus illis operū uis incedatur, dū hinc
 illinc auxilia conquirunt. Tolli enim iubebit ē
 uia, quicquid offendiculorū est, quod populū
 Dei ab ipso alienat. Sic em̄ dixit ille excelsus &
 sublimis, qui aeternitatē habitat, neq; initium
 habens, nec finē. Ille cuius nomē sanctum, to-
 10 tiq; cælo tremendū est: In excelsis & in sanctis
 meis angelis habito. atq; adeo in ijs quoq; qui
 spiritu cōtrito sunt & humili: nō quidē ut hos
 perimam, & perdā: sed ut humiliū spiritū uiuis-
 ficē, & ut cor contritū exhilarē. Nō em̄ perpe-
 tuo rixabor, atq; uos obiurgaturus sum: neq;
 semper futurus sum iratus. quin spiritus me-
 us bonus eos inhabitabit: eū illis donaturus
 sum, qui flatu suo affectus carnis mortificet &
 cohibeat. Quod enim irascebar, illosq; auersa
 20 ab ipsis facie mea percutiebā, inde fiebat, q; ui-
 debam q̄ essent philauti, iniqui & auari. At in-
 terim illi, quantumuis percutiebantur, nihilo
 meliores facti, suis incedebāt uis. Verūm uidi
 tandem miseri populi miseram uias, & misertum
 est eius. unde eum collato meo spiritu sanauī,
 uiasq; eius direxi, tum eū, tū ipsos quoq; qui
 uicē ipsius dolebāt, cōsolans: idq; creās sermo
 nem laborū, misso meo uerbo, quod pacē ac
 30 salutē nunciat, tum lōginquo, quales habētur
 gentes: tū propinquo, cuiusmodi se credūt es-
 se Iudæi. Itaq; populū sanauī, inquit Dñs, atq;
 in quietē induxi. Impiis uerō, qui corde elato,
 nihilq; cōtrito sunt, sed ad morē turbidi maris
 quod quiescere nō potest, sed cernū ac lutū in-
 lirtus eijcit, nulla obuēnit quies, neq; animo
 sedato ac tranquillo esse possunt. Nam ipsa si
 cupiat salus, hos nō seruarit: non enim eis est
 pax, neq; pace gaudent, dicit Dominus.

C A P V T LVIII.

Mō ut animo ipsi inquieto sūt, ita & cū ma-
 ximē pñ esse uolunt, alios interturbāt atq;
 inquietant. Proinde tu clamato ex gutture
 tuo in sceleratos hos hypocritas, & quidē op-
 portunē ac importunē. Extolle autē uocē tuā
 ueluti tubam, intrepidē eos coarguēs. Annun-
 cia autē populo meo, quādo tātōpere sibi sua
 sanctitate placēt, q̄ sint scelerati & iniqui. Ostē-
 dito domui Iacob, quātis peccatis iaceāt im-
 40 mersi. Videri enim uolunt, ut qui quotidie me
 querant, & uias meas, iustaq; uitæ semitas cu-
 piant ingredi, ueluti iustissimus quidā popu-
 lus. Dñsq; sui, eiusq; p̄ceptorū nihil oblitus:
 adeo ut uel in iudiciū auderēt mecum introi-
 re, atq; iure mecum contēdere, ac sese mihi op-
 ponere. Quorū sum attinet nos ieiunare, inqui-
 unt, cū tu ad illud nō respicias? Cui nobis usui
 est, quod nosmet affligamus, corpusq; nostrū
 castigemus, si tu id nescire atq; ignorare uo-
 50 les? Tam arrogāter mecū agunt stulti hypocri-
 ta. Tantū suis tribuūt factis, ut putēt & me to-
 tum, & mea simul omnia sibi deberi. Ecce gēs
 hypocritica, & pietatis simulatrix, in ipso ieiū-

nij die inuenitis, quod potissimū uultis, atq;
 pro auaritia uestra unice studetis. Oēs em̄ de-
 bitores uestros tūc diuexatis, atq; debita q̄ a-
 cerbissimē exigitis. Ita ut res in lites abeat, &
 contētionē: atq; adeo quę uestra impietas est,
 interdū in pugnas etiā. Itaq; quod hactenus
 ieiunatis ieiuniū, minimē merei ut in excelsis
 preces uestre exaudiātur, quādo uos ad mise-
 rorum preces aures uestras obturatis. Nū tale
 est ieiuniū quod ego elegi, ut quis sese affligat
 atq; diuexer, aut ut ob̄stipō capite incuruus ac
 tetricus incedat, saccum indutus, & aspersus ci-
 nere? An hoc iūstū uocabis ieiuniū, & diē Dño
 acceptū? Quin hoc potius ieiuniū est uerū,
 mihiq; grātū, ut dū tete affligis, proximo sub-
 uenias, & afflictionē tollas, ut debitionis syn-
 graphas cōfringas, & aēs alienum ijs qui argre
 soluēdo sunt remittas, liberos eos dimittens,
 atq; expensī tabulas eis expungēs, qui hinc ni-
 mium laborāt atq; grauātur. Neq; hoc contē-
 tus, franges atq; disperties esuriēti, & quicūq;
 eguerit, panē tuū: & homines miseros, uagos
 ac omniū rerū egenōs, hos introduce in domū
 tuā. Quē uideris nudū, hūc operi atq; cōuesti:
 neq; despicias quēquam, maximē uerō tenui
 fortuna, p̄pinquos & cognatos. Si ad hūc mō-
 dum ieiuniū tuū instituas, tunc erumpet lumē
 tuū ut clarū mane, ut ipsa inquā aurora. Felici-
 tas tua hinc maior ac maior fiet: neq; ea in lon-
 gū differetur, sed cōtinuō germinabit. Et hęc
 rectē facta te p̄cedent, & Dñs ille gloriosus
 de te sollicitus erit, intelligentē de egeno &
 paupere in die mala liberaturus. Et tūc quidē
 inuocatus Dñs te exaudiet, & clamāti tibi con-
 tinuō respōdebit se adesse, si tu iugum illud &
 onus debitionis proximo tuo amoueris, neq;
 quicquā illi molestus sis, neq; iniquē cuiq; fa-
 60 cias, aut uerbo deroges. Si esuriēti ex animo
 benefeceris, & miseros ac pauperes paueris ac
 inueneris, orietur in tenebris lux tua, in afflictio-
 nibus multa cōsolatio & liberatio, imō caligo
 aduersitarū tuarū uertet se in clarissimā & me-
 ridianā lucis felicitatē. Dñs enim tui curā sem-
 per habiturus est, atq; te dirigit: adeo ut in sic-
 citate & multa rerū caritate & inopia, tu satu-
 randus sis, atq; pinguis futurus. Eris em̄ uelut
 hortus irriguus, cui nulla siccitas possit obef-
 se: & ut scaturigo aquarū, nunquā deficientiū.
 Nemo em̄ dando pauperefcit. Quo tu in pau-
 peres fueris benignior, hoc in te benignior
 erit Dominus, qui se non patitur ullis bene-
 ficij superari. Itaque aedificabuntur per te,
 quę multis seculis deserta fuerunt, ita ut fa-
 miliam tuam obscuram, tua pietate restauratu-
 rus atq; illustraturus sis: aut illustrē, redditu-
 rus sis multo illustriorē. Tantum abest, ut ex
 tua in pauperes benignitate, incōmodi quicūq;
 sentias. Vocaberis quoq; rei contractæ instau-
 rator, & semitarū reparator, ut securō atq; cō-
 70 modē habitetur. Breuiter, totius tuæ familiæ
 decus eris atq; columē. Sed & in sabbati obser-
 uatione, ne mihi imiteris incuruiceruicum il-
 lud genus hypocritarū, quorū ego sabbatā

Ecce adli-
 tes & ad cō-
 tentiones te
 iunatis.

Cum effude-
 ris esuriēti
 animā tuā

Creauit fr-
 etum labio-
 rum pacem.

atq; festos dies detestor & abominor. Sed tu per sabbatū cohibe pedes tuos, ut ne pro tua, sed pro mea uoluntate ambules: ut nō tua, sed mea uoluntas per te fiat. Sic enim sabbatū iustum erit & iucundum, quo Dominū & sanctifices, & cohonestes. Nam ita potissimum glorificatur Dominus, sabbatumq; sanctificatur, si omīssis tuis uijs, quæ malæ & prauæ sunt, uias teras Dñi, quæ iustæ sunt, sanctæ ac bonæ: & si abnegata uoluntate tua, uoluntatē se-
 10
 20
 30
 40
 50
 60
 70
 80
 90
 100
 110
 120
 130
 140
 150
 160
 170
 180
 190
 200
 210
 220
 230
 240
 250
 260
 270
 280
 290
 300
 310
 320
 330
 340
 350
 360
 370
 380
 390
 400
 410
 420
 430
 440
 450
 460
 470
 480
 490
 500
 510
 520
 530
 540
 550
 560
 570
 580
 590
 600
 610
 620
 630
 640
 650
 660
 670
 680
 690
 700
 710
 720
 730
 740
 750
 760
 770
 780
 790
 800
 810
 820
 830
 840
 850
 860
 870
 880
 890
 900
 910
 920
 930
 940
 950
 960
 970
 980
 990
 1000

CAPVT LIX.

VOs itaq; omīssis uijs uestris malis, accingite uos terēdis semitis Dñi, & obseruando iusto Dñi sabbato, iustisq; ieiunijs: & uidebitis non frustra innocari Dñm. siquidē manus Dñi non est abbreviata, ut ser-
 30
 40
 50
 60
 70
 80
 90
 100
 110
 120
 130
 140
 150
 160
 170
 180
 190
 200
 210
 220
 230
 240
 250
 260
 270
 280
 290
 300
 310
 320
 330
 340
 350
 360
 370
 380
 390
 400
 410
 420
 430
 440
 450
 460
 470
 480
 490
 500
 510
 520
 530
 540
 550
 560
 570
 580
 590
 600
 610
 620
 630
 640
 650
 660
 670
 680
 690
 700
 710
 720
 730
 740
 750
 760
 770
 780
 790
 800
 810
 820
 830
 840
 850
 860
 870
 880
 890
 900
 910
 920
 930
 940
 950
 960
 970
 980
 990
 1000

Tela eorum

Tela quoq; eorum artificiosissime & quasi ni-

hil temere elaborata, uidentur quidem esse ali-
 liquid, sed non sunt unde uestem pares, aut te
 conuestias: sed solū miseris muscis captandis
 idoneæ sunt, magnates uolucres non tenētes.
 Opera itaq; eorum opera inutilia sunt: & quæ
 suis manibus apparant, nulli sunt futura usui.
 Quin & pedes eorum ad mala feruntur, inno-
 centem sanguinē profundere studentes. Nihil
 enim pium, nihilq; iustum cogitant: sed cona-
 10
 20
 30
 40
 50
 60
 70
 80
 90
 100
 110
 120
 130
 140
 150
 160
 170
 180
 190
 200
 210
 220
 230
 240
 250
 260
 270
 280
 290
 300
 310
 320
 330
 340
 350
 360
 370
 380
 390
 400
 410
 420
 430
 440
 450
 460
 470
 480
 490
 500
 510
 520
 530
 540
 550
 560
 570
 580
 590
 600
 610
 620
 630
 640
 650
 660
 670
 680
 690
 700
 710
 720
 730
 740
 750
 760
 770
 780
 790
 800
 810
 820
 830
 840
 850
 860
 870
 880
 890
 900
 910
 920
 930
 940
 950
 960
 970
 980
 990
 1000

non erant
uestimentaCorruit
platea uerit-
as, & equi-
tas non pro-
tuit ingredi.

galeata

Jerusalem salutis suo impones capiti: uestibus item indutis, quæ perimendo hosti, atq; de ipso se ulciscendo congruunt. Zelus autem vindicandæ veritatis ac redimendi populi sui, chlamidis loco illi est. In animum enim induxit, sese ulcisci de hostibus suis, atq; paria reddere inimicis suis, etiã remotissimas insulas inhabitantibus. Itaq; siue in occidente illi sunt, siue ad orientem, timebunt certè, atq; inhorrescent ad nomē Domini, ipsiusq; maiestatem. Certè si etiam ut ualidus quispiam fluuius suo feratur impetu, flatu oris sui disperget eos Dominus, atq; fugabit, & adueniet Sionis suis redemptor: ihs nimirū, qui in populo Iacob, ab iniquitatibus suis respicientes, inquit Dominus, ad bonam frugem se recipiunt. Hoc autem ego cum eis fœdus pango, inquit Dominus: Spiritus meus bonus, quē deleteris impietatibus uestris in uos effundo, & uerba mea, quæ uobis in os impono, non recedent de ore uestro, nec de ore seminis uestri. Seruabunt illa & nati natorum, & qui nascentur ab illis. Et nunc quidem, & in omne æuum: siquidem usq; ad consummationē seculi ego uobiscum sum, inquit Dominator ille Dominus.

C A P V T L X.

EVge Hierusalem, quæ hæctenus miserri-
mè desolata iaces, omniū pedibus con-
culcata & despecta. Surge tandem, atq;
animum hilaris recipe: discussio merore om-
ni, hilarem nunc te præbe, ac lubentem. Venit enim lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Nã ecce, tenebræ & calamitates uniuersam inuoluent terram, & tristis caligo cunctos populos obtenebrabit. Tibi uerò orientur sol ille iusticiæ Dominus Deus tuus, & gloria eius intra te illustris erit & conspicua, adeo ut gentes ambulaturæ sint ad lumen tuū: neq; ex illis plebei tantum & uulgares, sed & reges earum ferentur ad splendorem lucis tibi exorta. Prospice uerò, atq; sublati per circuitum oculis tuis, uide quanta ad te multitudo confluat. Omnes isti aggregauerunt se, inter ad te habentes. Neq; uerò solæ gentes adueniunt, sed & filij tui hæctenus in extremis terræ terminis dispersi adsunt, atque ad te redeunt. Et filia tuæ, hæctenus uagæ ac miseræ, nunc tibi ad latus & præ oculis habitabunt, atq; educabuntur. Tunc sanè ubi hic dies tibi illuxerit, uidebis felicitatem hanc multo maiorem, & discussis tristitiæ tenebris illuminaberis, ita ut multo gaudio dilatato corde tuo, in summam admirationem atq; stuporem rapienda sis, postquam multitudinem illam maris, siue occidentaliū ac maritimarū regionū ad te aduentantē uideris: maximã illam gentium uim inquam, & populum tam innumerum. Magna camelorum uis operiet te, unã eū dromedarijs ex Madian atq; Ephra uenientibus. Quin & Sabæi aduenturi sunt, aurum ad te allaturi ac thus, quod multa cum gratiarum actione offerant Domino, sedulo laudē eius deprecaturi. Omnia item pecora Cæda-

renorum armētati ad te ferentur, & arietes atq; oues Nabaioth, siue Idumæorum, gregatim accedentes uobis seruient, quando uidebitur offerendæ super altare meum. Nam domum meã alioqui gloriosissimã, nunc multo reddam gloriosiore. Sed quod obsecro hoc genus hominū est, qui ueluti uelocissimæ nubes aduolūt, & sicut columbæ quæ pernicissimo uolatu ad suas columbariorū feruntur fenestras aut ostiola, tanta adsunt celeritate? Quæ hæc est alacritas, & acceleratio? Certè qui in remotissimis hinc insulis habitant, auidè me expectant, multo honore me persecuturi, ita ut olim Salomonē honorabant ac ditabant naues maris. e longinquo enim adducunt tibi filios tuos, qui ad cohonestandū nomen Dñi Dei tui, & sanctificatorē illū Israelis, qui te iam illustrē facit, & gloriosum: multū secū allaturi sunt & aurū & argentū. Quin & peregrinarū nationū uiri, construēt tibi muros tuos: & reges eorū extruēdis illis tibi suppedirabunt sumptus, sese offerentes tibi minifros ac famulos. Nã ut iratus te percussis, ita & multa misericordia nūc tui miserebor. Futura autē apud te sunt omnia securissima: siquidem noctes atq; dies patebūt portæ tuæ, neq; unquã claudētur, ut aduentanti tā numero ad te populo, simul & regibus ipsorum, pateat semper introitus. Adueniri enim sunt innumeri. nã si qua natio fuerit, aut ullū regnū, quod tibi seruire recusat, id periturū est, ac miserè uastabitur. Adferetur autē ad te, quicquid Libanus gloriosum habet, & egregium: cedri nimirum, abietes, buxi & pini, idq; ad exornandum locū mihi sanctū. nam quo loco ego uersaturus sum, eū exornatissimū reddam, ac elegantissimū. Porro filij eorū qui te soliti sunt affligere, & miseris diuexare modis, ij nūc ad te quoq; ueniēt, ipsas pedū tuorū plantas multa animi submissione adoraturi. Omnes item qui te superioribus dieb. impiè spreuerūt, pari modo faciēt, uocaturi te nūc ciuitatem Dñi, prælectam Sionē eius qui sanctificat Israelē. Quia uerò tāto tempore desedisti derelicta ac desolata, totiq; terrarū orbi exosa, adeo ut nemo te uel inhabitaret, aut in te uersaret: hac de re nūc te perpetuò gloriosam faciam, atq; illustrē, ita ut æternū gauisura sis, & tete exhilaratura. Sugēs em̄ lac gentiū, quæ undelibet suas opes ac diuitias ad te cōuehent: & mamillis regū lactaberis, qui olim soliti sunt tua diripere, ac terrā tuam totā deperdere. Tāta aut rerū omniū copia tibi suppetet, ut loco aris iã habitura sis aurū, & pro ferro argētum, pro lignis item æs, & lapidum loco ferrū. Quin & præceptorum loco daturus sum pacē, summāq; tranquillitatē, ut illis nihil sit opus. Et pro exactoribus habebitis iusticiam, ac mutuã inter uos beneuolentiam. Rapinam olim in medio tui soliti sunt exercere scelerati principes & exactores. at nunc non audietur de rapina, in tota tua terra: nec ulla deuastatio, aut destructio erit, in extremis tuis terminis. Sed salutem,

Qui sunt isti, qui ut nubes uolant.

Pro are asseram aurū, & pro ferro asseram argētum, & pro lignis asseram æs, & pro exactoribus asseram pacē.

Filia tuæ de latere sugēt.

rerumq; omnium felicissimū successum, uocabis muros tuos: ut quibus tali rerum statu nihil futurum sit opus. Portas item tuas laudem: quippe quæ non litibus & asperis cōtentionibus, sed laudē Dñi personabunt. Non amplius tibi de die luce solari opus erit, neq; de nocte splendore lunari: siquidē Dñs sempiterna tibi lux erit, & Deus tuus gloria aternū duratura. Nō occidet tibi amplius sol tuus, ita ut in ueteres calamitates rursū illapsurā sis: neq; luna tua deficiet, siquidē Dñs erit tibi lux sempiterna. Vnde dies illi luctus ac mœroris, iam tibi habituri sunt finē. Populus em̄ tuus si mul oēs iusti erūt, ac probi: unde & terrā perpetuō possidebunt, nunquā ex ea depellendi. sunt em̄ mea plātatio, & opus mearū manū: quod gloriæ mihi sit, atque honorī. Vnde qui inter eos paruus est, & stirpis non ita magnæ, succrescet in p̄sapiā millenariā. Et q̄ exiguus est, nihilq; multus, is enadet in gentē fortem ac numerosam. Ego ille dominantium Dominus, quāuis in p̄standis his cessare uobis uidebor, suo tamen tempore hæc omnia accelero, bonaq; fide præstaturus sum.

C A P V T L X I.

Spiritus Dñi Dei in me est: quare & unxit me, nō quidē in sacerdotē Aaronici aut Leuitici ordinis, qui unctioe externa cōstat, sed in sacerdotē secundū ordinē Melchisedech: quod quidē sacerdotiū non humana, nō corporali & externa unctioe cōfertur, sed diuina, spiritali, & interna. Quin & in regē me unxit: quippe qui cōstitutus à Deo sum rex super Sion, montē mihi sanctū, ut prædicē præceptum eius mansuetis & pauperibus: ut eos qui corde cōtrito sunt, obligem atq; cōsoler: utq; annūciē ijs qui sub peccati iugo captiui desident, redemptionē, & uinctis carcerē apertum: ut prædicē annū beneplacentē Dño, annum Iubilæum, quo remissio fit cunctis habitatoribus terræ, ita ut quisq; ad pristinam suam redeat possessionē, primamq; iusticiam: diem item ultionis, quo se Dñs Deus de populi sui hostibus ulciscetur, consolaturus oēs lugentes: utq; restituat lugētibus, miserēq; afflictis, montem suū Sionium: daturus eis uestes decoras ac iucundas, pro tristi sacco & cinere: oleū gaudij ac læticiæ, pro luctu, multoq; mœrore: palliū festiuum, in quo Dñm læti laudare cōsueuerunt, p̄ spiritu gemebundo ac mœsto. Et erunt arbores iustę, iustos pulchrosq; fructus proferētes: quippe quas Dñs plantauit, ostensurus magnificentiā suam. Multa aut̄ sobole tunc locupletati, ædificabūt quæ multis seculis deserta fuerūt, antiquas solitudines erecturi. Reparabūt inquā ciuitates suas, multo iam tēpore desolatas, atq; multis seculis desertas ac neglectas. Porro alieni qui sese uobis iungent, atq; uestra gaudebūt esse mācipia, hi pascēt pecora uestra: & filij peregrinorū coloni uestri erunt, qui uobis arēt, seminēt ac metant, uineasq; uestras curēt. Sed uos exteris illis laborib; uacui, sacerdotes exitis Dñi, & au-

diētis ministri Dñi Dei nostri: edētis autē non terræ primitias & decimas, sed opes gentium, quæ magno numero uos accessuræ sunt, & illarum oblati opibus uos potētes eritis atq; illustres. Pro multo autē pudore uestro & ignominia, multū nunc referetis honorē & gloriā, plurimū de ea quæ nūc obueniet sorte gauisuri: siquidē in terra uestra duplū possidebitis, eritq; uobis læticia sempiterna. Nam Dñs ergo, diligo quod iustum & æquū est: rapinā & quicquid iniustū atq; iniquū est, odio habens, ne p̄ holocausto quidē illud mihi offerri permittens. Atqui iniustū esset & iniquū, populū tanta perseueratiā mihi seruientē, & miserē a deo ad me clamantē, nō respicere. Itaq; merces ipsorū certa ipsis erit, & indubitata. Nā & sempiternum fœdus cū eis feriā, ita ut inter gētes illustre futurū sit semē eorū, & filij eorū in medio populorū præminentis ac nobiles. Ita ut quicumq; eos uiderint, cognituri cōtinuō sint, q̄ sint semē cui Dñs benedixit. Hinc autē exhilaratus Dei populus, summo gaudio inquiet: iam gaudeo, atq; medullitis resocillor, nō quidē de mundana felicitate, quæ nana est, sed de Domino. Nā in Deo meo mihi animus gestit & exilit, q̄ me induit uestimentū salutis, collato mihi filio suo unigenito: quē, quicūq; baptisati sumus, induimus, circumdato etiam pallio iusticiæ. siquidē ipse adeo nobis factus est iusticia, sapientia, sanctificatio, & redēptio. Neq; hoc contentus, uelut sponsū magnificē me adornat, atq; ut sponsam me cōdecorat, uario ornatu atq; apparatu, uestibus inauratis, uarijsq; monilib; & cimelijs. Nā sicut terra sua profert germina, & ut hortus exceptum semen producit, atq; multo fructu progerminare facit: sic Dominus Deus per populū suū sanctum progerminare faciet iusticiam & laudem. siquidē sobriē, iustē ac piē uiuentes, colaudabunt super suis beneficijs Dominum: non quidem intra Iudaicā tantum terræ limites, neq; alio ullo loco præscripto, sed coram omnibus gentibus, & ubilibet terrarum.

C A P V T L X I I.

Accensus autem tam splendidis promissis Sionio populo factis, propter Sionios ipsos non tacebo: & inardescante amore ciuitatis Hierusalē, non conquiescam Dñm deprecari & obsecrare, multisq; precibus obtundere, donec promissa illius iusticia prodeat, atq; splendoris in morē promicet, & hæc eius salus & gloria ueluti lucidissima lampas succendatur, iusticiæq; eius ac gloria omnibus gentibus, ipsarūq; regibus innotescat, & conspicua fiat, utq; nomē ipsa ferat nouū, quod ab ipso Dñi ore ei indatur. Quæ autē hæctenus defedisti abiecta, desolata, & omnibus contempta: nunc ueluti gloriosa, preciosissimaq; corona eris in manu Dñi, & ut pulcherrimū regi diadema in manu Dei tui, quod Dñs ipse admiretur, atq; honestissimo loco habeat. Neq; enim amplius uocaberis derelicta ac uiduata, neq; terram tuā pergēt uocare uasatā ac desolatā:

Ego Dominus diligens iudicium, & odio habent rapinam in holocaustis.

Nō uocaberis amplius derelicta.

solata: sed uocaberis ciuitas Deo grata & acce-
 ptissima, ut quæ eius uoto ac uoluntati respon-
 deat & obtemperet. Et terra tua culta erit, atq;
 habitata: quia Dñs de te sibi placet, teq; chari-
 simam habet: & terra tua ubilibet inhabitabi-
 tur. Quanto enim amore adolefcens tenetur,
 cohabitandi cū desponsa sibi uirgine: tãto te-
 nebuntur amore te inhabitandi, filij tui. Quin
 & Dñs Deus tuus, non minus de te gaudebit,
 neq; minus erga te afficietur, quã erga spõsam
 dilectissimam nouus afficitur sponsus. Proin-
 de super muros tuos ò Hierusalẽ, constitui cu-
 stodes, qui neque de die neq; de nocte cessant
 clamare ad Dñm, has suæ benignitatis pro-
 missiones ipsi in memoriã reducetes: id quod
 & uos facere condecet, neq; hic silere. Itaq; ne
 finatis Dñm cõquiescere, cõstanter ipsum in-
 uocate & orate, donec exoretis, ut ipse urbem
 ipsam stabiliat, atq; restauret: talemq; faciat, ut
 toto terrarũ orbe celebris & inçlyta Dñm lau-
 deret ac depredicet. Certò em̃ hoc aliquãdo uer-
 turum est. Nam Dñs per dexterã suam, & for-
 tem suum brachiũ iurauit, quòd non daturus sit
 amplius frumentũ nostrum inimicis nostris,
 qui segetem nostrã deperdant, atq; immisisis
 equis illam depascantur & conculcẽ: neq; ho-
 stes amplius mustum nostrũ bibent, nostro la-
 bore atq; sudore partũ. Sed ipsi nos bonam fa-
 cientes messem, frumentũ nostrũ colligemus,
 atq; ex eo edemus, laudaturi Dñm. Pari mo-
 do & ipsi lætam faciemus uindemiã, uinumq;
 nostrũ lubentes atq; alacres bibemus. in atrijs
 Dño Deo nostro sanctis, super omnibus suis
 in nos beneficijs gratias ipsi agentes, atq; per-
 petuis laudibus Dñm celebrantes. Cõterũ
 custodes uos & excubitores, erumpite extra
 portas, ad præparandam aduentanti populo
 uiam, sicuti salebrosa illa est: complanate eã,
 & uallemulas attollite: & lapides, aut in quod-
 cunq; quis potest impingere, id de uia auferte
 ac rejicite. Quin & uexillũ extollite, quòd om-
 nibus conspicuũ, cunctos ad se alliciat, & quòd
 tendendũ sit præmonstret. Nam Dñs de præ-
 standa per ipsum salute rumorẽ sparsurus est,
 atq; eam diuulgaturus ad extremos usq; ter-
 re terminos. Itaq; dicite & populo meo Sio-
 nio. Ecce salus tua uenit, atq; iam adest: ut ala-
 cres ac læti, ad se confluentes, atq; sua de capti-
 uitate liberatos, excipiãt, Dñoq; de sua benefi-
 centia & benignitate grati sint. Qui non so-
 lum gratis, & omisso lytro suos libertati resti-
 tuit: sed & captiuitatis mercedẽ ipsis repẽdit,
 atq; resoluit, quam ipsam & secũ adducit, atq;
 paratã ac præsentaneã habet. Tunc aut̃ quic-
 quid gentiũ est, & totius mundi nationes om-
 nes, uocabunt uos populũ sanctũ, electũ,
 atq; à Domino redemptũ. Et tu quidẽ non
 iam desolata, atque derelicta: sed ciuitas eris
 cunctis frequentata, & populosissima.

C A P V T L X I I I.

Sed eodum, quid quæso causę est, q; tam
 sedulo iubes diligenter parari uias, erigi
 uexillũ, sed & omnia offendicula auferrẽ:

Atat, quis nam heros hic est, qui ab Edom
 huc aduenit? Quis inquã uestes suas aspersus,
 & commaculatus adeò, huc aduẽt ex Bozra
 Edomitarũ metropoli, splẽdidẽ uestitus, mul-
 to cū robore ac heroica uirtute strennuẽ ince-
 dens? Ego sum, inquit Dñs, qui præsto quod
 misi: potes admodũ, ut meos seruem. Vnde
 autẽ rubet adeò indumẽtum tuũ, & uestimẽta
 tua sic undiq; cõspersa & cõmaculata sunt, ue-
 luti solẽt ijs esse qui in torculari uuas concul-
 cant? Non infirmitatis, sed fortitudinis hæc
 indicia sunt. nam torcular calcaui solus: neq;
 quisq; fuit ex omni populo, qui me adiuuerit.
 Grauisimo certamine ego solus cū hoste cõ-
 fixi, & simul oēs uelut uuas, nihilq; fortes ac
 ualidos prostrauit, atq; cõculcaui: idq; strẽa uo,
 magnoq; animo. Grauit̃ em̃ iratus in eos ir-
 rui: unde & pedib. eos protriui, ita ut sanguis
 eorũ in uestimẽta mea insiluerit, atq; oẽ meũ
 indumẽtũ ipsorũ cruore coinquinari. Dies
 em̃ fuit, quo me de populi mei hostib. ulciscer-
 rer, ita ut olim in corde meo statui. Et annus
 aduenerat, q; me oportuit meos redimere, atq;
 in libertatẽ q; gloriosissimẽ asserere. Circũspi-
 cieba autẽ, nũ quis mihi auxiliũ ferret: nũ quis
 misero meo populo succurreret, atq; opẽ aliq;
 afferret. Sed nemo, nemo prorsus auxiliatus
 est: id quod miratus fui. Itaq; ppria uirtute cõ-
 fesus, cõmotus, atq; graui ira incãdescẽs, in ho-
 stes irruui. Et furibũdus populos pstrauit, ac pe-
 dibus calcaui: qui ebriorũ more uacillantes, i-
 ratũ me sustinere non potuerũt. itaq; pfudi in
 terrã sanguinẽ ipsorũ, qui hũc in modũ me a-
 sperfit, atq; coinquinauit. Nũc uerò reuocabo
 in memoriã Dñi in nos beneficia: unde certẽ
 plurimũ ille nobis laudãdus est, q; multa adeò
 nobis fecerit, ac effusãm adeò bonitatẽ præti-
 terit domui Israel. neq; id certẽ nostris ullis me-
 ritis, quasi nos Dñm benefaciẽdo anteuortis-
 semus: sed pro genuina sua bonitate, & multa
 sua erga nos beneuolẽtia. Dicebat autem, nos
 certò suũ populum esse, & filios ipsi fideles, ac
 minimẽ degeneres: unde & ex Ægypto nos
 seruauit, ac redemit. De omni quidem do-
 lore ipsorũ indoluit & ipse, ut qui cū ipsis sem-
 per in tribulatione esset. Itaq; angelus ab ipso
 missus, in colũna nubis seruauit eos. Multo
 autẽ suo amore erga eos, & ut pater indulgen-
 tissimus redemit eos, multos sanẽ annos ip-
 sos suis brachijs ferẽs, ac humeris portãs. Sed
 scelerati illi rebelles facti, exacerbauerũt spiri-
 tũ eius sanctũ: adeoq; exasperarũt Dñm, ut iã
 pro amico factus sit ipsis inimicus: & qui soli-
 tus est pugnare p eis, ut idẽ ille nũc pugnet cõ-
 tra eos. Verũm reduxit eis in memoriã supe-
 riora secula, quib. duce Mose eos liberauit: &
 quã diuersã nũc ipsorũ cõditio esset ab illa,
 admonuit. Tũc enim ẽ captiuitate educebantur:
 nunc autẽ in ipsam abeunt. Tunc sese diuĩ
 debant maria, dantes eis transitum: nunc au-
 tem omniũ miseriarũ fluctus eos inuoluunt,
 & adobruunt. Vbi nũc est, qui patres eduxit ẽ
 mari, cū Mose, populũ (nõ secus quã pastor
 gregem

Torcular
calcaui so-
lus.

In dilectio-
ne sua, &
in indulgen-
tia sua ipse
redemit eos.

torcular Do-
minus in de-
xera sua.

Dicite filie
Sion, Ecce
saluator
tuus uenit.

gregem suum) ducente ac minante? Vbi nunc est, & quod recessit, qui spiritum suū sanctum Mosi ac septuaginta seniorib. afflabat, ut propheteret, atq; salutaria populum doceret: qui apprehēsa dextera Mosi, multa uirtute ac gloria ipsum ducebat, ita ut aqua maris rubri coram ipso sese diffunderent? Quare res Domino celsis in sempiternam, nunquamq; delendam sui nominis memoriam. Tanta enim securitate hanc maris abyssum transferunt, ut nullus equus securius feratur per desertum, siue terram, nam nihil eis accidit aduersi, neq; usquā impegerunt. Aut sicut iumentum per planiciem fertur, ita duxit Mosen Domini spiritus. Sic inquam tu Domine duxisti populum tuū, ut ex ipso nomen tibi parares gloriosum, ac tua maiestate dignum. At nunc res planē in contrariū abiit, nomeniq; tuo detrahitur, plurimūq; tua illa maiestas dehonestatur. Sed uide quāto alto de cælo, & respice nos ex habitaculo tuo sancto ac glorioso, quō miseriarū deuoluti simus. Vbi sunt misericordiæ illæ tuæ antiquæ? Vbi zelus ille tuus, quō populū tuū soles prosequi? Vbi fortitudo illa tua, cū nulli unquam reges potuerūt resistere? Itane uetus ille nostri amor nunc refrigit? ut miserationes tuas omnes nobis præcludas, neq; quicquam nobis auxiliij feras? Tu tamen pater noster es. Ex te uno pendemus. Te solum inuocamus. Abraham enim & Israel, quanquam ex illis ut sanctissimis uiris genus ducimus, sua nunc quiete fruētes, nihil de nobis nouerunt, neq; auxiliari possūt. At tu perpetuo uiuis. Tu nos & uides & audis: quin obsecro & exaudis? Tu inquam Dñe pater noster es: quin ad filiorum tuorum preces respicis? Tu ille es, qui nos seruas & redimis: unde & ab initio cōditi orbis, & pater audis, & redemptor. Sed age præsta te nobis patrē, atq; de nobis redimendis cogita. Nam quorsum attinet, quōd aberrare nos finis de uis tuis, & corda nostra indurari, ne te timeamus? Conuerte nos potius, atq; reduci-
 20
 30
 40
 50
 60

Abraham
nesciuit nos,
Israel igno-
rauit nos.

Vtinam dis-
ciperes cæ-
los, & de-
scenderes.

stare, ita ut & hostibus ipsis, cunctisq; gentibus innotesceres, atq; terrori esses. Et quem admodum aqua debulliens igni absumitur, atq; euaporatione disperit: sic & mōtes per te liquefacti sunt, atq; defluerunt, ita ut gentes omnes de te obstupescerēt, cum præter omnē expectationem tam horrenda & inaudita præstares signa: cum inquam ad tuum in Sina descensum, ipsi montes diffunderent.

CAPVT LXIII.

N Vllis unquā seculis simile quippiā auditum est, quale id fuit, quod tunc temporis populo tuo faciebas. At nūc neque auris itē audiuit, neq; oculus ullus uidit, o Deus, præter te, nullusq; animo comprehendere potest, quā factururus ijs es qui te expectant, atq; misera huius captiuitatis seruitute liberari desiderāt. Olim quidē tuæ bonitatis fauore obuiam te ijs præbebas, qui de te gaudebant, atq; iuste agebāt, atq; in præscriptis à te semitis tui recordabantur: ita ut preces eorum audires, ipsosq; continuo iuuares. Et ecce, si quando ob populi peccata olim excandescibas, ad piorum preces salutem eis præstitisti. At nunc simul omnes immundi facti sumus, & omnes iusticiæ nostræ ut pannus menstrua, aut ut uestes ex magna hominū strage sanguinolentæ & cōspurate. Simul omnes enim ex ueteri nostra dignitate decidimus, quæ admodum inarescentia folia de suis concidunt arboribus. Huc enim malorū iniquitates nostræ, quasi turbulentus quispiam uertus ac turbo, nos impulerunt. Neq; enim iustus quispiā est, qui nomē tuū inuocet, aut qui exurgat ad colubendam iram tuam. Hinc fit, ut & faciem tuam nobis abscondas, atq; tergū nobis obuer-
 20
 30
 40
 50
 60

Facti sumus
ut immundi
omnes nos
& quasi
pannus mens-
strua, etc.

atq;

atque potentiam intinctam? & am plius nos perges adfligere?

C A P V T L X V.

Miramini quod uos reſciam, & non agnoſcam, cum tam rebelles mihi per omnia ſitis, nihilq; morigeri, ut & legem totam unā cum prophetis contemnatis, atq; his illudatis. At nūc quærūt me, qui prius de me nunquā interrogarunt: inueniūt quoq; me, qui nunquam me quærſerūt. Vnde & obuium me iſtis præbens, Ecce adſum, inquam ego, en adſum. Idq; ad gentem meo nomine non uocam, quæ nō dicitur mea. Itaq; ſit, ut gentes quæ non ſectabantur iuſticiam, apprehendant iuſticiam, ſed eam quæ ex fide eſt. Cōtrā Iſrael. omnis que ille populus Phariſaicus propria ſanctimonia turgidus, qui legem iuſticiæ ſectabatur, ad legem iuſticiæ non peruenit: quia non ex fide, ſed ex operibus uiuunt, aut conſequi eam ſtudent. Expandi ſanè manus meas omni die ad populū hunc incredulum & rebellem, qui uia nō bona incedit, atq; à lege mea plurimum aberrat, ſequens nimirum ſuas cogitationes, & ſui animi deſideria: ad populū inquam, qui mihi ſuis ſcleribus, præ oculis mihi deſignatis, grauem ſemper bilem mouent, atq; uehementer me exaſperant: non in templo meo, ut iuſſi, ſed in hortis ſuis mihi ſanctificantes, atq; ſuffitus mihi facientes in ara lateritia, id quod norunt quoq; me ueniffe. Quin & in ſepulchris ſedent, colloquētes cum mortuis, & in deſertis pernoctant, edentes etiam porcinam, & ius prophanorū aut immundorum ciborum ſuis habent in uas. In ſumma, nihil planè uniuerſam legē meā morantur, neq; in uia reduci poſſunt. Nam ſi quis eos reprehendere conetur, cōtinuò audit: Accede ad re, Propria uineta cæde, Doce teipſum, nihil tibi mecū negocij eſt: rectius noui quid omittendum aut faciendum ſit, atq; tu. Per hos certè ueluti fumus, altrūm aſcēdit furor meus, & ira mea uelut ignis accēditur. Nā ecce, ueluti manibus meis inſcripta, ſic per te uo meis oculis obuerſatur horū iniquitas: ad quam non amplius cōniebo, neq; eā diſſimulaturus ſum, ſed reddā atq; perſoluā eis ipſam in ſinū ipſorū: memor etiam eorū quæ patres eorum cōmiſerunt, inquit Dñs: qui horum etiam more non fuerunt reueriti in montibus mihi ſacra facere, atq; in quibuſuis collib. me iniuria afficere: cū interim ipſi putarēt ſe magnum mihi habere honorē, quanquā præter legis præſcriptum mihi facerent, qui obedientiam uolo, & non ſacrificium. Itaq; remetiar ipſis ſua facta, in ſinum ipſorum. Caterum ne quis putet, quod ſimul omnē Iudaicum populum Dñs reiecturus ſit, ſic dixit Dominus: Quemadmodū poſt uindemiā botrus adhuc aliquis hic illic inuenitur, qui uinum habet, quem reiectum nolunt, q; bonus ſit, & muſto plenus: ita & de famulis meis facturus ſum, ne proſus abijciantur. Educā enim ex Iacob, populo nimirū Iudaico, ſemen, atq; reliquias

quasdam, quæ montē mihi ſanctum uelut hæredes & electus mihi populus poſſideant, & ut famuli mei eū inhabitent. Et erunt campeſtria, p habitaculo gregū, & uallis Achor Hie richunti uicina, ut illic accubent ac paſcant, meo populo qui me quærſerunt, ſua armenta. Caterum qui Dñm derelinquitis, & contempta eius lege montem ipſi ſanctum obliuiſcimini, pro moribus ueſtris idololatricis exercitui cælorum bonæq; fortunæ menſam ponentes, ubi ſacra ueſtra faciatis, atq; planetis libertis libamina, certo illos numero numeratos habētes: ego uos gladio numerabo. Et ut nūc uos curuatis atq; geniculamini in cultu illo idololatrigo, ira geniculabimini atq; curuabitis uos maſtandi, ac perimendi. Reuocaui em̄ uos frequēter ad iuſtū mei cultum, ſed non reſpondiſtis. Locutus ſum, atq; præmonui uos, ſed rectè monentem contempſiſtis: præ oculis meis mihi faciētes, quæ mihi diſplicere atq; cū lege mea ex diametro pugnare ſciebatis. Propterea ſic dixit Dñs Deus: Ecce famuli mei comedent, & uos diſcruciabimini fame. Famuli mei multo cū gaudio bibent, & uos graui cū mærore ſitietis. Famuli mei lætabuntur atq; exultabūt, & uos multo pudore perfuſi dolebitis. Famuli mei præ læticia & iucūditate cordis exultabunt, atq; clamabunt: & uos præ multo cordis dolore & animi anguſtia miſerè eiulabitis, horrēdū clamātes, dimiſſuri electis meis nomen ſiue ueſtri memoriam in execrationē. Nam Dñs Deus uos perimet, atq; perdet. Sed famulos ſuos longè alio uocabit nomine, felicius nomen aut memoriam eis relicturus bonam ac ſacroſanctam. Tūc ubilibet terrarū fiet uoluntas Dñi, ſicut nunc ſit in cælo, ut cui nemo reſiſtatur, aut immorigerū ſe præbiturus ſit. Nā & ſolus Deus tota terra tunc cognoscetur. Vnde & qui benedicere ſibi uolet, per Deū uerū ſibi benedicet, feliciaq; ſibi precabitur. Et ſi quis iurabit, per Deū uerū iurabit, atq; ex ipſo pēdebit. Nam idolorū fictitiō rūq; deorū, ob quos ueteres illæ anguſtiæ atq; calamitates immitti ſolent, tunc proſus nulla amplius erit memoria, neq; amplius oculis aut animo obuerſabuntur. Nā ecce, Ego creo cœlū nouū, & terrā nouam, & ſuperiorum calamitatū atq; anguſtiarū nulla amplius memoria erit, & ne ſemel quidem cuiquā in mentem uenient: ſed gaudebitis, atq; æternū exultabitis in his quæ ego creo. ſiquidem creo Hieruſalem nouā, quæ perpetuò gaudeat ac lætetur: & ciues eius, qui perpetim exultēt, ac ſe exhilarent. Quin & ego in Hieruſalē hac exultabo, & de populo hoc meo gauifurus ſum, curaturus ne quis illic uſquam ſletus audiatur, aut lamentatio perſonet. Nō efferetur illic amplius infans, aut adoleſcēs, aut etiam prouectioris ætatis quiſpiam, qui non ad plenam, iuſtamque ſenectutem peruenerit. Cælo enim ac terra iam nouatis, & ad illam primæ creationis ſuę ſalubritatē reſtitutis, longē uos admodū erit cernere homines, adeo ut qui cētenarius morietur,

Ecce enim, ego creo cœlos nouos, & terram nouam.

Dicitur Rece de ame, nō appropina que mibi.

Quomodo ſi inueniatur genu in boio.

moriatur, censendus sit adhuc puer, aut adolens hunc emigrasse: & si quis fortassis flagitiosior centum natus annos moreretur, haberetur maledictus, ut qui iustum suæ mortis diem anticipasset. Aedificabunt autem domos, atque inhabitabunt eas. Plantabunt & uineas quarum & fructus edant. Non autem ea infelicitate erunt, ut quod ipsi construxerint, inhabitent alij: & quod ipsi plantauerint, ut id ab alijs deuoretur & edatur. Sed longæui admodum erunt: siquidem populus ille meus, uel cum arboribus ac quercubus certare poterit, super longæuitate. Et ipsa manuum ipsorum opera, pari modo electis meis durabunt, atque inueterascent. Non frustra laborabunt, ita ut filij eorum citò morituri sint: neq; generabunt cum terrore, ut hostem aliquem formident actimeant. Nam semen à Domino benedictum, illiq; gratum ac charum est, tum ipsi, tum ipsorum liberi. Tunc autem, antequam clamabunt, atque me rogent, ego eos exaudiam: & ante finitas suas preces, ferent quod uolent. Lupus & agnus n̄sdem tunc pascuntur pascuis: & leo nunc sanguinarius, tunc ueluti bos quispiam pascetur feno, gramine ac palea: & serpens pro pane suum edet terræ puluerem. Nihil damnosum aut noxium erit in toto monte mihi sancto, dicit Dñs.

C A P V T LXVI.

Sed quorum attinet, quod sceleratus ille Iudæorum populus sic Dominū sibi deuinctum, suoq; templo illigatum putet: quasi maiestas & benignitas eius non possint & ad alias gentes pertingere? Sic autem dixit Dominus: Cælum sedes mea est, & terra pedum meorum scabellum. Quæ itaque domus ista, & quod nam illud templum est, quod mihi ædificeris? Et quis ille locus erit quietis uel habitationis meæ? Nulla domus sedē meam ceperit, aut pedum meorum scabellum. Templum uestrum, cui tantopere fiditis, lignis constat, & lapidibus, quæ omnia meis manibus facta & creata sunt. neq; enim ab æterno fuerunt, inquit Dominus: sed creata sunt, quæ certē suum creatorem cōcludere non possunt. Quod quidem quamuis ita se habeat, tantaq; mea maiestas sit, & præstantia: respiciam tamē ad pauperem, & qui ex agnito peccato, spiritu contrito est, atque corde humiliatō: & qui ad uerbum meum contremiscit, atq; reuerenter id excipit. Hoc genus homines templa mihi sunt, quæ uerē iam sum inhabitaturus, atque sanctificaturus. Nam ut sceleratos reieci Iudæos, ita & templum reijcio, unā cum omnibus ipsorum sacris: adeo ut qui iam bouē mihi immolet, nihilo gratius mihi faciat, quā impie gentes quæ innocentē nonnunquam immolant hominem. Et qui ouem sacrificat, capram aut aliud quicquam de grege, perinde facit, ac si immundum mihi canem immolet, lege mea ueritum. Et qui oblationem offert uespertinam, nihilo rectius facit, quā si sanguinem offerat suillum, qui abominationi

Qui immolat bouem, quasi qui immolauit uisum.

mihi est. Aut si thus etiam mihi adoleat, nihilo præstantius facit, quā si illud incenderet, atque suffitum faceret idolo. Atqui hæc elegerunt, atque eximie sancta censent, & his suis uis atque abominationibus summē gaudent ac delectantur: in his suæ iusticiæ ac salutis proram constituunt, & puppim. Itaq; eligam & ego illusiones eorum, in interitu ipsorum risurus. nam quæ timent, ea in ipsos inducam: eo quod uocanti mihi, & ad bonam frugem eos inuitanti, nemo eorum responderit. Et cū per prophetas meos eis loquerer, atque bene consultum uellem, aspernati illos sunt, potius illos persecuturi, quā auscultaturi. Itaq; mala complura mihi præ oculis meis designarūt, eligētes quæ nolui, ac uetui. Cæterum uos, qui non de templo ullo, non de sacrificijs uestris, nō de iusticia ulla uestra gloriamini, sed ex agnitione peccati spiritu contrito estis, & ad uerbum Domini excipiendum contremiscitis: audite uerbum Domini, & quid ille uobis loquatur. Fratres uestri, inquit, qui uos oderunt, atq; propter nomen meū uos reijciunt, abominantur atque proscribunt, glorificetur (aiūt) Dominus, & prodar suam in uobis maiestatem ac gloriā, ita ut uos lætos uideamus ac felices. Sed proscribimini, in uincula ac carceres, & durissima tormenta abripimini, ita ut præ oculis nostris uideamus uos nihil minus esse quā felices. Hæc atq; his similia eorum in uos opprobria sunt, & contumelia, qui putant uos per me pudefferi. Sed erit certē, ubi uobis gaudentibus, & æternam salutem obtinentibus, illi uicissim doleant, ingemiscant, ac uerē pudefiāt, summam repportaturi ignominiam. Audita uox est tumultuantis in ciuitate populi, auditus & seditiosorum hominum de templo strepitus est: audita inquam uox Domini est, qui suis inimicis decreuit talionem persoluerē. id quod ille derepente profecto facturus est, eos deperdens ac perimens, & uos mirum in modum multiplicans. Sion enim numerosam admodum pariet sobolem, antequam parturiat: & prius quā dolores partus perentiscat, pariet masculum, atq; filios innumeros. Quis unquam huic simile uel uidit, uel audiuit? Num terra uno eodemq; die tam uaria sua producit fructuum genera? Nonne sensim, temporis progressu ea enascuntur? An & gens aliqua simul una nascatur uice? nonne & hoc fit multorum annorum successione? At Sion ipsa, quam nemo prægnantem nouerat, simul & parturit, & peperit filios quā plurimos. An ego, per quem omnia pariunt, inquit Dominus, ipse parere nō potero? Et qui alijs uiti tribuo generādi, generare prohibebo? inquit Dominus tuus. Lætamini cum mea Hierusalem, atque cum ea exultate, atque exhilarate uos, quicunq; eam uerē diligitis, atq; bene ei uultis. Gaudete cum ea solido ueroq; gaudio, qui super ipsa, ciuiumq; eius reiectione doluistis. Surgite nunc, atq; saturamini ab uberibus consolationum eius, quas mulgeatis, uosmet oblectaturū

Vox populi de ciuitate, uox de templo.

oblectaturi de splendore, & gloriosa eius ma-
 iestate, qua nunc perfundetur. Sic enim dixit
 Dominus: Ecce ego deriuo ad eam pacem, re-
 rumq; omnium successum prosperum & feli-
 cem, ueluti fluium, & gloriam gentium om-
 nium, qua unquam illa usquam terrarum ex-
 celluerunt, ueluti torrētem exundantem. Tūc
 autem sugeris, multaq; uoluptate felices eri-
 tis, & inter amplexus ad latus & ubera portarū
 bimini, atq; instar charissimorum liberorum
 super genua collocabimini, ubi uobiscum dul-
 ci cum risu ac iocunditate ludatur. Non secus
 uos consolabor inquam, quā indulgentissi-
 ma mater suam consolatur prolem, cum qua
 lusitat, multa uoluptate ipsam afficiens. Sed in
 Hierusalem, in Hierusalem inquam, consola-
 tionem hanc accepturi estis. Præ oculis au-
 tem uestris hæc uidebitis, unde & corda uestra
 gestiet, & ossa uestra uelut herba germinabūt,
 & cognoscetur manus ac uirtus Domini à ser-
 uis suis. siquidem multa cum ira tūc inimicis
 suis rependet, quæ in populum Dei commise-
 runt. Nam ecce Dominus cum igne ueniet,
 & quasi impetuoso turbine, sic prouehitur
 quadriga eius, citatissimo cursu, ut iratus ac fu-
 ribundus de inimicis suis se ulciscatur, igne
 flammate in eos defauiturus. Nam Dominus
 igni suum iudicium exequitur, & gladio suo
 perimet omnem carnem, & quicumq; carnali-
 bus desiderijs tenentur. Vnde interfectorum
 magnus erit numerus. Perdentur enim, qui-
 cunq; se sanctificant atque mundant in hortis
 ad piscinam, in qua se abluant atque depur-
 gant, immolant es etiam ibidem sua sacrificia:
 & in medio horti reiecta lege mea porcina ue-
 scuntur, alijsq; rebus abominandis, muribus
 nimirum & ratis. Et ego quidem omnia ipso-
 rum facta perspecta satis habeo, adeo ut ne
 intima quidem ipsorum cogitationes melan-
 teant. Sed adest tempus, ut gentes omnes, om-
 niumq; linguarum nationes congregem: qui-
 bus concursantibus, atq; mihi creditibus, ma-
 nifestaturus sum quæ mea sit uirtus, maiestas
 & gloria. Erigam autem atque constituam eis

signum (sicut Moses olim illum erexit serpen-
 tem æneum) ad quod conueniant: & mittam
 plerosq; ex ijs qui salui euaserunt, ad gentes,
 qui item ad mare, omnesq; marinas insulas
 abeant: item in Aphricam, & ad Lydos illos sa-
 gittrarios: in Italiam item, & Græciam, & ad re-
 motissimas quasque regiones ac insulas, ubi
 mei nominis fama nondum increbuit, & qui-
 bus gloria mea nondū innotuit, neq; uisa est.
 Hi inter gentes gloriam meam adnunciaturi
 sunt, ac deprædicaturi. Er adducent Domino
 omnes fratres uestrōs, ex cunctis gentibus, in
 oblationem ipsi gratissimam, aduecturi eos
 tum in equis tū in quadrigis, in lecticis item,
 & mulis & carris, usque in Hierusalem mon-
 tem mihi sanctum, dicit Dominus: pari planè
 modo, quo filij Israel suas oblationes in do-
 mum Domini deferūt, in uasis mundis & im-
 maculatis. Quin & ex eis assumpturus sum
 qui sacerdotio mihi fungantur, atque se mihi
 ministros præbeant, & Leuitas, ira ut populū
 in uia uera, iustaq; iusticia conferuent. Nam ut
 cœli illi noui, & terra noua, quæ creaturus e-
 go sum, firma erunt, stabilia, ac nunquam inte-
 ritura: sic stabile ac perpetuū duraturum semē
 uestrum est, & nomen uestrum nunquam inte-
 riturum. Futurum autem tunc est, ut non sta-
 tis tantum solēnitatibus, festis, & sabbatis me-
 colant: sed perpetuū, ac quolibet tempore, ue-
 luti de neomenia in neomeniam, de sabbato
 in sabbatū, omnis caro ueniet in conspectum
 meū, ut in spiritu & ueritate mihi sacra faciat,
 inquit Dominus. Egressi uerō uidebunt im-
 piorum, qui mihi peccarūt, cadauera iam pro-
 strata, atque per Dominum interempta, iam
 uermibus scatentia & comburenda. Sed uer-
 mis certè eorum non moritur, neq; ignis eorū
 quo perpetuū discrucianti ue-
 niunt, extinguitur: & erunt om-
 ni carni despectui, nauseæ &
 abominationi.

Annunciabūt gloriam
 meam genti-
 bus.

Ecce Domi-
 nus in igne
 ueniet, &
 quasi turbo
 quadrigæ
 eius.

Finis Paraphrascon in Esaiam.

i PARA-

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

PARAPHRASIS IN HIEREMIAM PRO-
PHETAM, AVTORE IOANNE TOSARRIO
A QVILOVICANO.

HABES HIC PIE LECTOR,
quæ Domini prophete Hieremie acciderunt, &
quæ ille uaticinatus est. Fuit autem ex sacerdotali
genere, sacerdotis Helchie filius, oriundus ex ijs
sacerdotibus, qui uicum sacerdotalem
Anathoth inhabitabant in
terra Beniamin.

CAPVT I.



Ecit autem cum eo uerba Do-
minus: quâdo Iudaico regno
p̄fuit sceleratissimi regis A-
mon, multo optimus ac p̄ien-
tissimus filius Iosias: id̄q; deci-
motertio anno regni ipsius.
Vaticinatus autem est & sub Ioachimo, Iosie
regis filio, usq; ad Sedechia (qui & ipse ex Iu-
daico rege Iosia prognatus fuit) undecimum
annum ferè completum, nimirum usq; ad ex-
pugnatam à Babylonij Hierosolymorum ur-
bem, id quod mensis quinti septimo die factū
est. Fecit autem Dominus mecū uerba, atq;
dixit, quod me nondum matris utero conce-
ptum ac formatum nouisset: & quod nõdum
materno de uentre progressum, sibi sanctifi-
casset, atq; me uelut ministrum ac peculiarem
sibi famulum separasset ac delegisset, ut quem
toti populo, multisq; gētib; cōstitueret pro-
phetam. Hic ego non ignarus, ad quã diffici-
lem ac arduam uocarer prouinciam: Ah Do-
mine, inquam, rem ita grauem atq; onerosam
imponis meis humeris? Ego certè nihil facun-
dus, neq; disertus sum: quippe puer adhuc, &
ætate parum prouecta; longè sanè fortio-
rem Heroa hæc res requirit, neque puerilis pro-
fecto est. Sic autem propheticam prouinciam
detrectanti, ac deprecãti mihi: Ne dixeris, in-
quit Dominus, te puerum esse. Qualis qualis
es, meo nomine legatione fungēris, omne id
obiturus, ad quod te missurus sum. Loquēris
autem non quæ tibi uidebuntur, aut quæ tua-
pte industria, proprioq; ingenio excogitabis:
sed quæcūq; ego tibi mandaturus sum, & quæ
meo de ore proficiscētur, quamtumuis illa du-
ra uideātur, & grauia, accusandus alioqui ma-
le obit̄ legationis. Neq; uerò est quod quẽ-
quam timeas, atq; expauescas: nã ego, inquit
Dominus, tecum sum, te liberaturus atq; pro-
tecturus. Protensa autē manu sua, tetigit Do-
minus os meum, ac dixit mihi: Ecce, fidelem
te præsta, atq; infracto sis animo: siquidẽ uer-
ba mea tibi immisi in os tuum, constituens te
hodie ad uisitandas gentes ac regna, qui testi-
monium mihi feras, nomenq; meum illustre
facias apud reges ac uiros principes, euulsu-
rus atque contracturus, demoliturus item at-
que extirpaturus, quæcunque apud illos aut
usquam etiam gentium praua sunt & iniqua:

ut inquam ueterem hominem cum suis acti-
bus homines exuas, induiturus eos homi-
nem nouum, ædificaturus atque plantaturus,
quæ iusta, recta sunt ac bona: si fortè ad bo-
nam frugem conuersi, imminetia mala decli-
nare, aut certè mitigare possint. Locutus est
autem mihi Dominus, atque interrogans me:
Heus tu Hieremia, inquit, quid nã id est quod
uides? Et respondi, strennuam, uigilantem, mi-
nimeq; stertentem ac pigram me uidere uir-
gam. Et dixit Dominus, rectè me uidisse. nam
ego, inquit Dominus, uigilabo, atque stren-
num me præbebo, ad præstandum quæ lo-
quor: utq; non temerè ijs qui à me tam turpi-
ter deficiunt, minatus uidear. Rursum uerò
mihi locutus Dominus est, & interrogauit:
Ecquid uiderem? Et respondi, ollam me uide-
re efferuescentem: id̄q; ea sui parte, qua aquilo-
nem spectabat. Hic mihi Dominus id mali,
quod ex uisa uirga cognoueram, in omnes ter-
ræ habitatores immittēdum dixit ab aquilo-
ne: illic enim Babylonij sunt. Nam ecce, quic-
quid tribuum ac regnorum in aquilone est,
inquit Dominus, id ego conuoco atque exci-
to, ut ueniant, atque suam quisque sedem po-
nant, ubi ius dicere consueuistis, in foribus
portarum Hierusalem, atque ad eò super om-
nes eius muros in circuitu, & super omnes ci-
uitates regni Iudaici. Postquam enim me
non agnoscunt iudicem, neque me pro Domi-
no habent, per hos eos iudicabo super omni-
sua malitia, & morū peruersitate. Hi enim de
illis iudicabunt, quando me dereliquerunt,
dijs alienis incensum offerentes, atque pro-
prijs manibus cōfecta idola adorantes. nam
ut ficulnea simulachra taceam, de propria sua
pendet iusticia, atq; illinc potissimum sibi pla-
cent ac gloriantur. Tu itaq; intrepidus, om-
nib; timoreposito, accinge lumbos tuos, iur-
ge, ac uirum te præbe, dicturus eis quæcunq;
ego tibi mandaturus sum. Nequid formida-
ueris aut morēris eos, ut ad conspectum eorū
expalleas, aut expauescas. Nam ecce, hodie
ego te constitui uelut munitissimum atque in-
expugnabile quoddam oppidum, ut colum-
nam ferream, murumq; aheneum aduersus to-
tam terrā, aduersus Iudaici regni reges, eiusq;
summatus ac principes uiros, item & aduer-
sus præposterè religiosos sacerdotes eius, om-
nemq; terræ populū: qui pugnabunt qui-
dem contra te, ac modis omnibus tibi reela-
mabunt, sed frustra. siquidem tibi non sunt
præualituri, quando ego tecum sum, inquit
Dñs, qui te facile ab ipsorū tyrānide liberarò.

CAPVT II.

Dominus autem populo suo consultū
duolens: Vade, inquit, ad me, atq; omni-
bus Hierosolymitanis audientib; pro-
palāta

*Priusquam
te formari
in utero, no-
uisset.*

*Misit Domi-
nus manum
suam, & te
uigil os meū.*

*Virgam uir-
gilantem ex
go uidet.*

*Ab aquilone
ne p̄ueniat
omne malū.*

*Tu ergo acci-
nge lumbos
tuos.*

palam clamitatio, sic me illis dicere, atque hoc me illis per te significare, quod Israeliticæ gentis adolescentiam recorder, atq; obliuisci nequeam eius dilectionis, qua eam mihi in Sinæ proposita lege mea desponsavi, quâdo me per terram incultam adeo & desertam, relicta Aegypto, tam sedulo sectabantur, non aliunde quàm ex me uno pendentes. Sanctus certe atque dicatus Domino Israeliticus populus est, ac ueluti primitiæ quædam frugum ipsius, præ cæteris mundi nationibus Deo charus & gratus: unde & omnes qui eum deuorabant, infestabant, atque modis ullis molesti ipsi erant, disperibant, grauibuscq; malis sese inuolutos comperiebant, inquit Dominus. Audite itaq; uerbum Domini, qui de domo atque familia Iacob estis: audite inquam, omnes cognationes domus Israeliticæ. sic enim dicit Dominus, atque hoc uos interrogat, quid nam illud sit, quod patres uestri, quorum uos uesti- 20 gis inheretis, in ipso inuenerint iniquum ac malum, quod ita se continuo à Domino abalienarint, longeq; adeo ab ipso discesserint, uana sectantes idola, per quæ & ipsi uani sunt facti, atque frustrati per cogitationes suas, ita ut obtenebratum insipiens cor ipsorum de Domino ne cogitet quidem. neque enim dicunt, Vbi est Dominus qui nos eduxit de terra Aegypti, quiq; nos deduxit per desertum illud, per terram solitariam adeo & horridam, inuiam 30 planè, exaridam, atque morti conferendam, ita ut nemo quisquam illac iter faciat, aut eam inhabitet: Et adduxi quidem uos in terram lætissimam ac fertilissimâ, cuius edatis fructus: & quicquid illa profert eximium & elegans, ut eo potiamini. Sed ingressi, terram meâ con- 40 taminastis, atq; improbis uestris moribus corruptastis, atque steriliorem reddidistis, adeo ut eam quæ alioqui mihi hæreditaria atq; charissima est, nunc abominer atq; detester. Imò, neq; ipsi sacerdotes, quorum partes erant alijs præluere, de Domino cogitant, neque rogant ubi sit Dominus. Et qui legem ipsam uel ad unguem tenent, atq; doctissimi censentur, hi quoque minime me nouerunt, non spiritu, sed litera rem oem expendentes. Quin & pastores gregis, manifestarij sunt legis meæ transgressores, militiæ, uenationibus, huiuscq; mundi delicijs dediti magis quàm curando gregi. Sic & propheta prophetant in Baal, ex diuinæ legis scri- 50 ptura Baaliticam religionem constabiles: atque misero populo, qui prurientibus auribus est, eam persuadentes, ita ut ea sectentur, atque ad ea ferantur, quæ nihil ipsos iuuerint. Propterea adhuc uobiscum expostularo, atq; iudicio contendero, inquit Dominus, atque adeo cum filijs etiam atque nepotibus uestris litigauero. Transite enim ad insulas Cithim, Macedones nimirum & Cyprios, uidete qua religione & constantia illi sint. Quin & ad Ce- 60 darenos mittite, quorum religionem perspicatis, atque attente obseruetis ac perpendatis. An ulla inuenietis gentes uestri similes? qui

pari inconstantia sint, & mutabilitate? An ulla toto terrarum orbe gens est, quæ deos suos tam temerè mutet? Et interim harum dij dæmonia sunt, hominumq; figmenta, & non dij. Illæ se constantes præbent in cultu falsorum deorum. Et uos in ueri Dei cultu non persistitis. Certè populus meus mutauit gloriam meâ in imaginem, siue simulacrum, nihil ipsis profuturum. O rem indignam. Demiramini atque obstupescite cæli, super tam iniquo atque indigno hoc facto, ac inhorrescite: Dominusq; iram horrendo tonitru, multoq; fulmine, scelerato huic populo denunciante, ut uel tota terra desoletur, atq; iram meam persentiscat, inquit Dominus. Geminum enim populi mei peccatum est, quod designarunt. Me enim fontem aquæ uiuæ dereliquerunt, & foderunt sibi cisternas, easq; contritas & fractas, quæ continere non ualent aquas, ex quibus refrigerium inueniant & refocillentur. Spreto meo mandato, ex præceptis pendunt hominum. Me prætermisso, demortuorum aliquot hominû auxilia inuocant. Meæ bonitatis ac misericordiæ uix ullam rationem habentes, ex sua pendunt iniusticia. Atqui nullam hæc cisternæ continent aquam quæ ipsos recreet, atq; reficiat. Verum dixerit hic aliquis: Nonne Israeliticus populus Domino Deo seruit, atq; unice eum colit? Nonne uernaculus, maximèq; familiaris Domino est? Qua itaque ratione dabitur in prædam, atque omnium iniurijs exponetur? Iræne aduersus eum Babylonici leones rugient: nocescq; suas attollent, terram ipsius delolaturi, atque incendio ciuitates sic consumpturi, ut nemo eas inhabitaturus sit? Ut de leonibus atque animosioribus populis taceam, etiam Memphitici uiri, & Taphnai ciues, quibus nihil effeminatius inuenias, nihilo mollius uestrum uobis contundet uerticem, atque ignominiosissimè uos tractabunt. Et unde obliuiscro uobis hæc calamitas proficiscitur, nisi quod Dominum Deum uestrum dereliquistis: idq; eo tempore quo uobis adhuc benefacit, ac ducem se uobis præbet ac protectorem? Non ille uos destituit: sed culpa omnis hæret in uobis, qui Dominum dereliquistis. Quod uerò uobis persuadetis, uos induisse Domino adherere, atque de ipso quàm optimè sperare, neque Dominum, aquæ uiuæ fontem, effossis cisternis inutilibus uos dereliquisse, nihil quidem hæc dicitis. Quid enim uobis negocij in uia est, qua in Aegyptum tenetur, nisi ut aquam illic bibatis de Nilo turbidam & limosam? auxilium uobis sperantes ex Aegyptijs, quod nulli usui erit. Quid item uobis cū uia Assyriaca, nisi ut & Euphratis illic bibatis aquas, quæ sitim uobis non restinxerint, nihilq; profuerint? Qui itaque bonitate atq; clementia mea deteriores facti estis, ab ipsa malitia atque improbitate uestra corrigemini: ipsaq; rebelliones quibus uos mihi rebelles præbetis & immorigeros, increpabunt atq; affligent uos, in grauissima mala uos inducturæ,

Audite uerbum Domini domus Iacob,

Hæreditatem meam posui illi abominationem.

Tenentes legem nescierunt me.

Transite ad insulas Cithim.

Duo enim mala fecit populus meus.

Super te rugiet leones.

Quid tibi uis in uia Aegypti?

Arguet te malitia tua,

ut uideatis quàm uobis malum, graue & acerbum sit, quòd Dominum Deum uestrum, uerum uitæ fontē dereliquistis; & quòd tam nullo mei timore, inquit Dominus Deus exercituum, teneamini. Nam olim quidem confregi tibi iugum illud Aegyptiacum, & uaria afflictionum te uinacula semper tibi excussi: adeò, ut eò securitatis perueneris, ut putares atque diceres, te nunquam in seruitutē rursus posse redigi: sed his tantis, tamq̃ numerosis meis beneficijs insolentior factus atq̃ lasciuior, in omni colle sublimi, & sub omni arbore frondosa, uagabunda mihi facta es meretrix & adultera, nusquã nõ idola amplexa, propriãq̃ tuam iusticiã, q̃ uã deoscularis ac deamas. Ego autē te plant a uerã uitem multo optimam atque præstantissimam, ut uero iustoq̃ semine prognatam. Et qua ratione, qua de causa factū est, ut in sarmenta uitis aliena parumq̃ proba mihi sis commutata: idq̃ adeò, ut si uel nitro te laueris, multumq̃ etiam saponis adhibeas, macerando te ieiunijs ac uigilijs, offerendo item uaria sacrificia, lachrymando atq̃ deprecando, reliquaq̃ omni iusticia externa, non tamen sic iniquitatē tuam elueris, inquit Dominus Deus, quin aliqua tibi corã me remanura sit macula, ueterisq̃ mali uestigium. Et quomodo obsecro dicas te non pollutam? & post Baalim te ambulare, qua ratione neges? Vide quæso uiam tuam in ualle: quorsum illa spectat, nisi ut conscenso monte tuis idolis sacra facias? Scito quid feceris, atq̃ tete intròspice, ut maximè tui pedes te ad idola non ferat: fertur tamen ad ea tuus animus, ad omne malum propensus ac cereus. Dromedaria certè leuis es, quæ tuis incedis uis potius quàm meis, atq̃ uelocissimo cursu eas peruolitas. Imò & onagram æquas, qui deserto campisq̃ liberioribus adsuetus, illuc pro sui animi desiderio fertur quò uoluptas, animiq̃ desiderium impellit, spiritum suis naribus trahēdo atque emittendo, multa pertinacia perficiens quod molitur. unde nemo quisquam eum retraxerit. Sic & quotquot eam quærunt, atq̃ indefessè eam reuocare student, inanem planè sumunt operam, inuenturi eam in mensuris ac sordibus suis, quæ nũc sua iusticia nimium sibi placet. Quantumuis nunc iubeatur gradum sistere, neq̃ ad Aegyptiacum auxiliū inuocandum, pedem suum ob itinēris incommo-
 da, & salebrosiores uias, discalceare, & gutturi suo à siti præcauere: non curat, atq̃ contemnit rectè monentes. Recusat ex solo pendere Deo: sed humana, alienorumq̃ deorum quærit auxilia, illaq̃ diligit ac sectatur. Quemadmodū pudefit fur quispiam in ipso furto deprehensus: similis pudor atq̃ ignominia perfundet uos, qui de domo Israelis estis, unã cū ipsis regibus, principibus, sacerdotibus atque prophetis uestris. siquidem non pudet uos siculneo dicere idolo, quòd pater uester sit: & si mulachro lapideo, quòd ipsum uos pepererit. Mihi enim ceruicem ac tergum obuertuerunt,

& non faciem. Porro quãdo mala in ipsos ingruunt, tunc quidem temporis me in clamāt, ut surgens ipsos seruem ac liberem. At ubi tūc dii illi uestri sunt: quos uobis fecistis? Quin illi illi tunc surgunt, atque in tempore afflictionis uestre uos seruāt: Certè secundum numerum ciuitatum tuarum fuerunt dii tui Iudah. Quot habes ciuitates, totidem habes & deos, dum quælibet sibi Deum aliquem tutelarem ac proprium deligit. Quid hic est quod mihi respondeatis? aut quo causam uestram iustificetis? Simul omnes peccatis, atq̃ legē meam transgredimini, dicit Dominus, à maximo ad minimum usque. Frustra enim & ipsos filios uestros (quos innocentes quis credat) percussio: patrios enim imitantur mores, & discipulnam non recipiūt, neq̃ percussi meliores redduntur. Ad hæc prophetas ipsos, quos uobis in uiam reducendis complures mitto, gladio perimitis, tantum abest ut audiatis: idq̃ tanta inhumanitate, tamq̃ crudeliter, ut uel immanes leones hic superetis. O generationem stolidam & ingrati. Videte tandem atq̃ agnoscite uerbū Domini: an uelut desertū, ac uelut inculta atq̃ infrugifera terra sui Israeli, ita ut nullum ex me fructum ac beneficiū senserint? An uelut terra caliginosa ipsis fui, atq̃ iniucunda, qui terra mundi, lucisq̃ omnis creator sum? Quare itaque me uelut tyrannū, uel uiribus destitutum, relinquit populus meus: dicens se in Aegyptum uelle descendere, ad humana quærendum auxilia, potius quàm ut ad me redeat. Num obliuiscitur uirgo ornatus sui: an sponsa etiam, ut maximè marito tradatur, obliuiscitur cimeliorum suorum? an non maritata etiam illis sese oblectat? At populus meus mei oblitus, omnino nihil memor est, quàm feliciter olim uixerit: & quàm amicè ego ipsum tractarim, modisq̃ omnibus illi benefecerim. Cur quæso iter tuum instituis ad Aegyptios? ut te in ipsorum amorē insinues? ipsorumq̃ amicitiam tibi concilies ac promerearis? Certè hunc in modum sequeris aliorū praua exempla: & tuo exemplo uicissim alios corrumpis. Quis enim Dñm agnosceret, atque sectabitur, quando tu aliundè auxilia quæriss? Sed & in alis tuis, quando uelut aquila atque miluius miseros discerpis, atq̃ prophetas trucidas, sanguis ille pauperum ac innocentum inuentus est. neq̃ enim in ullo furto aut domus perfossione eos deprehendisti. Et tamen in omnibus his, audes adhuc innocentem atque impollutam te dicere, quasi nihil in te hæreat mali & sic faciendo cultum Deo præstiteris gratisimum, adeò ut istis tuis factis tibi uidearis iratum tibi Dominum placasse, iramq̃ eius cõsopississe. Sed ecce, Ego te in ius uoco, atque super isto tuo uerbo, quo te peccasse negas, iudicio tecum contendam, atque ius expectari. Quorsum enim attinet quòd ad Aegyptios tanto studio ferimini: id quod me uelut tuisse nostis? Atqui ab Aegyptijs non refereris nisi ignominiam, ita ut cum Assyrijs uobis

Plantauit te uineam electam.

Scito quid feceris.

In mensuris eam inueniet eam.

Dicentes ligno, Pater uester est tu.

Secundum numerum ciuitatum tuarum fuerunt dii tui Iudah.

Videte tandem atq̃ agnoscite uerbū Domini.

Populus meus oblitus est mei.

Ab ipso peccato, & cetero ego sum.

Ab Aegyptijs non refereris nisi ignominiam, ita ut cum Assyrijs uobis res

res successit. Exhibitis enim ex ipsa omnis con-
filiij in opes, atque summa cum desperatione:
ita ut implicatas manus, eiulantium muliercu-
larum more, in caput uestrum sitis immisuri-
nam Dominus hanc uestram de Aegyptijs cō-
fidentiam odit ac respuit. unde non est quod
hinc expectetis latum ac prosperum.

C A P V T III.

Vlgo dicitur, estq; hoc ex praescripto le-
gis meae in ore omnibus: Si uir quispiā
uxorem dimittat, quae ab ipso recedens
nubāt alteri: num reuertetur haec amplius ad
eum unde recessit? Certē prior maritus eam
non recipit uxorem, ut maximē reuertatur, ac
supplicem se illi praebet. An non per huiusce-
modi & terra ipsa polluitur? non ita frugifera
& fertilis futura? Ceterum tu, quantumcum-
que multis cum amatoribus rem habuisti, re-
uertere tanrum ad me, inquit Dominus, qui
clementia & ignoscencia neminem habeo pa-
rem. Ego te non reijciam: sed obtujs uulnis te
excepero. Leua oculos tuos ad montes, locaq;
sublimiora, & circumspice sicubi locus aliquis
est, quē non idololatrica tua fornicatione cō-
spurcaris. Veluti Arabes qui in deserto fixis
ad uias tentorijs suis, uiatorum cōmercia que-
runt, ita tu confedisti, atque prostituisti te in
in uijs, terram multa tua fornicatione ac sceles-
rata uita polluens: adeo, ut clauso ob id caelo,
neque imbres, neque ulla ad nos te demiserit
pluuia. Et quantumcumq; per prophetas, at-
que cordatiores uiros corripiebaris, fronte
tam perfrecta, tantaq; fuisti impudentia, ut ne-
mo meretrix aequē noluit erubescere.
An non patriū hic agnosceis in me animū, ita
ut mihi supplicem te praebens, patrem tuū me
uocatura sis, atq; ducem uirginitatis tuae, qui
te prima pubertate duxi, atque pro uxore ha-
bui? Num in aeternum irascetur Dominus? in-
quies, perpetuam seruaturus iram suam? Ita
quidem dices: sed interim pergis malefacere,
tuisq; uijs incedere: idq; magis ac magis. Ro-
gauerit autem me Dominus, cum Iudaici regni
gubernacula teneret pientissimus rex Iosias,
sub quo florentissima uidebatur Iudaici po-
puli religio, num uidissem atq; obseruassem,
quid Israeliticum regnum Domino Deo tam
rebelle & immorigerum, iam in captiuitatem
abductum, commississet atque designasset. Fe-
rebatur enim per omnes montes excelsos, atq;
que sub omnem arborem frondosam, ut illic
cum idolis suis fornicaretur. Postquam uerō
haec omnia designasset, uocaui atq; dixi ei, ut
ad me reuerteretur. Sed recusauit, atq; reuinit:
id quod soror eius Iudah, praeruaricatrix atq;
scelestia, satis uidit: & uidi quidem eam satis ui-
dere, atque abundē ei cognitum esse, quod re-
bellem atque immorigeram illam gentem Is-
raeliticam ratione adulteriorum suorum di-
misissem, dato etiam illi libello repudij. Et sce-
lerata haec soror eius Iudali, horum exemplo
non respuit: sed discedens fornicata est & ip-
sa, & facilitate fornicationis suae, quam illa ni-

hil malam censebat: terram quoque contami-
nauit ac polluit, cum dijs lapideis ac ficulneis
rem habens, atque adulterium committens.
Et in omnibus quidem istis, cum regem ha-
beret pium, cum legitimā illi perstaret adhuc
religio, ac templum, multusq; prophetarum
clamor eam ad bonam frugē reuocaret, uide-
batur quidem illa in speciem respiscere: sed
magis id ex praescripto & edicto regio fecit,
quam uero ac sincero animo. Non itaque est
ad me reuersa integro corde: sed mendaciter
atque simulate, inquit Dominus. unde & mi-
hi a Domino dictū est, quod rebellis illa gens
Israelitica, iusta ac bona censerī posset, praesce-
lerata ac praeruaricatrice sorore tua Iudali.
Iussus autem sum abire, atq; euroaquilonem
uersus, quō Israelitica gēs auēcta est, hisce uer-
bis exclamare, atque dicere: Age, reuertere,
inquit Dominus, auerfatrix atque rebellis Is-
rael, non desauit in uos ira mea. & quicquid
commissum est, condonaturus id sum: quippe
qui misericors magnaq; sum clemētia, inquit
Dominus, non reseruaturus iram perpetuam.
Veruntamen agnosce, atque fatearis iniquita-
tem tuam, quod in Dñm Deum tuū deliquē-
ris atq; peccaris, quod sub omni arbore fron-
dosa te dijs alienis profitueris, uociq; meę nō
auscultaris, inquit Dominus. Reuertimini fi-
lij rebelles, inquit Dominus, quia ego domi-
nabor uobis, instructurus uos atque directu-
rus. Excipiam autem uos, si redire uelitis, etiā
unum ex tota urbe, aut duos ex tota aliqua fa-
milia. Nihil tam paruū est, quod contempse-
ro: sed omnem qui uenit ad me, non eijcio fo-
ras: sed adducam uos in Sion, ubi uobis dabo
pastores iuxta cor meum, atque ex mea senten-
tia, qui uos pascent scientia & intelligentia, ita
ut me certō cognoscētes, pulchrē erga me affi-
ciamini, meq; ex animo diligatis: Futurumq;
est, ubi multiplicati fueritis, atque magno nu-
mero in terra procreueritis, ut in diebus illis,
inquit Dominus, non dicant neque loquan-
tur de arca foederis Domini, quasi illinc pen-
dere oporteat, ex rebus aut cerimonijs ullis
exteris. Imō ne in mentem quidem tale quic-
quam ueniet. Nulla huiusmodi rerum futura
tunc est mentio, neq; amplius tunc usui erunt.
Sed tunc temporis uocabunt Hierusalem, so-
lium Domini in quo uerē confideat, & quam
uerē inhabitet. Et congregabuntur ad eā om-
nes gētes in nomine Domini in Hierusalem,
non secuturae amplius uisiones cordis sui ma-
li: quippe quae ad legem Domini suis cordi-
bus inscriptam, suas uias instituturę sunt. Tūc
autem ibūt domus Iudali & domus Israel, te-
terum simultatum ac inimicitiarum iam nihil
memores, simul de terra aquilonis, quę capti-
uos illos detinet, ad terram quam patribus ip-
sorum dedi hereditariam, ubi soluta captiui-
tate siue timore de manu inimicorum suorū li-
berati, mihi Domino suo seruiant. Nam ego
quidem cogitauī atque mecum dixi: Quam di-
lectos mihi habiturus sum eos filios, & quam
iucun-

Iustificauit
animam suā
auerfatrix
Israel.

Conuertimi-
ni filij reuer-
tentes.

Non dicent
ultra, Arca
testamenti
Domini.

In diebus il-
lis, ibit do-
mus Iudali
ad domum
Israel.

Leua oculos
tuos in dire-
ctum.

Frons mille-
ris meretri-
cis facta est
tibi.

Dixit Domi-
nus ad me in
diebus Iosias.

Uidi preua-
ricatrix for-
nicatrix eius lu-
dab.

iucundam ac desiderabilem illis dabo terram illam ipsi hereditariam, hactenus gentibus inhabitatam atque occupatam. Dixi uero: Tunc me sincero corde patrem uocabis, neque unquam amplius a me recedes. Sed nunc, ut mulier aliqua maritum suum contemnit, seque illi prebet immorigeram: ita me contempsit, atque se mihi rebellem prebet Israel. Vox enim flebilis multusque ploratus filiorum Israel in summis montibus audita est, dum interficiendi mortem deprecatur. Obliquas enim, & iniquissimas suas fecerunt uias, Domini Dei sui prorsus obliti. Sed conuertimini tandem filii rebelles, & sanabo omnem rebellionem uestram, scelera uestra omnia uobis condonaturus. Et dicitis quidem uos ad me redire, ut qui Dominus Deus uester sim: sed mendaciter quidem ac simulate id facitis. siquidem ad colles & strepitus illos montium, ubi idolis seruire consueuistis, adhuc uobis respectat animus. Sed recte sane sentitis, omnem Israelis salutem in me Domino Deo uestro esse, plus satis iam ab ipsa adolescentia uestra ex patrum uestrorum impietate quam sectati estis, diuexati atque afflicti. Erubescenda enim impietas ac idololatria exedit atque perdidit, quicquid patres nostri ab ineunte aetate nostra partum habuerunt, tum oues tum boues, tum filios item & filias. Dormiuimus itaque, atque iacuumus, multum pudefacti. Variisque ignominia nos operuit: idque, quod Domino Deo nostro, una cum patribus nostris, a prima nostra adolescentia in hunc usque diem peccauimus, uocem Domini Dei nostri non audientes, atque contemnentes.

CAPVT IIII.

SI uero reuerteris Israel, id quod ipso ore te predicis facere: Reuere, inquit Dominus, uere ac toto pectore: idque, ad me, omiſſis demortuorum hominum idolis, quae abominationi mihi sunt. Aufer illa ab oculis meis, & eris stabilis, non ita tuis sedibus mouenda. Iurabis autem tunc uiuere Dominum, idque non falso, sed in ueritate: non temere, sed in iudicio atque re iusta. Vnde fiet, ut gentes alioqui impie, per ipsum sibi benedicant, atque precentur prospera: per ipsum etiam sese collaudaturi. Sic uero dicit Dominus uiris qui regnum Iudaeae atque Hierosolymam inhabitat: Innouate uobis nouale, & sementem ne feceritis inter spinas. Exuto uetere homine, induite nouum, qui secundum Deum creatus est: & abiectis huius seculi curis ac sollicitudinibus, diuini uerbi semen corde uestro excipite. Circumcidimini Domino, & amouete praepudia cordis uestri. Non enim qui in manifesto Iudaeus est, censetur Iudaeus: nec ea quae in manifesto fit carnis circumcisio, pro circumcisioe reputabitur: sed qui in occulto, ipsisque animi penetrabilibus Iudaeus fuerit, is uere Iudaeus est. Et circumcisio cordis, ea uere circumcisio est, quae non litera constat, sed spiritu: cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est. In hoc itaque incumbite uiri Iudaeae, & qui inhabitatis Hierosolymam, ne forte dum exera circumcisioe uobis tantopere placetis, propter studia uestra mala ac scelerata, exeat uelut ignis indignatio mea, quae sic succendatur atque exardescat, ut a nemine extingui possit. Nam hanc uestram hypocrisis, qua de rebus exteris intra uos tam arrogantes estis, cum cor tamen in circumcisum sit, & omnibus cogitationibus prauis exundet, ferre amplius neque possum, neque uolo. Annunciate autem in regno Iudaico, atque innotescat Hierosolymitanis. Dicit autem atque tuba clangite tota terra. Collecti se recipiant ad ciuitates munitas, ubi hostem minus metuunt. Erigite autem uexillum in Sion, ad quod omnes concurrant & conueniant. Confortate atque conglobate uos, nusquam resistentes, aut quicquam cessantes. Nam ego uobis ab aquilone, ubi Babel est, malum adduco, quod uos grauiter affliget atque conteret. Ascendit enim leo de latibulo suo: & qui gentes interimit, institutam habet profectioem suam. Egressus est Babylonius ille leo, ut terram uestram redigat in solitudinem, cunctasque ciuitates uestras deuastet, atque demoliat, ita ut omnibus in captiuitatem abductis, nemo eas sit inhabitaturus. Digna certe calamitas, ob quam saccos uilioresque uestes indui legeatis atque ciuletis. Nam ira furoris Domini in uos nondum conuenit, neque sedata est. Illo autem tempore ad ingruentem calamitatem hanc, atque irruentes in terram hanc Babylonios, Rex simul & principes consilij inopes animum despondebunt. Sacerdotes obstupescunt, & prophetae stabunt attoniti, animoque prorsus consternato. Dixi itaque: Heu Domine Deus, irane cum populo tuo ages? Decepisti certe populum tuum Iudaicum, simul & urbem Hierosolymam, dicens, ipsis fore pacem, omniaque prospera: & aduenit gladius, cruentissimumque bellum, quo simul omnes perimamur. Illo autem tempore dicitur populo huic, & Hierosolymitanorum ciuitati, quod uentus urens spiret in locis sublimibus, atque etiam in deserto, locisque campestribus, qui uerticibus certe uolentissimus est, irruens in uiam qua incedunt filiae populi mei, in ipsam nimirum regionem Iudaeae, urbemque Hierosolymitanam: non quidem ad euentilandas & rotulendas paleas, imbelles scilicet uulgus, atque plebeios homines: sed etiam principes ac sacerdotes. Ventus mihi spirabit fortior: atque illi sunt, nam & ego ius contra illos experiar, meumque ius exequar. Ecce ascendet aduersum uos Babylonius ueluti nubes, in quam nihil potestis: & currus eius ferentur more procellarum, siquidem equi eius uelociores sunt aquilibus. Vt nobis, multo sane miserrimi sumus, ut qui uastati, & de quorum salute actum est. Vnum autem hoc restat, neque aliud quicquam uobis superest consilij, ciues Hierosolymitani, quam ut corda uestra lauetis, ac ab omni sua malitia & prauitate repurgetis: id quod certa in

Quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me dominus Israel.

Verum in Domino Deo nostro salus Israel.

Dormiuimus in confusione nostra.

Nouate uobis nouale, & nolite serere super spinas.

Annunciate in Iuda, & in Hierosolyma, leui audiat facite.

Peribit eum rex, & principes consilij, & sacerdotes obstupescunt.

Laus a manibus cor uobis & Hierosolyma.

in Dominum fiducia fieri cōsuevit. Hac enim una uia salua euaseritis, atq; malum imminens defugeritis. Quousq; obsecro commorabuntur in cordibus uestris cogitationes prauæ ac noxiæ? Quando tandem studebitis esse frugifera? Resipiscencia uestra non patitur lenta cōsilia. Auditur enim uox à Dan, ex primis terræ frōtib; quæ hostem aduētare clamitat: malusq; in uulgus rumor spargitur ex mōte Ephraim, qua quidem uia Hierosolyma tenditur. Pas-¹⁰ sim & inter gentes multus rumor est, super Hierusalem debellanda & perdenda. Adueniunt longinquis ex regionibus nancij, quorum omnium una uox est, quod in Iudaici regni ciuitates conscribatur exercitus, atque hostis sese apparet atque accingat. Sicut custodes agrorum multa diligentia cauent, ne qua fera aut bestia noxia in illos irrumpat, quæ gregi obstruat, aut eum dispergat: pari modo hostis se-²⁰ dulò accurabit, totam undiq; ciuitatem gra- uissima premere obsidione, ne quis eam aut ingrediatur, aut etiã exeat: idq; quod me exasperauerint, inquit Dominus. Neq; certè est quod hic Dominum culpetis, atque hanc calamitatem ipsi imputetis. Nam uia uestra scelerata, studiãq; uestra turpissima, huc malorū uos induxerunt. Malitiæ peruersisq; moribus uestris imputanda sunt omnia. siquidem graues admodum sunt & acerbi, pertingentes ad³⁰ cor, ubi certam homini mortem inferunt. Quam hinc mihi dolet uenter? & quanto dolore mea discruciat̃ur uiscera: ut tumultuatur, atq; inquieta mihi sunt mea p̃cordia? Quam malè est cordi meo? Quam illud affligit̃ mihi? Certè conticescere hic non possum, idq; clangorē audiui buccinæ, atq; clamores bellicos, quibus ad arma, ad arma, simul oēs concitantur. Contritio cōtritioni, malum malo, & calamitas succedet calamitati, uelut unda superuenit undam. Deuastabitur enim tota ter-⁴⁰ ra, nullo labore, & perquam cito ac facile uastabuntur tabernacula & tētoria patriæ meæ. Sed quousq; tandem obuersabuntur oculis meis signa hæc militaria? & auribus insonabunt tubarum illi bombi? Stultus certè populus meus in Anathoth, qui sacerdotalis mecū ordinis sunt me non cognoscūt, neq; p̃mōtionem meam recipiunt. Filij insipientes & omnis intelligentiæ expertes sunt. Sapientes quidem ad malè faciendum: sed bene facere⁵⁰ prorsus ignorant. At hos tamen, cum sacerdotali dignitate p̃amineant, sal terræ ac populi decebat esse columina: sed nimis quam cariosa sunt, & putrida. Datum autem mihi est, terræ calamitatem p̃uidere, atque ipsam cōspicere. Et ecce, inanis erat & uacua, ut si recēs fuisset creata, rudis indigestaq; moles, & nihil aliud quàm ruderum atque carbonum acerui erant. Vidi autem & cælum, quod aliqui sole, luna, suisq; astris resplendens, nunc obtene-⁶⁰ ratum fuit, nihilq; lucidum. Vidi montes, & qui in terra summates sunt: & ecce commoti, plurimumq; turbati contremuerunt, Et col-

les item, qui in terra eminent, consilij planè inopes fuerunt. Totam terram quaquã patet perspexi, & nullum mihi datum fuit in ea uidere hominem. Quin & cæli uolucres, ab inculta tamq; horrendè uastata terra abhorrentes, ex ea demigrarant. Omnia circumcirca perspiciebam, & ecce campus olim fertilis adeò, iam nihil aliud quàm desertum erat, & ciuitates simul omnes iacebant ex ira Domini destructæ, atque furore eius combustæ. Nam^{Deserta erit} Dominus certò statuit, atque dixit, totam terram esse uastandam, non tamen ad internecionem simul omnes deleturus est: quippe qui in cōsummationē non factur, sit relicturus. Terram itaque uidere erit lugubrem ac tristem, & cælos supernè nigricantes, obscuros atq; mœrentes. siquidem quod locutus sum, id sum facturus. neq; enim corum quæ statui me p̃nitent, ut inde auertar, atq; animum mutem. Ad clamorē equitū & sagittariorum irrumpentium tota simul ciuitas se in fugam dat, ita ut hostium impetum non sustinentes, in p̃æaltas arbores, ac rupes excelsas se recipiant. Itaque non expectato hoste, uniuersæ urbes derelictæ sunt, ita ut nemo quisquam eas inhabitet. Cæterum tu Iudaica regio, quid obsecro facies iam uastata, quæ nunc secuta nimis, lasciuia atq; luxu diffusis? Induis te uestes coccineas. Omni mundo tuo tum aureo, tum argenteo, te adornas, & stibio pingis oculos tuos, mirum que in modum te fucas atque componis, uelut in tui amorem cunctos illectura: sed frustra omnia. nam qui olim amabant, nunc te contemnent & abominabuntur: atque adeò quærent animam tuam, te perimere studentes. Audiui enim uocem ac eiulatum quasi parturientis, & angustiam uelut puerperæ, quæ iam in nixu siue partu est. Sic se habebit ploratus & eiulatus filia Sionia, quæ multo dolore, uelut auxilium implorans, manus suas extendit, atque iuari concupiscet, sed frustra. Malè itaque mecum agitur. nam super tam miserè perdendis mœstissimo sanè sum animo, ita ut me animus meus deficiat, ipsi que pedes uix ferant.

C A P V T V.

Circumite plateas atque uicos Hierosolymitanos omnes, & uidete atque obseruato. Quarite, inquam, per omnes ciuitatis plateas, uicos & angiportus, si quem inueniatis qui iudicium faciat, & fide p̃stet, ita ut fideliter, & citra personarum respectum iudicans, pauperem à potentiore liberet. Si enim huiuscemodi uel uinum inuenire possitis, pepercero ciuitati, atque habituri estis me propiciam. Porro si mihi adducatis fortassis, qui per nomen meum iurent, atque uobis ex me pendere, multum que nomini meo habere honorem uideantur: certè illi ipsi fucate id faciunt, animo que nihil sincero: adeò, ut ij quos uos quidem pro uestro iudicio putetis opri-

Deserta erit omnis terra, sed tamē in cōsummationē non facturam.

Tu autem uastata quid facies.

Ventrem meum, uentrem meum dolco.

Stultus populus meus me non cognouit.

Domine oculi tui respiciunt fidem.

mos, uirōs que sanctissimos, mihi hypocritae sint pessimi, uirōq; sceleratissimi, maxime que exosi. Domine, nonne oculi tui exosa omni hypocriti, ad fidem animiq; candorem ac sinceritatem respiciunt? Multis sane modis eos inuitasti ad respicientiam. Nunc amice ac blandē cum illis agēs, quo cum nihil proficeretur, percussisti eos: sed illi, quasi nihil ipsis doleat, hoc non morantur. Attriuisti, ac modō non consumpsisti eos, nihilo tamē illinc doctiores euadunt ac meliores: quin potius magna impudentia facies suas obfirmant, atq; supra petram sua corda obdurant, nolentes reuerti. Et ego quidem mecum cogitauī atq; dixi: Hi fortassis pauperes sunt, miseri, stulti indoctumq; uulgus, qui Domini uias non ita nouerunt, neque Dei sui iudicia satis tenent. Accedam itaq; magnates, ad uirōs principes, & qui sacrootali dignitate clari sunt, ut quorum labia custodiunt sciētiam, omniaq; Domini Dei sui iudicia, ac semitas omnes cognitissimas habēt. At hi multo maximē Domini iugum reijciunt atque confringunt. pugnantēs enim pro sua iusticia, iusticiam Dei planē pessundant, ac pedibus proterunt, suntq; sibi multo sanctissimi ac uiri religiosissimi, ut quorū meritis unum caelum, quantumuis amplum, uix satis futurum sit. Propterea percutiet eos syluestris crudelissimusq; leo, & lupus peragrato ad uesperam usque deserto, multum lassus ac famelicus, deuastabit eos. Grassabuntur enim in eos & Aegyptij & Babylonij, & ueluti pardi uigilanter atque festinatō irruent ad obsidendas ciuitates: ē quibus quisquis pedem protulerit, cedit eis in escam, interimendus atque deuorandus continuō: idq; quod ita multa ipsorum scelera sunt, & iniquitates, ualidaq; adeo ac magna eorum rebellio, & pertinacia. Heu miseros, qua obsecro ratione me possent uobis prābere bonū & propiciū? Filij, siue incolae uestri modis omnib; mihi ingrati, ac plurimorum in se beneficiorum immemores, dereliquerunt me, iurantq; per id quod Deus nō est, ex idolis suis ficulneis, ac statuis deauratis pendentes. Ego quidē exaurauī eos: ita, ut re omni abundant, ac diuites effecti sint. Ceterum illi cum idolis suis merchari sunt, atque in domum meretriciam magno numero conuenerunt, sacra nimirū suis idolis facturi. Singulo mane uelut equi bene pasti ac saturi exurrexerunt, & ad uxorem proximi sui quisque lasciuiens adhinniebat, & hāc aquis semper oculis aspicerem? neque hāc in eis punirem? inquit Dominus. Et si qua huic similis gens est, an non uindicandum atque corrigendum id mihi uenit? Conscendite muros eius, eosq; destruite ac demolimini, neque parcatis aut cessetis. Auferte pinnas murorū eius, totosq; confringite. siquidem non amplius Domini sunt. Nam domus Israel, domus inquam Iudah nihil aliud, inquit Dominus, quam in me peccant, legemq; meam prauaricantur. Quin & me negant, atque propalām mendacii cri-

Idcirco percussit eos leo de sylua, lupus ad uesperam uastauit eos.

Saturauī eos, & merchari sunt.

minantur, dicentes non fore quae ipsis minitor, neque uenturam super ipsos calamitatem ullam, aut aduersi quippiam: ut qui neque gladium, neque famem uisuri sint, neque bello neque annonae caritate diuexandi. Prophetas enim censent locutos in uerum ac temerē, ut quorum uerbis res non sit responsura. Certē ut per prophetas minatus est, sic eis Dominus est facturus. Vnde & Dominus exercitū ille Deus sic dixit: Eo quod stulte adeo, tamq; contemptim hāc loquuntur: Ecce do tibi uerba mea, ueluti ignem in os tuum, & populum hunc ueluti ligna exarida, quae ab ipso uorentur, atque comburantur. Nam ecce, tu domus Israel misera ac uerē deploranda, ex remotissimis hinc regionibus, adduco contra uos gentem, inquit Dominus. Gentem praefocem ac ualidam, gentem uetustam ac intuetam, cuius tu linguam ignoras, nō intellectu quod loquetur. Pharetra autem eius unde lethalia sua tela depromit, quasi patens sepulchrum est, in quod omnes detrudamini. nam simul omnes uiri robustissimi sunt, ad quos tu nihil futura es. Comedent autem hi messem atque panem uestrum, in ore gladij deuoraturi & filios uestros & filias. Mactabunt oues uestras atque boues: quicquid aut in grege, aut in armento pingue est ac delicatum comesturi. Quin & uineas ficusq; uestras depasturi sunt. In summa munitissimas etiā ciuitates uestras, quibus uos maledictis, gladio, bellicaq; uirtute deuinent, atque deperdet. Non tamen uos tunc temporis ad internecionem perdam atq; interimendos tradam, inquit Dominus. Porro si qui rogarint, cur tanta in ipsos mala Dominus Deus induxerit, & quare huc miseriarum ipsorum res deuoluta sit: his tu responsurum dicito: Sicut dereliquisti me (ait Dominus) seruientes dijs alienis in terra uestra: ita haec omnia & nunc alienis seruietis dijs, in terra non uestra, atque aliena. Adnunciate hāc domui Iacob, atque audiantur hāc in populo Iudaeo, sic eis dicturi: Audite quae hoc popule stulte & excors, qui habentes oculos, non uidetis: & aures, nihil tamen auditis. An non ego uobis timendus atque colendus sum? inquit Dominus. An non ad meum conspectum expauescetis, qui ualidissimo mari suū terminum praescripsi atque constitui, in re infirma ac leuissima, nempe in arena littorali, id que statuto sempiterno, quod nunquam transgrediatur? Faciunt quidem nonnunquam marini fluctus imperum quaedam: sed non praualent. Tumultuantur, atque obiectam arenarum molem ualidē aliquando feriunt atq; impugnant: sed non transeunt eam, ita quidem meo praeepto parent, quibus nulla inest ratio, neque uita. Et sceleratus hic populus ipso corde suo a me declinat, legibusque meis se rebellem praebet ac immorigerum. Obuertunt enim mihi tergum atque discedunt. Nonne secum, suosq; in animo cogitare ac dicere debuerant: Age timeamus ac reuertamur

Propheta in uerbum locutus fuit.

Quae si dixeris, quae re fecerit nobis Dominus Deus noster haec omnia

Audi popule stulte qui non habes cor.

reueremur Dominum Deum nostrum, qui
 & imbrem & pluuiam nobis demittit, tempo-
 raneam simul & serotinam, suo nimirum tem-
 pore, atque opportunissime, hebdomadas
 mensis suo præcepto siccas nobis custodiens
 ac serenas. Quod autem hæc nunc secus uo-
 bis habent, in culpa sunt iniquitates uestra.
 nam peccata uestra uobis omne bonum auer-
 tunt. Inueniuntur enim in populo meo com-
 plures impij & scelerati homines, qui proxi-
 mo suo non secus infidantur, quam ipsis auis-
 bus aucupes, laqueis ac pedicis homines illa-
 queantes accipientes. Et ut aucupum cauet
 aibus plena sunt, sic horum domus scatent
 atque exuberant rebus dolo ac iniquè partis.
 unde & magnificè se gerunt, atque iam diuites
 facti ferociores sunt. Pingues autem iam
 & nitidi effecti, nullum habent uitæ suæ mo-
 dum: sceleratiores plane facti, quam qui di-
 gnè iustaq; oratione depingi possint. Pupillo
 non enim ac uiduarum causas non iudicant,
 non curant item de iudicandis aut componē-
 dis pauperum ac tenuiorum cōtrouersijs. At
 interim omnia ipsis uidentur euenire prospere
 ac felicia: sed magno certè aliquando consti-
 tura. nam Dominus, Hæc ne, inquit, illis si-
 nerem impunita? An non & de qualiber gen-
 te huic simili sumenda mihi pœna esset? Quæ
 in terra designant, stupenda sunt: & turpiora
 plane, quam quæ proferas ac eloquaris. Pro-
 phetæ enim ac populi doctores, quorum par-
 tes erant his malis mederi, eaq; acriter repre-
 hendere, mendaciter atque adulanter, ueluti
 coniuuentes hæc comprobant. Et sacerdotes,
 quos suis primitijs, decimis ac oblationibus
 contētos esse decebat, hi inhiant muneribus,
 quos suis manibus excipiūt: & stulto po-
 pulo meo omnia hæc pulchrè ac bene se habere
 uidentur, gaudetq; illud ac seduci. Quor-
 sum itaque euadet tandem hoc? & quis huius
 impietatis futurus est finis?

C A P V T VI.

Perdenda certè prorsusq; desolanda Do-
 mino Hierusalē est. Proinde uos patrio-
 tæ mei Anathothitæ, generis Beniamiti-
 ci, profugite de medio Hierosolymorum, ne-
 que fidatis eius urbis fortitudini, quæ hosti-
 bus, irato iam Domino, longè impar est. Clat-
 gite buccina in Thecua, ubi simul omnes con-
 ueniat: quin & in Bethhacherem uexillum
 erigite, quod omnes concurrant. nam impen-
 dens ciuitati ab aquilone malū uisum est, hor-
 ridaq; illi contritio imminet ac deuastatio. Cō-
 parauit autem filiam Sion speciosæ ac delicatæ
 uirgini, quæ multos ac magnos habet ambiē-
 tes ipsam procos. siquidē uenturi sunt ad eam
 pastores & greges eorum: Babylonij nimirū
 principes cum suis exercitibus, qui eā potiri
 satagēt. In circuitu enim figent aduersus eam
 sua tentoria, & pascent suo quosque locō gre-
 ges illi militares. Indicite Hierosolymorum
 urbi bellum, illudq; diuulgate: & conscripto
 exercitu, atque dato sacramento in ipsam ir-

ruamus. Surgite, clamitabunt, atque muros
 eius conscēdamus, uel ipso meridie (Væ nobis,
 quia dies, tempusq; quietis nostræ inclinatum
 est, atque longum protensis umbris, spectat
 ad uesperā, ut quibus tenebrosa nox, horridā
 que calamitas imminet) Surgite, inquit, at-
 que conscēsis muris de nocte opprimamus
 eam, deuastaturi cunctas in ea domos, & quic-
 quid illa ualidum habet ac superbum: ita nul-
 lam sibi dabit hostis quietem, neque de die,
 neque de nocte, prius quam ciuitate potia-
 tur. Nam & sic dixit Dominus exercituum:
 Excindite arbores, atque ligna conuehite, ad
 fundendum atque componendum aduersus
 Hierusalem aggerem, sub quo uos tuti illam
 cōmodius oppugnetis. Est enim ciuitas, quā
 uisitatam atque acerbè castigatam oportet.
 Plena enim oppressoribus atque calumniato-
 ribus est. Tanta enim eius malitia & improbi-
 tas est, ut nullus puteus sic suis aquis subscā-
 turiat, atque hæc omni scelerum genere. Diripi-
 untur tenuiorum bona dolis & usuris, & al-
 ter alterum deperdit atque deuastat, prodit,
 percutit, & suffocat. Hæc sunt quæ in ea uide-
 re est & audire. Resipisce atque erudire Hie-
 rusalē, ne quando me animo à te facto alienio-
 re, prorsus per me desoleris atque deperdaris,
 ita ut nemo te sit inhabitaturus. Sic dixit
 Dominus exercituum: Ut uindemiator pera-
 sta iam uindemia omisos racemos colligit,
 sic colligentur qui ex Israel remanebunt reli-
 qui. Conuertere itaque me iussit Dominus
 manum meam ad miseras reliquias, sicut uin-
 demiator, sic omisos racemos decerpens, ma-
 num suam conuertit ad canistrum, in quō ra-
 cemi illi seruentur donec usui sint, herosq; suo
 profint. Sed cui quæso loquar? aut quem com-
 monebo, qui mihi audiat, mihiq; ausculet?
 Nam ecce, incircumcisæ sunt aures eorum, ita
 ut audire neque possint, neque uelint. Quin
 & uerbū Domini exosum illis est, & ludibrio
 illud habent, ac pro deridiculo: nihil adeo er-
 ga illud afficiuntur. Vnde & uehementèr com-
 motus atq; iratus, plurimum laboraui ut me
 continerem, neque mali quicquam illis impre-
 carer. Sed nūc effunde furorem iræ tuæ, etiam
 in paruulos per plateas lustrātes, & in iuuenes
 item inter se consultantes. Certè capietur &
 uir & uxor eius, neque senibus ac decrepitis
 parceretur, tam nulla neque senum neque infan-
 tum habebitur ratio. Dōmus autem eorum
 possidebuntur ab alijs, item & agri, uxores,
 charissimiq; liberi. Nullum in hos ius habe-
 bunt. Ego enim extendam manū meam super
 habitatores terræ, dicit Dñs, ut eam persenti-
 scant atq; cognoscāt. Nā siue qui inter eos par-
 uū sunt spectes, siue etiam magnos intuearis,
 quotquot ipsorum sunt simul oēs auaritiæ stu-
 dent. Quin & prophetæ ipsi, simul & sacerdo-
 tes, quæ suæ sunt quærentes, dolose agunt, ni-
 hilq; uerè ac fideliter docent, ac populū insti-
 tuunt. Imò contritionē populi mei per blandi-
 loquētiā curāt, uerbis nimirum uanis & stu-
 cati

Caditeli-
 gnum eius,
 & fundite
 circa Hiera-
 salem agge-
 rem.

Vsq; ad racē-
 mum colligē-
 gent.

A' minora
 quippe usq;
 ad maiorem
 omnes auaritiæ
 student.

Causam ui-
 dia non iu-
 dicauerunt,
 causam pu-
 pilli non di-
 creuerunt.

Propheta
 prophetæ
 bant menda-
 cium, & sa-
 cerdotes ap-
 plaudiebant.

Sanctifica-
 te super eā
 bellum.

catis, quibus prurientes populi aures gaudere solent. Prædicant enim eis, ex induta mortuo cadaveri cuculla, & ex coemptis diplomatis pacem, aut ex præscripto ciborum sine uestitus genere: item & ex obmurmuratis Deo parum intellectis preculis, propriâq; ipsorum iusticia, ac uita sanctimonia. Sed hinc certè nõ est pax. Verùm cum hæc tam abominanda designet, num padefiunt? Num sui ipsos pudet? Certè ignominiosè se facere nesciunt, putantes cuncta hæc se rectè habere ac piè. Itaq; corruent inter perimendos, atque tempore uisitacionis suæ, quando pœnas mihi daturi sunt, perdentur atq; disperibunt, inquit Dominus. Quin & sic dixit Dominus: Consistite super uias, circumspicite atque obseruate, atque adeo obuios quosq; super antiquis semitis rogate, perquirentes quæ nam uia iusta sit & bona, atq; eam ingredimini. Ismael qui secundum carnem natus est, persequabatur Isaacum, qui natus erat secundum spiritum: id quod & hodie fit. Esau fratri suo Iacob, quem Dominus charum habebat, mortem machinabatur: at ille fugiebat. Percurrite mihi omnium seculorum historias. Nonne uideris mundum semper ueritatis reclamantem? Dominiq; prohetas occidentem? Hæc apud nos expendite, uerâq; uia incedite, & inuenietis requiem animabus uestris. Sed quid obsecro illi? Claris uerbis se ituros negauerunt, ut qui abundè bonâ atq; iustam iam teneret uiam. Dixi uerò, quod & speculatores ipsis cõstituerem, quorum uoci auscultarent, attentos se præbentes ad tribu ipsorum, qua de imminentibus periculis certiores redderetur, atq; te præmoneri possent. At illi: Non attendemus, aiebant. omne meum consilium, & quicquid ipsis curâdis admouebam remedijs spernentes. Quare cum populus hic meus me reiciat, audite uos gentes: & tu Israelitica congregatio, quæ in captiuitatem abducta, inter eas nunc agis, cognosce hæc. Audi quoque tu Iudaica terra. Ecce, quando nulla adeo ratione populum hunc in uiam reducere possum, atq; hoc conanti ille tam pertinaciter respondat, atq; rebellem se præbet, adduco in eum horridissimam calamitatem, fructum nimirum cogitationum suarum, atq; id quod studuerunt, sibiq; accersunt, quando suo arbitrato uiuentes uerbis meis non auscultarunt, legemq; meam spreuerunt. Caterum dum suis occupantur quotidie offerendis sacrificijs, iisque permultis & frequentibus, tum abundè magnum honorem se mihi habuisse putant, seq; uehementer pios ac ter iustos existimant. Sed quorsum spectat, quod thus mihi Sabæi offeritis? & calamum suauolentem remotissimis ex regionibus aduectum? Holocaustis certe uestris nihil afficior, & sacrificia uestra nihil mihi grata sunt: quin potius displicent, atque sordent. Quare & sic dixit Dominus: Ecce ego pono populo huic offendicula, in quæ patres ipsi unâ cum suis filijs impingant ac corruant. Vicinusq; cum adhærente sibi socio pe-

riturus est. Sic enim dixit Dominus: Ecce populus multus ac præualidus aduenit ab aquilone, ubi Babel est: & gens magna ac sæua cõfurgit à finibus terræ. Hæc arcum ac lanceam apprehendens crudeliter defauiet, neque magis neque parui misertura. Strepitus autem eius resonabit ueluti mare commotum, atque ualido uento exasperatum. Ferentur enim quis undiq; obarmati, atque ad prælium contra te filiam Sion instructi. Vnde dum audiemus, dissoluentur continuo atque destituent nos manus nostræ: tantusq; inuadet nos terror & angustia, ut non alio in dolore futuri finis, quam mulier in ipso laborans partu. Cate uete uerò ne quis tunc in agrum abeat, aut extra ciuitatem se in uiam proferat. Quoniam hostis totam undiq; ciuitatem obsidione cingens, suo gladio te confecerit. Quin potius tu filia populi mei, sacco humili que uestitu te induito: atque inperso cinere, luctu te tradens, lugeto uti solent matres de amisso uirgenito, atque amarè multis cum lachrimis plangito, si fortè mitescere possit Dominus. alio qui enim derepentè in uos irruet uastator, hostisq; crudelissimus. Te uerò constitui huic meo populo probatorem robustum, qui probes, cognoscas, atque explores uias eorum. Omnes ipsi principes declinant, atque uera de uia desectunt, fraudulenter, nihilq; rectè agentes. Et chalybs, & ferrum quod illi adhæret, domini nimirum unâ cum suis famulis, simul omnes per pseudopphetas corrumpuntur, atque in errorem trahuntur. adeo ut non multo cum fructu acturus tu cum eis sis. Combustur ab igne follis, plumbumq; liquefiet, & consumetur. Omnemq; tu nauabis operam: sed conflator frustra confabis, nihilq; proficiet. Nam mali pergent esset mali, neque malitia eorum imminuetur. Itaq; argentum reprobum, adulteratum ac facticium uocate eos: siquidem Dominus eos reprobauit, atque reiecit.

C A P V T VII.

Verbum quod Dominus populum ad penitentiam inuitans, cum propheta suo Hieremia fecit: Consiste, inquit, in porta domus Domini, ubi ab omnibus uidea ris atque exaudiri possis, & exclamato illic uerbum istud: iubēs omnem Iudaicum populum audire, atque attentum se præbere, quicumque per portas illas ad adorandum Dominum ingrediuntur. Sic dixit Dominus exercituum, ille Israelis Deus. Vehementer uos cõturbat, quod de imminente uobis captiuitate auditis. Sed bonas adhuc facite uias uestras, ac studia uestra, reiecta cordis uestri impia incredulitate ac malitia: & curabo ne hinc eijcia mini, locumq; huic uestru teneatis, atq; securò inhabitetis. Ne confidite uerbis his mendacibus, uanis atq; stultis, quæ malè sani pleriq; mihi obganniunt, clamitantes, Templum Dñi, templum Dñi: quasi per illud, exitiam dum sceleratissimè uiuitis, seruandi sitis. Habetis

Stat. super uias, & uide, & interrogate de semitis antiquis.

Nolite exire ad agros.

Probatorem dedi te in populo meo robustum.

Ut quid mihi thus de Saba offeritis?

Bonas facite uias uestras.

Templum Domini, Templum Domini: quasi per illud, exitiam dum sceleratissimè uiuitis, seruandi sitis. Habetis

Habetis quidem præclaras super templo promissiones: sed illæ nullum habent locum, apud obduratos adeo in suis peccatis, & qui nulla suorum scelerum poenitudine tanguntur. Verum si sic uelitis instituire uias ac studia uestra, ut proximi beneficentiæ, mutuæque beneuolentiæ studeatis, iuste ac pie in rebus atque controuersis proximi iudicantes, nullam aduenis, pupillis, uiduis, aut alioqui miseris calumniam facientes, ita ut nullum etiam hoc in loco sanguinem innocentem profundatis, neque deos alienos sectemini, unde nullum certe auxilium feretes, me magno uestro malo exasperatis: perpetuo atque æternum habitabo uobiscum, inquit Dñs, in loco isto, hac in terra, quam patribus uestris donauit. Sed miseri, male fidentis rebus fallacibus, ac uanis, nihilque uobis profuturis. Num furandum est? Num occidendum? Num committendum adulteriū? Num peierandum: ac suffitus faciendus est ipsi Baal? & sectandi dii alieni uobis incogniti? Et hæc quidem cum faciatis, tanta tamen impudentia uestra est, ut domū hanc, meo nomine clarā & illustrē, ingredi, atque corā me horrēdis hisce malis conquinari audeatis consistere, persuadētes uobis, quod liberandi, Deūque habituri sitis propitiū, per sacra, oblatasque uictimas uestras: quas ita, ut nausee mihi sint, abominor. Itane ex domo mea, meo nomine illustri ac nobili, facietis speluncā latronū: quādo spe uenit, illic semper obtinendæ, in omne proruitis nefas? Vos ipsi uestra hic studia ac facta expendite. Nō est quod uos excusetis, aut purgare possitis: nam & ipse ego uos, uestraque studia, conatusque uestros omnes perspectos satis habeo, dicit Dominus. Sed ite quæso ad habitationis meæ locum in Silo, ubi primū quidem habitare, atque conuiescere uolui. Videte, atque considerate, quanta illic patrū uestrorum in me ingratitude fuerit, & quāta acerbitate tandem propter prauitatem populi mei Israelitici illic in eos desceuerim, capta à Philistæis arca, triginta pedum millibus peremptis. Hæc ne exemplo uobis esse oportet? Nūc uerō quia omnia hæc fecistis inquit Dñs, & me mane exurgente, atque uos alloquentem, atque amicē præmonente recusatistis audire, ira ut mihi uos uocanti atque ad bonam frugem exhortanti, nemo uestrum responderit: faciam domui huic que de nomine meo clara ac celebris est, in qua uos & impietate confiditis, spemque uestram omnem collocatis, totique loco aut terræ huic, quā uobis, patribusque uestris dedi, ira ut olim feci Silo. Abiiciam enim uos è conspectu meo, sicut abiici oēs fratres uestros, uniuersum semen Ephraimiticum, decē nimirum tribus Israeliticas iam in Assyriam abductas. Cæterum tu, ne oraueris pro populo hoc, neque ulla ratione mihi illos commēdes, atque pro eis me depreceris. Ne intercedas iniquā apud me. Omnem enim operam ludes, neque ego te sum exauditurus. Nonne ipse præ oculis uides, quid illi in cunctis regni Iudaici ciuitatibus faciant, atque in plateis

Hierusalem designent, quos neque pudet quicquam, neque metuunt quenquam, neque legē putant tenere se ullā. Filij enim struendo igni colligunt ligna, quæ patres ipsi iam succendunt, atque excitant: mulieres uerō pastam subigunt, atque componunt, ut ad eum ignē reginæ cæli, stellæ maris, ac nescio cui Cynosurg, Elicæ aut Soli potius ex ea placetas conficiant atque offerant, ac dijs alienis libent libamina. Qua quidem re quid aliud quàm multam mihi bilem mouere, plurimūque me exasperare studēt? Sed illi, an me obsecro exacerbant? & non uerius sibi ipsi ignominiam omneque malum conciliant? Propterea sic dixit Dñs Deus: Ecce furor meus, grauisque indignatio mea effunditur in locum istū, tum in homines, tum in iumentum, atque adeo in ipsas etiā arbores agri, terræque fructus. Inardescet autē ipsis ira mea hæc, tanto incendio, ut nemo illud extincturus sit, nemoque me hic placaturus, quantum uis multa & magna etiam mihi offerat sacrificia. Quid enim ego illa moror? inquit Dñs exercituum, Israelis ille Deus. Sed holocaustomatis uestris uictimas addentes, ipsi uos carnes earum edite, atque uos ipsos oblectate. Nam ego super holocaustis ac uictimis, eo animo quo uos id facitis, offerendis, non sum locutus unquā cum patribus uestris, neque tale quicquā ipsis madaui, quando eos ex Aegyp̄tia terra eduxi. Ceterum hoc illud est, quod ipsis præcepi: nempe ut uoci meæ obediētes, me suū haberent atque agnoscerent Deū: & ipsi uicissim mihi meus populus essent, qui omnibus illis incederēt uis, quas à me haberēt præscriptas, omisuri quicquid uerarem, & facturi quacumque præciperē: idque non ut mihi, sed ut ipsis bene esset. Verum illi nō audiuerunt, neque dignati sunt meis præceptis suas aures præbere. Sed abierunt, atque secuti sunt pro duritia cordis sui mali, sua ipsorum consilia: ita, ut nō modo nihil in lege mea promouerint, atque progressi sint: sed retrocesserunt planē, longissimeque à me aberrarūt: idque ab eo usque die, quo patres ipsorum ex Aegyp̄tia terra huc cōmigrarunt, in diē hunc. Genuina tamē mea bonitate, misi illis complures ex seruis meis uiros prophetas, quotidie primo diluculo cōsurgens, atque temporī, omnibus de rebus misis prophetis uos præmonēs. Verum illi pro sua pertinacia renuerunt me audire, & suas aures meis uerbis inclinare, seseque præbere attētos. Sed indurātes sceleratas suas ceruices, ipsos patres suos malefaciēdo longē superarūt. Dices itaque eis oīa uerba hæc: qui quāuis te audituri nō sint, clamabis tamē ad eos, etiā si nihil sint respōsuri. Sic autē eis dices: Hęc est gens, quæ uocem Domini Dei sui aspernata, non audiuit, neque disciplinam, salutareque uocationes recepit. Nulla ipsis fides est, aut ueritas: quippe quæ ab ore ipsorum ablata est, atque recisa. Tonde ergo capillum tuum, ut intra te occidēdos lugeas: & projice à te omnē decorē atque ornatū tuū, atque facito in locis sublimioribus planctū. Nā Dñs abiicit & dereliquit generationem

Ecce furor meus & indignatio mea conflatur in locum istum.

Misi ad uos omnes seruos meos.

Tonde capillum tuum.

Nunquid ego speluncam latronum facta est domus mea?

Noli orare pro populo hoc.

generationem hanc impiam & incredulam, cui non potest non irasci, atq; infensior esse. Filij em̄ regni Iudaici, mihi prae oculis meis malefaciunt, atq; grauissimè mihi peccare nihil uerentur, inquit Dominus, ponentes in domo, quæ meo ex nomine illustris ac celebris est, abominationes suas: prophanaturi eam, atq; rebus suis nefarijs eã cõspurcaturi. Quin & excelsa Tophet cõstruxerunt, idq; in ualle filiorum Hennon, ubi impijsimis, dictuq; horribilis re dis sacris, miferos suos filios ac filias immolant, ignibus eos concremantes: quod quidè sacrificij genus nunquam mihi in mentem uenit, tantum abest ut id mandarem, atq; id per eos fieri uoluèrim. Propterea, ecce dies ueniunt, inquit Dominus, & non uocabitur amplius uallis illa Tophet, aut uallis filiorum Hennon: sed dicetur uallis occisionis. In Tophet enim, unde multam solent sperare salutem, interficientur, atq; etiam nonnulli sepeliètur, siquidem non obuenièt eis locus alius. Complura enim populi huius cadauera, uolucibus cœli in cibum cedènt, ac feris terræ animalibus: neq; enim quisquam eas abiger, aut fugabit. Faciam itaq; ut in Iudaici regni ciuitatibus, & in ipsijs plateis Hierusalem, nulla audiat uox gaudij ac læticiæ, nulla uox sponsi aut sponsæ. siquidem quanta quanta ea terra est, tota desolabitur atq; deperdetur.

C A P V T VIII.

ET illo quidem tẽpore, inquit Dominus, tanta crudelitate hostis grassabitur, atq; in uos defœuiet, ut neq; mortuis parciturus sit. Eijcient enim ossa regum Iudæh, ossa principum ac magnatum, item & ossa sacerdotum ac prophetarum, ciuiumq; Hierosolymitanorum de sepulchris suis, expansuri ea ad solem & ad lunam, omnèq; cœli militiam: idq; quod ea diligere, colere atq; sectari sunt soliti, quærentes ea, atq; adorantes. Proiecta uerò illa, atq; huc illuc per publicum iam dispersa, nemo erit qui rursus colligat atq; sepeliat: sed uelut in sterquilinum abijcienda uoluètur super terram, adeo ut qui ex scelerato hoc populo reliqui erunt, tantam uilibet locorum, ad quæ eos eijciam, calamitatem sint uisuri, tantam crudelitatem & tyrannidem, ut mortem optaturi sint potius quàm longiorem uitam, inquit Dominus exercituum. Dices igitur ad eos, sic dicere Dominum: An qui cadet, ea ignauia erunt, ut non resurgant? An auertet se quispiam à Domino, ita ut non sit ad ipsum reuersurus? Misericors est Dominus, si modò ex animo respiscentes, ad ipsum redeatis. Quin & iustus septies in die cadit. Quæ igitur hæc est stulticia & amèria, quod pertinaci ad eod rebellione, populus hic Hierosolymitanus se mihi rebellem præbet? Apprehenderunt dolum, per fraudem & imposturam sua omnia facientes, & nolunt desistere, neque possunt hinc ab-
 60 duci. Auscultauit quidem, atq; audire studui, si qua in ipsijs respiscentiæ spes esset, ita ut omi-
 sis ujs suis malis, secum statueret de uita me-

Non dicitur
 amplius Top-
 phet, & ual-
 lis filiorum
 Hennon.

Nūquid qui
 cadit nō re-
 surget?

liore, & terèdis Domini ujs. Sed nemo quod bonum est loquitur. Non est, quem suæ prauitatis ac sceleratæ uitę pœniteat, ita ut secum cogitet atq; perpèdat, quid fecerit ac designarit. Sed quisq; uelut populus exlex planè ac temerarius, suo fertu cursu, ad morem equi, qui incitatus impetu quodã proruit in præliũ. Ingenio enim beluino prorsus sunt, nihilq; humano. Imò ipsas etiam superant beluas. Cico-
 10 nia enim in cœlo nouit statutũ suum tempus, quæ appetente uere continuo huc redit, atq; ad relictum nidum reuertitur. Sic & turtures, & hirundines ac grues, sui ad nos reditus cognorunt atq; obseruant tempora. Verum populus meus, licet multis prouocetur minis, uarijsq; plagis affigatur, iudicium tamen Domini non nouit. Non redit, neq; ad ipsum reuertitur. Quid itaq; est, quod uobis de eruditione ac sapientia uestra placeatis, dicentes uos sapientes esse, atq; diuinam uos tenere legem? Certè non in sermone est regnum Dei, sed in uirtute. Frustra sanè laborauit scribarum calamus, in scribenda Domini lege: frustranea hic ipso-
 20 rum fuit opera, quado nemo ad eod factis eam præstat. Quin potius modis omnibus cõtrariũ designatur atq; fit. Quare & qui sapientes habètur, pudore suffunduntur, formidant, atq; nullo labore capiuntur: idq; à rudibus pueris, atq; indoctis mulierculis. Verbum enim Dñi reiecerunt, unde & nulla ipso-
 30 rum sapientia est. Prõinde eod miseriarum peruenient, ut daturus sim uxores eorum alijs qui uelut hæreditariõ agros eorum inuadent, atq; occupabunt, ipsi suis sedibus expulsis, atq; reiectis. nam siue paruus quispiã inter eos sit, siue magnus, simul omnibus feruet auaricia, miseratq; cupidine pectus. Aurum omnes uicta iam pietate colunt. Quin & propheta, unã cum ip-
 40 sis sacerdotibus, parum rectè agunt ac docent. Quippe qui cõfractas atq; afflictas miseri populi conscientias curaruri, rebus id faciunt uarijsimis, ex aspersa aqua, ex incensis cereolis, ac nuncupatis alicubi uotis, ex coemptis ceru-
 50 to numero sacris aliquot, similibusq; nugis pacem promittentes: unde certè pax non est, nec ulla afflictis mentibus consolatio, nisi in unico unius agni sacrosancto sacrificio, qui ab origine mundi occisus, mentes nostras tranquillat, atq; nos seruat. Sed hæc rã abominanda docentes, pudefacti sunt. Imò q; pudefacti, atq; horum ipsos pœniteat ac pudeat, non satis scio. Si quidem ignominiam suam ignorantes, pro sua stulticia, rectè ac piè se docere arbitrantur. Quare & cadent inter perimendos, quando hinc mihi pœnas sunt daturi, inquit Dominus. Collectim enim simul omnes auferram, atq; deperdam, ait Dominus. Nullus remanebit in uire botrus, neq; in ficulnea ficus: quin & folia defluent. Fructus uerò ipsos ipsi dedi, atque ab illis decerpentur, qui illac transeunt, atque iter habent. Sed quorsum sperat quod hic confidemus, inquit rusticola, & qui pagos apertos habitant? Quin congregamur,

Turtur, &
 hirundo, &
 ciconia, &
 stoderunt
 tempus ad-
 uentus sui.

Sanciant
 contritione
 populi mei
 ad ignominiam.

Conuenit
 & ingre-

gamur, atq; in munitas tēdimus ciuitates? Si-
 leamus atq; lugeamus ibi. nam certē Dñs De-
 us noster, silere atque lugere nos fecit, potan-
 dam nobis subministrans aquam fellis, acer-
 bissimis nos inuoluens calamitatibus: idq;,
 quia Domino peccauimus, nihilq; nos illi pre-
 buimus morigeros. Expectauimus quidem
 pacem, rerumq; omnium successus lētos ac bo-
 nos: at nihil obuenit boni. Tempus item spe-
 rauimus, quo cunctis malis mederi liceret: sed
 profundius illis immergimur. A Dan, ex-
 tremo Israelitica terrae termino, multus audie-
 tur hostilium equorum fremitus, ita ut ex ip-
 so equorum hinnitu, quos potētiores inequi-
 tant, tota terra contremiscat, atq; perterrescat.
 Venient atq; irruent in nos, totam terram, &
 quicquid in ea est deuoraturi atq; deuastaturi,
 urbes etiā, & qui eas incolūt. Nā ecce: Ego, in-
 quit Dñs, immitto in uos serpētes ac regulos,
 uenenatissimas bestias, aduersus quas nullū
 est remedium, nulla incantatio: & hęc uos mor-
 debūt atq; pungent. Longē enim inferiores es-
 tis Chaldaeis, genti crudelissimā, ac uiolen-
 tissimē. Volui uerō ueluti sumpto animo bo-
 no, his malis ferendis me fortiorem præbere,
 eaq; aliquo modo contemnere, atq; pectori
 meo eijcere. Cæterum cor meum graui mœro
 re plenum, nullam admisit consolationē: neq;
 potui hic meum uincere animum inœstum ni-
 mis & turbatum. nam ecce: Filiaë populi mei ē
 terra sua quā longissimē profugientes cla-
 mitabant, miserōq; cum eiulatu dicebant: An-
 ne Dominus Sionem inhabitat? An non in ip-
 sa rex eius est? Is certe nos liberarit, atq; defen-
 derit. Si uerō Sionem reliquit, quorsum fugie-
 mus? & quid fuga profuerit? Sed cur me exas-
 cerbarunt per sculpitilia sua, inquit Dominus,
 dijs alienis, ficulneis, ac uerē ut nunc apparet
 uanis seruientes? Per messem quidem & æ-
 statem conuectis in horrea frugibus, gaudere
 solemus, atq; exultare, ueluti re omni salua ac
 prospera. At nunc mēsis nostra præterijt: æ-
 stasq; finita est, & elapsa, & nos saluati non su-
 mus, nostrisq; adhuc immergimur malis ma-
 gis ac magis. Contritio sanē atque hęc po-
 puli mei clades ac miseria, plurimum me an-
 git, atq; discruciat, adeo ut ex animo lugeam
 ac uerē doleam, atq; adeo obstupescam. Nul-
 lāne est in Galaad terebinthina aut theriaca,
 qua malis his medeamur? Itāne nullū rota in
 regione hęc malis est inuenire medicū, ut bo-
 nā possit ualitudini restitui populus meus,
 atq; hęc malis liberari?

C A P V T IX.

Q Vis det ut totū caput mihi aquis dif-
 suat: aut ut oculus meus ueluti fōs a-
 liquis lachrymis subscaturiat, ut & de
 die & de nocte interfectos populi mei descā,
 ac deplorem? Quis mihi det in remotissima
 hinc solitudine aliqua tuguriolū quoddam?
 quale uiatores pluuiam atq; imbrē declinan-
 tes subire solēt: ut illic relicto populo meo de-
 scēam, ab ipsis digressus. siquidē omnes adul-

teri sunt, omisso Domino idola sectantes, sce-
 leratorum certē hominū cœtus & colluies.
 Extendunt enim linguam suam, quasi arcum
 mendacię, & nō ueritatis. Obtrectatores sunt,
 dolis ac fallacijs cōtendentes. Inualuerunt,
 uiriq; potentes facti sunt in terra: quippe qui
 de malo in malum progredientes, nullam Do-
 mini Dei rationem habent: neq; enim me no-
 uerūt, dicit Dominus. Quisq; itaq; à proximo
 suo sibi caueat, neq; germano etiam fratri suo
 fidat. Nam & fratrum tam rara inter ipsos est
 gratia, ut alter alterum supplantare conetur:
 & proximus omnis fraudulenter incedit, ita
 ut nihil cuiquā credas aut fidas. Quisq; enim
 fratrem circūuenire studet, atq; in nastam eū
 pellicere, neq; ullus apud ipsos ueritati locus
 est. Linguas enim habent mendaciorum do-
 ctissimas, suntq; ad iniquē agendū exercitassi-
 mi. Tu sanē medius inter dolosos ac scelera-
 tos illos habitas, inquit Dominus, qui per do-
 lum ac imposturam sua agunt omnia. Vnde &
 si ad rauim clamites, atq; hos præmoneas, ni-
 hil promoues: nolunt enim me scire aut agno-
 scere. Proinde sic dixit Dominus exercituum:
 Ecce ego igne confabo, atq; probabo eos, si
 quis fortassis inter eos adhuc inueniatur non
 omnino reprobus. qua enim uia alia populū
 meum tractabo? cui nihil uideo commodius.
 Veluti sagitta acuta est lingua eorum, quam
 non nisi ad dolum ac fraudem concinnatam
 habent. Ore enim suo pacem ac læta omnia
 cum proximo suo loquuntur: uerū in ipso
 corde insidiantur ei, tacitas que illi struunt
 technas. Hęc ne oculis æquis aspicerem, atq;
 impunita omitterem? dicit Dominus. An nō
 & de qualibet gente, quæ sic suam uitam in-
 tuit, uindicta mihi sumenda esset? Deslebo
 autem, altaq; ducam supiria super montanis,
 & qui ea incolunt. Plangam quoq; tabernacu-
 la siue tuguria in desertis sita. Nam & hęc de-
 struentur, ita ut nemo illac transistatur sit. Nul-
 lus audietur illic ouium balatus, aut boū mu-
 gitus. Quin & ipsæ uolucres cœli unā cum fe-
 ris ac bestijs, illinc demigrabūt, atq; aufugiēt.
 Redigam enim Hierosolymorum urbem in
 acruos ruderum, & habitacula draconum, at
 que serpentum. Omnes Iudaicæ regionis ciui-
 tates sic deuastaturus, ut nullum habiturū sint
 inhabitatorem. Si quis sapit, is hoc intelliget:
 & quod de ore Domini audiuit, id narret a-
 lijs, nimirū cur terra sic perdatur ac uastetur.
 Desolabitur enim ut deserto similis, id sit ha-
 bitura, qui ipsam pertranseat. Diuinum au-
 tem oraculum sic habet: Propterea quod de-
 reliquerunt legem meam, quam nō trans ma-
 re, aut ē cœlo petēdam, sed ipsis præ oculis eis
 statui. Et quia uocem meam spernentes, in le-
 gate mea non ambularunt, sed cordis sui prauis
 sequentes Baalim sectati sunt, id quod post Baa-
 lim, quod di-
 ueterēq; illa salua, ne latum quidem unguem
 recedere uolentes. Propterea sic dixit, atq; sta-
 tuit Dominus exercituum, Deus ille Israelis:

Vnusquisq;
 se à proximo
 suo custo-
 diat.

Super mon-
 tes assiam
 stetū & la-
 mentum.

Abierunt
 post prauis
 cor-
 dis sui, &
 post Baa-
 lim, quod di-
 cernerunt à
 patribus
 suis.

Ecce ego cibo populum istū absynthio, & potandam illis dabo aquam fellis, ita ut acerbissimi tractandi sint. Dispergam enim eos inter gentes ipsi ignotas, tum ipsos, tum ipsorum parentes, quorum ita gaudent incedere uestigijs. Immittam autem & post ipsos gladium, donec eos omnes cōsumpsero. Sic dixit Dominus exercituum: Intelligentes agite, ac circumspicite de aduocādis lamētatricibus, quæ uelut luctus histriones conductæ plorēt, & factura & dictura propè plura dolentibus ex animo. Adducendas autem curate huius artis sapientissimas, atq; emitte qui continuo eas accersant. Properent autem atque festinent, ut quasi nostram uicem dolentes, ita de nobis plangant, ut & nos lachrimemur, atq; palpebræ nostræ aquis diffuant. Nam uox gemebunda è Sion audita est, plena luctus ac impedētis calamitatis. Sic enim clamitare uisi sunt. Quam miserè uastati sumus? Ecquod miserarū deuoluta res nostra est? Quam tractamur ignominiose? Hæccine fieri de tam gloriosa ciuitate? Direptæ domus nostræ sunt. Seruituri in peregrinas abuehimur terras, nostris sedibus pulsi. Ipsa habitacula nostra, uisa sunt nos ueluti enomere. Linqūenda tellus, & domus & placens uxor. Itaque mulieres, audite uel uos uerbum Domini, & excipiant aures uestre sermones oris mei: quos uiri ipsi, mariti uestri, contemptui habent ac ludibrio. Docete uerò filias uestras lamentum, & quælibet uestrum proximam sibi planctum doceat: Mors enim, eaq; calamitosa ac multo miserrima, uobis ingruit, quam nullis certè ostijs, nullis repagulis, aut obicib. licebit excludere. Ascendit em̄ ad uos in palatia uestra, uel per summas fenestras, de quibus ocludendis non cogitetis. Quin & paruulos uestros pro foribus lusitantes, crudelissime conficiet, atque deperdet. Et adolentes item, si qui per plateas incedant, miserè perimet atque occidet. Dicit uerò ipsis, sic dicere Dominum, quod si qui de ciuitate profugerint, horū cadauera ueluti firmus per agros dispersa iacebūt: aut ueluti manipulus post metētem, qui pedibus protritatus ac conculcatus, à nemine colligitur. Sic porro dicit Dominus: Ne gloriatur sapiens de sapientia sua, quasi per eam hanc calamitatem sit euasurus: neq; gloriatur, aut quicquam hie suæ fortitudini tribuat, qui fortis est ac strenuus, quasi & hoc ad liberationem faciat: neq; etiam de suis diuitijs gloriatur ac bene speret diues, quasi per eas sit se redempturus. Nihil quicquam uniuersa hæc poterūt: neque quencquam iuuerint. Caterum si quis gloriari uolet, atq; certam alicubi suæ salutis spem figere, in hoc gloriatur, atq; illinc bene speret, quod me norit, atq; de me intelligat. Ego enim Dominus sum, qui etiam immeritis auxilium cōfero, ac misericordiam præsto, & iudicium faciens in terra, & iusticiam. Illud quidem, dum pauperes ac miseros à calumniatore & potentiorum manu eripio ac libero, puniēs impios

& nocentes. Hanc uerò, dum miserè oppressos refocillo ac reficio, coronans eos in misericordijs ac miserationibus. Hæc enim meo animo placent, atq; chara sunt, inquit Dñs. Ecce dies ueniūt, dicit Dñs, quibus pœnas sumptuosus sum de omnibus tū circūcis, tum incircūcis, tam scilicet de Aegypto, quàm de Iudah: de Edomitis item, Ammonitis atque Moabitibus, & quotquot huic terræ finitimi sunt, atq; eam circumiacent. etiam de ijs qui desertum incolunt. Nam gentes omnes incircumcisæ sunt, immundæ & impuræ. & rota domus Israel, quamuis illis præferenda uideatur, quod carnem circumferant circumcisam, nihilo tamen illis meliores sunt: sed arrogantiores, magisq; scelerati, quod corde incircumciso sint, ac uehementer hypocritæ.

CAPVT X.

Audite uerbum quod Dominus uestri, o domus Israel, amantissimus, uobis consultum uolens, locutus est. Sic autē ille dicit ac iubet. Postquam circumcissione suscepta mihi ueluti peculiaris populus estis, ex gentibus, cunctisq; mundi nationibus mihi selectus ac separatus, ne mihi didiceritis illarum uias atq; uiuēdi mores: ita ut ex astris cœlitate discernatis, ita ut signa illa cœlestia terrori uobis sint, atque formidini, quemadmodum ipsis sunt gentibus, quæ & idolis in ipsorum honorem confictis ea colunt ac uenerantur. Nā quæ hisce in rebus statuta habent & conficta, uanitas planè est, atque mera impostura. Succidunt enim de sylua arborem aliquam, & hæc accersitus quispiam artifex, opera sua manuarum securi circumcidit, asciaq; sua dedolatam sculpsit atq; celat. Enatus tandem ex ea deus, cum ita sculptus parum uideri posset formosus, inauratur tandem atq; deargētur: & imbecillis cum sit, clauis ac malleis irrobatur atq; compingitur, ut ne dissoluatur, aut loco suo decidat. Consistit autem ibi erectus, ueluti palma quæpiam recta ac procerā. Caterum os cum habeat, non tamen loquitur, neq; pedibus suis quocquam progredi potest: sed impositus humeris, tota ciuitate circūfertur. Nihil itaq; ab idolis his timueritis, neq; ea reueramini. siquidē ut obesse ac malè facere cuiquam nequeunt: ita neque prodesse, aut boni quippiam homini conferre possunt. Tui certè nemo deorum illorum Domine similis est: neq; tibi ullo modo conferendus uenit. Magnus enim es tu supra omnes deos, & nomen tuum uirtute ac robore præstans est, & arduū. Et quis te non timeat ac reuereatur, qui & in impias gentes imperiū habes, regnumq; obtines? siquidem id te decet, tibiq; conuenit ac cōgruum est. Nam inter omnes gētium magos, astrologos, ariolos, genethliacos, & augures, & in omnibus earum omnium regnis, nemo quisquam est qui tibi conferatur. Imò simul omnes illi stulticiæ conuincuntur, ac uerè stolidi sunt, atq; dementes, quando nihil aliud quam

Ascendit mors per fenestras uestras.

Non gloriatur sapiens in sapientia sua.

Iuxta uias gentium nolite discernere.

Nō est similis tui Domine.

quàm stupidus truncus atq; lignum est, quod illi colendam docent, ac uenerandum. Argentum in tenuissimas bracteolas extensum de Tharsis adfertur, & aurum ab Ophir, his manuarum artificum opera incrustantur atq; obducuntur. Quin & uestis hyacinthini coloris eis circumdatur, aut indumentum purpureū, quæ omnia artificum opera arte confecta, atque appa-
 10 ratur. Caterum Dominus Deus non uanus, & ut illorum dij, inualidus est: sed est uerus ac Deus uiuus, potens & inuictus, ac rex sempiternus, à cuius indignatione terra ipsa concutitur, atque commouetur: neque gentes ullæ eum iratum sustinuerint? Sic itaque impijs illis gentibus, atq; Chaldejs dicitis: Quotquot colitur dij, qui cælum & terram non fecerunt, ij de terra, & de omni qui sub cælo locus est, dispereant, atque deperdantur. Verum qui ter-
 20 ram sua uirtute facit atq; constabit, qui orbem ipsum hominum usibus sua sapientia tam præparauit accommodum & bonum, prudentia sua supra ipsum, suum cælum ueluti tabernaculum quoddam extendens: hic Deus uerus est, & unus, mo disq; omnibus uenerandus atq; colendus. Qui dum loquitur ac uult, multas nobis cælitus profundit aquas, atque ab extremis terrarum eductis uaporibus, sursum ad se nubes trahit, fulgura ignea faciens cum plu-
 30 uia, quæ illa tamen nõ restinguit. Quin & uentos suis de thesauris profert, quos nescis unde ueniant, aut quò se recondant. Obbruit atque stultus factus est omnis homo ex sua scientia, qua uarios adeò confinxit deos, per quos inuetur: ipsiq; artifices sculptilium, per ipsa pudeant, atque sese deridendos propinquant. siquidem omnis ille deorum ornatus, de argentatio & inauratio, preciosarumq; adeò uestium obuolutio, mera impostura atq; deceptio est: quãdo nullus in eis spiritus, nulla uita, numenq; nullum ipsis inest. Certè uana atque inutilia sunt idola omnia, ac digna quæ rideantur, atq; cum risu & cachinno explodantur. Vnde & in tempore uisitationis suæ, quando de ipsis uindictam sumpturus sum, concident, atque disperibunt. Porro Dominus Deus, qui Iacobæo populo in partem
 40 celsit, longè alius est: neq; quicquam cum eis commune habet. Siquidem ille à nullo creatus aut factus artifice, omnia sua uirtute creat ac facit. Et populum Israeliticum pro electa sibi hereditate tenet. Nomē autem eius est Dominus exercituum, totiusq; militiæ cælestis: id quod multo sanè præstantius est, quàm si totius orbis terrarum imperium teneas. Cæterum tu Babel, quæ & natura & arte munitissima es, & mœnibus cincta, & fluminibus: cõgrega undeliber terrarum quos tibi tributarios, confederatos habes ac subditos. Nam
 60 sic dixit Dominus: Ecce, quemadmodum lapides funda huc illuc proijciuntur: ita ego hac quidem uice, terræ huius incolas proijciam,

atq; dispergam: sic eos afflictorum, ut sentiant suam angustiam ac miseriam. Veli mihi, male enim mecum agitur, atq; ægerrimè fero contritionem hanc meam, huiusq; plagæ meæ dolorem, quòd miserè adeò meus populus reijciendus atque perdendus est. Dixi quidem mecum, atq; statui hunc animi mei dolorem uincere. Sed grauior sanè est, quàm ut ferre ipsum queam. Tabernaculum meum Hierosolymitanum uastabitur, & omnes funes mei disrumpentur, ea nimirum quæ illi subsunt oppida. Filij mei, ciues nimirum Hierosolymitani, qui me incolunt, me suam patriam relinquent, abducendi in captiuitatem, & non sunt futuri amplius ullo numero aut honore. Nemo erit qui amplius in me tabernaculum sibi erigat, aut domum construat. Nam pastores ipsi idololatræ nimis obbrutuerunt, atque stultissime agunt: siquidem toti idolis addicti. Dominum non quærunt, neq; morantur. Itaq; nihil intelligunt, ac prorsus desipiunt. unde & grex illorum totus dispergetur, ac dilaniabitur. Defertur ad nos rumor bellicus, & hostem iam aduentare, magnamq; nobis cõmotionem, ac rerum omnium conturbationem impendere de terra aquilonis, siue Babylonica, ita ut Iudaici regni ciuitates ueluti in desertu redigendæ sint, adeò ut eas inhabitaturi sint dracones & serpentes. Sic quidem ille decreuit, ac secum statuit. Sed scio Domine, quòd non sit hominis uia eius, quantumuis ille magnus uideatur ac potens: licet & sic ille decretum habet, & deliberatum. Nihil homini constans & stabile est, nec ullæ eius sunt uires, quin tu facillimè eius animum mutaris. Neq; enim penes uirum est, ut conceptas uias perambulet, ac dirigat. In manu enim tua potestas hominis est. Corripe itaq; me Domine, uerum in iudicio ac moderatè, citra furorem: ne forte me totu perdas, aut in nihilum redigas. Et si acerbius irasci uoles, effunde illa tuam iram in gentes, quæ nullam tui cognitionem habent: & in cognationes atq; prouincias, quæ sacrosanctum tuu nomen non inuocant, neq; nouerunt. siquidem hi populum tuum Iacobæu exedunt ac deuorant, deglutientes eum, atq; omnino eum consumentes, etiam habitaculis eius destructis atq; desolatis.

C A P V T X I.

Hic habes uerbum quod in Anathot à Domino cum Hieremia factum est, nempe ut iuberet populum audire uerba pacti cum Deo initi, quod Dominus cum ipsis data lege pepigit. Loqueretur autem ad Iudaici regni incolas, & ciues Hierosolymitanos, dicturus eis, sic dicere Dominum illum Israelis Deum. Maledictus esto uir ille, quicum que non obedierit uerbis pacti illius, quod patribus uestris præcepi atq; cum ipsis sanciu, quando superioribus seculis ex Aegypto (quæ ipsos ueluti ferrea quædam fornax grauissimè urebat atque affligebat) eos eduxi, dicēs, atque sedulo præcipiens eis, ut uoci meæ obedi-
 k a dirent,

Stultè egerunt pastores, & Dominum non quaesierunt.

Corripe me Domine, uerum in iudicio.

Dij qui non fecerunt cælum & terram

Stultus factus est omnis homo à sua scientia.

Congregata de terra mitione tua.

dirent, omne id facturi, quodcumque ipsis præ-
 ciperent, ita ut illi mihi morigerus, atque per om-
 nia obediens essent populus: & ego me illis
 præberem clementissimum, ipsosque fidelissi-
 me protegentem Deum: excitaturus siue præ-
 staturus tandem iuramentum illud, quo me pa-
 tribus ipsorum adstrinxerunt: nempe quod datu-
 rus essem ipsis terram & lacte & melle manan-
 tem, ubi re omni affluentes, nullius planè rei
 premerentur inopia. Ita ut hoc die apud uos
 uidere est. Respondi itaque Domino, atque huic
 eius sententiæ subscribens, dixi Amen, atque es-
 sto ita Domine. Dominus uero uerba rur-
 sum mecum faciens: Clama, inquit, omnia uer-
 ba illa in regni Iudaici ciuitatibus, atque adeo
 in ipsis etiam Hierosolymorum plateis, iubens
 eos obedire uerbis fœderis illius, eaque præsta-
 re. siquidem quo die patres uestros ex Aegyp-
 tia terra eduxi, ipsos seruo admodum, grauique ora-
 tione cõtestatus sum, in hunc etiam usque diem sum-
 mo semper diluculo exurgens, atque ipsos conte-
 stans atque admonens, ut uoci meæ parerent, se mihi
 morigeros præbentes, atque beneuolos. Verum
 nõ audierunt: neque aures suas mihi inclinare
 sunt dignati. Sed nihil me morantes abierunt,
 atque secuti sunt sui quisque scelerati cordis pra-
 uitatem, cõsiliūque peruersum. Vnde & indu-
 xi super eos, omnes illas execrationes & ma-
 ledictiones, quas testamentum siue pactum il-
 lud nostrum habet, quod illi à me faciendum
 acceperunt, sed non præstiterunt. Dominus
 uero dixit mihi, etiã in uiris Iudaici regni, atque
 ciuibus Hierosolymorum compertam sibi esse
 coniurationem. nam simul omnes in faci-
 nus iurasse putes: quippe qui patria imitan-
 tes uestigia, ad primorum etiam patrum suo-
 rum iniquitatem conuersi, uerba mea audire
 recusant, me spreto atque reiecto, deos sectan-
 tes alienos quibus seruiant. Itaque domus Israel,
 siue domus Iudah, soluit atque irritum facit
 pactum illud meum, quod cum patribus ipso-
 rum pepigi atque sancui. Neque enim per me
 stat, quo minus promissa ferant: sed ipsi sibi om-
 nium malorum suorum autores sunt. Proinde
 sic dixit Dominus: Ecce, quando illi me bo-
 num, sibi que commodissimum reijciunt, indu-
 co in eos malum & grauisima incommoda,
 quæ nulla sua sapientia, nullis uiribus suis, ac
 nulla planè uia subterfugerint. Neque enim pre-
 cibus eorum ullus apud me locus erit, quippe
 quos ad me clamitates non sim exauditurus.
 unde regni Iudaici ciuitates, simul & ciues Hie-
 rosolymitani abibunt ad inuocandos suos il-
 los deos, quibus suffitum faciunt, suaque libant
 libamina, atque sacra faciunt. Sed illi, quando
 urgebit necessitas, malumque ipsos opprimeret,
 nullam ferent opem, nihilque ipsis profuerint,
 quantumuis etiam multos illos habeant. Nam
 secundum multitudinem ciuitatum tuarum,
 ita & multi fuerunt dii tui Iudah, ita ut quæli-
 bet ciuitas peculiarem sibi habuerit deum, tu-
 telarem scilicet, & protectorem. Et quot Hie-
 rusalem plateas habet, totidem erexit aras,

ad quas non exauditis, à surdis illis dijs, præci-
 bus uestris, pude fieri uos oportet. De aris au-
 tem uestris loquor, ad quas ipsi Baal sacra fa-
 citis, ipsosque adoratis. Tu itaque mi Hiere-
 mia, ne mihi oraueris pro populo hoc: neque
 illos mihi laudes aut excuses, pro eis deprecaturus.
 siquidem nec illos ipsos exauditurus
 sum, quando in tempore afflictionis, atque ur-
 gentis calamitatis me inuocabunt. Quid autem
 tibi meo dilecto amplius negocij est, in domo
 mea, ut illic frequenter uerferis, atque multa
 uaticineris frustra: siquidem uiri probiores ac
 uerè sancti ò Hierusalem, improbitatis tue per-
 tecti, discesserunt à te: quippe que de sceleribus
 tuis, non modò non doles, sed ipsidem gaudes,
 atque lataris, exultans in rebus pessimis. Olim
 quidem Dominus te appellabat oliuam sem-
 per uirescentem, & pulchris fructibus speciosam
 ac iucundam, ut quæ diuinæ uoluntati ob-
 temperares. Sed ad uocem destructuri te ho-
 stis atque magnæ huius calamitatis, exarde-
 scet tibi ignis, qui te, unã cum omnibus ramis,
 oppidulis nimirum ac uicis tuis, consumet, atque
 deperdet. Nam Dominus exercituum, qui
 te ueluti dilectam sibi oleam plantauit, nunc
 locutus est de malis in uos immitendis, idque
 propter malitiam, prauosque mores domus I-
 rael, siue regni Iudaici, quibus mihi aduersum
 sese, suoque maximo malo peccant, me cultu il-
 lo suo Baalítico exasperates, atque irritantes.
 Quanta autem horum malitia atque peruersi-
 tas esset, & quod mihi etiam necem machina-
 retur, id Dominus mihi significauit. Qua qui-
 dem re perpensa ac cognita, ostendisti sanè mi-
 hi eorum conatus & studia, & quid molirentur.
 Et ego quidem ueluti agnus mansuetus,
 aut bos sine fraude dolisque, mortem non com-
 meritus (qui tamen ad iugulandum ducitur)
 placidum me præbui ac mansuetum, neque enim
 nouissem, nisi id Dominus mihi reuelas-
 set, quod tam iniquas aduersum me concepe-
 rant cogitationes, cibum meum immisso ue-
 nenofo ligno corrumpere studentes, ut me ita
 de medio tollerent, nomenque meum profusum
 abolerent. Sed tu Domine exercituum, qui om-
 nia cognita habes, iuste iudicas: quippe qui
 scrutaris & renes & corda, ita ut neque ea que
 tacite occupisimus atque cogitamus, te lateant:
 da obsecro, ut uideam uindictam tuã, quam
 mihi de eis sumpturus es. Nam tibi causam
 meam aperui, & tu eam pernoctasti. Propterea
 sic dixit Dominus ad uiros illos Anathor, mi-
 hi sympatriotas ac familiares, uitaque meæ in-
 diantes, qui me pro sua scilicet pietate uerant
 prophetare in nomine Domini, ut ne per ma-
 num ipsorum moriar. O pios uiros, & san-
 ctos Domini sacerdotes, quam perpetuo san-
 cti illi patres, quos Dominici gregis pastores
 & columina credas, spiritui sancto resistunt ac
 reclamant? Porro sic de illis dixit Dominus
 exercituum: Ecce, nõ erit eis hoc impune. Nã
 uiri inter eos iuuenes, ac robustissimi, gladijs
 trucidabuntur. Et filij ac filia eorum, interibunt
 fame

Vociferare
 omnia uer-
 ba hæc.

Inuenta est
 cõiuratio in
 uiris Iudab.

secundum
 multitudinẽ
 ciuitatũ tua-
 rum, erant
 dij tui.

Dominus
 exercituum
 qui
 plantauit te
 locutus est
 super te
 in die
 illa.

Ego iussit
 te
 lo super te.

fame ac inedia, nihilq; ipsis manebit reliquū: quippe qui ad internecionem sint delendi. nā graue atq; horrendū malum inducturus sum in Anathot, annum nimirum uisitacionis ipso rum, quo mihi meritas de suis sceleribus pœnas daturi sunt.

C A P V T XII.

I Vstior quidem tu es Domine, quā ut tecum contēdam atq; disceptem. Ignosces tamen, neq; agrē ferēs, si famulus tuus non iniqua prorsus tibi adducā & proloquar. Nimis quā iniquē enim mihi comparatum uiderur, quod uia impiorum prospera adeo est, lata & iucunda, quodq; legis tuæ transgresso ribus tam ex sententia cadunt omnia: adeo ut quo quis fuerit scelerator, hoc uideatur & fortunator esse & felicior. Plantasti enim eos, & altūm actis radicibus pulchrē succrescunt, fructusq; speciosos proferunt. Filij eorū sicut nouellæ plantationes, filiasq; habēt compositas, & undiq; circumornatas. Promptuaria item eorum plena, oues eorum factosq; & boues eorū crassa. Et propē quidē tu es ori atq; labijs ipsoꝝ: quippe qui summis ac primoribus labijs multa de te garrūt, magnificēq; te deprædicant: cum interim à corde & renibus ipsoꝝ remotissimus sis, ita ut & te & tuos persecuti sint potius, quā ut ueritati auscultēt, atq; aquas aures præbeant. Cæterum qualis ego sim, mi Domine, id abudē nosti & perspetū habes: utpote qui cor meū probaris, atq; exactē illud tecū expenderis, atq; perscrutatus sis. Et tamē uarijs adeo immergor miserijs, ut nix quicq; mihi letum obuēniat ac prosperum. Quin potius euellis, atq; in unū cogis eos, ueluti oues ad maclationem præparasq; eos in diem occisionis: Quāto obsecro tempore terra ex prauitate eorū qui eam inhabitant, corrumpetur: & agrorū herbæ ac gramina inarescent, ac emorientur: ita ut per eos terræ sterilitas inducatur, fructusq; eius dispereāt. Quin & animalia, ipsaq; cæli nolucēs hinc aufugiunt, immorari hic horrētēs. Ea enim hominum impietas est, ut dicant te non uisurum ipsoꝝ nouissima. Arcana meorū factorum, respondit hic mihi Dñs, ne sic perquiras, qui humana atq; terrena tuapte industria non potes cognoscere. Ignorabas quod ipsi ciues tui uenato cibo te deperdere conabātur: qui posses itaq; assequi rationem, quā ego uniuersum hunc mundū guberno ac moderor: Si cū pedibus cursu decertans, defatigatus es: quā ratione contendere poteris cū equitibus: Et si in terra pacis, in terra patria cui fidebas, inter propinquos & familiares, tibi pares ac notos malē adeo habitus es, durāq; pertulisti, quid dere fiet, aut quō te uertes, si agendum sit cū superbia Iordanis, cū superbis Hierosolymorum regibus ac principibus, sacerdotūq; primoribus, omnibusq; ad Iordanē sitis ciuitatibus: Siquidem ipsi fratres tui, ipsaq; patris tui domus insurrexerunt aduersum te: adeo, ut cōgregati tibi reclamant, uetuerintq; ne quid

in nomine Domini uaticinaberis, si manibus ipsoꝝ perire nolles. Tu itaq; ab illis tibi caue: neq; illis crede, etiā si quā optime ac blādiſsimē loquantur. Simulatores enim sceleratissimi sunt, & hypocriteos summi artifices. Derelinquam itaq; domū meam, nomine de meo tam celebrem & illustrem. Deferā & populum ipsum, tametsi mihi hæreditariū, & ex cunctis mundi nationibus mihi peculiare ac selectum. Atq; adeo, quos ex animo dilexi, & intimē charos habui, hos ego daturus sum in manus hostiū suorum: ut quorū sceleratos mores diutius ferre nec possim, nec uelim. Factus enim mihi est populus hic, mihi hæditarius, uiolentus adeo, immis & crudelis, ut nullus leo syluestris cū ipso conferendus ueniat, adeo ut & contra me rugire, mihiq; reclamare nihil uereatur ac formidet. Vnde & posito eius amore, nūc eū odi, maleq; illi uolo: & ut à rugiēte leone quisq; fugit, ita & ego eum deserui. Sed quē horum demētia ac cæcitas est? An deesse mihi putant, quo me uindicem, ac tuear? An ne uides, misera hæditas mea, quā tum mihi sit sanguinariū ac carnicorū auū, quē cœlitūs, atq; longē uobis superiores, uos impetant ac perdāt: undiq; uos circuncincturā, atq; obsecrā: Quin & agrestes bestię, leones, ursi, lupi, tigres, & si quid his nocētius est, collectim omnes in populum huc irrūtē, ipsūq; diserpente ac deuorante. Multi uiri pastores principes atq; magnates, quorū partes erant populum pascere ac seruare, hęc meam Iudaici populi uincam corrumpent atq; uastabunt, partē hic meam pessundaturi & cōculcaturi: desiderabile & amœnam adeo, ac iucundam portionem hęc meam eō redacturi, ut ueluti desertum solitariū se sit habitura. Desolabuntur enim atq; deuastabunt eā, ut uidere ipsam horreas. Nā quanta quanta est, tota terra uastāda uenit, atq; desolāda: quia nemo unus in ea est, cui cordi ac studio sit quod Dñs præcipit, atq; per seruos suos prophetas minatur: quin potius contemptui hos habent, ipsiq; illudere certant. In omnia deserti siue campestrium pascuorum eminentiora loca irruēt uastatores ipsi, nulli usquam terræ angulo parcituri. Nam gladius Domini, qui longē sanē grauisissimus est, ab hoc regionis termino, ad illū, cūcta cōficiet atq; deperdet, ita ut nulli usquā homini quicquā turum futurum sit. Expectaui enim ex uinea mea uuas, & non protulit nisi labruscas. Seminarunt mihi in eā uiri prophetæ triticum, & nō demetunt nisi spinas & tribulos. Creuerunt hæditatem hanc: sed nihil ex ea retulerunt cōmodi, sannas potius experti & ludibria, & modis omnibus pudefacti, ex sceleratissimæ uineæ prouentibus, per iratum Dominum, pessimis & abominandis. Sic porro dixit Dominus aduersum omnes terræ Iudaicæ uicinos, qui contingunt atq; circumiacent terram, quā Israeli dedi hæditariam, iniquiores ipsi parumq; beneuoli: nimirum aduersus Moab, Edom, Philistin, Tyrū, Sidonem,

Reliqui domum meā, dimisi hæreditatē meā.

Pastores multi demōliti sunt uincam meā.

Hæditatē acceperunt, & non eis proderit.

Tu Domine nosti me.

Et cum pedibus cursu laborasti.

*Sicut dicitur
de uis
populi mei.*

Sidonem, & hoc genus alios, ut ne quid ipsi de afflictio populo meo solo gaudeant & exultent, nominiq; meo sancto derogent. Ecce, inquit, euello & eos de terra sua, cum domum Iuda sum euulsurus de medio ipsorum. Ceterum postquam euulsero, ipsosq; disperfero, miserereq; satis afflixero, reuertar ac miserebor eorum, reducturus unumquemq; in possessionem ipsi hereditaria ac propriam, & in suam quemq; terram. Vbi si tunc didicerint uias meo populo praescriptas, ita ut omisis idolis ac dijs illis peregrinis, per nomen meum iurare, atque ex me pendere gaudeant, confitentes atque iurando agnoscentes me uiuere, cunctaque & uidere & audire, ita ut nunc populum meum docuerunt iurare per Baal, atque ipsi male fidere, magno numero procrecent atq; stabilientur in medio populi mei. Porro si non audierint, neq; ueritatis legem receperint, gentem illam ego euellam, inquit Dominus, perimam atq; disperdam.

CAPVT XIII.

Dominus autem quanto amore aliquando populum suum prosecutus sit, quem iam multis sceleribus corruptum, reuertere statuit, mihi constare uolens. Insuper me abiectum, atq; mihi comparare, siue acquirere cingulum byssinum ac pulchrum, quod lumbis meis illigarem, obseruaturus ne illud ex aqua madereret. Et ego quidem ita ut iubebat Dominus, comparatum cingulum lumbis meis circumligavi. Secundo autem uerba mecum faciens Dominus: Accipe, inquit, quod comparasti, ac lumbis tuis habes circumdatum cingulum, atq; surgens contendere ad Euphratem, ubi in foramine petrae aut rupis alicuius illud abscondes. Et abij quidem, atq; abscondi illud ad Euphratem ita ut mihi praeeperat Dominus. Post complures autem dies accidit, ut Dominus me surgere, atque ad Euphratem abire iusserit, unde cingulum illud meum referrem, de quo praecipuum mihi fuerat, ut id illic recondiderem. Et progressus illuc fodi, foramenq; ipsum aperui, accepturus illinc cingulum meum, ubi illud occultaueram: & ecce iam prorsus computruerat, atq; corruptum erat, ita ut nulli posset esse usui. Et Dominus, quidnam hoc cingulo sibi uellet mihi declaraturus, uerba mecum faciens, in hunc modum mihi locutus est. Haec dicit Dominus: Quomodo cingulum illud, prius preciosum ac pulchrum, euiluit atque computruit: ita computrescere faciam regnum Iudaicum, olim floridum & pulchrum adeo, tantaq; autoritate praeditum. Multam illam dico Hierosolymorum elegantiam, pulchritudinem atq; existimationem. Populus enim sceleratissimus est: quippe qui me contempto, uerba ex me nulla audire uolunt. Sed ex peruersi sui cordis consilio facientes, deos sectantur alienos, quos colunt & adorant. Itaq; assimiles facti sunt cingulo illi, quod iam corruptum ac reijculum, nulliq; usui est. Ceterum sicut cingulum ho-

mini circum suos haeret lumbos, ipsumq; circumgit atq; condecorat: sic olim mihi adiunxerunt atq; circumdederunt populum hunc Iudaicum, totamq; Iudaeorum familiam, ut populus mihi esset, per quem nomen meum illustre fieret, celebre, gloriosum, magnum & inclutum. Verum illi inobedientes mihi ac rebelles, de decori mihi sunt, atq; me dehonestant. Proinde dices eis uerbum hoc, nimirum quod dixerit Dominus ille Israelis Deus: Omnem lagenam, uel uas fictile implendum esse uino. Et illi continuo responsantes interrogabunt: Ecce quis ignoret omnem lagenam uino esse implendam: quibus tu tunc dices, sic dicere Dominus: Ecce ego impleo omnes qui terram hanc inhabitant, atq; adeo reges etiam ipsos, qui stirpe Dauidica orti, nunc eius tenent solum ac regni gubernacula, una cum ipsis sacerdotibus ac prophetis, omnibusq; ciuibus Hierosolymitanis, ebrietate, per quam Domini Dei sui nullam rationem habentes, in omnia manifestissimaq; prolabantur scelera: quare & eos dispergam, alios ab alijs, maritos ab uxoribus, fratres a fratribus, & charissimos liberos ab ipsis parentibus suis. siquidem non parcam illis, dicit Dominus, neq; ipsis ignoscam aut miserebor: quin eos deperdam atq; conficiam. Audite uero atq; auscultate mihi: neq; elato adeo apud uos sitis animo, quasi nullo monimento egeatis, & per uos satis sapiatis. Sed Dominus auscultantes uerbis eius aquas praebere aures: nam Dominus ipse locutus est. Proinde deposita uestra illa arrogancia, gloriam date Domino Deo uestro, eius monitis obtemperantes, dum dies adhuc est, & antequam tenebre scaturiant, & impendens calamitas uos obruat, & prius quam pedes uestri qui uobis pruriunt, atq; fugam ardent ad Aegyptios, impingant in montes caliginosos, plus in Aegypto miseriarum inuenturi quam opis aut solatii. Nam quod illinc lucem speratis, quietem & auxilium, nihil omnino id est: siquidem ego effecturus sum, ut illa uobis uel morte terrior ac tenebrosius magis sit, quod quidem si mihi credere non litis, in occulto id desitebo, uestram sortem ex animo doliturus, quod tam sitis arrogantes ac nasuti. Plurimis sane lachrymis oculi mei distillant: siquidem Dominicus ille grex, siue populus abducentur in captiuitate, atq; durissima ferrens, miseris exercebitur modis. Iustus autem sum & regi, matrisq; eius reginae dicere, ut sese humiliant, atq; altis suis solijs descendentes, humi confideant: ut quorum de captibus gloriosa ipsa regni corona auferenda sit, omnisq; autoritas peritura, ita ut in ordinem plane cogendi sint. Ciuitates quae Babyloniam ad meridiem sitae sunt, regni nimirum Iudaici obsidione pressae, clausae erunt: & non erit qui horrendo adeo reru statu eas aperiat. Sed tandem totus populus Iudaicus abducentur: frequenter uobis haec praedicta sunt, & saepe quidem audistis haec uobis minitatem Dominum: sed non

*Sicut lumbi
re adhaerent
ad lumbos
uiri.*

*Date Domi
no Deo ue
stro gloria
antequam
tenebre scaturiant.*

*Die regi &
dominatrici,
Humilia
mini.*

non credidistis ei. Nunc itaque attollite oculos vestros, atque contemini eos qui ab aquilone huc irruunt. Vobiscum perpendite, si horum vires sustinere possitis. Et ubi nunc est grex ille tibi concreditus? Quò abiit, ac profugit? Vbi sunt oves illæ tuæ tam inclytæ? Quid obsecro dices? & qua ratione toties præmonitus te excusabis, ubi Dominus te uisitarit, de te penam sumpturus? quando tu horum omnium malorū caput es, fons & origo? An non corripient te dolores, similes illis per quos parturiens distinetur, atque in partu diuellitur ac diseruiatur? Et quando tecum tuo cum animo cogitabis, unde illa tibi eueniant, & cui imputare hæc oporteat, fac noris tibi per suafissimum habeas, tua solius culpa hæc fieri, atque tibi accidere: & quòd propter multam iniquitatem tuam, sublati simbrijs, detecta sint uestimenta tua, & plantæ etiam tuæ discooperatæ. Tuis sceleribus, uita que tua impurissimam factum est, quòd huc ignominia ac dedecoris perueneris: & adeò quidem malis adfueuisti, ut nulla resipiscentiæ tuæ spes sit. Nò potuisti uincere naturam per se malam: qui posses nunc præter naturam malam & consuetudinem superare, quæ natura altera est? Nò magis profectò, quam Aethiops suam pellem nigram potest ponere, aut pardus suas maculas. Quod si illi possint, & uos poteritis beneficare, qui malo adfueuistis. Proinde dispergam uos, ueluti stipulam quæ uento per desertum raptatur atque dispellit. Hæc enim fors uestra erit, & quam ego uobis mensuram remetior, inquit Dominus. Nam postquam me obliti, spem collocastis in mendacio & dijs alienis, me quasi parum bonæ fidei, nihilque ualentem dehonestantes: ego uicissim obliuiscar uestri, sublati in facies uestras simbrijs uestris, uos nudaturus ac pudefacturus, ut appareant pudenda uestra, atque ita reddamini ignominiosissima. Tunc patebunt idololatriæ uestre adulteria, & quam exultetis in rebus pessimis: scelerata fornicationis uestre, qua cum idolis super colles quoslibet fornicari consueuistis. Vidi quoque, quam abominanda in agris designarint, cum nusquam adeò uos uestrorū scelerum pudeat. Veh itaque tibi Hierusalem: duxerit enim tecum agetur, durissimeque tractaberis. nunquam ne emundaberis, atque frugi esse condisces, postquam adhuc immundicijs tuis inuolueris, atque in fordibus tuis magis ac magis fordescis?

C A P V T XIII.

Verbum Domini quod Hieremiæ à Domino reuelatum est, de rebus prohibita pluuia, magnaque siccitate ac rerum penuria terram afflictura.

Regnum Iudaicum desolabitur, atque perdetur: & portæ eius, ubi ius dicere oportet, populique controuersias ac lites componere, uiduasque & pupillos ab iniuria defen-

dere, uastabuntur atque conterentur, ita ut uiri principes ac iudices mæsti atque pullati, humi confessuri sint, gementes, atque ducetes suspicia, quòd inter arma leges fileant, & oppressorum Hierosolymitarum ciuium clamor in cælum sese attollat. Tanta enim futura calamitas est, ut maiores missuri sint minores, ad quærendas quoquò uersum aquas: qui huc illuc ad cisternas ac fossas uenientes, aquis nullis inuentis, reuertentur ad suos, cum uasis suis uacuis. Unde memores suorum peccatorum, quibus hanc siccitatem commerentur, Dominumque iritant, pudefient atque erubescant, lugentiù more capitibus obuolutis incessuri, quòd terra tanta ariditate prematur atque elanguescat. siquidem nulla in terram se demittet pluuia. Unde & uiri agricolæ pudefacti, atque re sua omni pereunte, capita quoque sua ueluti lugentes obuoluent. Nam & cerua, iam pullos enixa, quæ totam quaqua uersum terram facile percurrit ac perspicit, tanta cruciabitur fame, pabulique inopia, ut charissima sua pignora relictura sit. Sic & onagri, quamuis & famis & sitis patientissimi sint, stabunt in collibus ac præ altis rupibus, circumspecturi, ac uelut dracones attracturi uentum, quo reficiantur ac refocillentur. Deficient autem attentè admodum prospectantibus, sicubi gramen inueniri possit, sui oculi, atque multa longaque inedia uisus ipsis hebetabitur. Tametsi iniquitates nostræ sic merentur Domine: tu consule quæso sacrosancto nomini tuo, ne illud inter impias gentes malè audiat: atque hac gratia miserere, atque ser opem populo tuo. Certè cognoscimus rebellionem nostram esse multam, & peccata nostra magna esse & grauiam. Quamuis secundis rebus peccet, atque extra mandatorum tuorum uiam longè aberret Israel: rebus tamen angustijs, atque in tribulatione sua, ad te recurrit, te inuocat, nec aliunde opem expectat. An tu hic in terra tua se sicut peregrinum geres, ueluti ad quem omnis calamitas hæc nihil pertineat? aut sicut uiator, qui unicam tantum noctem alicubi pernoctans, uespero aduenit, & manè recedit, nihil de ciuitate, aut pago, ubi breuè adeò immoratur tempusculo, curans, nihilque inde sollicitus? Neque etiam eris ueluti uir attonitus, qui obstupescens, atque omnis consilij inops, iuuare non potest. Aut etiam ut gigas ac uir fortis, qui oblata opportunitate, nihil sua fortitudine profuerit. Certè Deus Opt. & Max. ac uerè inuicte, tu in medio nostri es, tuoque de nomine uocamur. Ne itaque nos derelinquas ac destituas. Sic uerò dixit atque respondit Dominus populo huic: Quandoquidem gaudent suis pedibus huc illuc discurrere ac diuagari, modò ad Aegyptios, modò ad inuocandū Assyrios, neque à uis suis malis abstinere uolunt, quantumuis per prophetas meos reuocentur ac præmonentur: propterea & Dñs nihil erga ipsos afficitur. & quanquam diu dissimularit, nunc tandem

si dixeris in corde tuo, quare uenerunt mihi hæc.

si mutare potest Aethiops pellem.

Si iniquitates nostræ responderint nobis.

Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes suos.

recordabitur iniquitatis eorum, atque de peccatis ipsorum sumpturus est pœnas. Mihi quoque iussit Dominus, ut ne pro populo hoc orerē ac deprecer, quod bono ipsis atq; saluti sit. Nam etsi cū ieiunio ac fletu ipsimet me inuocent ac deprecetur, ne sic quidē preces eorum exauditurus sum. Et si sacrificia mihi oblationesq; offerant quā plurimas, nihil agēt. Nihil enim erga ipsos afficior, animoq; profus alieno ab ipsis sum: quare & gladio, hostium nimirum incursum, & fame, rerumque omnium inopia atq; etiam peste, grauibuscq; ac cōtagiosis morbis eos deperdam & conficiam. Hic ego miserum populū adhuc excusatū uolēs: Ah Domine Deus, inquam, culpa omnis in pseudo prophetis eorū heret, qui ipsos docētes dicūt atq; clamitant, quod non uisuri sint gladium, aut tumultus bellicos, & quod nulla premedi sint fame ac rerum inopia. nam ex loco sancto, atq; Deo tam electo, ex ieiunijs itē, & præclaris adeo ipsorum sacrificijs, populū ipsum iustificāt, atq; hinc eos bene fidere atq; bona spe esse iubent, tametsi in te uno spem omnē collocatam decebat: & hisce ex rebus & factis, adeo scilicet pijs, pacē ueram ac stabilē, rerumq; omnium successum felicē ac lærum hoc in loco ipsis fore pollicentur. Et horū ductu miser populus agit, atq; incedit, rectius alioqui facturus, & peccaturus minus. Cum uerō hūc in modū culpā omnē in pseudopphetas cōferrem, sic mihi respondit Dominus: Pseudopphetæ illi mendacia ipsis prophētāt ac docēt: unde certē lex mea eos cauere iussit. Hos ego non misi, neq; quicquam in mandatis à me habent, ut quibus ne locutus quidem sim. Sed uisionem mendacem & quæ fallat, coniecturas scilicet, atque res nihil certas, sed astutē de corde suo effictas & cōpositas populo uaticinantur ac ipsum docent, suas nimirum opinioniones, quodq; ipsis de re aliqua uidetur: id quod sanè ipsum etiam uulgus promiscuū intelligere decebat, atq; de huiusmodi sibi cauere, siquidē in lege mea primarium atq; summū est, ut mihi fidatur, & ut de me quisq; pendeat. Quin hic ijs auscultāt prophetis, quos ego cōplures mitto, ab idolis suis uiaq; sua praua ipsos ad me reuocans? Certē mendaciorū tenebras magis diligunt, quā lucē ueritatis. Porro ad pseudopphetas illos sic dicit Dominus: Qui nominis mei prætextu prophetant, atq; populū docent, cum ego eos nō miserim, sed ipsi non uera uia, iustumq; per ostium sese ad id muneris præstandum intromiserint, nō mei quidem nominis gloria, sed sua quadam ambitione, priuatoq; commodo ducti: & qui persuadent populo, falsoq; ipsum docent, nō impendere terræ huic bella, uel gladium ac famem: hos ego pseudopphetas gladio ac fame perdam atq; conficiā. Et populus ipse, qui his stultē nimis auscultant (ita ut in foueam cadit, qui cæcus cæcum ducem sequitur) gladio percussus, aut fame enecatus, proiectus in uias publicas, uoluetur per plateas Hierusalem, ita ut

non sint habituri qui eos sepeliat. Ira autē accidet & ipsis, & ipsorum uxoribus, ac charissimis liberis. Exercebo enim eos pro sua malitia, moribusq; prauis, de quibus & meritis mihi luent pœnas. Dices autem eis & hoc, quod oculi tui multis lachrimis immadescēt, atq; ubertim & de nocte & de die, incessanter defleturi sint Iudaici regni sortem. Siquidem filia populi tui Sionij, etiamnum uirgo, neque unquam antehac suis sedibus eiecta, grauissemē nunc affigetur atque uastabitur, plagam sensura multo grauisimā ac maximam. Nam si in agrum progrediar, non erit illic uidere nisi gladio peremptos, ac miserē trucidatos. Et si me intra ciuitatem cōtineam, fame ac peste attenuatos, exhaustos atque emortuos uisurus sum. Quin & pseudopphetæ etiam simul & sacerdotes, huc illuc oberrabunt, atque terram circumibunt, aufugituri in terram quā nihil nouerunt. Vbi certē & peius ipsis futurum est, quā si domi se continuissent. Ceterum tu Deus meus, num reiecasti electissimam tibi, omniumque charissimam tribum Iudah? Num de nobilissimo monte Sion abalienasti animum tuum? ut & pro his orationē non admittas, neque me deprecari patiaris? Quir itaque tantopere nos percutis & flagellas, ita ut nulla ratio nostra uulnera sanari possint, etiam cum te longē optimum medicū inuocamus? Expectauimus quidem pacem, & secunda ac læta omnia: sed ingruit bellum, premit fames ac rerū inopia, obueniūtq; aduersa omnia. Sperauimus item tempus curationis, quo malis his exolueremur: & ecce, multo cū terrore ac animi perturbatione, magis ac magis illis implicamur atq; irretimur. Sed agnoscimus atq; confitemur impietatem nostram, atq; etiam patrum nostrorum iniquitatem. Nihil nobis indignum ferimus. Abundē commmerimus malorum, quando grauitr sanē tibi peccauimus ac deliquimus. Neq; em patimur per nostrū scelus, te iracunda tua fulmina ac plagas ponere. Sed admitte obsecro, neq; asperneris preces nostras, populūq; tibi propriū ac delectum: idēq; habita ratione sacrosancti nominis tui, cui alioqui gentes impiæ sunt maledicturæ, atq; tibi uelut parum ualido opprobriaturæ. Ne prosternas quæso folium gloriæ tuæ, templū tibi sanctum. Recordare quæ patribus promiseris atq; iuraris: & ne irritum facias pactum, quod nobiscum sanxiisti, atq; pactus es. Quod enim nos uertemus? ad quem cōfugiemus? & cuius inuocabimus auxilium? si tu Domine nos reijcias, ac repellas. Num inter uanos gentium deos ipsarumque idola quispiam est, qui ad arcendam quam premimur famem, demittere cælo pluuiam posset? Num cæli etiam ipsi sua uirtute imbres daturi sunt nobis? Nōne à te uno Domino Deo nostro omnia nobis bona proficiuntur? Proinde te expectamus, te unum in clamamus, ex te solo pendemus: siquidē tu facis ac præstas hæc omnia.

Ad Domine Deus, propheta dicitur ei, &c.

In gladio et fame consumuntur propheta illi.

Deducunt oculi mei lachrymas.

Nonquid proiciens abiecit iudam?

Cognouimus Domine impietates nostras.

Nonquid sunt in scilicet pluuibus gentium qui pluuant.

C A P V T XV.

Dominus uerò pro populo hoc mihi planè inexorabilis, precibus his meis respondens, dixit me pro eis orando omnem ludere operam. Nam si hodiernum in diem superstites, coram me confisterent & Moses & Samuel, quorū ille deleri potius de libro uitæ cupiens, quàm ut ira mea in populum defauiret, coegit me ipsis parcere: hic uerò strenuus atq; ardēs adeò deprecator fuit, ut ad ipsius orationem & in messe pluuias demiserim, tonitruq; cœlū omne replem, perpetuò mihi commotiorem in populum animū placans & mitigās: Si inquam hi superessent, aut quicumq; his similes intercessores nunc alij, pro populo hoc me rogarent, non possem in ipsos rectè affici, atq; animo in eos esse bono ac pio. Proinde eijcito eos à facie mea, atq; discedant. Et si te interrogent, quò nam ipsis sit discedendum, responde to illis sic me dicere: Qui peste perire uolet, discedat ad pestem, atq; in malam rē. Qui gladio mauult interimi, abeat in prælium, gladio perimēdus. Qui uerò intra mœnia se continens, præligit fame contabescere, cōrabescat, atq; dispareat. Aut si in captiuitatem abduci præoptat, abducatur. Nam quadruplici hoc genere afflictionis de ipsis pœnas sumpturus sum, inquit Dominus. Et qui ab hoste gladio interimentur, horum inhumata cadauera canibus dilaceranda sunt, atque à cœli uolucris, ferisq; bestijs deuoranda atq; conficienda. Sic autē eos exerco, atq; latè adeò eos dispergam, qui in captiuitatem abducentur, ut ab ipsis cōmouean tur atq; inhorrescant omnia totius mundi regna, idē propter sceleratissimum ipsorum regem Manassen, optimi regis Ezechia filium, qui tam impiè, tam sceleratè & indignè, horrēdis adeò flagitijs ipsam repleuit Hierusalē. & quis obsecro, quādo iisdem incedis uestigijs, tui miserabitur Hierusalem? Quis malis tuis indolescat? atq; te consolaturus pedē loco mouerit? Quis nam abibit exoraturus atq; compositurus tibi pacem? Vel te aliquando rogabit quid ualeas? Quia me reliquisti, inquit Dominus, retrorsum atq; in deterius tibi ferentur omnia. Nam ego manū meam extendam aduersum te, atq; te disperdam atq; cōficiam. quippe qui frequenter adeò pœnitidine ductus, ita ut castigationē tui intermiserim, pœnitendo delassatus sum. Proinde ueluti uentilabro uos dispergam quolibet terrarum, ad quarumuis regionum ac ciuitatum portas, nihil uos curaturus. Orbauī populum flore sui roboris, interfectis aliquando cētum quadraginta bellicosorum uirorum millibus, quos si mul omnes perdidī. At interim hoc tam graui malo nihilo meliores facti, ne latum quidem digitum recedunt à uis suis malis. Multa mihi apud illos facta fuerunt uidua, multi pupilli, ita ut uel maris harenam numero uincerēt. Ad hæc: Induxi etiā aduersum eos, aduersum congregatos iam, uiros iuuenes: neq; ita mul-

to post interfectos maiores & ueteranos, uastatorem Assyrium, qui non clancularia de nocte, sed clara die, apertoq; ac bene nobili Marte ipsos impetēs, ac maximam cladē faciēs, tota terra grassatus est, cunctas regionis ciuitates depopulans atq; deuastās. Itaq; infirmata, liberisq; suis orba facta est, quæ complures pepererat. unde & multo mœrore repleta fuit: & sol omnis felicitatis, cū multa adhuc dies esset, resq; illi adhuc essent prosperrimæ, occidit ei, atq; euerfa est, ita ut pudefacta sit, multisq; oppleta opprobrijs. Porro qui ipsi manserūt superstites, hos nunc gladio obijciam coram inimicis suis, ait Dñs. Sed o me infelicē, quòd me unquā pepereris mater, uirū opprobrijs, omniumq; calumnijs, rotiusq; terræ conuicijs expositum. qui tamen nulla in re de ipsis male sum meritus. Nullam à quoquā pecuniā forori aut cōmodato accepi: neq; ego alijs forori aut mutuò quicquā dedi, unde ulla nascatur controuersia. Neminem fraudauī: neq; est cui quicquam debeā, aut fecerim malè. Omnes tamen me cōuicijs proscindunt, atq; malè apud omnes audio. Has autē non iniustas querelas audiens Dñs, dixit: Ne quid amplius mihi credito, si nō reliquū uitæ tuæ tempus felix futurum est, & prosperū, ita ut in tēpore calamitatis atq; afflictionis tuæ, ipse etiam hostis te rogaturus sit, tuamq; amicitiam exoptaturus. Cæterum quòd putes hostē uestra uirtute repelli posse, id secus habet. Num gladius uester merè ferreus retundet atq; conteret gladiū Babyloniorū, ab aquilone ueniētium, qui ferro & chalybe pulchrè tēperatus est: Vos certè hosti longè impares estis. diuitias itaq; uestras, & quos recōditos habetis thesauros, hostib. dabo diripiendos: neq; licebit uobis eorū quicquid redimere, idēq; tota ubilibet regione fiet propter multa grauiā que uestra scelera. Quin & uos extrudā ad inimicos uestros, qui nos abducant ad terrā uobis incognitam: quoniam ignis furoris mei accensus inter uos emicabit, atq; multa flamma inardescet. Tu Dñe nosti quis ego sim, & quid illi aduersum me moliantur. Recordare obsecro mei, & uisita me, ita ut de ijs qui me persequuntur, ac malè mihi uolunt, me uindices. Sed ne de medio me sustuleris, dum longanimis serius in ipsos defauis. Sine uideam, quò ipsos tractaturus sis modo: memor quòd propter te, ac prædicatū tuæ ueritatis uerbū, multa adeò fero opprobria, uarijsq; adeò proscindor cōtumelijs. Postquā enim mihi inuēta fuerunt uerba tua, ego auidè illa suscepi, & ueluti famelicus gratū dulcemq; cibum, ita multa cum auiditate, & læto corde ea comedi, atq; animo meo recondidi, siquidē tuus, o exercituū Deus ac Dñe, ego uocor, atq; sum etiam. Non defedi autē neq; uersatus sum in cœtu atq; concilio ludentiū, atq; salis iocis sese oblectantium, ut sic reficerer atq; refocillarer. Sed propter collatum in me prophetiæ donū refideo solus, & uix ullo cū homine mihi commercium est. siquidem plenum iræ atq; indignationis

2. Paral. 32.

Vt mibi mater mea.

Nunquid fœderabitur ferrum ferro, ab aquilone?

Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos.

Qui ad mortem, ad mortem: qui ad gladium, ad gladium.

2. Paral. 13.

indignationis contra populum tuum, meum uaticinium est, quod mihi populo denunciandum iniunxisti. Quare & dolor meus multus factus est, & perpetuus, & plaga mea grauis adeo, ut admota pharmaca renuat, neque curari se patiat. Et factus es mihi uelut fons, qui non perpetuas habet aquarum scatebras, & ebullitiones: sed ut aquae quae facile exiccantur, neque perennes sunt. siquidem cum putarem te mihi auxilio fore, me ueluti sub cultro liquisti, atque ope tua destitui. Hic Dominus infirmitate mea cognita, & quod ueluti de magnifice adeo mihi promissis dubius, parum bono essem animo, sic mihi respondit: Si conuertaris, atque omni dubio reiecto, mihi constanter fidas: id quod ego tibi adiutor ero, stabis coram me, munere functurus propheta, charus mihi & gratus. Et si electos conuertendo, preciosum a uili discreueris, ueluti os meum mihi eris, quod nunquam mentiatur, neque fallat. Conuertantur illi ad te, atque tuis uerbis acquiescant: & ne conuertaris mihi tu ad illos, ita ut ipsorum subscribas sententiam. Nam constituam te populo huic ueluti murum teneum atque insuperabilem, quem quomodocumque oppugnent, non poterunt tamen expugnare: quia ego tecum futurus sum, ut te seruem ac liberem, nusquam causa tuae defuturus, inquit Dominus. Liberabo enim te etiam de pessimorum manu, atque ab iis qui multa tyrannide fortissimi sunt ac ferocissimi, te redimam.

CAPUT XVI.

Dominus autem impendentis calamitatis grauitatem perspectam habens, & exacte cognitam, uerba mecum faciens: Ne acceperis, inquit, tibi uxorem, neque hic operam dederis procreandis liberis. nam sic dicit Dominus de filiis ac filiabus hoc in loco natis, item & de ipsorum matribus, unde prognati sunt, atque etiam de ipsis eorum patribus, qui eos in terra hac progenuerunt. Variis, ex inedia, multaque fame, morbis diuexabuntur, atque interibunt, non habituri qui ipsos luceant, iustaque ipsis faciant, aut etiam sepulchri honore dignentur. Nam ueluti excrementa per terram uoluentur pedibus proteredi, postquam gladio aut fame consumpti fuerint. Et cadauera eorum cedent uolucris caeli, atque feris terrae bestijs in cibum. Iussit quoque & hoc mihi Dominus, ut ne in domum luctus ingrederer, ueluti eos qui mortui sunt lucturus, atque qui remanserunt superstitibus, facto planctu consolaturus. Volo enim eos omni consolatione destitutos morere, atque summis doloribus immergi, ut qui pacem, omnemque meam beneuolentiam, miserationes & gratiam ipsis abstulero. Morientur enim in terra hac, tum magni tum parui, iuuenesque senesque: neque erit qui eos aut sepeliat, aut luceat. Nemo super his mortuis se incidet, aut decaluet, internum animi dolorem exteris eiusmodi signis testaturus: ita mors eorum per omnia inhonora erit, & igno-

miniosa. Non expandent luentium atque eiuslantium more super mortuis sua brachia, consolaturi superstitibus. Non propinabunt ipsis poculo consolatorio, super amisso patre suo, aut matre: sed pulsa omni consolatione, luctus atque mœroris plena erunt omnia. Proinde non est quod cogites illic de nuptijs, aut accedenda domo conuiuij, ubi simul omnes læti sint, alacres, atque lubentes, ut unam cum ipsis edens ac bibens, simul & gaudeas atque (ut sponsum condecet) hilarem atque lubentem te præbeas. Nam & sic dixit Dominus exercituum, Israelis ille Deus: Ecce, ego uobis præ oculis uestris, atque uobis etiamnum uiuentibus, cessare facio hoc in loco omnem strepitum gaudij ac lætitiæ: dulces item susurros sponi ac sponsæ. Cumque annūciaris populo huic omnia uerba hæc, illique te interrogarint, cur Dominus tanta, tamque graui aduersus ipsos conceperit mala, atque etiam prolocutus ea sit: rogantes item quæ nam illa ipsorum iniquitas sit, & quæ ipsorum scelera, quibus in Dominum Deum suum peccantes, ita eum exasperarint, tantamque bilem mouerint: tunc tu respondebis eis, Dominum dicere, quod hæc ipsis ea de causa accidant, quod patres ipsorum Dominum dereliquerint, deos sectantes alienos, ipsique seruientes, atque eosdem adorantes: cum interim de me uix cogitarent, legemque meam nihili penderent. Atqui uos, non solum non abduci a patrum uestigijs uos patimini: sed malefactis ac improbissimis moribus uestris longe superiores patres uestros, qui hic uobis multo inferiores sunt. Nam ecce, uos inceditis ac sectamini sui quisque cordis prauam lubidinem, atque consilia mala, ita ut me audire dedignemini. Et hac de re disturbabo uos de terra hac, eiecerus uos in terram tui uobis tui patribus uestris ignotam, ubi & nocte & die seruicium erit dijs alienis ac ficulneis. siquidem non permittra, ut clemeter uobiscum agatur: quin potius cogemini ad seruiendum uanis idolis, & sceleratis idololatriis. Et tanta quidem hæc erit calamitas, afflictio & miseria, ut uenturi dies sint, inquit Dominus, quando Aegyptia illa seruitus præ hac minimi artemanda sit: adeo ut qui iurare uelint, non amplius dicturi sint uiuere Dominum, qui filios Israel eduxit de terra Aegyptia. Sed uiuit Dominus, dicent, qui Israelitas, uero illo Cyro Christo rege laxante captiuos, eduxit de terra Babylo-

Conuertentur ipsi ad te, & tu non conuertentur ad eos.

Mortibus egrotatum morientur, non planentur, & non sepelientur.

Ne ingrediaris domum conuiuij.

Hyiam non de terra hac.

Ego mittam pisces multos.

quibuscunq; etiam latitabunt montibus, colli-
 bus, aut etiam rupiu cauernis, qualibuscunq;
 inquam teneantur uicijis, atq; irretiti sint erro-
 ribus. Caterum quando oculi mei, omnes il-
 lorū uias, studia, & conatus perspecta habent,
 neq; horum quicquam me latet, neque iniqui-
 tas eorum magna admodum & multa meos
 oculos fugit, hinc prius iniquitati atq; pecca-
 tis ipforum duplum statui rependere: propte-
 rea quod polluerunt atq; profanarunt terram
 meam, per maciata suis idolis pecorum atq;
 adeo propriorum etiam filiorum ac filiarum
 cadauera. siquidem abominandis suis idolis,
 rota ipsa terra mihi hereditaria, plena est. Do-
 mine, qui pro genuina tua bonitate nō potes-
 tuorum non miserere, adeo ut tandem per pi-
 scatores ac uenatores uerbi tui ministros, po-
 pulus tuus ad te reducendus sit. Tu certe forti-
 tudo mea, robur meum, atque refugium mihi
 es, in die tribulationis & angustiae. siquidē ad
 te & gentes concurrent ac ueniēt, ab extremis
 terrarū exciti finibus, ab oriēte, & ab occiden-
 te, ab aquilone item, & ab austro: & cognita
 tuae bonitatis maiestate, dicent atque confite-
 buntur, quod certe patres ipforum coluerint
 deos mendaces, falsos & uanos, qui nihil ho-
 mini auxiliati fuerint, neque quicquam suis
 cultoribus tulerint opis. Num ea hominis uir-
 tus est, ut ipse sibi deos ullos faciat? Verum ipse
 si nihil minus sunt quam dii, siquidē per hos
 in omne prolabantur scelus, dedecus & igno-
 miniam. Idcirco: Ecce ego eis ostēdam, atque
 docebo nunc ipsos, & hac quidem uice manū
 meam, & qua ego uirtute sim, ipsis notum fa-
 ciam: ita ut norint atq; meminerint, quod no-
 men meum sit *Adonai*, per quem cūcta
 subsistunt, atq; creata sunt: non sic defectus ui-
 ribus, quin id nullo labore praestare possim
 quicquid sceleratis ac nominis mei contem-
 ptoribus minitor.

C A P V T X V I I .

Peccatum Iudaicæ gentis, quo tam perti-
 naciter uerbum meum reijciunt, & spiri-
 tui sancto repugnantes, ita manifeste ue-
 ris reclamāt, stilo ferreo scriptum est, ut quod
 indelebile à nemine expungi potest: ungui e-
 nim adamantino exaratum manet in tabulis
 cordium ipforum, & in ararum ipforum cor-
 nibus. Vt multa cum delectatione suorum re-
 cordantur filiorum, ita & grata ipsis est atque
 iucunda ararum suarum recordatio, atque lu-
 corum, in quibus sub omni arbore frondosa,
 atque quibuslibet in collibus, sua colunt ido-
 la, ipsis sacra facientes, multasq; offerentes ui-
 ctimas. O mons Sion, qui mihi præ cunctis
 soles esse charissimus, eò nunc res tuæ spe-
 ctant, ut opes tuas, atque thesauros tuos om-
 nes in agro prædæ atque direptioni expositu-
 rus sim: idq; ratione peccatorum tuorū, quod
 atque idololatriæ studeas. Septimo quoque
 anno uacare atque quiescere iussi agros tuos:
 id quod auaritia tua facere renuit atque omi-

fit. At nunc uacandum erit tibi, & quiescen-
 dum, à colenda hereditate tua quam tibi de-
 di. Non dedisti terræ suam quietem, proinde il-
 la nunc te uult quiescere. siquidem faciam ut
 in terra tibi incognita, hostibus tuis seruias,
 qui in terra tua mihi seruire reculasti. ignem
 enim furoris grauisq; iræ meę succendisti, qui
 inextinguibilis in æternum usq; arsurus est.
 Tu quidem ex Aegyptiorum auxilio pendes,
 subinde & Assyrijs innixus. Multum tibi pla-
 ces tua iusticia scilicet, & externa operum lar-
 ua, quam tamen nihil ad diuinam legem, sed
 magis ex præscripto humano compositam ha-
 bes. Caterum sic dixit Dominus: Maledictus
 homo est, qui confidit ac spem suam collocat
 in hominem, carnem suū brachium ac robur
 faciens, qua uia cor ipsius recedit à Domino,
 in quo uno omnis homini salus est, uirtus &
 uictoria. Verum qui eo est ingenio, ut extra
 Dominum fidat alteri, is assimilis est myrica,
 quæ locis aridis, desertis & incultis proueni-
 ens, parum assurgit, nullumq; profert fructū.
 Et ubi boni aliquid populo continger, id ille
 uisurus nō est, sed inhabitabit loca torrida in
 deserto, terraq; desolata, ac uix habitabili. Cæ-
 terum qui nihil suæ fidens iusticiæ, nihil suis
 meritis, nec emortuorum hominū suffragijs,
 aut coemptis Pharisæorum hominū benefa-
 ctis, siue eorum induto uestitu, nihil item diui-
 tijs suis, suæ prudentiæ, generisq; claritati, aut
 etiam principum uirorum potentiæ ac gratiæ:
 sed fidit Domino, ex ipso pendens, atq; in unū
 Dominum spem suam omnem collocans, is
 demum benedictus ac uere beatus est. Quis-
 quis enim eiusmodi est, is erit ueluti arbor ad
 aquas plantata, quæ ad aquarum riuos suas ra-
 dices extendens, nō sentit si quis ueniat cæsus,
 aut ulla siccitas: sed permanet folium eius uiri-
 de ac lætum, ut qui semper bona sit spe, & cu-
 ius omnia consilia & conatus prosperè cadāt
 & eueniant. Et quo anno pluuia rarior est, &
 uix ulla cælo demittitur, quæ res annonæ cari-
 tatem inuehere solet: nihil sollicita ea arbor ea-
 rit, neque suos proferre fructus cessabit. Cor
 autem humanum, quod an solo de Domino
 speret, non facile cuius cognoscere est, fallax
 ac super omnia dolosa res est: præfracta item,
 atque peruersa, & perscrutatu difficillima.
 Quis itaque illud rectè pernouerit? Ego Do-
 minus & corda perscrutor, & renes explo-
 ro, omnium cogitatum ac desideriorum
 fontes perspectissimos habens, redditurus
 unicuique pro ratione secundum illos a-
 ctæ uitæ, mercedem se dignam & iustam. Vt
 perdix alienis ouis incubat, & à pullis ipsis
 iam exclusis deseritur: ita se res habet diui-
 tum, qui quomodolibet partis diuitijs incu-
 bantes ac fidentes, in medio uitæ suæ cursu ab
 ipsis destituuntur. Et ubi tandem ad extrema
 deuentum fuerit, stultos planè, atq; omnis cō-
 filij se comperiūt inopes. Videt certe atq; ob-
 seruat cūcta Dominus: cui ut à primo mundi
 exordio gloriosum in cælo solium fuit, ita &
 nunc

Domine for-
 tudo mea,
 & robur
 meū, & res
 fugiū meū.

Maledictus
 homo qui cō-
 fidit in homi-
 ne.

Benedictus
 uir qui con-
 fidit in Do-
 mino.

Præuū est
 cor hominū,
 & inscruta-
 bile.

Fortitudinē
 tuā & om-
 nes thesau-
 ros tuos in
 direptionē
 dabo.

nunc apud nos in loco sanctuarij sui, mentis nimirum nostræ sibi dicatæ, sedes suas, unde etiam omnia prospicit atq; cognoscit. Vnde & Dominus certè ipse unica Israelis spes est & expectatio: quem quisquis dereliquerit, pudore suffundetur! & quotquot ab ipso defectût atq; recedunt, horum non in cælis scribentur nomina, sed in terra, ut quorum memoria interitura sit. nam dereliquerunt fontem aquarum uiuentium, ipsum nimirum Dominum Deum nostrû. Cæterum tu Domine, quando hæc ingruens populo calamitas, ipsorumq; irrisio & contumelia, qua me afficiunt, me tantopere urit, discruciat ac uulnerat, sana me, & sanabor: da ut ne tam ægrè & grauiter feram. Serua me ut ne sic affligar, & seruabor: alacriusq; uiuam, si tua iudicia comprobare, atque de ipsis gaudere possim. nã certè laus mea tu es, atq; de te gloriari soleo. Ipsi quidem mihi dicunt atq; mihi occlamitant: Vbi est uerbû Domini? Quin euenit, id quod tu minitaris, atq; futurum prædicas? Agè, ueniat, opprimat, atq; affligat nos. Ego tamen mi Deus non ultro me in propheticum munus ingessi, neque in gregem tuum dominari studui. Sed ueluti famulus te uocantem secutus sum ad pascendum illos, atq; uaticinandum. Diem enim calamitosum, qui ueris prophetis perpetuò impender, declinare maluissim, id quod tu nosti, ex uerbis meo ore, cum primùm me tibi prophetam constitueres, coram te prolatis. Ne sis ergo mihi formidini & terrori. siquidẽ in die afflictionis & tempore difficili, in te omnem spem meam colloco, atq; ad unũ te perpetuò confugio. Pudefiant autem, atq; perterresiant qui me persequuntur, & non pudefiam ego, neq; terror ullus incutiatur mihi tuò famulo. formident illi, & non ego. Induc super eos diẽ afflictionis & calamitatis, & duplici contritione contere, atq; deuasta eos. Dominus autẽ uolens populum suum quietum esse, neq; sic aduersum me, aut quenquam alium tumultuari, per obseruationem sabbati, hoc ipsis insinuans, atq; ueluti inuolucro quodam obuelatum proponens. Abi, inquit ad me, atq; consiste in porta filiorum populi mei, ubi illi potissimũ conueniunt, atq; frequentissimi sunt. In porta inquam, ubi ipsi regni Iudaici reges, ac uiri principes uersantur, atq; ius dicunt, atque etiam in omnibus portis Hierosolymorũ alijs, & dicit eis: Audite uerbum Domini reges Iudah, & quotquot de populo adestis Iudaico, uosq; Hierosolymitani ciues simul omnes, qui per portas has inceditis. sic dixit Dominus: Sedulo uobis cauete, ne quid oneris sabbati die extra urbem exportetis, aut etiam per portas Hierusalem introferatis: id quod mercatoria sua auaritia complures facere constat, atq; apertũ est. Imò neq; de domibus uestris quicquam per diem sabbati efferatis, neque quicquam sabbato die feceritis operis: sed omissa ebrietatẽ, unde cades & iurgia: ommissa item obrectatione, calumnia, atq; om-

Sana me Domine, & sanabor: saluum me fac, & saluum ero.

Vade & sta in porta filiorum populi mei.

ni contra proximum iniuria, placidi atq; quieti illum mihi sanctificare, lege ac diuinis mandatis per ipsum instruendi, quomodo id patribus uestris præcepi: quanquam illi me non audierint, neq; aures suas mihi inclinare dignati sint: sed potius ceruicem suã indurarint, ut ne audirent, neq; disciplinam, iustumq; uitã modum acciperent. Cæterum si uos mihi sedulo auscultare, pioq; animo parere uelitis, inquit Dñs, ita ut nihil oneris inferatis per portas uuitatis huius die sabbati: sed illum moribus in proximũ beneficis, animoq; in Deũ pio ac bono sanctificetis, nihil in eo faciẽtes operis. Transibunt, atq; regio cum honore ac gloria ferentur per portas urbis huius reges ac uiri principes, tenẽtes thronum Dauid patris sui, & curribus atq; equis magnificẽ uehentur, tũ ipsi, tum etiam principes ipsorum, uiri item Iudaici, atq; Hierosolymorum ciues: & confisitet, atq; inhabitabitur ciuitas hæc usq; in sempiternum. Et uenient de ciuitatibus regni Iudaici, & ex locis Hierosolymę finitimis, de terra itẽ tribus Beniamitica, ex campestribus item, & montanis, & ab austro item, locisq; desertis & inaridis. Vndelibet inquam terrarum ueniẽnt, afferentes holocausta, uictimas & oblationes, & thus, ferentes in quã laudem, multamq; gratiarum actionem in domũ Domini. Porro si me non audieritis, de sanctificando die sabbati, de non inferendo onere, atq; per portas Hierosolymitanas sabbato die eundo, accendendam profectò eiusmodi in portis uestris ignem, qui palatia, superbasq; Hierosolymorum domos simul omnes consumat atq; conficiat, cui restinguẽdo nemo quisquã par erit.

CAPVT XVIII.

Verbum hic habes, quod à Domino cũ Hieremia factum est, in hunc modum: Surge, atq; descende in domum figuli, in figulinam ipsam, ubi efficiam ut uerba mea audias: atq; de uirtute mea commonefactus, de futuris certiora cognoscas. Et ego quidem dicto audiens, descendi in ædes figuli, & ecce offendi eum, suum in rota exercentem opificium. Porro uas quod ille ex imposito rote lato faciebat, sub opificis manibus confractum est. Fecit itaq; ex eo uas aliud, quale nimirum ipsi facere collibuit atq; uisum fuit. Factum ergo est uerbum Domini mecũ in hanc sententiam: An non õ domus Israel ad morem figuli illius, ego uobiscum facere, atq; uos tractare possum? inquit Dominus. Certè qualescũque uestræ sint uires, & quantumcunq; uobis de uestra uirtute placeatis, in mea estis manu & potestate, sicut lutũ õ Israeliticum genus, in manu figuli: adeo, ut neq; uelle, neq; cogitare quidem boni quippiam uestrapte uirtute sitis idonei. siquidem ego uobis & uelle & boni aliquid perficere, deduco ad inferos & reduco. Meum est & euellere & plantare, & perdere & seruare. Repentẽ loquar aduersus gentem & regnũ aliquod, ut qui illud euellere uelim, destruire, atq; deperdere, ueluti si figulus ex im-

Sanctificati
te dicitur
bati.

Namquid si
cut figulus
iste non po-
terit uobis
facere do-
mus Israel

posito suæ rotæ luto, uas ignominiosum, face
 re decernat. Cæterum si iam gens illa, cui ma-
 le cogitaram, maleq; facturum me dixeram,
 positis sceleribus suis respiscat, atque in uiam
 redeat: tum & ego posita ira mea, pœnitentia
 ducar eorum, quæ in ipsam conceperam ma-
 lorum. Et rursus, si repente de gēte aut regno
 aliquo locutus fuero, ut qui ædificare, planta-
 re, modisq; omnibus illud constabilire uelim,
 atq; illi benefacere: sed illi iniquè facere, atq;
 scelerati esse iam occipiunt in oculis meis, uo-
 citq; meq; parum obedire: pœnitebit certè & me
 super bono, eaq; rerum felicitate, qua ipsos be-
 are, atq; ipsis benefacere constitueram. Nunc
 itaque dicas quæso regni Iudaici uiris, & ciui-
 bus Hierosolymorū, huiusmodi sermonem:
 nempe sic dicere Dominum: Ecce, ego ueluti
 figulus fingo cōtra uos malum, ignominiosa
 ex uobis uasā facturus, quippe qui aduersum
 uos dura cogito atq; horrenda. Sed obsecro,
 si uel in toto corpore mica salis est, reuertimi-
 ni de sua quisque uia mala, & in ueram, atq; à
 Domino Deo uobis præscriptam, redite uiam,
 cui terendæ unicè studeatis, atq; sedulam præ-
 stetis operam. Verūm illi ueluti omni spe re-
 deundi mecum in gratiam, abiecta, actum de-
 se esse dicent: unde & nostras cogitationes, &
 quod nobis in rem nostram esse censebimus,
 id sectabimur, inquit, atq; faciemus, quisq;
 nimirum pro libidine cordis sui mali, & obca-
 cati. Propterea sic dixit Dominus: Inquirete
 toto terrarum orbe, ubilibet gentium, si quid
 unquam inter illas, his simile uisum est, aut au-
 ditum: cuiusmodi scædè certè nimis, & oppidò
 quam turpiter facit, populus Israeliticus? Nū
 deseret sitibundus aliquis aquas ex niue Liba-
 ni prognatas? & è rupe, quam suo in agro ha-
 bet, promanantes? Num omittendas aut con-
 temnendas censebimus sitiēti aquas, quæ ali-
 unde per alienas terras ductis canalibus, ad ip-
 sum persuunt, frigidæ ac limpide? ita ut quis
 malit restringendæ siti suæ, per auia delatus,
 alibi aquas inuenire? Non ne extremè demen-
 tiæ id fuerit? ita sanè populus meus me, quem
 sibi expositissimum habent ac optimum, obli-
 uiscuntur atq; contemnunt: frustra suis idolis,
 quod saluti sibi fore putant, suffitum facien-
 tes. Certè pseudoprophetæ duces eorum, in-
 duxerunt eos in hunc errorem, atque faciunt
 ut sic peccent atq; impingant, deserentes semi-
 tas antiquas, pijs suis patribus olim tritas, atq;
 usurpatas: & ingredientiē semitas nouas, sa-
 lebrofas, & nihil conculcatas. Qua quidem re-
 terram suam desolandam atq; perpetuò exhibi-
 landam faciunt, ita ut cuiilibet eam pertranse-
 anti stupori atq; horrori futura sit, multa cum
 admiratione super eius uastatione capite mo-
 to. Nam sicut euroaquilo citatissimo uolatu
 nubes dispergit atque dispellit, ita ego eos di-
 sperurus sum ad Chaldæorum aduentum, at-
 que dispulsurus. Et quando suis malis & cala-
 mitatibus presi me inuocabunt, tergum eis
 obuertam, & non faciem meam. Conspira-

uerunt autem aduersum me, & insidiātes uitæ
 meæ: Venite, dixerunt, cogitemus, atque inter
 nos expendamus, qua uia Hieremiam hunc
 perimamus, atq; tollamus de medio. Nam etsi
 hunc interficiamus, habemus sacerdotes, sapi-
 entes & prophetas complures alios. Non dee-
 runt itaq; sacerdotes, qui legem Dei doceant:
 neq; uiri sapientes, qui rectè consulant ac mo-
 neant: aut prophetæ, qui uerbi diuini nos com-
 monefaciant, atq; de futuris nos præmoneant.
 Venite itaq; & calumniemur atq; deseramus
 eum concitata plebis, atq; in locum hunc san-
 ctum prolata blasphemix: nec audiamus ul-
 los eius sermones, quibus se expurgare uolet,
 & excusare: sed indicta causa uirum scelerat-
 um opprimamus, atque perdamus. Ita qui-
 dem illi de me statuunt, atq; decernunt. Sed tu
 Domine attende ad me tibi dicatum, ac toto
 pectore de te uno pendentem, & audi has ad-
 uersariorum meorum uoces & impia cōsilia.
 Itanè bonum malo p̄sandum est, ut uitæ meæ
 effossis foueis insidientur? mihiq; machinen-
 tur necem? Memineris quæso Domine, quo-
 modo in conspectu tuo steterim, te rogans,
 deprecans & obsecrans, & modis omnibus in
 hoc incumbens, ut commotum tuum contra
 illos animum placarem atq; mitigarem, iram-
 que tuam omnem ipsis auerterē. Verūm post-
 quam tanta sunt ingratitude, neca liberos
 eorum fame: uel gladijs imperiti, uitam cum
 sanguine fundant. Et uxores eorum orbæ red-
 dantur ac uiduæ, maritis earum peste emor-
 tuis, & iuuenibus eorum in prælio gladio pro-
 stratis. Audiatur clamor & eiulatus in domi-
 bus eorum, cum repente induxeris super eos
 exercitum hostilem: siquidem mihi capiēdo,
 mihi bene adeò de ipsis merito, foderunt fo-
 ueam, pedibus meis laqueos siue pedicas ab-
 scōdētes: id quod narratu nihil opus est, post-
 quam tu Domine omne eorū de me perimen-
 do consilium abundè nosti. Itaq; ne condo-
 naueris eis suam iniquitatem, neq; peccatum
 eorum à conspectu tuo remoueas, ita ut eius
 obliuiscaris. Impingant autem & corruant co-
 ram te: & in tempore furoris tui sic eos exer-
 ceto, ut meminerint, & alijs exemplo sint.

CAPVT XIX.

Dominus autem imminentem eorum
 uastationē alio adhuc signo compro-
 baturus, atq; testatiorem facere uolēs,
 iussit me abire ad emendam à figulo fideliam
 restaceam: idēq; nonnullis de senioribus popu-
 li, atque etiam de senioribus sacerdotum me-
 cum adductis. Et egressus ad uallem filij En-
 non, quæ ad ostium portæ orientalis est, clara
 illic uoce exclamabis, inquit, propalām & cun-
 ctis audientib. quæ ego tibi locuturus sum. Iu-
 bebis autem uerbum Domini audire tum re-
 ges, tum uiros in regno Iudaico principes, si-
 mul & ciues Hierosolymitanos, ut quibus Do-
 minus exercituum, Deus ille Israelis, hunc in-
 modum loquatur: Ecce ego adduco malum,
 horrendamq; calamitatem in locum hunc, ita
 l ut quis-

Non enim peribit lex à sacerdote.

Da filios eorū in famē.

Ecce ego in-ducam afflictionem.

Reuertatur unusquisque de uia sua mala.

Interrogate gentes, quæ audiuit uia horribilia.

Impingentes in uis suis et in semib. suis.

ut quisquis de eo audierit, aures ei tinniant, multoq; horrore concutiantur: idq; eo, quod me dereliquerint, & abalienarint mihi locum istum, suffitum in eo facientes dijs alienis, quos nec ipsi, nec patres eorum unquam nouerunt, neq; etiam regni Iudaici ulli reges. Et si quis propheta his eorum sceleribus reclusa maui, mores que illorum pessimos reprehendit, hunc continuo damnarunt: ita ut locum hunc innocentum sanguine replerint, ac fœdissimè coinquinarint. Quin & excelsa extruxerunt ipsi Baal, ad comburendos igni liberos suos in holocaustum ipsi Baal, id quod ipsis non præcepi, neque unquam locutus sum: imò ne in mentem quidem mihi unquam uenit res tã nefaria & immanis. Propterea, ecce dies ueniunt, dicit Dominus, ut non uocetur locus iste Topheth, aut uallis filij Ennon: sed uallis dicetur stragis & occisionis, mutato ita nomine ex multitudine, qui ibidem loci à Chaldæis interficientur. Porro consilium Iudah & Hierosolymorum, id ego facturus sum irritum, gladio eos prostraturus in conspectu hostium suorum, & per manum quarerentium ipsos perimere ac perdere. Porro interemptorum cadauera cadent uolucris cœli & bestijs terræ in cibum. Et redigam ciuitatem hanc in solitudinem & sibilum, ita ut quisquis eam præterierit, obstupescat, & multa admiratione captus sibilat super omnibus plagis eius, ipsosq; detestetur. nam grauissima fame, longaq; inedia excarnificatos, filiorum ac filiarum suarum cibabo carnibus: ita ut qui olim omni pietate ac misericordia exura, soliti sunt hic suos immolare liberos, iã sui quisq; carnem proximi comesturi sint, ob longam obsidionem, multamq; rerum omnium penuriam & angustiam, quibus eos hostes ipsorum, & qui obstinatissimo pectore ipsis necem moliuntur, constringent. Porro fideliam hanc testaceam, præ oculis uiuorum, quos illic tecum adduces, confringes, dicitur eis, sic dicere Dominum exercituum, quod parimodo populum istum ac ciuitatem istam ego confracturus sim, non secus ac uas testaceum, quod semel confractum reparari non potest. Et in Topheth loco nefandissimo sepeliatur, eo quod alium locum nõ sint habituri, ubi sepeliri possint. Sic faciam loco isti, inquit Dominus, & habitatoribus eius: faciamq; ciuitatem hanc assemilem ipsi Topheth. ædes enim Hierusalem, & ædes regum Iudah, nihil differunt à Topheth, immundæ nimirum, atq; interfectorum cruore sanguinolentæ futuræ: propter omnes illas domos, in quarum tectis suffitum incenderunt toti militiæ cœli, sidera & stellas colentes atq; adorantes, alienisq; dijs libantes libamina. Et Hieremias quidẽ à Topheth, quò eum Dominus ad uaticinandum miserat, reuersus, constitit in atrio domus Domini, & dixit uniuerso populo: Sic dixit Dominus exercituum, Deus ille Israelis: Ecce ego adduco super ciuitatem hanc, & super

Non uocabitur amplius locus iste Topheth.

Conteres la gunculam in oculis uiuorum.

omnia ipsi subdita oppida, omne illud malum, omnemq; calamitatẽ & miseriam, quam aduersus ipsam locutus sum: idq; quod ceruice tam indurata sint, & intractabiles, itaq; semih rebelles præbuerint, ut uerbum meum audire contempserint.

CAPVT XX.

VBi uerò Phassur filius Emmer sacerdotis (erat autem ille princeps, siue summus sacerdotum in domo Domini, & curandis ijs quæ ad religionem attinent) Hieremiam prophetãtem, magnoq; adeo animo, tantaq; parrhesia hæc proloquentem audisset, primum quidem eum percussit, & apprehensum coniecit in neruum ac carcerem, qui situs erat ad portam Beniamin superiorem, non procul à domo Domini. Postero uerò die eduxit Phassur hic Hieremiam è neruo, auditorus ni mirum eum, atque cunctis de rebus certiora cogniturus. Hieremias uerò intrepidus, animoq; infracto suam iam causam acturus: Dominus, inquit, non in didit tibi nomẽ Phassur, ut qui probum populi pastorem agas, ac pontificem: sed uocat te Magomissabib, quippe per quem plena pauoris futura sint omnia. sic enim dicit Dominus: Ecce ego constituo te ueluti uirum qui in pauorem summam que miseriam inducas & te & omnes tibi amicos, qui tibi præ oculis tuis gladio perimentur: daturus enim sum uniuersum populum Iudæum in manum regis Babylonij, qui captiuos eos in Babylonem abducat, gladio que ipsos percussurus est. Dabo autem omnem substantiam ciuitatis huius, quicquid miseri ciues suo labore ac sudore partum habent: quicquid item hic preciosum est, simul & cunctos thesauros regum Iudah, in manum hostium suorum: quippe qui ea diripient, atque prædabuntur, deportaturi omnia Babylonem. Et quod ad te attinet Phassur, & tu & omnes domestici tui abibitis in captiuitatem: & peruenies quidem Babylonem, ubi in terra illa imunda atque polluta, execrabilis moriaris, atque etiam consepeliaris & tu & omnes tibi amici, quibus mendaciter & falso prophetas, atq; læta securaq; omnia persuades, me ueluti mendacem & populi concitorem calumnians. Porro si quid falsi meum habet uaticinium, id quod mihi non fit uerisimile: tu certe Domine Deus me decepisti, ac uerè deceptus sum. Nam non ultrò in uaticinãdi prouinciam (ita ut complures alij solent) me ingressi. Sed tu detrectantem hoc muneri, fortiter urgendo conegisti, atq; præualuisti mihi. Itaque omnibus nunc ludibrio sum, cunctorumq; incurri odia, & omni tempore me subsannat ac ridet. Nam ex quo tempore loquor atque uaticinor, non desij affligi atq; derideri: idq; grauius adeo, ut de oppressione atque illata ui clamitem. nam propter uerbum Domini semper illis opprobrio sum & subsannationi: id quod animo saluè meo tam est egrè, ut mecum aliquando congitarem atq; statuerim, nullã amplius prædicandi

Sed dixisti me Domine, & seductus sum.

C A P V T X X I.

Hic illud habes, quod Dominus Hieremias locutus est, quando rex Sedechias, abducti iam in Babylonem regis patruus, ad eum misit Phasorem: non illum sacerdotum principem, sed filium Malkia: & Sophoniam Maasie filium: qui post Phasorem illum percussorem ac iracundum nimis pontificem, sacerdotem ambo fuerunt primarii, ac nobiles admodum.

Qui postquam ad Hieremiam peruenierunt, nunc se illi supplices prebendo: Age obsecro, dicebant, quando nos Nabuchodonosor rex Babylonius oppugnat, atque pro ueritate tui uaticinij ualida nos obsidione premit: roga, atque ardentibus uotis insiste apud Dominum pro nobis precari, si forte dignetur nos admirando aliquo modo Dominus liberare, sicut aisolet, atque non semel fecit: ita ut ille soluta obsidione a nobis discedat. Hieremias itaque, legatione hac audita, renunciari iussit regi Sedechia, quod sic dixisset Dominus, Deus ille Israelis: Ecce instrumenta uestra bellica, quae manibus uestris ad pugnandum contra regem Babylonium atque Chaldaeos tenetis, qui uos foris extra muros uestros obsidione cingunt, ea ego in uos conuertam atque reflectam, illos in mediam ciuitatem hanc introducturus. Nam & ego ualida manu, brachioque preforti contra uos pugnabo, furibundus nimirum exarsuans, atque multa ira commotissimus. siquidem dum illi uos obsidet, percutiam quae ciuitatem hanc inhabitat, tum homines, tum etiam peccora, peste magna ac graui, qua emoriantur. Et tandem tradam, inquit Dominus, ipsum Sedechiam Iudaici populi regem, unicum ministris suis, ac populo suo, a peste, a gladio & fame, illi tunc adhuc in urbe relicto, in manum Nabuchodonosoris Babyloniorum regis, & in manum hostium ipsorum, qui ipsis perdis studet. Hostis enim obuios quosque gladio trucidabit: nihil eis ignoscet, nemini parcat, neque ullius miserebitur. Ad populum autem, qui anxie uestrum a me reditum expectat, dicetis sic dicere Dominum: Ecce ego propono uobis uiam uitae & uiam mortis, rationem qua uiuatis aut qua moriamini: siquidem qui permanet in ciuitate hac, is aut gladio morietur, aut fame, aut peste. Caeterum qui ex ea transfugerit ad Chaldaeos, uos obsidetes, is uiuet: uitam suam habiturus ueluti rem inuentam, & quae alicui in praedam cedit. Ego enim ut animo, ita & uultu in ciuitatem hanc iniquissimo sum, in malum & exitium, sed non in ipsius bonum ac salutem incumbens, inquit Dominus. Tradetur enim in manum regis Babylonij, qui directam ac spoliatam incendio consumeret. Ad haec uiris auilicis, & regis Iudaici domesticis, uerbum Domini audire iubentes, in hunc renunciabitis modum: Viri principes, & qui Dauidica stirpe atque domo genus ducitis, iuri dicendo uos accommodate manet, sobrii nimirum, atque ab omni ebrietate alieni: neque uestra somnolentia aut incuria lites multos annos pendeant. Liberate despoliatum & iniuria affectum de manu eius qui ipsum opprimis,

Interrogat
pro nobis
Dominum.

Ad populum.

Ego de coram
uobis uiam
uitae & uiam
mortis.

Tradetur enim
in manum
regis
Domini regis.

dicandi uerbi tui mentionem facere, neque amplius tuo ex nomine populo quicquam uaticinari. Caeterum dum sic uerbum tuum reticere constituo, inardescere coepit illud in corde meo, ueluti ignis in ossibus meis conclusus, ita ut sustinendo illud defatigarer, plurimumque laborarem: quippe qui illud ferre non possem. Nam apud plurimos pessime audiebam, qui fanda infanda de me loquentes, in omnium me induxerunt odia. Quin & ipse Magormissabib mortem mihi machinans: Indicate, inquit, obrectatoribus meis, quicquid ille falsi docuerit: & indicabimus illud regi, per quem neci tradatur. Itaque & omnes mihi olim amici ac beneuoli, obseruarunt me, sicubi claudicans atque a uero aberrans, ipsos deciperem, atque in errorem inducerem. Quod si deprehendamus, aiebant illi, praeualebimus aduersus eum, iustam de ipso sumpturi uindictam. Dominus uero, ueluti gigas, siue bellator fortis, mihi adfuit: quare & persecutores illi mei impingentes, causa ceciderunt, neque mihi praeualuerunt: plurimum uidefacti, quod parum feliciter ipsis res successerat. Unde & perpetua notati sunt ignominia, quae nunquam in obliuionem abitura est. Tu uero exercituum Domine, qui probas iustum, & renes introspicis & cor, ita ut externa factorum larua decipi non possis: uideam quae, quae de illis sumpturus ultionem es. nam tibi, tibi inquam, causam meam totam aperui, atque exposui. Ea cantate iam pro meritis hymnos Domino, ipsumque iustis laudibus extollite: siquidem miserum me, omnique humano auxilio destitutum, unus ipse de iniquorum maleque mihi uolentium manibus liberauit. Tanta autem in neruum coiectus angustia premebar, tamque id ex animo dolebam, ut impotentiae uoces proferebam, serio mortem optando, diei quo natus sum maledixerim: nihil bonae felicitatis imprecans diei, quo me mater peperit. Maledicebam item & uiro, qui patri meo primus nunciauit natum sibi me esse puerum masculum, hoc nomine eum exhilarans, atque gaudio perfundens. Accidat, inquam, uiro illi nuncio, quod olim obuenerat ciuitatibus Sodomorum atque Gomorrhorum, quas Dominus nulla adhuc rei poenitudine ductus, immisso caelitus sulphure ac igne subuertit atque consumpsit. Audiatur illi pereuntium amicorum suorum clamorem manentem, & meridiano tempore miserum de ipsorum interitu fletum & eiulatum: male sane actum est, quod me Dominus non enecauit ab ipso matris utero recens natum, & adhuc a matre rubentem, atque ipsa mater mea non est mihi facta sepulchrum, cuius utero conceptus perpetuo potuissem de litescere, atque mala haec omnia subterfugere. Quorsum enim attinebat, quando nemo adeo mihi auscultat, omnibusque per mea uaticinia ludibrio sum, me de matris uentre prodire, atque in mundum hunc sceleratum irreperere, nisi ut multam hic experiar miseriam, multis inuoluendus laboribus ac molestiis, uitam hanc meam multa cum ignominia finiturus.

Dominus autem
cum mecum
est.

Maledicta
dies in qua
natus sum.

primit, atq; iniuria afficit: ne forte propter studia uestra mala sese prodat ut ignis furor meus, qui accensus in uos ita exarsuet, ut à nemine restingui possit. Plurimum quidem uobis addit animi, quòd urbem habitatis natura & arte munitissimam: loco nimirum decliui, ac montibus circumcincto, ualidissimis etiã muris hoste excludentes, adeò ut multa cum arrogantia apud uos dicatur: Quis descendet aduersum nos, qui oppugnare nos ausit? Et quis hostis tam potens ac ualidus, qui in eas quas hic habitamus domos ausit irruere? Sed eni me uobis. ego enim in uos irrupam, uisitaturus uos secundum merita studiorum uestrorum, dixit Dominus. Immittam autem ignem in gradium uestrarum materiam, è saltu construendis illis & exornandis aliquando aduectã: & ille uobis suo incendio consumet, quæcunque circumcirca sunt.

CAPVT XXII.

Dominus autem Deus ne spem omnem declinandæ calamitatis regi atq; uiris principibus præcideret, iussit me in ipsam regis domũ descẽdere, atq; hanc ibi habere orationẽ, ac dicere: Audi uerbũ Domini tu rex Iudah, qui soliũ tenes Dauid, cuius posteritati eximia adeò facta promissa sunt: Audi, inquam, tu unã cum ministris tuis, atq; ipso etiã cum populo, quicũq; per portas istas transiit, atq; hic uersamini: Dominus erga bonos Deus optimus, hanc adhuc spẽ uobis facit. Facite, inq; quod iustũ ac equũ est, iusto atq; legitimo populũ hũc iudicãtes iudicio, & liberate eũ qui per uim opprimũt, atq; iniuria despoliatur, è manu eius qui iniurius ipsi est, ipsumq; despoliat ac opprimit. Aduenam, pupillũ & uiduam ne cõtristetis, atq; sub opprimentiũ manu linquat: quippe qui uobis præ alijs ab iniuria defendẽdi sunt. Et caute uobis ab effundendo hoc in loco sanguine innoxio, atq; ad hunc modũ uitam uestrã omnem cõponite, nimirum ut suũ quisq; sedulo ac iuste officium faciat, & salua uobis perstabit maiestas regia: ita ut per portas has Dauidicę stirpis reges, hic eius solium tenentes, ingressuri sint, simul & egressuri, tutoq; hic uersaturi, equis atq; curribus suis uecti, tum ipsi, tum etiã ipsorum ministri, cõrumq; populus. Verũm si uerba hæc nõ seceperitis, atq; præstare studeatis, per se suãq; uirtutem se iurasse dicit Dominus, quòd domus hæc Domini desolãda sit ac deustanda. Et quod quidẽ ad domum regis attinet, sic dixit Dominus: Sicut Gilead primaria ultra Iordanem fuit ciuitas, sic tu mihi caput fuisti Libani, siue totius regionis Iudaicæ. Sed ut illa hosti celsit atq; impar fuit, sic erit & ciuitas hæc: quã si non in solitudine redegero, ita ut & omnes circum ciuitates habitatore carituræ sint, mendax habear, parũq; potens, nisi snũ quisq; iustẽ ac sedulo præstãtes officii mihi pareatis. Cõparabo enim mihi aduersus uos deustatores, cũ suis quẽq; armis, qui eximias, selectasq; illas cedros uestras, unde magnificẽ adeò con-

structas ædes habetis, excindẽt, atq; in ignẽ immittent. Et cum gentes multæ ciuitatem hanc transibunt, sic euersam ac deustatã, obstupescet alius aliũ interrogabũt, quare Dominus ciuitati olim tam magnæ atq; egregiæ sic fecerit, modisq; eã tractarit ita miseris & horrendis. Et dicent atq; cognituræ sunt, id ea de causa factũ, quòd habitatores eius pactũ Dei sui reliquerint, deosq; alienos adorarint: quodq; atq; erectis idolis eos coluerint. Quod quidẽ malũ cum per reges potissimũ ac principes uiros, quos corrigere illud oportuerat, constabilitum atq; cõprobatum fuit: hinc miserũ hunc in modũ terra hæc desolata est, aucto in captiuitatẽ cũ matre regina ipso rege. Sed ne defletis mortuũ regem Ioachimũ, neq; multũ adeò super eo plãctum faciatis: sed potius flete atq; lugete super eius filio Ioachino, qui in captiuitatẽ abductus, non amplius huc reuertetur, solum suũ natale uisurus. siquidẽ sic dixit Dominus de Sallum, siue iam bene pacato, ac sua captiuitate contento rege Ioachino, Iosia nepote, qui pro suo auo Iosia regnabat. Qui de loco hoc egressus est, inquit, non est amplius huc rediturus: captiuitas enim illi inter Baby Ionios manebit perpetua, multa illi fan da atque infanda uisurus atq; laturus, atq; etiã in terra illa profana atque idololatrã, in quam abductus est, ultimum spiritum exhalaturus. Heu miserũ, meritoq; deplorandũ hominem, quisquis ira ut horũ Iudaicorum regũ ac uiro rum principũ pleriq; solent, domũ suã ex iniustis partibus ædificat, & cœnacula sua extruit rationibus parum equis, proximũ suũ illa fabricantem sua mercede fraudãs, neq; suã illi operam hilariter ac benigne persoluens. Qui secũ cogitat atq; dicit, quòd cõstructurus sibi sit domum laxã ac magnificã, & cœnacula amplã, quæ apertis fenestris, refrigerãtib; per altitẽ uentis exposita sint, & cedrinis tabulis, ijsq; miniatis cõtectã. Itãne miser homo perpetuõ te regnaturũ putas, regnumq; tuũ fore stabile, quòd ex cedro, ligno nimirum durabilissimo tibi tuũ ædificiũ construis? An non pater tuus multo minoribus contẽtus, & edit & bibit, & quod æquũ ac iustum est faciens, abundẽ felix fuit? Ille pauperibus ac egenis ius dixit, atque ab iniuria eos defendit: atq; hinc quidẽ illi regnum stabile fuit, quietum & bonum. Hoc enim me scire, uiasq; meas in ambulare, atq; ad me respicere est, inquit Dominus. Sed oculi tui & cor tuũ non spectãt nisi ad auaritiã, & ad effundendum innocentũ sanguinẽ, ad mer cenarios tuos iusta mercede fraudandos, & quosuis atrodendos atq; opprimendos. Propterea ad Ioachimũ Iosia regis Iudah filiũ, in quem hæc mea spectat oratio, sic dixit Dominus, quòd nullus de eo mortuo futurus sit luctus. Nemo super eo, ita ut de amissis propinquis fieri consueuit, cum planctu exclamaturus est: Heu fratrem meũ amissum, heu demortuas mihi charissimas sorores, aut dulcissimos li-

Hæc dicit Dominus super domum regis.

Ve qui ædificat domum suam in iniustitiã.

Nõ plangens enim, uia pater, uos fuit.

mos liberos. Non plangent, in quā eum dicentes: Heu dominum ac regē nostrū, prohi gloriā ac maiestātē eius regiam, aut si quid huiusmodi lamentationū aliud est. Nam ut multos ille fecit pupillos ac uiduas, neminisq; calamitatē doluit ac miseratus est: ita & nemo de illo mortuo dolebit, aut ullo eū honore prosequetur: adeo ut nō aliā quā asinorum habiturus sit sepulturam, quorum cadauera cæli uolucres atq; caruora bestia discerpunt ac deuorant: ita & hic protrahetur atq; eijcietur extra Hierosolymorū portas, bestijs ac auibus discerpendus. Ascende o gens Iudaica in altum Libani montem atque altum exclama. Quin & ex Basan attolle uocē tuā, & quoquouersum uociferare atq; inuoca, qui opem ferat: quia omnes tibi quondā amici, nunc perierunt, atq; te destituit. Nihil est quod speres ab Aegyptijs, nihil quod ab Assyrjs, ullis uē regibus alijs. Et ut adhuc uestra uita est, cordiumq; uestrorū affectus ac studia intueor, non est quod de me quoq; auxiliū expectetis: quippe qui frequenter adeo rebus latis ac prosperis uos allocutus, contēptim adeo habitus sum, ut ne audire quidem me dignati sitis. Et hoc quidem nihil nouū uobis est, sed à primā adolescētia uestra, quando uos ē terra Aegyptia per desertū eduxi, sic adfueistis uocē meam contemere, nihilq; præcipiēti mihi obedire. Proinde ut uentus paleas, ita & hostis omnes uestros pastores toller atq; disperdet: regē nimirū, summatēq; apud illū uiros & sacerdotes & prophetas, & cunctos terrę præsidēs. Et quoscunq; uobis amicos habetis, hi quoq; in captiuitatē abducentur: ita ut uos merito tunc omnis uestre malitię pudeat ac pigeat. Et hætenus quidē ut gens gloriosa adhuc atq; exaltata sedes in Libano, in altissimis eius cedris, domibus nimirū cedro cōfectis cōpositos habēs nidos. Et q̄ hinc mihi placebis scilicet, & grata eris, cum tibi uenerint tui dolores, uel cū parturientium doloribus cōferendi? Porro si uiuo ego, dicit Dominus, Iechoniā filium Ioachimi regis Iudah, ut maximē mihi sit uelut annulus signatorius dextre meę indiuisē impositus, inde tamen euellā atq; disijciam eū, daturus eum in eorum manū, qui necē illi minātur, & quorum cōspectum timet ac horret: in manū, in quā Nabuchodonosoris regis Babylonij, in manū Chaldecorū. Et projiciā tum ipsum, tum matrem suā, cuius utero prognatus est, hinc in terrā non suā, minimeq; illis natalē, ubi & morientur, nunq̄ redituri in terrā hanc, in quam toto adeo pectore adficiuntur, atq; redire gauderent. An non ueluti res molesta, futilis, confracta ac mutila est iste Chonias? & ut uas nemini placens aut gratū? Hinc itaq; abijciuntur mater & filius, & ipsi & semē eorum, atq; abducentur in terrā hætenus ipsis minime notam, prorsusq; incognitam. Terra, terra, terra, terra, misera, execrata, & deploratissima, audi uerbū Domini, cui dura nimis de te deliberata sunt, atq; decreta. Nā Dominus nō uolatico tātum

uerbo denūciari, sed & scribi iussit, uirū hunc Iechoniā regni hærede orbū fore. Quāquam enim Salathielē aliquem habiturus sit filium, ita ut ueluti lucernula aliquid adhuc lucis ac bonæ spei daturus, atq; domui Dauid relicturus sit, parum tamē prosperē aget ille suis diebus. Nemo enim ex semine eius sic prosperabitur, ut sedeat per solū Dauid, pro uetere more regia maiestate dominaturus in Iudaico populo. Vnde hic uelut sceptri regij interitus, quidam est, sed nō plenus & perfectus, cū post annos septuaginta per Cyrū populus suis sedibus restituetur: sed & hoc umbraticē, nihilq; absolute. Perfecta enim ac uera restitutio, sub uero Cyro ac Mesiāh Domini expectanda uenit, idq; in spiritu & ueritate.

CAPVT XXIII.

O Infelices ac miseros pastores ac uiros principes, qui gregē pascuæ meæ, inquit Dominus, electum adeo mihi populū, tam magno mihi constantē, scdē adeo disperdunt, lacerāt, atq; in dispersionē inducūt. Quā quidē rem iracundē ferēs Dominus, Deus ille Israelis, hunc in modū loquitur, atq; mināte pastoribus ipsis, qui populū pascēdum atq; curandum exceperūt. Vos, inquit, disperdistis gregē meum, atq; in exiliū eum extruditis, ut quē parū curetis ac moremini. Proinde curaturus sum, ut de studijs factisq; uestris his tā iniquis mihi pœnas detis. Caterū reliquias gregis mei per uos dispersi, ego colligā rursus ex omnibus terris, in quas expulsurus eas sum: reducamq; eas in caulas ac habitacula sua, ubi crescāt, magnosq; numero se multiplicēt. Excitabo enim eis pastores, qui ipsas pane uitali sic pascāt, moderent ac dirigāt, ut amplius non terreatur, neq; uelut ē sua felicitate deturbādi perterreatur: utpote quibus nō mundanā ac instabile, sed meā ac aternā pacem daturus sum, & ex toto hoc gregis mei numero nulla ouis desiderabitur aut perdet: quippe quas nemo de manu mea rapere potest, inquit Dominus. Nā ecce dies ueniūt, ait Dominus, quib. suscitaturus sum Dauidi germē iustū, rectum, & modis omnibus absolutū ac integrū uirū, qui maiestate erit uerē regia & supramūdana. & huic quidē omnia erunt felicia ac prospera: siquidē iudiciū ac iusticiā facturū in terra, ex a quo & bono sic cuncta moderabitur, ut terrā totam non nisi quod iustū, equum, rectū ac pium est, inhabitaturū sit. Et sub hoc quidē rege seruabitur adhuc populus Iudaicus, simul & Israeliticæ tribus decē, terrāq; suā securō inhabitabūt: non amplius sub diuersis regibus inter se semper digladiaturi, sed concorditer alta in pace, unus omnium rex erit. Porro nomen quo ille uocandus erit, hoc est, יהוה, Dominus noster iustus, clemēs ac pius, & ille patribus à mundi primordio promissus, in quo iusticiā ac benedictionē cōsequūtur omnes tribus terræ. Veniturū itaq; aliquando seculum est, inquit Dominus, quo nō amplius iusurandū daturū, Dominū dicēt uiuere, qui filios Israel de terra eduxit

Ecce dies ueniunt, dicit Dominus.

Ad propheta-
tas cōstitutum
est cor meū.

Aegyptia: sed uiuere dicet Dominū, q̄ semen fi-
lios ue domus Israel de terra eduxit a quilonis
ac Babylonica, & de omnibus quocūq; expul-
si sunt terris, in suam terram, quam rursum
sunt inhabitaturi. Quod autē ad pseudopro-
phetas attinet, per hos mihi cōteritur cor meū
in medio mei, omniaq; ossa mea, intimūq; ro-
bur meum cōteritur, adeo ut propter contem-
ptum Dominum, & uerba eius sancta, consilij
mei de illis inops sim, asimilis planē factus ui-
ro ebrio, & quem uinum superauit. Nam quis
uerā doctrinā ac uerbo Dei sancto, aduersus
hos locus est? quando adulteris ac scelera-
tam suam a Domino defectionem, ac idolola-
triam præfractē adeo defendentibus, tota ter-
ra plena est, ex periurijs lugēs ac elanguescēs,
adeo ut & loca in desertis pascua inarescant
ac desolata sint. Omnes enim currunt ac stren-
nui sunt ad mala, sed hæc fortitudo eorum pa-
rum firma est: quippe quæ non Domino, sed
mendacio, proprijsq; uiribus innixa, tempore
malo eos destituit. Tam uerō propheta quā
sacerdos sceleratē agunt, iniquē & simulatē: ita
ut in ipsa domo mea, in ipsis eorū sacris & my-
sticis ceremonijs, malū ac simulationē inuene-
rim, inquit Dominus. Via itaq; ipsorum, qua
incedūt, lubrica ipsis est ac caliginosa: ita ut in
ea impingere ipsos oporteat, atq; corruiere. si-
quidem induco in ipsos mala, annū nimirum
quo ipsos uisitaturus, atq; mihi de sceleribus
suis pœnas daturi sunt, dixit Dominus: ita ut
superiorib. diebus pœnas luerūt tribus ille des-
cē Samariā frequentātes. Quā enim uidi stul-
ticiā & impietate in pphetis Samarijs, qui pro-
phetabāt atq; tuebātur cultū Baaliticū, totas il-
las decē tribus in errore tenentes: eādem ego
scditatē nunc in Hierosolymorū prophetis ui-
deo, quando adulterijs idolatricis se coinquā-
nātes, uia incedūt mendaci & erronea, malorū
aliquot manus & tyrannidem cōfortantes, ita
ut nō liceat quenquā a scelerata ipsorū idolo-
latria, præuēq; uite p̄fessione ad meliorem frugē
se recipere. Et res ipsis eō euadit, ut simul om-
nes mihi facti sint uelut Sodoma: & quot-
quot illic habitāt, ut Gomorra. Propterea sic
dixit Dominus exercituū, de prophetis his se-
ductorib. Ecce ego cibabo eos absynthio, &
potādū illis dabo fel, acerbissimē illos afflictu-
rus ac discruciaturus: siquidē ab ipsis Hieroso-
lymorū prophetis (cū sapientissimi habeātur,
& ijdem religiosissimi) dimanauit hypocrisis
cūctaq; iniquitas in totā terrā. Proinde sic mo-
net Dñs exercituū: Ne audieritis uerba pro-
phetarū uobis prophetantiū, siquidē cōcioni-
bus uanis uobis imponūt, atq; a iusta ueritatis
uia uos seducūt: id quod sibi uideretur loquen-
tes, & nō quod ab ore Domini profectum est.
ijs enim qui me spernunt, & per quos nomen
meū malē audit, cōstanter asseuerant obuētū-
ram pacē, ac rerū omniū successum letū ac pro-
sperū. Et cuiuslibet (quāuis contēpta Domini le-
ge, pro sola cordis sui libidine uitā instituit) ni-
hil obuēturum mali prædicāt, cū nihil horum

Et in pro-
phetis Sama-
ria uidi fa-
lsum.

Et in pro-
phetis Sama-
ria uidi fa-
lsum.

Nolite audi-
re uerba pro-
phetarum.

certo sciāt, sed de suo tantum cerebro sic diui-
nent, atq; falsō sperēt. Quis enim ex ipsis cōsti-
tit illic, ubi de suis rebus secretō deliberat, con-
sultat, atq; certō aliquid statuit Dominus: ita
ut decreta diuina præuiderit, uerbūq; eius au-
diuerit? Quis in quā ex ipsis uerbū illius sub-
auscultauit, atq; illud audiuit? Quādo itaq; tan-
ta impudentia sunt, ut cū de suo tantum cere-
bro prophetēt, aufint tamen ueris atq; de Do-
mini ore prophetanti obstrepere: ecce turbo,
ualidaq; Dominicæ indignationis tēpitas in-
gruet, quæ sese in impiorū illorū capita demit-
tet. Nā ira Dñi nō remittet sese, donec illud qd
secū cogitauit, atq; de uobis in captiuitatē ab-
ducendis statutum habet, re ipsa perfecit ac
præstari: id quod tandem intelligetis, atq; sen-
suri estis. Sed quæ obsecro hæc prophetarū il-
lorū impudens audacia est, inquit Dominus,
& stultissima temeritas, q̄ etiā nō uocati, se in
tam arduā, grauē ac difficilem intromittant
prouinciam? Non nisi prophetas hos, neq; il-
lorū a me desiderata est opera: sed illi currunt,
atq; ultrō sese ad ardua hæc ingerūt, idq; præ-
pperē nimis, nēpe anteq̄ ipsis uel locutus sim,
uel denūciandū aliqd a me acceperint. Certē si
meo afflati spiritu stetitissent, ubi de rebus meis
secretō cōsulto ac delibero, & illic audita mea
uerba populo deprædicassent, auertissent cer-
tē eos a uia sua mala, & studijs suis prauis. At
nunc sua quisq; pergit uia, securoq; lex mea cō-
temnitur, ac mihi peccatur: quasi ego dormi-
tem, neq; præsens omnia cernā. Num ego sem-
piternus ille Deus sic sum, ut propinqua tantū
uideā? inquit Dominus, & nō quæ remotiu-
sculē absunt: uelut nouicij hi dñj, ac idola illa ue-
stra? An se quisquam absconderet in latebras, ut
ipsum uidere nequeat? ait Dominus. Minime
sanē gentium, etiam si in extremis terræ angu-
lis delitescat. Vbi enim meos oculos fugiat,
40 qui cælū ac terram impleo, præsensq; omnia
perspicio? inquit Dominus. Satis audiui quæ
propheta illi dicunt, meo sub nomine prophē-
tantes, quæ de suo cerebro depromunt falsa &
uana, somniasse somniasse se clamitātes: quasi
per somnia ego eis locutus sim, quod prædi-
catum per illos uelim. Quousq; obsecro, his
prophetis in animo erit, ut sub mei nominis
prætextu sua prophetēt mendacia, uanaq; som-
nia, dara opera populum fallētes, ne quid suo
50 decedat lucro ac quæstui? Eō enim tēdit ipso-
rū conatus atq; concionādi studiū, ut populū
meum somnijs suis (quæ suo quisque proxi-
mo inter se denarrant) in obliuionem nomi-
nis meis trahant, quemadmodum patres eo-
rum per Baal (quem conseruandi regni gratia
& propter pacem publicā in Bethel atq; Dan,
singulari cultu coluerunt) nominis meo obli-
ti sunt. Si quis ita uanus propheta est, ut som-
niū habeat, quo gaudens sese oblectet, narret
suum somniator ille somniū, humanitatis ena-
60 tum atq; immissum. Verūm cui meū uerbū in-
notuit, atq; reuelatum est, loquatur ille ac de-
prædicet, ommissis omniū humanarū traditio-
num uis

Non mitte-
bam prophe-
tas, q̄ ipsi
currerent

num nugis, uerbum meū fide bona ac sincerè.
 Quæ enim collatio est paleæ ad triticū, inquit
 Dñs. Et quæ cōmunio luci cū tenebris? Chri-
 sto cū Belial? An ne uerbū meum igni asimi-
 le est? inquit Dñs, uiuū planè atq; efficac, quo
 uisq; gladio penetrantius & fortius? Et simile
 itē malleo, qui præualidas rupes ac duros scō-
 pulos cōtundat ac emolliat: ita ut nihil omni-
 no ipsi resistat ac præualeat, neq; quicq; retun-
 datur, cū paleæ ad leuissimū uentum ac popu-
 larem aurā cōmoueantur, ac quouis ferantur.
 1 Propterea, Ecce ego me opponam in primis
 pphetis illis, inquit Dñs, qui suffurati aliquid
 uerborū meorū de suo quisq; proximo, id ni-
 mirū quod ex prophetis meis nouerunt, atq;
 auditum habēt, miscent illud suis somnijs, ut
 2 hoc ueriores uideantur. Opponā me quoq;
 pseudopphetis istis, inquit Dñs, qui pulchrè
 instructis, & ad persuadendum cōpositis lin-
 guis, ac persuasibilibus humanæ sapiētia uer-
 20 bis populo imponunt, addētes, sic dixisse Do-
 minum, cum tamē meræ sint humanæ sapien-
 tia uanitates & imposturæ. Ad hæc, Oppo-
 3 siturus etiam me sum ijs, inquit Dñs, qui uana
 atq; mendacia sua somniant somnia, quæ illi
 narrantes, seducunt populū meum suis men-
 dacijs, uerbisq; leuibus ac parū constantibus,
 & modò huc modò illuc uacillātibus. Additis
 etiam nōnunq; nescio quibus rerum signis ac
 30 miraculis: tamē ego eos nō misi, neq; quicq; si
 bi à me demandatū habēt. Vnde & quantum-
 cūq; hi laborarint, ac proficere studuerint, ni-
 hil certè populo huic profuerint, inquit Do-
 minus. Porro si te interrogauerit populus i-
 ste, uel istiusmodi prophetarū quispiā, aut ex
 sacerdotib. aliquis (ita ut lingua cōtumeliosa
 sunt, ac subsannatrice) quid nā nunc grauis ua-
 ticiñij à Dño acceperis? Tum tu, uelut huiusce
 modi interrogationibus nō sic tecū agendum
 40 præferēs, unum hoc dixisse Dñm responde-
 bis, quod ipsos reiecturus sit, atq; in Chaldæo
 rum manus traditurus. Ceterū quisquis ille
 pseudoppheta aut sacerdos fuerit, siue uir
 plebeius, qui ita contēptim de uaticinio Dñi
 oneroso te per cōtumeliā interrogarit, nō erit
 illi impunè uindicaturus em id sum, nō de ip-
 so tantū uiro, sed & de tota eius domo. Vnde
 si quis alium de Domini uaticinijs interroga-
 re uelit, modestiore utatur interrogādi formu-
 la, solū quærēs quid Dñs respōderit, aut quid
 50 Dñs locutus sit, nō ita irridēdo & cōtumelio-
 sis immittendi per Dñm oneris siue calamita-
 tis mentionē faciēs. Nā talis certè quæstio sic
 irrisoria, magno oneri ipsi perēdatori futura
 est: siquidē ad hunc modum illuditis, atq; per-
 uerissimè de uerbis Dei uiuētis, de uerbis inq;
 Dñi exercituum Dei nostri, sentire uos testa-
 mini. Cum modestia itaq; ac serio interrogan-
 dus Dñi propheta est, quid Dominus ipsi re-
 spōderit, aut locutus sit. Quod si perpetuò de
 60 respōso aut uaticinio graui ac oneroso inter-
 rogare placeat, scitote sic dixisse Dominum.
 Quando sic se res habet, ut solum placeat con-

temptim de uaticinijs rogare grauibus ac one-
 rōsis: id quod per missum uobis prophetā ue-
 rui: Ecce ego uos auferam, atq; uestri prorsus
 oblitus, disperdi sinam à facie mea, tum uos,
 tum etiā ciuitatem ipsam, quam uobis ac ma-
 ioribus uestris dedi incolēdam. Et ut mihi mi-
 nanti illulistis, atque ignominiosè locuti estis:
 exponā uos opprobrio sempiterno, aternatq;
 ignominia, quæ nunquam deleatur.

CAPVT XXIIII.

CVm Nabuchodonosor rex Babylo-
 nis, Iechoniam filium Ioachimi regis Iu-
 daici iam auexisset Babylonē unā cum
 regina matre, totaq; aula regia, & omnibus
 Hierosolymorum ciuibus, qui inter illos indu-
 strij ac rerum bellicarum periti, & apparandis
 instrumentis bellicis apppositi uidebātur: cum
 que iam patruus ipsius Sedechias reliqui popu-
 li gubernacula teneret, Dominus significauit
 re mihi uolens, quid ijs qui auecti erant cōtin-
 geret, & quid uicissim his qui in terra reman-
 serant, huiusmodi mihi uisionē ostendit: nem-
 pe duos ficuū calathos, ante templum Domi-
 ni collocatos. quorum alter quidē ficus habebat
 eximiē bonas, ac suauissimè maturas: al-
 ter uerò eximiē malas, ut quæ austeræ nimis,
 parumq; maturæ, nōdum edi possunt. Domi-
 nus uerò cum hæc uiderē, & uisa me intelligere
 uellet: Ecquid uides Hieremia? inquit. Et re-
 spondi, ficus me uidere, alteras quidē eximia
 bonas, & alteras ita malas & improbas ut ab-
 ijciendæ potius quàm edendæ uiderentur. Et
 Dominus mecum uerba facere pergens, atq;
 rem hanc mihi declaraturus, longè aliter iudi-
 care cœpit, de Iechonia, & ijs qui auecti in ca-
 ptiuitatem cum eo erant, & de ijs qui cum Se-
 dechia in terra remanserāt, quàm humanum
 habebat iudicium. Sic enim dicebat dixisse
 Dominum, Israelis illum Deum: Sicut ficuum
 horum alijs boni sunt, ita eos qui ex Iudaico re-
 gno demigrarunt in terram Chaldæorum, ag-
 noscam iam bonos, bene ac misericorditer
 cum ipsis acturus. Aquis enim ac miseranti-
 bus ipsos contuebor oculis, etiam in terram
 hanc eos aliquando reducturus, ubi sua con-
 struant ac reparent, nō amplius destruēdi. Vi-
 neas hortosq; suos plantēt, multaq; sobole di-
 tescant: non sic euellendi ac disperdēdi. Daturus
 enim eis sum cor, quo me cognituri sint,
 quod ego sim Dominus ipse. Et erunt qui-
 dem ipsi mihi meus populus, & ego ipsis ero
 eorum Deus: quippe qui toto pectore se ad
 me conuertent, meisq; uerbis obtemperabūt.
 Porro quod ad ficus malas attinet, quæ ob au-
 steritatem suam edi non possunt, ac reijciendæ
 potius uideantur, sic dixit Dñs: Quod his asimi-
 les essent, Sedechias rex Iudah, unā cum suis
 principibus ac Hierosolymorum ciuibus, in
 terra sua relictis, aut etiam in Aegyptum pro-
 fugis. Abijciam enim eos, atque omnibus
 totius terræ regnis diuexandos eos tradam,
 & affligendos, & ubilibet terrarum quò expul-
 si erūt, pessimè audituri sunt, omnibus nimirū
 omnium

Ostendit mi-
 hi Domi-
 nus, & ecce
 duo calathi,

Et sicut fi-
 cus pessima.

Quia palea
 ad triticum,
 dicit Domi-
 nus.
 Tria pseu-
 doppheta
 in genera.
 Qui firan-
 tur uerba
 mea.
 Quia sumū
 linguas.
 Somniantes
 mendacium,
 populo men-
 dacio &
 miraculis
 suis sedu-
 centes.
 Vt habes se-
 per uirum il-
 lum, & su-
 per domum
 illius.

omniū ludibrijs & illusionibus expositi, etiā parabolicis dictionibus ac prouerbijis incessenti ac norandi. Immittam autē ipsi gladiū, ita ut omniū iam iniurijs expositissimi, nihil habituri sint tutū ac securum. Nunc ab his, nūc ab illis imperētur, ita ut ex relictis multi gladio interituri sint. Ad hæc rebus nihil tranquillis, & terra ad omnē iniuriā patēte, languescet & agricolatio, & quicquid necessariarū artium est, unde & immissa sibi à me fames, rerūq; uariarum caritas ac inopia, multos cōsumet. Præterea, ne fortuito atq; humanitatis hæc sibi putēt accidere, etiā peste in eos desējā, cœlitus aperitq; Marte q̄ plurimos eorū enecaturus, donec simul omnes emoriantur de terra, quam ipsi patribusq; ipsorum dederam.

C A P V T XXV.

Hic uerbum siue concionē habes, quam Hieremias iussus est facere corā uniuerso populo Iudaico sub Ioachimo, optimi Iosij regis Iudaici parum bono filio, regni ipsius anno quarto, qui idē Nabuchodonosori Babylonici sui imperij annus primus erat. Locutus autē tunc est Hieremias uniuerso Iudæorum populo, omnibus nimirū Hierosolymorum ciuibus in hunc modū. A tertio decimo anno piētissimi Iosij filij Ammon, regis Iudaici, quo me sibi Dñs in prophetā delegit, atq; mecum uerba facere instituit, iā annus agitur tertius & uigesimus. Et toto quidē hoc tempore curriculo, nullā in uobis præmonendis defugi operā ac difficultatē, ita ut summo etiā manē uobis exurrexerim: atq; sedulo, quid faciendum, quid omittendū, & quid expectandum esset, uos præmonuerim. Ceterū nō me audistis, neq; talē me cōsultis cui danda fides esset. Itaq; & alios cōplures Dñs uobis ex suis prophetis ac famulis misit: quos & nihil sero, sed tēpore quoq; excitatos ad uos emisit. Et hi quidē, ut pari uigiliā uos præmonuerūt, atq; à uis uestris sceleratis uos deterrerent: ita & pari modo quo ego excepti sunt, ludibrio potius habiti, q̄ ea qua oportuit reuerētia audiri. Hi multis plurimisq; uerbis suadebāt, ut à suis quisq; uis malis, studijsq; prauis reuenter emi, & habitaretis multis sanē seculis in terra, quā Dñs Deus tū uobis, tū patribus uestris donauit. Abundē itē præmonebāt, ne deos secta remini alienos, eos colētes, mutaq; simulacra adorātes, ut ne exasperaretis Dñm in propriarum manū operibus, sculptilibus uestris, aut iusticia propria manu ac uirtute parta: & Dñs ipse uos nō affligeret, neq; de terra expelleret. Verū nō audistis me, inquit Dominus: quippe qui perrexistis magis ac magis illis manū uestrarū operibus ac iusticijs me exacerbare, idq; magno uestro malo. Itaq; Dñs ille exercituum sic dixit, atq; hanc in uos tulit sententiā.

Pro eo quod non audistis uerba mea.

Quando non recipitis uerba mea, famulosq; meos tam contēptim habetis, ac ferē cunctos persequimini: ecce ego mittā qui mihi cōscribant, atq; in prælium cōuocent oēs cognationes atq; exercitus aquilonares siue Babylo-

nios, inquit Dñs: ipsum etiā famulū meū Nabuchodonosorem Babyloniorū regē, qui inhiipumendis uobis sceleratis q̄ optimā nauaturus est operā. Inducā enim eum cū suis exercitibus in terrā hanc, & in uos ubilibet eā incolentes, atq; adeo in gētes etiam oēs finitimas & circumcirca iacentes: & hi ea crudelitate in uos defauient atq; grassabuntur, cuncta perimentes ac deperdētes, ut quisquis sic deperditos ac iugiter uastatos uideat, obstupescat ac inhorreat. Nullus enī gaudij aut lætitiæ illic locus erit, ita ut nihil lætum ac iucundū illic uideas uel audias. Nō læta cōnubia, non hilarantia lucidatq; cōuiuia, aut si quid aliud est cōcentuum ac chorearū. Siquidē totā planē terrā uastata iacebit, ac solitaria, abductis in Babel ipse incolis, ubi Babyloniorum regi septuaginta annis seruiant Et illis quidē exploratis, erit ubi rex ipse Babylonius eiusq; populus, mihi super sua in populū meum iniquitate, & crudeli nimis fauicia pœnas dent, inācū ipsa Chaldæorum terra, quā redigam in solitudines sempiternas: siquidem adducam in terram illam Babyloniorū, quęcunq; ipsi per famulos meos prophetas locutus atq; minatus sum: & quicquid de ea hoc libro scriptum est, atq; per Hieremiam super omnibus gentibus prædictum est. Seruient enim & illi præualidis gentibus, & regibus magnis: ita ut iusta talio ne ipsis pensandum sit, quicquid populo meo fecerint malē & iniquē. Nam & in uisione prophetica ac certa, sic mihi dixit Dominus, Deus ille Israelis: Accipe, inquit, mea de manu hūc calicē furoris, omnibus miserijs, afflictionibus & calamitatibus plenum. unde curabis ut bibant, ad quascunq; ego te amandabo gentes. Vbi uerō biberint tremefactæ, atq; animo cōmotę, infanient metu belli, quod ego eis immitto. Accepto itaq; de manu Domini calice, deportandum ex eo dedi omnibus gentibus, ad quas me Dñs id curaturū emisit: nimirū Hierosolymitanis in primis, & omnibus ciuitatibus Iudaicis, unā cū regibus ipsis ac principibus, ut qui miserrimē deuastadi sint, desoladi atq; exhibilandi, multoq; pessimē apud uniuersum orbem audituri, ira ut & in hunc diem uideri atq; audire est. à domo enim Dei ipse Dominus suū incipit iudicium. Ad hæc obtulit quoq; calicē hunc Pharaoni regi Aegyptio, eiusq; ministris ac principibus, populoq; eius toti, generatim omni uulgo promiscuo, atque huc illuc disperso populo: omnibus regibus terræ Hus, omnibus in Palestina regnātib; Acalone, Gazę, Accarone, & inter superstites Azotios. Biberunt quoq; pestifero hoc de poculo Edomita, Moabita, & filij Ammō: cuncti reges Tyrij, reges Sidonij, & quicquid regum est in trāsmarinis insulis Dedan, itē & Thema, & Bus, cū omnibus qui extremos terrę angulos incolunt. Præterea oēs etiam felicitis Arabiæ reges, unā cū ijs quoq; qui Arabiā desertam habent, sub tentoriolis agentes. Omnes itē reges Zimbri, reges Elamitarum & Medorum,

Cum populo iusserit, & puaginta annis.

Sume calicem uini furoris.

Pharaoni regi Aegypti.

Medorū, & quicquid itē in aquilone regū est, siue propinqui illi adsint, siue remotissimē ab sin: alij ab alijs, hoc diuinæ indignationis poculum bibendū accipient, quotquot toto terrarū orbe regna sunt. Et tandē rex Sesach, Babylonius nimirum, bibet post hos oēs, ultimā crassissimamq; facē, quando per ipsum totus rerarum orbis tā dura pertulit & grauiā. Porro quādo hoc mei furoris calamitosum ipsis offeres poculū, tū dicitis illis: Dñm exercituū 10 Deū Israelis, ipsis præcipere, ut assatim bibāt, atq; ita sese ingurgitēt, ut uomāt atq; corruāt, non surrecturi aut pristinū in statum redituri à gladio, multaq; calamitate ac miseria, quam ego in eos immisurus sum. Et si deterriti recusarint calicem potandū de manu tua accipere, tū dicitis illis, exercituū illum Dñm eis dicere, quod uelint nolint bibiturū tamē sint. Nam ecce quādo meo nomini dicatam ciuitatē affligere incipio, uelut à domo propria iudiciū au 20 spicatus, num uos tūc penitus innoxij censebimini? Certē quicquid designatū mali est, id ipsi auctori nō erit impune. Nam meū ego strinxī gladiū, iustamq; uindictam paro, in oēs totius terræ incolas, ait Dñs. Tu itaq; uaticinare eis omnia uerba hæc, & dicitis illis: Quod Dñs ego de excelsō rugiā, ex habitaculo meo sancto uocē meam sublaturus. Ferocissimo rugitū irrugiā, etiam aduersus templū mihi sanctum animū additurus hosti, ipsumq; lato ce 30 leumate, ueluti qui unās calcāt, inhortabor ad conculcādos eodē modo oēs habitatores terræ. Pertinet autē strepitus hic ad extrema terræ: siquidē cum omnibus gentibus Dño iudicium atq; controuersia est, quippe qui habet quod meritō cū omnibus expostulet. Itaq; cū omni carne in ius ueniet, omnes impios gladio traditurus, qui pro suis quemq; factis uulneret ac enecet. Hæc Dñi sententia est, ex ipso eius ore profecta. Quin & sic dixit Dñs ille 40 exercituū, Ecce de gēte in gentem miserrima prodibit calamitas, & uiolētissimus quidem turbo ab extremis terræ lateribus in uos aliquando consurget, per quem Dominus nō in captiuitatem uos abducat: sed sic dabit interimendos simul omnes, quaquā terra uestra patet, ut nullus de quoquā planctus ac luctus futurus sit. Nam tantus interfectorum tunc numerus erit, & nullus adeo qui interfectorum 50 misereatur, ut nō colligenda atq; in sepulchrū inferenda sint cadauera, sed ueluti excremēta per terras dispergēda ac conculcanda. Eiulate hanc cladē uiri pastores, quibus magna parte populi scelera, quæ sic merentur, imputanda ueniunt. Eiulate in quā, ac misero clamore Dominum deprecamini, inuoluti cineribus ac sacco, qui potiores gregis estis. siquidem impleti sunt dies uestri quibus maestemini, dispergamini, atq; ueluti preciosissimum aliquod uas summo animi dolore concidatis atque con 60 fringamini. Nulla hic erit aut paruo aut magno lethi fuga: nulla erit euasio, neq; summatibus neque infimatibus: sed simul omnes mi

ferrimē trucidabimini. Tūc erit audire pastores seu reges flebiliter clamātes, & optimates gregis miserrimē eiulantes. siquidem Dominus & ipsa eorum pascua, populum nimirū omnem, templum, urbes & habitacula etiam eorum deuastaturus est. Pascua enim illa subditorum unā cum templo, ciuitatibus ac arribus, quas alta pace, felicitq; rerum omnium successu inhabitare solent, per furibundē iratum Dominum stirpitus excidentur. Nam Dominus qui hæctenus suum apud uos templum inhabitat, ueluti leo ex asperatus deseret suum illud latibulum, non amplius uos defensusus, siquidem terra tunc per uiolētissimos, acerbissimosq; hostes desolabitur prorsus, atque perdetur.

C A P V T XXVI.

Cum primū regnare cœpisset Ioachim filius Iosæ regis Iudaici, iustē restituta religione continuo collabascēte, hæc denunciare siue concionari Hieremias à Domino iussus est, in hunc modum: Dominus quidem uidens regem hunc nouū non ea uia incedere, quā pater ipsius optimus rex Iosias instituerat, atq; instaurauerat: & quod prauū regis exemplo totus citō corrumperetur populus: Consiste mihi, inquit, in atrio domus Domini, ubi concioneris atq; loquaris omnibus Iudaicarum urbium ciuibus, qui religionis ergo adoraturi, sacraq; sua facturi in domum Domini ueniunt, quæcūq; ego tibi mā daturus sum, ut ipsis loquaris. Et tu infracto mihi sis animo, atq; ingenuē illis dicitis, neq; ullū mihi ex ijs quæ dico uerbum diminuas. Fortassis audient te, & ad bonam frugem se recipientes, suam quisque uiam malam, studiaq; praua omittent, unde & me concepti aduersum illos mali pœniteret, ita ut ipsos pro merito prauorum studiorum suorum non excerem. Dices autem eis, sic dicere Dominum: Si me non audieritis, ita ut ad legem meam uobis datam & exhibitam uiuatis, auscultantes uerbis seruatorum meorum prophetarum, quos ad uos emitto, mane ac tēpori satis eos excitans, atq; uos pramonens: si inquam ipsis non obtemperetis, faciam domui huic toti nunc mundo celebri, ac omni populo frequentatissimæ, ut desoletur, omninq; suo honore, reuerentia, & diuino cultu careat: ueluti Silo, quæ capta à Palestinis arca, solitaria quoque fuit, & multo luctu oppleta. Et ciuitatem hæc sic tractabo, ut exēplo futura sit omnibus, & ijs qui alicui dura imprecantur dirisq; deuent, maleprecādi materia. Et hæc quidē in ipso Dñi templo concionantē Hieremiā audierunt sacerdotes & propheta, & uniuersus populus. Cæterum ut loqui desijt, omne que id quod Dñs populo dicendū ipsi mādarat, plenē satis Hieremias, plocutus esset, sacerdotes & ppheta, simul & omnis populus hæc eius cōcione exacerbatiores, cōtinuō ipsū apprehēderūt, ut qui in tēplum Dñi blphemus, & in ciuitatē Dei sanctā malē ominatis uerbis iniurius

Cum com-
pleisset Hie-
remias lo-
quens om-
nia.

Dominus de
excelsō ru-
get.
Afflictio e-
re dicitur
de gente in
gentem.

iurius, morti obnoxius esset. Cur enim propheta, aiebant, domū hanc sicut Silo fore: & ciuitatem Dei sanctam, ac præelectam sic uastandam atq; desolandā, ut nemo eā sit inhabitaturus: Quorsum attinet populum huiuscemodi cōcionibus commouere: totamq; ciuitatē cōturbare: Et omnis quidē Hierosolymorū populus, undiq; uisendi studio circumfundebatur, accurrens in domū Domini circum Hieremiam. Adeo ut & principes aula: Iudaicæ, 10 sparsa hoc per aulam rumore, ascenderint ex ædibus regijs in domum Dñi: ubi certiora de omnibus cognitari, cōsederunt ad introitum portæ domus Dñi nouæ. Quō quidem Hieremiam sacerdotes ipsi ac prophete adducētes, principibus ipsi, cunctoq; populo, multa accusatione atq; calūnia persuadere conati sunt, Hieremiam cōmeruisse mortem, q̄ in templū Dñi blasphemus ac iniurius, cōcionatus quoque esset durissima aduersus ciuitatem ipsam, 20 Deo sanctam adeo atq; dicatam: id quod pro-

ait Hieremias ad omnes principes.

prijs auribus auditū sibi aiebāt, neq; probatio ne certiore hic opus esse. Et Hieremias quidē aduersus accusatores hos ualidos ac multos, causam suā in confesso principum horū acturus, animo bono atq; cōstanti cunctis principibus his, atq; circumstanti populo ingenuē respondit, se à Dño missum, qui aduersus domū Dñi, & contra hanc ipsorū ciuitatem cuncta hæc quæ audierāt tristia loqueretur. Proinde nūc sobriē, iuste & piē uiuētes, aiebat, rectas ac bonas facite uitæ uestræ uias, ac studia uestra, obtemperantes uoci Domini Dei uestri. Et ita fiet, ut Dñs uestri misereatur, atq; suum illum animum de immittendis quæ per me dixit malis, mutet: illaq; correctiore uita subterfugiat. Verūm quod ad me attinet, quem bona fide præcipientis Domini mandata præstantem tantopere calumniāmini, atq; capite plectendum putatis: ecce ego in manibus uestris sum, facite mihi quicquid uobis collibuerit, æquūq; ac iustum uidebitur. Sed si me occidatis, hoc ego uos præmonitōs uolo, quod sanguine innoxio cōspurcaturi sitis tum uos, tum ciuitatē istam, tum omnes etiā ipsam incolentes. siquidē Dominus uerē me uobis misit, ut omnia hæc bona fide citra uerbi ullius omissionem ad uos proloquerer. Causa uero utrinq; in hunc modum audita, dixerūt uiri principes, & cunctus etiā populus, ad accusatores sacerdotes & prophetas, non esse in Hieremia, ob quod de uita periclitaturus, in ius trahi commeruisset: quippe qui nihil aliud quam ex nomine Dei nostri locutus esset, atq; eos præmonuisset. Et surrexerunt uiri nonnulli ex senioribus terræ, principū sententiæ aduersus sceleratos sacerdotes illos & pseudoprophetas subscribentes. Et hi quidē præritarum rerū multam habētes memoriā, ad omnem illū qui illic cōuenerat populum dixerunt: Quod & sub Ezechia rege Iudaico fuisset propheta Micheas Morasthites, qui propalām eadē ferē, aut certē duriora etiā, ad omnē

Surrexerūt uiri de senioribus.

populum dicebat Iudaicū: nempe Dñm exercitū dixisse, quod Sion uelut ager araretur: & quod hæc sancta, ac Dño dicata Hierusalem destructa ac uastata, nihil aliud quam incondita quædam lapidū ac ruderū congeries esset: & mons qui nūc domo Dñi præclarus atq; excelsus est, is ueluti sylua, arduis multisq; arborib. aliquādo uideretur confitus. Num Ezechias rex Iudah, omnisq; ille populus Iudaicus, continuo illū occiderūt: Imō ille Dñm hoc nomine timēs, iusteq; eū reueritus, deprecari Dñm hæc instituit. Et Dñs pius huius preces non aspernatus, pœnitidine ductus est, super ijs quæ minatus eis erat malis, sententiāq; suam retractauit, aut certē intermisit. Itaq; grauius, non misero tantū huic Hieremiæ, sed & nobis ipsis iniuri sumus atque peccamus, qui iustas boni uiri præmonitiones tam iniquē ferimus, ipsumq; capitis accusamus. Scelerati autē illi sacerdotes, ac pseudoprophete, omni tempore sui similes, & pijs sanguinis auidi, continuo hic reclamarunt, de interfecto Vria, quē ipsis autoribus rex interfecerat. Fuit, aiebant, per breui adhuc apud nos & alius quidam, qui se à Domino missum iactabat propheta, nempe Vrias Samaie filius de Cariathiarim, uir nobilis fatis atq; famosus, qui aduersus ciuitatē hæc, pari planē modo uaticinabatur, quo Hieremias hic: cuius sermones ut rex Ioachim cum optimatibus, ac uiris suis principibus audiuit, magno zelo studuit eū interficere: adeo, ut ea re cognita Vrias ipse suæ uitæ timens ac consulens, in Aegyptum factus sit profugus. Sed & illuc eum rex Ioachimus, missa legato ne persecutus est, ablegato in Aegyptū Elnathan filio Achbor, cum aliquot collegis, ac uiris comitibus. Et hi quidem apprehensum ab Aegyptijs Vriam, reduxerūt ad regem nostrū Ioachimū, qui gladio eū perimēdum curauit: cadauerq; eius in plebeium, ac minimē patriū aut honestum sepulchrū detrudi fecit. Itaq; censebāt boni illi sacerdotes ac pijs prophete. Hieremiam eodem modo perimendum, quando & in eodem erat crimine. Neq; temerē se docebant facere, dum Hieremiā apprehendūt, atq; in ius trahūt: quippe quos Hieremiā id impunitum permittere non licebat, quod ipsis accusatoribus, ac regē impellentibus, alius non in pridē capite luerat. Verūm Ahicham filius Saphan, inter principes illos uiros magnos, atq; ætate uenerabilis, tutatus est Hieremiā, atq; cōtra sceleratos illos sacerdotes stetit, nolēs Hieremiam tradi in manū populi, qui ipsum pro sua libidine interficere fuerant.

C A P V T XXVII.

PRæuidens Dominus Deus captiuitatē Babylonicam ualidē nimis in populum suum opprimendum arreperere, neq; facile iam auerti, atq; illi obuiam iri posse: uisum ipsi fuit suadere populo, ut eam animis ferrent æquioribus, ac spontaneis potius, quam ut pertinaciter repugnando malū suum con-duplicarent. Colloquens itaq; cum Hieremiā, sub

Fuit quosdam uir propheta in nomine Domini, Vrias filius Semai.

Nolens perire.

sub id temporis, quo Ioachimus piētissimi Io-
sua regis filius, non ita pridem regno Iudaico
inauguratus fuerat, iussit eum sibi parare iun-
cula ac frena, quorum usus est dū iugum corni-
bus bouū alligatur: Et hæc tibi impones, inquit,
circum ceruicem tuam. Porro comparata hæc
asseruabis donec usui sint, eaq; mittas ad regē
Edomiticum, ad regem Moabiticū, ad regem
populi Ammonitici, ad regem Tyriorū, item
& ad regem Sidoniorum, idq; per ipsorū nun-
cios, siue legatos, qui aliquādo Hierosolyma
uenturi sunt ad Sedechiam, tūc Iudaico regno
potiturum, ut inter se conspirent de rebellio-
ne aduersus Babylonios, & iugo ipsorū excu-
tendo. Præcipies uerò legatis his, ubi iugalia
hæc iungula illis dederis, ut dominis suis ren-
nuncient, quod Dominus exercituum, ipse Is-
raelitarū Deus, ipsis dicat, quodq; in hunc mo-
dum ipsis respondeat: Ego omnipotētia mea
brachioq; meo præualido feci & terram, & ho-
minē qui eam inhabitat: item & iumenta que-
cunq; in terris uersantur, ut hominum usibus
seruiant. Itaq; dabo eam illi, cuiusq; mihi ui-
debitur atq; collubitum erit. At nunc omnes il-
las regum illorū terras, tradidi sub manū Na-
buchodonosor regis Babylonij, serui mei,
unā cum ipsis iumentis ac feris agrestibus, quæ
ipsi seruiant, minimumq; obsint aut noceant.
Et gentes omnes illi seruient, atq; etiam filio
ipsius Euilmerodach, & filij quoque filio Bal-
thasar: donec tandem ueniat tempus, quo &
illa terra, ipseq; rex eius, scelerum suorum pœ-
nas luat, eiq; gentes multæ ac ualidæ & reges
magni ac præpotentes paria reddant. Porro
gens aut regnum, quod nunc Nabuchodono-
sori Babylonio regi seruire detrectabit, & qui
cunq; suam ceruicem sub Babylonij regis iu-
gum inflectere dedignabuntur: in hos ego im-
mittam, inquit Dominus, aut gladium aut fa-
mem, aut pestis contagium, donec per hæc cō-
sumantur. Proinde si rectè uobis consultum
uelitis, ne mihi audieritis prophetas illos ue-
stros, aut diuinos uestros, somniorūq; inter-
pretes aut augures, aut præstigiatores uenefi-
cos uestros, qui serio adeo, tamq; sedulo sua-
dent, ne Babylonio regi uos submittat. si qui-
dem hi omnes uos fallunt, meraq; proferunt
mendacia, per quæ longissimè de terra uestra
abstrahamini, egoq; uos reijciam ut pereatis
ac perdamini. Consulitote itaq; & uobis & re-
bus uestris. Gens enim, quæ collum suum Ba-
bylonij regis iugo submitter, eiq; seruire non
recusabit, hanc iua in terra dimittā, inquit Do-
minus, ut eam colant atq; inhabitent. Quin &
eadem hæc ipsi locutus sum Sedechiæ regi Iu-
daico, suadens ei, ut subdant colla sua sub iu-
gum regis Babylonij, ipsi populorū eius serui-
turi: qua uia uitam suam seruēt, omniaq; ipsis
serē persent salua ac quieta. Et quorsum atti-
nere, ut tu unā cum populo tuo, aut gladio, aut
fame, aut peste moriamini: ita ut Dominus ijs
locutus est, atque minatur, qui Babylonio re-
gi seruire detrectarint: Ne itaque audieritis

sceleratorum prophetarum impias persuasio-
nes, quibus uos illi rebellare suadent, dicētes
uos illi non seruituros: fallunt enim uos, me-
raq; loquuntur mēdacia. nam ego, inquit Do-
minus, eos non nisi: attamen meo ex nomine
uaticinantur, sed falsa & inania, ut uos reijciā,
atque simul omnes pereatis, tum uos, tum e-
tiam ipsi prophætæ, qui uobis uaticinantur, at-
que huc inducunt. Ad ipsos quoque sacer-
dotes, omnemq; hunc populum locutus sum,
Dominum ipsis præcipere dicens, ne sermo-
nes suorum prophetarum audiant, qui uatici-
nantur, falsamq; ipsis spem faciunt de uasis ac
cimelijs domus Domini, breui e Babylone re-
ducendis. Vana enim, nihilq; uera uaticinan-
tur. Ne itaque illos audieritis: sed submittite
uos, atque seruite regi Babylonio, ut uita ue-
stræ consulatis, simul & toti ciuitati huic, ne
prorsus uasteretur atque in solitudinem rediga-
tur. Quod si prophætæ illi sunt, & si Domini
uerbum cum ipsis est, ita ut cum ipsis loqua-
tur, ac frequenter uerba faciat, orent ipsi atq;
sedulo deprecentur Dominum, ne ea quæ ad-
huc in domo Domini, & in domo regis Iu-
dah, atq; intra Hierusalem uasa sunt reliqua,
perueniant atq; abripiantur Babylone. Nam
Dominus ille exercituum, sic dixit de colum-
nis, de mari fusili, & de basibus & alijs in ciui-
tate relictis uasis, quando Nabuchodonosor
rex Babylonijs Iechoniam Iudaicum regem
Ioachimi filium de Hierusalem unā cum om-
nibus regni Iudaici ac Hierosolymorum pro-
ceribus Babylone abduxit: Dominus in-
quam exercituum, Israelis ille Deus, quod ad
relicta in domo Domini, & in domo regis Iu-
dah, & intra Hierosolymorum muros uasa at-
tinet, certò statuit, atque fatus etiam est: quod
& hæc ad Babylonios auferentur, ubi in eum
usque diem mansura sunt, quo ego Babylo-
nijs ipsis dignam aliquando suis sceleribus
mercedem rependam. Tūc enim accurabo ut
ea huc referantur, atque in locum hunc postli-
minio redeant.

C A P V T XXVIII.

Accidit autem eodē hoc anno, in princi-
pio regni Sedechiæ regis Iudaici, post-
quam quartum iam annum sui ex fra-
tre nepotis loco, quem Babylonijs auexerat,
Iudaici regni gubernacula teneret: sed iam
primum latius in circumiacentes reges domi-
nium exceperat, ut mense quinto mihi Ana-
nias quidam, filius Azur, oriundus ex Gaba-
on, in domo Domini coram ipsis sacerdoti-
bus ac omni populo mihi obturbarit atque
dixerit, sic dixisse Dominum exercituum Is-
raelitarum Deum, nempe quod iugum regis
Babylonij contriuisset, atque populum suum
inde propediem liberaret atq; eximeret. si qui-
dem intra biennium omnia domus Domini
uasa, quæ Nabuchodonosor rex Babylonijs
hinc Babylone auexit, huc reducentur. Et
ipsum quoq; Iechoniam Ioachimi filium, re-
gem Iudah, & quicumque ex Iudæis cum ipso
hinc

Et ad sacer-
dotes, & ad
populum
istum.

Ad colum-
nas, & ad
mare.

Ego fecerit
tam ex ho-
mines.

Nolle audi-
re propheta-
rum uos.

hinc demigrarunt, abducti ad Babylonios. Hos ego reducam in hunc suum locum, dixisse aiebat ille Dominum: quippe qui iugum illud Babylonicum confringeret, atque perderet. Et propheta quidem Hieremias Ananiae huic felicitia adeo ac prospera promittenti respondens, nihil reclamauit eius uaticinio: sed in conspectu sacerdotum, atque omnis qui in domum Domini conuenerant populi, optauit eius uaticinij ueritatem: Fiat, inquit, ita, atque reuera eueniat: & utinam Dominus Deus ita faxit, ut haec tua uerba uera inueniantur, ita ut Dominus praestet quae tu uaticinaris, de reducendis in domum Domini uasis, quae hinc asportata sunt: item & de Iechonia, omnium populo in hunc suum locum redituro. Ceterum audi, quae ego mihi uerbum hoc, quod ego tibi totum huic populo hic respondeam. Prophetae qui superioribus seculis ante me atque te multis terris ac regnis, aut de bello aut de pace aut de peste uaticinati sunt, hinc dignosci ueri a falsis solent, si id quod de pace, aut obuentura re praedixerint, ita contingat & eueniat. Cum enim euerus uaticinio responderet, tum constaret, Dominum prophetam istum uere misisse. Ananias uero uaticinium suum indubitatum uolens, & reuera sic omnia fore signo extero significans, arreptum de Hieremiae prophetae collo iugum distrupit, atque confregit, non auribus tantum, sed & oculis spectantium sua uaticinia ingerens. Et eo contracto, affirmatissime assererebat Dominum dixisse, quod ad eum modum iugum Nabuchodonosoris Babyloniae regis, ab omnium gentium collo intra biennium confringendum esset, & excutendum. Porro Hieremias huic uehementiae, feruidoque Ananiae zelo, ueluti impar, tacitus & contentionis fugax, suam abiit uiam, pseudoprophetae suae contentionis palmam relinquens. Porro Dominus non ferens suum prophetam illum, atque omnium ludibrio expositum, postquam in hunc modum haec ita gesta essent, uerba cum suo Hieremia faciens, abire eum iussit, atque Ananiae huic respondere, quod sic dixisset ipsi Dominus: Tu quidem iugum confregisti ligneum, & portatum non ita graue: & accersis nobis pro eo iugum ferreum, ac uix ferendum. Siquidem non ego, sed Dominus ille exercituum ait, ille Israelis ueracissimus Deus, quod omnium istorum gentium collo ferreum impositurus sit iugum: nempe ut per te ac tui similes alios, quo miseros hos ad rebellionem incitatis, duriores seruiant seruitutem Nabuchodonosori regi Babyloniae. nam seruendum plane ei erit, quando & bestiae ferarum agrestes ei a Domino datae sunt. Dixit itaque propheta Hieremias ad ipsum pseudopphetam Ananiam: Audi quae ego tibi Anania, tibi persuades, a Domino te missum esse, & quae doces multo esse uerissima. Dominus tamen te non misit: quare & populum hunc uana spe iactas, atque ex mendacio tuo de cerebro prodeunte, suspendis atque decipis. Pro-

inde sic dixit Dominus: Ecce ego te de medio aufero, atque de terra submoueo: quippe qui ante finitum abhinc annum moriturus sis, quod parum uera aduersus Dominum sis locutus. Et huius quidem uaticinij ueritatem euentus comprobauit: siquidem Ananias ille pseudoppheta eodem illo anno, ad mensum nimirum illinc septimum, mortuus est.

CAPVT XXIX.

Am uero Hieremias multis suis persecutoribus ac sacerdotum calumnijs superiorum statuit abductum ad Babylonios populum suum praemonere, atque ad moderatam ferendam captiuitatem suam eos inhortari, ac sese componere, missis ad ipsos literis. Et uerba quidem siue argumentum epistolae, quae propheta Hieremias ab Hierosolymis, ad eos qui ex senioribus inter auctores illos adhuc supererant, ad sacerdotes item & ad prophetas, & ad omnem quem ex Hierusalem Babyloniem demigrare Nabuchodonosor fecerat populum, abducto rege Iechonia, cum matre sua regina, eunuchis, & cunctis regni Iudaici principibus, ac Hierosolymorum proceribus uiris industrijs, ac bellicarum rerum peritis: uerba inquam epistolae transmissae per manum Elasa filij Saphan, & Gamariae filij Helchiae, quos ipse Sederchias rex Iudaicus ad Nabuchodonosorem regem Babyloniem, Babyloniem ablegauit, ea sic habebant: Dominus ille exercituum, & Israelitarum perpetuus Deus, quamuis omnem uestri curam iam reiecitse uideatur, ac uestri plane oblitus, pro patrio tamen suo erga uos omnes animo, quotquot ille ab Hierosolymis abduci fecit, sic uobis loquitur, & edificate domos, & habitate, & plantate. Nimirum ut illic edificentis domos, quas inhabitetis, planteris atque conseratis hortos, quorum fructibus uescamini. Ducite quoque uxores, procreaturi filios ac filias: & nuptum date filios uestros uxoribus, & filias maritis, unde liberos progignat, atque multiplicentur, aut certe non minuantur. Et quaerite pacem, ac omnem eius ciuitatis felicitatem, in quam uos transtuli, atque commigrare feci, sedulo Dominum pro ea orantes. nam in pace eius erit & pax uestra. Communia cum ipsis ciuibus bona malae tolerantis estis. Praemonet autem uos Dominus exercituum, Deus ille Israelis, ut ne uobis imponi sinatis, per pseudopphetas inter uos agentes: neque item per diuinos, aut augures, aut uestra ipsorum etiam somnia. Illi enim meo ex nomine mera mendacia uobis diuinant, atque uaticinantur: neque enim eos misit, inquit Dominus, neque eis locutus sum. Et quae per noctem somniatis, ea ipsa sunt, quae dum uigilatis, mens humana sperat. Ceterum hoc illud est, quod spe certa & infallibili uobis expectandum significat Dominus. Postquam septuaginta annos in Babylone commpleueritis, tunc tandem uisitato, atque respiciam ad uos, reuera praestaturus, qui quid uobis boni promisi atque pollicitus sum: nimirum quod

Hieremiae
prophetae ait
Amen

Abijt Hieremiae
prophetae
uia suam.

Edificate
domos, &
habitare, &
plantate.

Cum expleuerit
septuaginta
anni.

quod in locum hunc uestrum uos reducam, sedibusq; uestris uos restituam. noui enim quid de uobis statuerim, atq; in mente habeam, inquit Dominus, siquidem quæ pacis sunt cogito, & felicitatis, non quæ ad bellum pertinent, & ad uos affligendos: sed ut præstem uobis omnis calamitatis exoptatum finem, utq; uoti uestri planè reddamini compotes. Et tunc quidem inuocabitis me, uiasq; meas teretis, atque me deprecabimini: qui & exauditurus uos sum continuo. Quæretis, inquam, me, & inuenietis: siquidem non fucatè, aut in hypocrisis, sed toto pectore, atque in ueritate me tunc quæretis. Vnde & obuium me uobis præbens, facillè inueniar, inquit Dominus: reduecam autem captiuos uos, atq; de omnibus gentibus, quocunq; dispersi estis, uos congregabo, undelibet terrarum, ad quas uos detrufi atq; reieci, inquit Dominus. Restituam autem uos illis ipsis sedibus ac locis, unde uos demigrare feci, atque transferri. Cæterùm quod dicitis, Dominum uobis excitasse prophetas in Babylone, qui intra biennium uobis huc redeundi spem faciunt: sedulo uobis ab ijs caute, atque extructis illic ædificijs ita uos comonite, ut quibus illic annis complusculis manendum sit. Nam ut ne putetis duriozem esse uestram sortem, quam eorum qui hic remanserunt, sic dixit Dominus ad regem Sedechiam, iam thronum Dauidis tenentem, miserumq; hoc regnum nostrum moderantem, imò & ad omnem populum hunc, ciuitatem hanc incolentem, ad fratres inquam uestros, qui non abierunt unà uobiscum in captiuitatem: sic, inquam, de his dixit exercituum ille Dominus: Ecce ego mitto in eos gladium, famem, & pestem, pari æstimatione eos habiturus, qua sicus immaturas atq; acerbas, quæ peiores sunt quam ut quisquã eis uestatur. Persequar enim eos gladio, fame ac peste, dispersurus eos per omnia regna terræ: ut execrationi, stupori, exibilationi atque opprobrio sint omnibus gentibus, ad quasq; ego eos reicio atque expello: idq; quod uerbis meis non auscultauerint, patriasq; meas præmonitiones nõ audierint. Misi enim eis seruos meos prophetas manè atq; tempori satis exurgens, atq; eos ablegans. At uos eos audire recusastis, inquit Dominus, illudentes eis potius quam auscultantes. Itaq; uos audite uerbum Domini, quotquot ab Hierosolymis Babylonem demigrastis, multum illic à pseudopphetis, uana spe uos lactantibus, diuexati. Sic autem dixit Dominus exercituum, Israelis ille Deus, de Achab filio Golia, & de Sedechia filio Maasia, pseudo, pphetis apud uos, primarijs, qui meo ex nomine uobis mera prophetant mendacia. Ecce, inquit Dominus, ego eos trado in manus Nabuchodonosoris regis Babylonij, qui uobis præ oculis uestris illos trucidabit, & sumetur ex eis formula quædam maledicendi cuiquam, aut maleprecandi apud omnes Iudeos Babylone captiuos: ita ut qui alicui ma-

lè precari, diris' ue illum deuouere uolet, dicturus sit: Faxit tibi Dominus sicut Sedechiæ & sicut Achab, quos rex Babylonius igne assauit, eo quod rem nefandam patrarit in Israel, mœchati nimirum cum uxoribus proximorum suorum. Atq; etiam quod meo ex nomine mera prolocuti sunt mendacia, quale nihil ego eis præcepi. Et ego quidem omnem hanc impietatem eorū noui, & aduersus eos testis sum, inquit Dominus. Est autem apud uos Semeias Nehelamites quidam, quem his uerbis me alloqui iussit Dominus: nempe quod ipse exercituum Dominus Israelis Deus, in hunc modum illi loquatur. Propterea quod tuapte autoritate literas misisti ad uniuersum populum Hierosolymitanum, & in primis ad Sophoniam Maasia filium, sacerdotem summum, reliquosq; sacerdotes alios, dicens quod Dominus ipsum pro Ioiade summum sacerdotem constituerit: utq; unà cum collegis præfectos se sciant in domo Domini, super furiosum, & quemlibet de spiritu prophetico præsumentem, quem uestri officij est, inquis, in uincla ac carcerem coniectum refrenare ac cohibere. Quin itaq; increpas atq; cohibes Hieremiam illum Anathothitem, inauspicatissimis suis uaticinijs uniuersum populum turbantem? Huius enim tanta est audacia & temeritas, ut non timuerit & scriptis huc ad nos in Babylonem literis, uaticinari longam fore captiuitatem nostram: ita ut suadeat extruedas hic domos, quas inhabitemus: & plantandos atq; conserendos hortos, quorum fructu uestamur, & complura in hanc sententiam alia. Porro Sophonias sacerdos summus, acceptas has Semeiæ literas legit, ipso Hieremia propheta audiente, atq; coram astate. Dominus uerò cum Hieremia seruo suo uerba faciens, iussit eum ad omnem qui Babylonem demigrat populum, alias mittere literas, quibus significaret sic dicere ac statuisse Dominum de Semeia Nehelamite: Eo quod Semeias uobis prophetat, non missus, neq; concionandi prouincia à me accepta, magna crassaq; uobis persuadens mendacia, propterea sic de eo dixit Dominus: Ecce ego hoc mali in ipso Semeia Nehelamita, atque in posteris etiam eius puniam, ita ut non sit ex eis quisquam superstes futurus, qui habitet in medio populi huius, uisurus eam bonitatem, reditumq; illum felicem, quem ego populo meo præstaturus sum: siquidem quod ille de uobis huc intra biennium reduecendis loquitur, dolus merus est: nihilq; aliud quam uana spe uos lactat, parum uera contra Dominum uerumq; Dei uerbum proloquens.

C A P. XXX.

Verbum quod factum est à Domino cum Hieremia, non iam perterrefaciendo, sed consolando populo conducens: unde & Dominus Deus ille Israelis cum ipso collocutus, inscribere eum iussit libro, quæcunq; cum ipso locutus erat. Nam ecce dies ueniunt, inquit Dominus, ut captiuos populi mei post-

Ad Semeiã
Nehelamitẽ

Sophonias
sacerdos le-
git librum i-
stum in auri-
bus Hiere-
mie prophete.

Ad Achab
filium Chob-
be.

liminio redire faciam, tum Israeliticis illas tribus, tum etiam Iudaicas, inquit Dominus: siquidem reducturus eos sum, etiam si deploratissimæ eorum res futuræ sunt, in terrâ quam patribus ipsorum promisi ac præstiti, & eandem hanc illi inhabitabunt, atque possidebunt. Et hæc quidem ea sunt uerba, quæ locutus est Dominus de populo Israelitico, item & Iudæico, quæ libro inscripta uoluit. Sic enim dixit Dominus, quod rimidæ sceleratæq; gentes sub aduentum redemptoris uestri, de audito inter se loquentur rumore ac fama, quæ multum populo incuriat pauorem, magnamq; formidinem: nempe rumorem grauis belli, & non pacis, unde tanta in uiris alioqui forrissimis conspicitur trepidatio, tantusq; dolor atq; animi consternatio, ut putaturi plerique sint, atque interrogaturi, si & uiri pariant: quippe qui parturientium planè more ex multa animi angustia, manus suis lumbis imposituri sint, expalescentibus etiam ipsis eorum faciebus. Heu miseris: siquidem magnus, grauis, multumq; horrendus ille dies eis futurus est: ita ut non inuenias ei similem. Affliget quoq; populû Iacob siue Israeliticum: sed ille hinc euadet, atq; seruabitur. nam tunc quidem temporis, inquit Dominus, confringam iugum hostis tui de collo tuo, omnia tua lora ac uincla soluturus. Neq; enim hostes ulli seruitute tunc amplius prement populum meum, sed seruient Domino Deo suo, & Dauidico illi semini, suo regi, quem eis constituam atque exhibiturus sum. Tu itaque serue meus Iacob, bono sis animo, nihilq; timueris, inquit Dominus, neq; expauescas ô genus Israeliticum: quia ecce, nunc beneuolo in te animo, seruare te studeo, atque remotissimis ex locis te recolligere, fementip; tuum è terra captiuitatis suæ in sedes proprias reducere: ubi Iacobus ille populus meus securus habitet, conquiescat atque tranquillus sit, nemine illos molestante, aut perterrefaciente. Nam ego, inquit Dominus, tecum sum, ut te seruem, protegam atq; tuear: nam omnes quidem gentes in quas te dispersi, eas consummatè atq; radicis deperdam. Te uerò nõ ita ad interuersionem sum extirpaturus: sed citra furorem, cum iudicio ac moderatè te castigabo: quippe quem non ira exastet, atque pro omni meo iure castigaturus sim & tractaturus. Nã sic dixit Dominus: Insanabile ac desperatum est uulnus tuum, & plaga tua grauissimis doloribus exundat. Nemo est qui iudicet te curabilem, aut qui uideat quibus emplastris obligandus, aut quo pharmaco restitui possis. Quotquot soles habere amicos, ij nunc planè obliui sunt tui, neque de te quarunt, aut quicquam te morantur: plaga enim hostili ac lethali te percussis, perquam crudeliter in te animaduertens, idq; quod multa adeo tua esset iniquitas, & peccata tua tam enormia ac grauia. Et quorsum attinet, miserè adeo clamare & eiulare, super hac afflictione & castigatione tua, cum nihil te indignum

patiaris? Ex multa iniquitate tua, multas hæc dolor tibi prouenit: & quia ualidè nimis ac grauius peccasti, hinc ego illa tibi facio. Leuiter itaque feras, quæ ex merito pateris: erit enim ubi ijs qui te affligunt atq; diuexant, reddatur talio, quod sæuiores tibi fuerint, nihilque clementes. Itaq; quicumque te crudelius tractant, ac ueluti deuorant ac deglutiunt, illi ipsi crudelius quoque tractabuntur: ut quos uiuos deuorare ac deglutire quis uolet. Et uniuersi hostes tui, qui te in captiuitatem protraxerunt, simul omnes uicissim in captiuitatem trahentur: qui te diripiunt, ac deprædantur, diripientur aliquando & ipsi, atque præde eos expositurus sum. Ego enim tuis malis admouebo pharmacum, inquit Dominus, emplastris ac malagmatis tua uulnera curaturus. Abundè enim dependisti, quicquid peccatum fuit: siquidem eliminatam te uocant, ac plañe mihi repudiatam, dicentes Sionium populum ita iam ignominiosum esse ac detestabilem, ut nemo ad ipsum respiciat, neque de eo curet. Dominus uerò uestri minimè oblitus, atque etiam in ipsa castigatione uestri amantissimus: Ecce ego restituum, inquit, captiuos ex Iacob, suas ædes aut tabernacula, miserurus atque benefactorum habitaculis per ipsos construendis ac reparandis, & reedificabitur ciuitas uetere suo in colle, & templum iusta sua dispositione ac ordine illic consistet, atque frequentabitur, ita ut multo cum gaudio, summaq; læticia Domino gratias acturi sint, atque ipsum collaudaturi. Nam & multiplicaturus eos sum, non paruo futuros numero: multiplicaturus, inquam, atque cohonestaturus sum eos, ut minimè contemnendi uideri possint: siquidem eodem in honore, dignitate atque auctoritate eorum erunt filij, quo olim. Et cæterus eorum coram me pulchrè comparatus atque stabilis persistet, ministraturus nimirum mihi animo sincero ac pio. Vnde & strenuum uindictam me sentient, quotquot eum opprimunt & affligunt. Prohibet autem ex eo præpotens ille heros Christus Dominus, & Dominator dominantium de medio eius conserget. Hunc ego accersam, ut ad me propius accedat, mihiq; uniatur ac consolidetur. Equis, obsecro, ille erit, qui sic suum animum instruet ac componet, ut ad me accedat: mihiq; cõsolidetur ac uniatur? inquit Dominus. Per hunc certè eritis selectus mihi populus, & ego ero uobis Deus atque adiutor, quando tuncque uos molestantibus impijs necessum erit: Nam ecce turbo Domini multo furore egredietur, & imminens ille feretur in caput impiorum, ubi conquiescat ac permaneat. Certe furibunda illa Domini ira in impios nõ placabitur, neque se remittet, donec sese probe ultus fuerit, atque illud completerit, quod suo in animo secum cogitarat, atq; destinatum habebat. Quod uerò pleraque huius uaticinij difficiliora uidentur, quàm quæ quilibet intelligat, aut facillè præstari posse uideantur, uidebitis, atq;

Va, quia magna dies illa, nec est similis eius.

Conuertam conuersionem tabernaculorum Iacob.

Omnes amatores tui obliui sunt tui.

Principes ex eo producentur.

tis, atq; hæc intellecturi estis nouissimis plañe temporibus, quando plenitudine gētium intro ingressa, torus Israel saluus erit.

C A P V T XXXI.

Tunc quidem temporis, inquit Dominus, non solum duabus tribubus, sed uniuerso Israeli, pleno nimirum omnium tribuum duodenario, Deus ero: & ipsi mihi erunt populus, unanimes iam, ac uerè inter se amici ac philadelphi. Porro ne quis desperet, atq; ferendis malis prægrauatus, animum despondeat, sic dixit Dominus: Populus ipse meus, olim Pharaonis gladium ac seruitutem durissimam euadēs, gratus mihi in deserto fuit, ac charus, ita ut angelus meus de die eum in colina nubila, & de nocte in columna ignea præcesserit: atque ita in requiem, promissamq; terram eum induxerit. Sed ita quidem sibi olim apparuisse, atque se iuuisse dicent Dominus: at nunc me planè sui oblitum, & nihil mihi nusquam se diligi à me putabunt. Atqui perpetuo quodam amore ego te prosequor: ideo & hac afflictione, cuius gratia te mihi derelictum atq; odiosè reiectum interpretaris, miserè recorder te attrahio, neque à me tuū animum alienari patior. Adhuc autē edificabo, multisq; modis tibi benefacturus sum: & bene tibi res tue habebunt, o uirgo Israelitica. Erit enim quando adhuc læta, tympanisq; tuis instructa, accedes ad chorum ludentium ac saltantium: siquidem & plantatura tibi adhuc es uineas in montibus Samariæ. Plantabunt enim eas uini tores, siue plantatores ipsi, & multa cum læticia eas suis usibus dicatas habebunt, magno gaudio eis perfruituri. Erit enim tempus quo clamabunt custodes in monte Ephraim, qui domui Israeliticæ speculatores erunt in suis uineis. Surgite & ascēdamus, non quidē in Dan aut Bethel, ubi sceleratos illos aliquando coluimus uitulos: sed in Sion, in montem Deo uiuo ac uero sacrū, ad ipsum Dominū Deum nostrū. Sic autem dicit Dominus ipsis posteris Iacob: Exultate, atq; multa læticia uos hilares præbete, magnoq; gaudio ouate atq; exclamare in capite densissimamq; natione gentium. Audiat uox uestra que Dominū laudet ac celebret, dicēs ac clamās q; Dominus populū suū, reliquias Israelis saluas fecerit, redemerit, suisque sedibus restituerit. Nam ecce, ego eos adduco de terra Aquilonis, undelibet ab ultimis terræ sinibus eos collecturus, tum cæcos tum claudos, prægnantes simul & puerperas: simul omnes enim magno admodum numero huc reuertentur. Aduenient autem præ gaudio illachrymantes, quòd tanta miseratione eos reducam, deducturus eos ad torrentes aquarū, uia recta & commodissima, ubi nemo impingat neq; aberrer, quoniā factus sum Israeli pater, & Ephraim mihi ueluti primogenitus quispiam charus ac dilectus est. Audite itaq; uerbum Domini sceleratæ gentes, inter quas populus meus hæctenus miserè dispersus est, & deprecate hoc etiam in remotissimis insu-

lis, quòd is qui Israelem disperfit, congregaturus rursus sit eum, ac sedulo eum custodiet, ueluti uigilantissimus pastor quispiā gregē suum. Dominus enim redimet Iacob, liberaturus eū de manu eius, qui ipso potentior fuit, atque ei præualuit. Adueniet itaq; atq; multa cum gratiarum actione laudabunt atque celebrabunt Dominum in monte suo Sionio: & undelibet confluet ad bonitatem Domini, super frumento, super musto, super oleo, & super gregū atq; armentorum fœtibus Dominum collaudaturi: siquidem modis omnibus tunc hilares erūt atque alacres, ueluti hortus irrigatione aquarum floridus ac lætus. Neq; enim amplius in tristes calamitates tunc incident, quæ ipsos affligant, atque in dolores reijciant. Tunc lætiantur, ac suauēs suas cantiuinculas in choro uirgines præinent. Exhilarascēt tum iuuenes, tum senes: siquidem omnem illum luctum ac dolorem eorum ego eis tunc commutabo in gaudium & læticiam, consolaturus atq; exhilaraturus eos ab omni suo, quem longo adeò nunc tempore sustinuerūt, dolore. Inebriabo quoq; animam sacerdotum pinguedine, sacrificijs nimirum multis & optimis: siquidem populus meus re lauta tunc futurus, bonis uariisq; meis donis exaturabitur, inquit Dominus. Sic autem nunc dicit Dominus: In Rama, in excelsis nimirū collibus audietur uox fletus, atq; acerbissimi ploratus, Rachelis scilicet, siue Iudaicarum matronarum, flentiu atq; eiulantium super filijs suis, aut occisis, aut in captiuitatem abductis. neq; enim admittent ullam de admissis filijs consolationem, inconstabiliter dolituræ: siquidem illi aut perierunt, aut in miserimā captiuitatem abducti erunt. Verū Dominus continere te iubet fletū atq; eiulatum hunc, neq; finit ut in hunc modum lachrymeris: quia stat huic tuo operi ac dolori sua merces ac solatium, ait Dominus, cum reuersuri tibi sint de terra hostili tui filij. Hæc enim spes inconcussa stat posteris tuis, quippe qui certò atq; indubiè in suam redibūt regionem, sedibus suis restituendi. Audiui sanè & Ephraicum populum suam nunc sortem in Assyriaca captiuitate deplorantem ac dolentem. Castigasti me Domine, inquit, & meritò quidem castigatus sum, ueluti uitulus indomitus, & ferendo iugo parū assuetus. Sed cōuerte me Domine, & cōuertar: quoniā tu es Dominus Deus meus, cui nemo restiterit. postquam enim conuersus sum, tuaq; castigatio me humiliauit, præteritorū sanè scelerum, atq; omnis uitæ meæ antea cæ me pœnituit, & postq; mihi innotui, improbitatemq; meā omnē perspexi, incussis in femora mea manibus meis, mei me puduit, multoq; pudore ac ignominia perfusus fui: ut qui turpissimorum scelerum adolescentiæ meæ nunc meritas pœnas luerē. An nō multo in precio ac honore mihi habendus est filius meus Ephraimus, qui ita nūc ad me respicit, atq; me inuocat? An non meæ delicia ac filiulus quo me oblectem, & de cuius

Lætabitur uirgo in choro.

Vox in Rama mea audita est.

Si filius honorabilis mihi Ephraim.

In charitate perpetua dilexite.

Audite uerbum Domini gentes.

respiciētia ac animo in me pio gaudeam, atq; exhilarer. Nam postquam cum eo collocutus sum animumq; illi permouī, non potero eius ullo modo obliuisci: ita mihi super eo meus animus cōmouetur. quare & misericordia tactus, miserabor ipsum, non negaturus illi opē & auxilium. Cōstitue tibi in ea per quā abduceris uia: signa, ut eam notes atq; obserues. Fac tibi in ea lapillorum quandā congeriem: & attentū te præbe, seduloq; obserua uia qua abduceris, ut noris quā illuc perueneris. & tandem eadem reuertere o uirgo Israel: reuertere, inquam, in has tuas ciuitates. Sed quousq; huc illic circūcuritas: atq; multis adeo amatoribus te misces, filia rebellis? Respice atq; reuertere, quia Dominus rem nouam, & omnibus retrō seculis inauditam in terra facturus est: nempe, quod scēmina uirgo suo utero claudet atq; circundabit uirum, uirum nimirum fortem ac strenuum, qui cunctos nos redimat ac seruet. Sic dixit Dominus exercituum, Deus ille Israelis: In terra regni Iudaici, atq; in ciuitatibus eius, ubi captiuos ipsorū reduxero, suisq; sedib; restituro, benedicturi adhuc sunt, atq; bene precaturi regno Domini: optaturi ut Dominus habitaculo suo iusto, ac monti suo Sionio uerē sancto benedicat atq; bene faxit. habitare enim illic cōcupiscent, atq; gaudebunt Iudaicus ille populus, & omnes simul eius ciuitates, siue magnates fuerint ac diuites, siue uirū opilioes, subulci & inopes fuerint coloni. Inebriabo enim & exaturaturus sum animā lasam, ac siti ferē deficientem: ita ut & aqua uiuē de bibentium utero profluxura sint. Et omnē animam mœstam, ac dolore contabescētem, ego multa consolatione ueroq; gaudio replebo. Itaque Hieremias ego experrectus sum, atque ueluti de somno cuiuslibet, uisionem hanc introspexi atq; perpendi: & fuit sanē mihi somnus multo gratissimus. Ecce dies ueniūt, dicit Dominus, & conseram domū Israel & domum Iudah, semine hominis & semine iumentorum, ita ut homines ac iumenta, uelut gramen agri multiplicanda sint. Nam futurū est, sicut uigilaui ac strenuum me præbui illis uel lendis, diruendis, dissipandis, affligendis atq; perdendis: ut ita nunc quoq; uigilem, atq; impiger sim illis ædificandis, reparandis, plantandis atq; multiplicandis, ait Dominus. Et illis quidem diebus non amplius conquerentur, quod patres ipsorum uiam acerbam ederint, unde ipsis dentes obstupuerint: sed suū quisq; peccatum agnoscentes, ad Messiam medicum se conferent, qui idem & percutit & sanat. Et certē quisq; pro suo scelere propriaq; iniquitate morietur, atq; pœnas luetur, ut nemo dentes habiturus sit obstupidos, nisi qui ipse uiam immaturam atq; acerbam ederit. Ecce dies ueniunt, inquit Dominus, ut cum domo Israelitica, item & cum domo Iudaica, utroq; nimirum regno feriam fœdus nouum. Non quidem quale illud fuit, quod inscriptum tabulis lapideis percussis cum patribus ipsorum,

in die quo apprehensa manu ipsorum, eos eduxi de terra Aegypti, quod quidem ipsi soluerunt atque fecerunt irritum: siquidem caro legi illi meæ non subditur, imò ne potest quidem. Sed ego me ipsis Dominum præstiti, bonum ac fidelem, malos ipsos ac infideles neglectui habens, inquit Dominus. Cæterum quod post aliquot abhinc dies, cum domo Israelitica fœdus initurus sum, hoc illud est, inquit Dominus, quod legem meam ipsis non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnis, in ipsis intimis eorum uisceribus daturus sum, inscripturus eā ipsorum cordi ac animo, non quidem calamo atramentato, aut graphide ferrea: sed spiritu Dei uiuentis, qui eos inducat in omnem semitā rectam ac ueram. Et ita quidem ego illis Deus, unicumq; auxilium ac refugium eis ero, & ipsi mihi populus erūt charissimus ac gratissimus. Neque tunc amplius alius alium docebunt, ut quis fratrem suum moneat, ac iubeat ipsum cognoscere Dominum: nam per spiritum illum Dei uiuentis, per unctiōem illam ueram ac spiritualem (ad quā exterā omnes unctiōes illæ euanescent, ridiculæ, atq; nihil futuræ sunt) omnes me cognoscent, à minimo, qui inter eos futurus est, usque ad maximum, inquit Dominus. propicius enim ero peccatis eorum, continuo ea ipsis cōdonaturus, ut qui de eis ne cogitaturus quidem sim amplius. Porro sic dicit Dominus, qui uniuersi illius exercitus cœlestis creator ac gubernator, solem constituit ad illuminandum diem, & certas lunæ ac stellis præscripsit leges, ut de nocte luceant. Qui item rumpit ac diuidit mare, ita ut fluctus eius tumultu entur ac resonent, cui nomen est Dominus exercituum. Si coram me cessabunt atq; deficient hæc meæ leges illi præscriptæ, inquit Dominus: etiam cessabit, atq; intermoriētur nomen Israelis, ut non sit gens coram me cunctis diebus. Quin & sic dixit Dominus: Si mensurari poterunt cœli ipsi superne, & terræ fundamenta inuestigari infernè, ego quoq; reiciam atq; repudiabo uniuersum semen Israeliticum, ob ea quæ designarunt scelera & flagitia, inquit Dominus. Verūm ecce dies ueniūt, inquit Dominus, & reedificabitur Domus ciuitas, à turri Hananeel, adeo grato & electo populo, usq; ad portam angularem, in qua diruta maceria, ipsæ etiam gentes in eodē lapide angulari consistent, atque Dominum collaudabunt: & funiculus mensorius ducetur hinc usque ad collem Gareb, ac scabiosorum planē peccatorum cumulū: & illinc se uerter ad Gōath homines nimirum uitę perditissimę, ita ut Hierusalem ipsa iam multo maior ac laxior futura sit illa priore ac uetere. cōcludet enim & totam uallem, in quam cadauera ac cineres solent reijci, homines nimirum cinere ac cadaueribus etiam magis reijculos, cecos & claudos, & omnia illa campestria usq; ad torrentem Cedron, & usq; ad angulum portę equorum que ad Oriētem est. Capiet, inquam, ad meliorem frugem

Fœmina. circundabit uirum.

Dabo legem meam in scripturis ipsorum.

Si mensurari poterunt cœli ipsorum.

frugē, flagitioſiſſimos q̄sq; peccatores, latro-
nes, homicidas, molles, ebrios, meretrices &
publicanos, atq; adeo qui equinis ac belluinis
etiam ſunt moribus, uerius quā humanis ac
Deo dignis. Hęc autē ſic reparata Hieruſalem,
omnium linguarū ac nationum capax ciuitas,
ſacroſancta erit Domino, nunquam delenda
aut extirpanda, neq; in æternum diruenda.

C A P. X X X I I.

Hic uerbum habes, quod Dominus, ſp̄e 10
reditus ex captiuitate confirmatiorem
uolens, cum Hieremia fecit. Anno de-
cimo Sedechiæ regis Iudah, qui & decimo ſo-
ſtauis annus eſt imperij Nabuchodonoforis,
quo ipſo etiam exercitus regis Babylonij obſi-
& Hieremias tunc quidē tēporis recluſus tene-
bat in custodia ſiue carcere, qui in atrio erat pa-
latij, ſiue domus regis Iudaici: Sedechias autē
rex Iudah clauserat eum, atq; in carcerem hūc 20
eum cōiecerat, certiora ab ipſo cognoscere uo-
lens, cur uaticinaretur atq; diceret Dominum
dixiſſe, quod ciuitatem ipſam traditurus eſſet
in manum regis Babylonij, qui eam oppugna-
turus atq; occupaturus eſſet: & q; ipſe rex Sede-
chias Chaldæorum manū non eſſet euāſurus,
ſed indubiē traderetur in manum regis Baby-
lonij, cū quo corā loquuturus eſſet, oculis ſu-
is eius oculos toruumq; aſpectum cōſpectu-
rus: quod item Sedechiam Babylonem abdu- 30
ceret, illic quidem manſurum donec ipſum in
terra illa hoſtili expirantē uiſtaret Dominus.
Addiderat autem, & Dominum dixiſſe, quod
ſi maximē Chaldæis repugnarent atq; reſiſte-
rent, nihil ipſis ſuccederet. Et hac quidem de
cauſa, p̄pheta aſſeruabatur in carcere, ubi Hie-
remias dixit uerba ſecum feciſſe Dominum in
hunc modum: Ecce Hanameel filius Sallum
patruj tui uenit ad te, rogaturus ut ab ipſo e-
mas agrum ſuum, ſiue prædium, aut ædificium 40
urbanum cum horto ſatis amplo, quem habet
in ſolo ueſtro natali in Anathoth. nam tu ius
habes propinquitatis, tibiq; cōpetit ut emas.
Et Hanameel quidem patruj mei filius, ita ut
me Dominus præmonuerat, aduenit in atri-
um, ubi ego carcere ſedebam recluſus: & ro-
gauit me, ut eum quem in terra Benjamin in
Anathoth agrum habebat, emerem: quippe
cui competeret hæreditas, ut qui propinqui-
tatis iure eum poſſem obtinere. Cognoui ita- 50
que, non humanum hoc eſſe ſomnium, ſed uer-
bum fuiſſe Domini. Itaque ab Hanameele, fi-
lio patruj mei, mercatus ſum agrum illum ſi-
tum in Anathoth: & appendi, ſiue addixi ei ſe-
ptem ſiclos argenteos, & decem argenteos
nummos. Conſcripta autem hinc ſyngrapha,
adhibitis teſtibus eam ſignaui. Et adducta ad
nos libra, appendi illi argentum, & accepi em-
ptionis ſyngrapham obſignatam, ſecundum
inicum contractum atq; factas ſtipulationes. 60
una cum aperto & non obſignato exēplari. Et
ſyngraphā quidem emptionis huius, tradidi
Baruch filio Neriz, Maafiz nepoti, uidente id

patruale meo Hanameele, & teſtibus qui con-
tractui noſtro ſubſcripſerant, eamq; cōfirma-
rant, atq; etiā omnibus id inſp̄c̄t̄ib; Iudaicis,
qui in atrio carceris uerſabantur atq; confi-
debant. Et omnibus quidem his circumſt̄at̄ibus,
atq; rem hęc inſp̄c̄tantibus, præcepi Baruch
hunc in modū: Sic inquā dixit Dominus exer-
cituū, Deus ille Iſraelis: Sume tibi ſyngraphas
has, ſyngraphā nimirum inicum cōtractus ac em-
ptionis quæ obſignata eſt, ſimul & exemplar
eius apertum & non obſignatum, & recondi-
to ea in uaſe fictili, ubi non corrumpantur, ac
durare poſſint. Nā Dominus exercituum, Iſra-
elis ille Deus, aſſere adhuc tēpus dicit, quo do-
mus, agri, ac uineæ in terra iſta magno uēdan-
tur atq; emanēt, quantūuis hac nūc premamur
obſidione, & deſperatiſſima uideatur omnia.
Poſtquam uerō contractu hoc abſoluto, em-
ptionis ſyngrapham tradidi Baruch filio Ne-
riz, qui illud olla Samia reconderet, miratus fa-
ctum hoc ueluti abſurdiſſimum, inſtitui orare
Dominum in hunc ferē modum. Ah Domi-
ne Deus, ecce tu præ magna uirtute tua & præ-
potente tuo brachio cōdidisti & cœlū & terrā,
neq; quicquam te laet, futuraq; omnia preno-
ſti: tu miſericordiam uariaq; beneficia præſtas
in millibus, reſoluēs etiā iniquitatem patrum
in ſinum filiorum ac nepotum ſuorum. Tu ſā-
nē Deus ille magnus es ac præpotens, cui no-
mē eſt Dominus exercituum, neq; enim ab ul-
lo huius mundi regno titulum tibi deſumpſi-
ſti, ſed ab ipſis cœlorum exercitibus, ad quos
terrena hęc mundi regna, etiamſi cuncta con-
glomeres, ne conferenda quidem ullo ſunt p̄-
cto. magnus cōſilio es, & multus ac mirificus
opere ac factis: ſiquidem oculi tui omnia ho-
minum facta ac ſtudia cōtuentur ac perſpici-
unt, ut unicuiq; reſoluās ſecundum facta ſua,
& fructum ſtudiorum ſiue conatuum ipſius.
Tu multa edidiſti rerum miracula, atq; ſtupen-
da portēta in terra Aegypti, in hunc uſq; diem
decanatiſſima, atque uniuerſo terrarum orbi
nota. Vnde & in Iſraelitico populo, ac reliquis
hominum nationibus, celeberrimum tibi no-
mē paraſti, ut hoc etiam nūc die uidere & au-
dire eſt. Eduxiſti enim populum tuū Iſraeliti-
cū de terra Aegyptia, multis cum ſignis ac ma-
gnis rerū miraculis ac portētis, idq; manu præ-
ualida, & brachio altum ſubducto, multoq; cū
terrore ac tremore quo omnes populi tui ho-
ſtes corripiebantur: & dediſti atq; introduxiſti
eos in terram hanc, quam iuraueras te patri-
bus ipſorum daturum, terram profecto lacte
ac melle manantem, ac nullius rei egentem. Et
ingreſſi quidem ſunt eam, atq; ut ſibi hæredi-
tariam eam poſſederunt. Verū pro ingenio
ſuo prauo ac corruptiſſimo non audierunt uo-
cem tuam, neque ad legis tuæ præſcriptum am-
bularunt, aut uitam ſuam inſtituerūt: & quæ-
cunque eis præcepiſti, ut facerent, ea non fece-
runt. Vnde & induxiſti in eos omnem hęc mi-
ſeriam & calamitatem. Et ecce iam ſic urget
hoſtis, ut ipſis intra telorum iactū ſimus, dum
m̄ 3 ſuas

Sume libros
iſtos, librum
emtionis
hunc ſigna-
tum.

Ecce Hanameel filius
Sallum.

suas in nos torquent fundas, aut arcus, aut balistas ei aculantur ad capiendā urbē. Et certē ciuitas tradetur in manum Chaldæorum, oppugnantium eam, atque metu gladij, famis, & pestis eam frangentium. Nam quicquid tu locutus, atque per seruos tuos prophetas eis minatus es, id eis nunc obuenit: id quod & tu abundē uides ac nosti. Tu tamen Domine Deus, nescio qua ratione aut spe me iusseris meo argento hunc Hanameelis patruelis mei agrum emere, cum ciuitas ipsa detur in manus Chaldæorum, nulli que ille mihi usui futurus sit. Et Dominus quidem non dedignatus Hieremiam respondere, uerba mecum faciens, dixit: Ecce ego sum Dominus ac Deus uniuersæ carnis, ac omnium uiuentium. An quicquam me latere putabis, ut temerē hoc te facere iusserim? Itaque Dominus sic mihi perrexit dicere: Ecce ego trado ciuitatem hanc in manum Chaldæorum, in manum inquam Nabuchodonosoris regis Babylonij, qui eam capiet atque occupabit. Et accedentes Chaldæi, qui ciuitatem ipsam oppugnant, atque obsidione premunt, immisso igne eam succendent atque comburēt, unā cum cunctis domibus, in quarum tectis suffitum fecerunt, atque incensā adoleuerunt ipsi Baal, dijs alienis libantes sua libamina, quibus moribus me exasperarunt, multamq; mihi mouerunt bilem. Nam profectō filij Israel, atque etiam filij Iudah, ab ipsa pueritia sua malefacere consueuerunt præ oculis meis. nam certē filij Israel ipsis manuum suarum operibus siue idolis, atque erectis uitalis plurimum me exasperabant, inquit Dominus, quorum sceleratos mores & Iudaicus populus strenuē imitatus est. Itaq; perdam atque uastabo ciuitatem hanc, quia irritamentum iræ atque furoris mihi est, ab eo tempore quo eam ædificauerunt, usque in hunc diem. Quare & cōspectu meo eam reijciam, idq; propter omnem malitiam, peruersissimosq; mores filiorum Israel & filiorum Iudah, quos præ se ferunt atque patrānt ad me exasperandum, quotquot inter ipsos sunt, siue reges eorum spectes ac principes, siue sacerdotes ac prophetas, siue uiros Iudaicos, ac ciues Hierosolymitanos à maximo ad minimum usq;, nemo est qui studeat esse frugi. Obuertunt enim mihi ceruicem, & non faciem: manē tamen ac tempore exurgens, eos semper docui, atq; præmonui. Sed illi docentem non audiunt, cōtemnant & aspernantur, nolentes se dare uitæ meliori. Nam & spurca sua idola cōstituerunt in domo quam nomini meo dedicatam habent & sacram, ut eam polluant atque profanent. Præterea ædificauerunt & ipsi Baal excelsa, quæ sunt in ualle filij Hennon, ubi filios suos ac filias per ignem ducunt, dedicantes eos ipsi Moloch, quod quidem nunquam ego eis præcepit: imō abomināda adeo res, nullo unquam tempore mihi in mentem uenit, ut tale quicquam cogitarem; atq; ita omnē Iudaicum populum in errorem tamen & ad crassa adeo inducunt

Ecce ego Dominus Deus uniuersæ carnis.

Vertent ad me terga, et non facies.

scelera. Nunc itaque de ciuitate hac, unde nos dicitis, quod danda sit in manum regis Babylonij, ita ut simul omnes aut gladio perituri sint, aut fame, aut peste, sic dixit Dominus Israelis ille Deus: Ecce undelibet terrarum, in quas eos iratus, indignabundus, multaq; iræ exæstuans, detrusi atq; reieci, rursus eos colligam, reducturus eos in locum hunc, ubi securō atque nemine ipsos diuexante ac laceffente habitent. Et erūt mihi meus populus dilectus ac gratus, & ego ero eis Deus, ac sedulus custos & auxiliator. Tunc enim non erūt in duo regna diuisi, neque diuersis addicti regibus: sed dabo eis cor unum, eundemq; uiuendi morem, ut me omisis idolis, ac sceleratis illis uitalis, iusto semper timore timeant, uerq; cultu colant atque honorent: ut bene sit tum ipsis, tum ipsorum posteris. Feriam enim cum eis scelus sempiternum, neq; unquam eos desituiam, ut cessem ipsis benefacere: sed daturus ipsis sum timorem mei in cordibus suis, ut neque ipsi à me declinent ac deficiant. Quin & gaudio ac uoluptati mihi erit, ut ipsis benefacere liceat. Unde & plantabo eos, altumq; totoq; pectore, atque ipso ex animo facturus eis bene. Sic enim dixit Dominus: Quemadmodum adduxi super populum hunc, omnem hanc calamitatem ac miseriam, & pelagus quoddam malorum: ita & omne bonum, omnemq; felicitatē quam ipsis promitto ac polliceor, ipsis adducturus sum, & ementur ac uidentur rursus agri in terra ista, quā nūc desolandam atq; uastandam dicitis, ita ut nec homo quisquam, neque ullum etiam iumentum in ea compareat ac uideatur: quippe quæ tradenda sit in manus Chaldæorum, crudelissimorum hostium. Agros inquam & ement & uendēt, syngraphasq; cōscribēt, atq; adhibitis testibus eas obsignabūt, idq; nō tantū in terra Bēiamin, sed & ubilibet in circuitu Hierusalē, atque in quibusuis ciuitatibus Iudaicis, siue in mōtanis illæ sint, siue in cāpestribus, siue item ad meridiem illæ sitæ sint, siue ad aquilonem. Nam ego captiuitatem eorum dissoluā, eosq; huc reducam, dixit Dominus.

CAPVT XXXIII.

Secūdo autē Dominus cū Hieremia uerba fecit, cum iā in atrio domus regis, carcere conclusus sederet. Loquebatur autem ei in hunc modum: Sic dixit Dominus qui ipsam Hierosolymorū urbem clarificaturus est: Dominus inquam, qui eam cohonestabit, atque stabiliet, innouaturus, & magnificentissimē eā reparaturus, cuius nomen Domineus est. Inuoca me, & ego te exaudia, uotis tuis responsurus: & indicabo tibi magna ac fortia, quæ maximi momenti sunt & pōderis: & interrim tamē te latēt, nihilq; de illis nosti. Nā sic dixit Dominus Israelis ille Deus, de domibus ciuitatis huius, & de edibus regum Iudah, quæ balistis ac securibus destruendæ sunt: siquidem uiri Iudah uenient pugnaturi, atque sese opposi-

Letabor super eis, cum bene ipsi se cetero.

Oppositori Chaldaeis: id quod faciet ad implē-
 dum domos ipsas interfectorum hominum
 cadaueribus, quos ego furibundus atq; mul-
 ta ira exarsuans percussurus sum. siquidem
 abscondi, faciemq; meam auerti à ciuitate hac
 propter omnem ipsorum malitiam, ac scelera
 tilissimos eorum mores. Sed ecce, Ego obdu-
 cam ei cicatricem, praestaturus sanitatem, obli-
 gaturus, varijsq; emplastris ac pharmacis eam
 curaturus. Sanabo enim eos: & aperiā eis the-
 sauros bonorum, solidissimāq; pacis, tran-
 quillitatis, ac spectatissimae fidei. Reducam e-
 nim, atque suis sedibus restituam, qui ex Iu-
 daeis, item & ex Israelitis in captiuitatem aue-
 cti sunt: & in pristinum planē statum, quem
 olim tenuerunt, eos restituam, emundaturus
 eos ab omni iniquitate sua, qua contra me
 peccauerunt, & condonaturus eis cuncta sua
 scelera, aduersum me designata: quodq; tam
 sceleratē & perfidē à me defecerint, atque me
 aspernati fuerint. Et erit quidem mihi iam
 restaurata, atque sic emundata Hierusalem,
 de qua gaudeam, & per quam magni nomi-
 nis efficiar, plurimum que celebris reddar a-
 pud omnes mundi nationes, quae audient,
 quantis ego illos beneficijs affecerim, & do-
 nis bonis locuplerarim. Demirabuntur enim
 atque obstupescēt super ea bonitate ac rerum
 omnium felicitate, quam ego eis praestaturus
 sum. Sic enim dixit Dominus: In loco isto, 30
 quem uos dicetis desolatum, atque miserē a-
 deo deuastatum, ut neque homo, neque iu-
 mentum in eo remanserit: in ciuitatibus in-
 quam regni Iudaici, & in Hierosolymorum
 plateis, ubi nullum ciuem aut hominem con-
 spicietis, atque adeo uix catum ullum aut can-
 nem, ibi adhuc audietur uox gaudij atque læ-
 ticiae, eorum nimirum qui choreas exercētes,
 lætas attollent uoces. Quin & nuptijs contra-
 ctis, audietur læta uox sponsi & sponsae, uox 40
 dicentium: Confitemini, laudibusq; extolli-
 te Dominum exercituum: siquidem bonus,
 clemens & misericors est: quoniam misericor-
 dia ac beneficentia eius nunquam intermorie-
 tur, perpetuoq; duratura est. Et hi quidem sa-
 crificia laudis deferent in domum Domini,
 quod de terra sua ita in captiuitatem abdu-
 ctos reduxerim, pristinoq; suo statui ac hono-
 ri restituerim, inquit Dominus. Sic dixit Do-
 minus exercituum: In loco isto deserto, ac mi- 50
 serē adeo deuastando, ita ut neque homo, ne-
 que canis aut catus ullus in omnibus illic ciui-
 tatibus conspiciendus sit, adhuc erunt tuga-
 ria pastorum, qui illic curaturi sunt gregem
 suum. Nam & in ciuitatibus montanis, & in
 ciuitatibus campestribus, in ciuitatibus item
 australibus, & in terra Benjamin, atque in
 omnibus circum Hierusalem locis. In om-
 nibus inquam totius regni Iudaici ciuita- 60
 tibus, adhuc transibunt greges sub manum
 eius qui sub uesperam ad caulas suas redeun-
 tes numeret, atque perspiciat, inquit Do-
 minus. Venient enim tandem dies, inquit

Dominus, ut praestem atque compleam bo-
 num istud uerbum, magnae promissionis
 meae, quam addixi atque iuravi domui Israel
 ac domui Iudah. nam tunc temporis atque in
 diebus illis, suscitabo atque succrescere faciam
 Dauidi germen illud iustum ac praestantissi-
 mum, quod iudicium ac iusticiam tota terra
 faciet, multos sui notitia iustificaturus. Et tūc
 quidem temporis seruabitur, atque salutem
 consequetur populus Iudaicus, & Hierosoly-
 mitanus populus habitabit securō ac tuto, ne
 mine eos diuexante ac laceffente. Et hoc qui-
 dem nomen est, quo ipsum uocabunt *Dauid*:
 Dominus iustus noster, sua gratuita gratia ac
 misericordia nos iustificans, atque ab om-
 nium peccatorum fordibus nos emundans.
 Nam sic dixit Dominus: Quod nunquam de-
 futurus sit Dauidi uir, qui sedeat super thro-
 num domus Israel: neque deerit sacerdotibus
 ac Leuitis coram me uir, qui me iratum pla-
 cet, qui que uerus mediator atque intercessor
 fit, oblaturus holocaustum, ac sacrificia incen-
 surus, ac omni tempore mactaturus Deo gra-
 tissimas uictimas. Et Dominus quidem cum
 Hieremia uerba facere pergens, in hunc locu-
 tus est modum. Sic dicit Dominus: Si pactum
 illud meum quod pepigi cum die, & pactum
 quod cum nocte pepigi, irritum fieri potest,
 ita ut nō sit dies ac nox, suo utrunq; tempore,
 ac iusta uicissitudine: tum irritum quoque fie-
 ri poterit fœdus illud meum quod inij cum
 seruo meo Dauid, ut nemo sit ex eo filius qui
 in throno eius confideat ac regnet: item &
 cum Leuitis, sacerdotibus mihi ministranti-
 bus. Sicut enim exercitus ille caelestium stel-
 larum numerari non potest, neque harena
 maris metiri: ita multiplicaturus sum poste-
 ros Dauidis serui mei, & Leuitas, qui mihi
 ministrent, ac iusta sacra faciant. Et Domi-
 nus rursus cum Hieremia uerba faciēs, dixit
 sic dixisse Dominum: Nōne uidisti, atque
 obseruasti, quid populus hic loquatur ac di-
 cat? nempe quod Dominus duas illas fami-
 lias (regni nimirum Israelitici, atque regni
 Iudaici) quas peculiariter sibi elegerat, atq;
 charas habebat, nunc reiecerit. quare & po-
 pulum meum aspernati, miserē atque crudeli-
 ter adeo eum tractarunt, quasi iam non am-
 pliūs mihi sint populus meus, nihilq; in illos
 peccari possit. Ceterum Dominus ipse sic di-
 xit: Si nullum mihi cum die ac nocte pactum
 est, & nullis meis legibus circumagitur caeli,
 ac terra persistit, etiam posteros Iacob ac Da-
 uid serui mei rejiciam, ita ut nō sim constitutu-
 rus de posteris eius principes, qui praesint po-
 steris Abraham, Isaac & Iacob. Nam ut maxi-
 mē nunc captiui abducantur, ego eos reductu-
 rus sum, atque misertus eorum suis ipsos resti-
 tuam sedibus.

Non interi-
bit de Dauid
uir.

Due cogna-
tiones quas
elegerat Do-
minus.

C A P V T X X X I I I I .
Hic uerbum habes quod Dñs cum Hiere-
 mia fecit, quādo Nabuchodonosor rex
 Babylonius, & omnis eius exercitus, omnia
 nimis

Ecce ego
obducam eis
cicatricem
& sanitatē.

Confitemi-
ni Domino
exercituum,
quoniam bo-
nus.

nimirum terræ regna, eius imperio subdita, & uniuersus eius populus oppugnabat Hierusalem, & oēs urbes illi subiectas ac socias. Loquebatur autem ei in hunc modum, nempe quod Dominus Deus Israel iuberet ipsum abire ad Sedechiam regem Iudaicū, illiq; dicere, quod sic dixerit Dominus: Ecce ego trado ciuitatē hanc in manum regis Babylonij, qui eam incēdio deperdet, atq; cōsumet: neq; tibi ullū ex manibus eius erit effugiū, sed comprehendenti-
 dus planē es, atq; adducēris in eius manū, ita ut his tuis oculis Babylonici regis oculos contuturus sis, & ille suo ore tecum corā locuturus, & super rebellione tua tecum exostulaturus, esq; abducendus Babylonē. Ceterū noris Domini erga te clementiam: audi quid tibi loquatur Dominus. Sedechia rex Iudah, Sic dixit de te Dominus: Gladio non es perimēdus, sed morieris in pace, in lecto tuo hoc aut illo morbo, siue senio interiturus. Et ad-
 lebunt tibi mortuo aromata odorata, ita ut ijs qui ante te fuerunt regibus, fieri consueuit: eritq; funus tuum honoratum admodum ac regium, ita ut & in luctu te deploraturi sint, ac uarijs clamoribus desideraturi, clamitantes super te mortuo, Heu Dominum, heu regem nostrum. Ego enim uerbum hoc locutus sum, atq; futurum prædico, inquit Dominus. Propheta uerō Hieremias, ita ut iussus erat, accessit Sedechiam regem Iudah, atq; omnia uerba hæc illi enarrauit in ipsa Hierosolymorum urbe: cum exercitus regis Babylonici oppugnaret Hierusalem, & omnes ciuitates regni Iudaici quæ restabant, atq; nondum deuictæ erant, nempe Lachis & Azecha. Hæ enim ex ciuitatibus regni Iudaici supererant, nondumq; erāt expugnatae, urbes nimirum ualidæ ac probè munitæ. Hoc uerbum est quod ad Hieremiā locutus est Dominus: Postquā rex Sedechias iniit pactum unā cum omni populo Hierosolymitano, ut publicitus, uoce nimirum præconis, libertas denūciaretur ijs qui duram inter ipsos seruibant seruitutem, ita ut manumitteret quisq; seruum suum Hebræum, siue ancillam suam Hebræam, dimissurus eos liberos, neq; ampliū seruitute ulla eos pressurus. Iudeus scilicet fratrem suū Iudgum, & oēs quidē principes consenserunt atq; paruerunt, simul & omnis populus, qui hoc pactum iniuerant, ut suum quisq; seruum aut ancillam manumitterent, neq; ampliū eos seruitute premerent, atq; imperiosius in ipsos dominarētur. Paruerunt inquam pacto, atq; dimiserunt eos liberos. Ceterū nō multo post mutata sentētia, reduxerūt seruos & ancillas, quos manumiserant, & redegerunt eos rursus in seruitutē, ut serui ipsis essent ac seruæ. Tunc quidem Dñs alloquens Hieremiā dixit, sic dixisse Dominū Israelis illum Deū: Ego quidē olim iniit pactū cum patribus uestris, quādo eos eduxi de terra Aegypti, de domo ubi durā admodum seruitutem seruibāt ipsi: & ita quidem inter nos conuenit, ut ad septimū annum quisq; fratrem

Non morieris in gladio.

suum Hebræum, qui sibi uenditus esset, & sex iam annos ipsi seruiuisset, iam a se liberum dimitteret: sed patres uestri pro ingenio suo duro ac rebeli, non paruerunt mihi, neq; pactis steterunt. Vos autē hodie conuersi eratis, & rectē quidem meo iudicio feceratis, dū promulgabatis libertatem quisq; proximo suo: idq; in domo mea, quæ meo de nomine uocatur, coram me pacto inuito, ut quod ratum uocatur, coram me inuiolabile foret, sed mutata cōtinuò hac sententia, de honestatis atq; profanastis nomen meum, in seruitutem rursus redigentes suum quisq; seruum aut ancillam, quos manumiseratis, ita ut iam liberi quocunq; uellent abire possent. Et subiugastis eos atq; compulistis, ut rursus uobis serui sint ac seruæ. Propterea sic dixit Dominus: Vos nō paruistis mihi, ut promulgaretis libertatem suo quisq; fratri ac proximo, seruis nimirum atque ancillis Hebræis. Proinde ecce ego promulgo uobis, ait Dominus, libertatem inuadendi uos gladio, peste, ac fame, ita uos diuexaturus, ut exemplo sitis omnibus regnis terræ, per quæ dispergemini. Et tradam quidē uiros istos qui pactum meū soluerunt, neque rata habuerunt uerba pacti coram me in templo meo inuito, quando maesta tam buculam in duas diuidentes partes, inter ipsas inita pacta confirmaturi, transferūt principes regni Iudaici & proceres Hierosolymorum, eunuchi, sacerdotes & omnis terra populus, qui inter diuisas buculæ partes pro more confirmandi pacti transferūt. Quando inquam ita sunt periuri & fœdifragi, tradā eos in manum hostium suorū, qui ipsos capitaliter oderunt, atque interimere student: & cadauera quidem ipsorum inhumata cedent in escam uolucris cœli, ac carniuoris bestijs terræ. Quin & Sedechiam regem ipsum Iudah, unā cum suis principibus ac uiris aulicis, tradam in manum suorum hostium, qui uitam ac sanguinem ipsorum sitiunt: nimirum in manum exercitus regis Babylonici, qui nunc soluta obsidione, quod audiret Aegyptios uobis auxilio uenire, a uobis recessit, sed citō nimitis rediturus. Nam ecce ego præcipiam, inquit Dominus, atque reducam eos ad ciuitatem hanc, quam oppugnabunt, atq; etiam expugnabunt, & occupatam eam incendio consumant ac deperdent. Et reliquas quidem Iudaicæ regionis ciuitates ita uastabo, atq; delolaturus sum, ut neminem habituræ sint quipfas inhabitet.

C A P V T XXXV.

Hic illud habes, quod Dominus locutus est Hieremiæ complusculis ante obsidionem diebus, sub Ioachimo Iosifæ regis Iudaici filio. Iubebat autem eum abire in domum Rechabitarum, ut cum ipsis locutus, eos adduceret in domum Domini, in cubiculum aliquod templo adhaerens, ubi eis bibendum offerret uinum. Digressus itaque illuc, assumpsi Iazoniam filium Hieremiæ,

Omnia conpleti fuerunt septē anni.

mia filij Habſania, cum fratribus ſuis, omni-
 buſq; eius filijs, totam nimirum Rechabita-
 rum domum ſive familiam, & adduxi eos in
 domum Domini, in cubiculum filiorum Ha-
 nan, filij Igdaliae, uiri Dei ac prophetæ, quod
 quidem proximum eſt cubiculo principum,
 ſupra cubiculum Maafia filij Sallum, qui cu-
 ſtodiendis templi uafis ac cimelijs præfectus
 eſt. Appoſui autem ante filios domus Recha-
 bitarum ſcyphos ac calices plenos uino, ad bi-
 bendum illud eos inuirans. Verum illi nega-
 bant ſe bibituros, ut quibus Ionadab filius Re-
 chab pater ipſorum præceperat, ne uinum ip-
 ſi biberent, neq; ulli ex ipſorum filijs, aut inæ-
 ternum uſq; poſteris: neque item domus con-
 ſtruerent, neq; ſementem ullam facerent, neq;
 vineas plantarent, aut haberent: ſed tota ſua
 uita in tentoriolis agerent, ut multo tempore
 poſſent uiuere in terra qua ipſis peregrina e-
 rat, ac nihil propria. ſiquidem non ex Iacob, 20
 ſed ex Hobab, ſive Iethrone, Moſi ſocero du-
 cebant genus. Et obediuiſſe ſe dicebant præ-
 cepto Ionadab filij Rechab patris ſui, in omni-
 bus qua ipſis præcepiſſet, nempe ne unquam
 uinum biberent, neque ipſi, neque uxores eo-
 rum, neque filij item aut ipſorum filia, & ne
 domos extruerent ſibi inhabitandas. Et hinc
 neque uineam, neque agrum, neque ſemen-
 tem ſibi eſſe dicebant ſed ſe habitare in tento-
 riolis. atque obedire & per omnia ſe facere ſe-
 cundum præcepta Ionadab patris ſui. Cate-
 rum cum Nabuchodonofor rex Babylonius
 terram inuaderet, nihilq; ab eo, eiusue exerci-
 tu tutum eſſet, conſultauiſſus inter nos ut in-
 grederemur hanc Hieroſolymorum urbem,
 ne quid aduerſum nos moliretur, aut nos di-
 uexaret exercitus ille Babyloniorum, atq; ex-
 ercitus Syrorum: itaq; factum eſt, ut nunc Hi-
 roſolymorum urbem inhabitemus. Locu-
 tus itaq; tunc eſt Dominus cum Hieremia in 40
 hunc modum. Sic dixit Dominus exercituum
 Deus ille Iſraelis: Abi, atq; roga Iudaici regni
 uiros, atque ciues Hieroſolymitanos. An non
 hæc res exemplo ipſis ſit, ut hinc mei obedi-
 tia condiscat, auſcultaturi meis uerbis ac præ-
 ceptis, poſtquam illi tam ſedulò paternis atq;
 humanis parent monitis, inquit Dominus.
 Sedulò ab his obſeruata ſunt præcepta Iona-
 dab filij Rechab, qui filijs ſuis præcepit ut à ui-
 no abſtineant: id quod in hunc uſque diem 50
 perquam diligenter ab eis obſeruatum eſt:
 quippe qui patris ſui mandato obediunt.
 Ego uerò magna cura, multaque ſolicitudine
 uos præmonui, manè etiam atq; primo dilu-
 culo conſurgens, multaque diligentia uos co-
 hortans: ſed recuſaſtis mihi audire. Quin &
 quamplurimos ad uos miſi ſeruos meos ui-
 ros prophetas, multo manè eoſdem excitans,
 atque ad uos amandans, ut uos in uiam redu-
 cerent, atque à ſua quemq; uia mala reuoca- 60
 rent, atque ad meliorem uitam inhortarètur,
 ne mei obliſti deos alienos ſectaremini, eoſq;
 tanto ſtudio coleretis. Quod quidem ſi facere

tis, habitaretis ſecuro ac tranquillè in terra,
 quam uobis patribusq; ueſtris tradidi. Cate-
 rum quantumcunque ego clamarè, atq; mul-
 tos prophetas mitterem, uos pro ueſtro mo-
 re, ac ſcleratiſſimo ingenio, ne audire quidè
 quenquam dignati eſtis, nihilq; mihi obedi-
 ſtis. Certè filij Ionadab, filij Rechab, adimple-
 runt, atque re uera præſtiterunt mandatum pa-
 tris ſui, quod ipſis præcepit: ſed populus hic
 meus quanquam me centuplo meliorem ha-
 beant patrem, non tamen auſcultant, neque
 obtemperant mihi. Propterea ſic dixit Domi-
 nus exercituum, Deus ille Iſraelis: Ecce ego
 inducam ſuper populum Iudaicum, & ſuper
 omnes Hieroſolymorum ciues, quicquid con-
 tra ipſos mali locutus ſum, atque meditatum
 habeo. Aegerrimè enim fero, quòd me frequè
 ter adeò ipſos præmonentem audire ſint dedi-
 gnati: & quòd uocanti mihi, quaſi obſurdiui-
 ſent, nihil adeò reſponderint. Quod uerò ad
 domum Rechabitarum attinet, hiſ dixit Hie-
 remias, ſic dixiſſe illum exercituum Domini
 Iſraelis Deum. Quando quidem obediſtis præ-
 cepto Ionadab patris ueſtri, obſeruantes que-
 cunque ille præcepit, ita ut re uera præſtiteri-
 tis, quicquid ille mandauit: propterea ſic dixit
 Dominus exercituum, Iſraelis ille Deus: Non
 deficiet uir de ſtirpe Ionadab filij Rechab, qui
 ſtet, atq; miniſtret coram me cunctis diebus. Be-
 ne enim illis facturus ſum, atq; habiturus eos
 chariſſimos dum uixerint.

C A P V T XXXVI.

Accidit autè anno quarto Ioachimi Io-
 ſia regis Iudaici filij, ut Dñs uerba cū
 Hieremia faciens, iuſſerit eū accipere
 uolumè membranaceū, in quo cōſcriberet om-
 nia qua Dñs ipſi contra Iſraeliticū regnū. &
 item contra regnū Iudaicum, atq; oēs gētes lo-
 cutus eſſet, à primo quo locutus ipſi eſſet die,
 nempe à diebus Ioſia, cuius decimotertio re-
 gni ſui anno uaticinari cōperat, uſq; in diem
 hūc. Voluit nimirū omnia ipſius uaticinia de-
 ſcribi atq; cōtrahi in epitomen, ſi fortaiſis au-
 diat domus Iudaica omne malū quod in ipſos
 cogito, ac decretū habeo: & cōuertantur à ſua
 quiſq; uia mala, & propitiuſ reddat iniquitati
 eorū, peccataq; ſua ipſis condonè. Accerſiuit
 itaq; Hieremias diſcipulum ac miniſtrū ſuū Ba-
 ruch, filiū Neria. Et Baruch quidè dictate Hie-
 remia ſcripſit oēs ſermones Dñi, quos ipſi lo-
 cutus erat in uolumine membranaceo. Hiere-
 mias uerò præcepit ipſi Baruch, ut cum ſpiritu
 prohibère non poſſet ingredi domū Dñi, in-
 grederetur illuc ipſe, lecturus illic ex libro,
 quem dictante Hieremia ſcripſerat, ſermones
 Dñi: idq; uniuerſo populo audiente in domo
 Dñi, in die ieiunij ac celebri, quo maximus fie-
 ret populi cōuentus. Legere in quā eos ipſum
 uoluit, uniuerſo populo Iudaico audiète, qui
 de ſuis quiſq; ciuitatibus in domum Dñi con-
 uenirèt, ſi fortaiſis deprecentur in publico cō-
 uentu Dominū, & cōuertat ſe quiſq; à uia ſua
 mala, ita ut malum omne declinare poſſint.

Vocauit il-
 los, & nõ re-
 ſponderunt
 mihi.

Ego clauiſus
 ſum, nec poſ-
 ſum ingredi
 domum Do-
 mini.

Nam

Poſui ante fi-
 lios Rechab
 ſcyphos plenos
 uino.

Firmauerunt
 filij Ionadab
 filij Rechab
 præceptum
 patris.

Nam certè Domini ira atq; indignatio multa est ac magna, quam in populum hunc cõcepit atq; prolocutus est. Et Baruch quidem filius Nerix per omnia ita fecit, quemadmodum Hieremias propheta ipsi præcepit, propalã in domo Dñi de conscripto uolumine legēs sermones Domini. Accidit itaq; anno postero, nempe anno quinto Ioachimi filij Iosix regis Iudaici, ut mense nono ingruētibus Chaldeis, publicum indictum sit ieiunium, per quod coram Domino cõparerent omnis populus Hierosolymitanus, simul & uniuersus totius regni Iudaici populus, qui de suis quisq; ciuitatibus cõueniebant Hierosolyma. Et hanc quidē celeberrimi conuentus occasione nactus Baruch, de uolumine ipso in domo Dñi legit sermones Hieremię in cubiculõ Gamarię filij Saphan, cãcellarij regij, in atrio superiore, unde cõmodius exaudiri posset, in ipso introitu portę domus Dñi nouę, uniuerso populo audiēte. Cum uerò Micheas filius Gamarię ex Saphan prognati, absente patre suo Gamariah, omnia uerba Dñi de uolumine lecta audisset, descendit cõtinuò in domũ regis, in cubiculũ cancellarij regij, ubi inuenit oēs uiros principes confidentes, atq; inter se cõsultantes: nempe Elisama cancellariũ regium: Dalaiam filiũ Semeiã, Elnathan filiũ Achbor, Gamariam filium Saphan, & Sedechiam filiũ Hananiã, & quicquid reliquorũ erat principũ. Et Micheas quidē narrauit eis oēs sermones, quos audierat à Baruch, uniuerso populo audiēte de uolumine ipso legentem. Principes autē omnes rei nouitate permoti, miserũt ad Baruch uirũ primarium Iudi, filiũ Nathaniã, qui patrē habuit Selemiam filiũ Chusi, qui ipsi nunciaret, ut in manibus suis accepto uolumine, quod uniuerso populo audiente legerat, ueniret ad ipsos: id quod Baruch filius Nerix nihil contactus, cõtinuò fecit, accepto uolumine ad ipsos deproperans. Illi uerò ad se ingressũ cõsiderare iusserunt, atq; ipsis audientibus quę uolumini inscripta erãt legere. Et Baruch quidem nihil tergiversatus, ipsis auscultantibus legit. Vbi uerò sermones omnes audissent, expauerunt omnes, atq; obstupuerunt inter se: atq; ipsi Baruch responderunt, quod sermones hos omnes aperirẽt, atq; deferrent ad regẽ. Interrogabant autem ipsum Baruch, ut narraret ipsis, quomodo sermones hos oēs de ore Hieremię scripsisset. Et Baruch eis respondit, quod propheta ipso ore suo sermones omnes ipsi dictasset, ipseq; eos uolumini atramẽto inscripsisset. Iusserunt itaq; principes, atq; præmonuerunt ipsum Baruch, ut digressus unã cum Hieremia sese absconderet, ne quis sciret ubi essent: malè enim timebant eis à furore regis. Accedentes autem ad regem in atrium, postquam uolumen in cubiculo Elisamę cancellarij regij recondiderant, rem omnem narrauerunt regi: qui statim emisit Iudi, ad adferendũ uolumen, ut adduceret illud de cubiculo Elisamę cancellarij regij. Et Iudi quidem adductũ

Legit Baruch ex uolumine sermones Hieremię.

illud legit, audiente ipso rege, simul & omnibus qui coram ipso stabant, principibus. Rex autem tunc temporis cõfederat in domo hęc mali, mense nimirum nono, & erat ante eum focus incensus ac pulchrè ardens. Porro cũ Iudi iam tres aut quatuor paginas legerat, gladiolo scriptorio conscidit uolumen, atque abiecit illud in ignem, qui adstabat in foco, donec uolumen totũ ipso qui in foco erat igne absumeretur. Et non timuerunt, neque uestes suas ad horrenda adeò uaticinia ruperũt, neque rex, neque quisquam ex ministris eius, qui sermones hos tam amarus & tremendos audierant. Quin & Elnathan & Dalaias, & Gamarias, uehemẽter regem deprecabantur, ne uolumen cõbureret: sed ille non auscultauit eis, atque perrexit prophetarum scripturarum ac uaticiniorum Dei esse incendiarius. Præterea, commotior in prophetas Domini, iussit Ieremielem filium Hamelech & Seraiam filiũ Ezrielis, cum Selemia Abdielis filio, ut comprehenderent Baruch scribam, simul & prophetam Hieremiam: sed Dominus eos abscondit, ita ut inueniri ab his non potuerint. Cõbusto autem iam per regem uolumine, ac sermonibus propheticis, quos Baruch dictante Hieremia de ore ipsius scripserat, locutus rursũ cum Hieremia Dominus est. Et iussit eũ rem iterare, atque alio accepto uolumine omnes sermones priores, qui priore uolumine continebantur, quod Ioachimus rex Iudah combusserat, eidem inscribere. Regi autē Ioachimo iussus est dicere, sic dixisse Dominum: Tu uolumen illud combusisti, indigne atque iracundè nimis ferens, quod in eo scripseram regem Babylonium uenturum, qui terram hanc uastaret, atque deperderet, ita ut nullum in ea hominem, neque catum etiam aut canem comperias. Et hac quidē de causa, quod hæc iniquè adeò tuleris, & prophetici uoluminis te præstitisti incendiarium, sic dixit Dominus de Ioachimo rege Iudah: Non remanebit ex eius semine quisquam superstes, qui teneat thronum Dauid. Et cadauer eius emortuum inhumatum abijcietur ad æstum diurnum, & ad frigus nocturnum, feris ac cœli uolucibus expositum. Et neque ipsi, neque posteris eius ac ministris impunita erit hæc ipsorum iniquitas: siquidem adducam super eos, & super ciues Hierosolymorum, atque omnem Iudæe regionis populum omnem illam calamitatem ac miseriam, quam ipsis sum minitatus. Sed illi pro ingenio suo sceleratissimo minitantibus prophetis non paruerunt, ut ad frugem bonam se reciperent. Accepit itaque Hieremias uolumen aliud, & dedit illud Baruch scribæ ac ministro suo: qui dictante rursũ Hieremia, omnes illos sermones, qui eo continebantur libro, quem Ioachimus rex Iudæus igne combusserat, denuò conscripsit, additis præterea compluribus eiusdem argumẽti sermonibus.

C A P V T XXXVII.

Regnauit autē Sedechias filius Iosif regis, pro Iechonia Iochimi regis filio. Hunc enim Nabuchodonosor rex Babylonis, abuecto Iochimo, regni Iudaici gubernaculis praefecit. Et neq; ipse, neque quisquam ministrorum eius, aut ex totius regionis populo obediuit uerbis Domini, quae per prophetam Hieremiam ipsis loquebatur. Misit tamē rex Sedechias, Iuchal filium Selemiae, & Sophoniam filium Maasiae sacerdotem, ad Hieremiam prophetam, rogaturos, ut Dominum Deum ipsorum pro ipsis deprecaretur. Hieremias uerō per id temporis liberē adhuc uersabatur in populo, quōcūque uellet inambulans atque incedens. Nondum enim coniectus tunc erat in carcerem. Exercitus autem Pharaonis opem laturus Hierosolymitanis, processerat de Aegypto. unde cum audissent Chaldaei, qui Hierosolyma obsidebant, soluta obsidione discesserunt ab Hierosolymis. Dominus uerō locutus est Hieremiae prophetae suo in hunc modum: Sic dixit Dominus Deus Israel, nempe ut hoc responsi referatis ad regē Iudah, qui uos misit ut me super obuenturis uobis rebus interrogaretis. Ecce, exercitus Israel Pharaonis, qui egressus erat ut uobis auxiliaretur, atq; opem ferret, iam soluta obsidione reuertetur in terram suam, in Aegyptum. Ceterum Chaldaei quos iam aufugisse prorsus arbitramini, improuisi aderunt, atq; huc redibunt, urbemq; hanc expugnabunt atq; occupabunt, incendioq; eam absumunt. Iubet itaq; Dominus, ut ne uos ipsos decipiatis, abiturum ipsorum uobis persuadentes. Nam utcumq; soluta obsidio est, illi tamen nō ita discessuri sunt. nam ut maxime percutiatis uniuersum Chaldaeorum exercitum, qui uos oppugnant, atq; obsidione premūt, & uulnerati aliquot ex eis relinquerentur superstitēs, hi suo quisque de tentorio exurgentes, urbem hanc uestram incenderent, flammisq; deperderent. Contigit autem, cum iam soluta obsidione, Chaldaeorum exercitus, metu exercitus Pharaonis ab Hierosolymis discessisset, ut Hieremias egressus sit ab Hierosolymis, abiturus in terrā Beniamin, per mediam turbam ex urbe se subducere conatus. Verū cum iam esset in ipsa porta Beniamin, adfuit illic portae praefectus, cuius nomen Ierias, filius Selemiae, qui patrē habuit Hananiam. Hic autem apprehēdens Hieremiam prophetam, dixit eum ad Chaldaeos trās fugere. Cui respondit Hieremias, Falsum id esse, quippe qui ad Chaldaeos non transfugeret: sed non credidit hoc ille ei. Vnde apprehensum Hieremiam prophetam, adduxit ad uiros principes. Porro principes ipsi hac de causa in Hieremiam commotiores, iusserunt eum cedi, & casum coniecērunt in carcerem, in domum Ionathan scribae. hanc enim scribae domum iam fecerat carcerē. Ingressus itaq; est Hieremias in domū lacus, profundissimū nimirum puteum, & ad profundissimas, hor-

rendissimasq; uinctorum cellulas: & desedit quidē Hieremias illic cō pluribus diebus. Tandem uerō misit rex Sedechias, & accersit eū, domi suae secretō eū interrogans, num ea quae uaticinaretur, a Dño proficiscerentur, ueraq; essent. Et ille respondit, esse: addens, regem ipsum in manum regis Babylonij tradendū. Sed quid, inquit Hieremias ad regem Sedechiam, cōmerui? Quid peccaui aut in te, aut in famulos tuos & populum hunc, quod me coniecistis in tetrum adeo carcerē? Quod uos de imminente calamitate praemouerim? & ad meliorem uitam uos inhortatus sim? Vbi nunc sunt prophetae illi uestri, qui uobis affirmatē adeo uaticinabantur, regem Babylonij aduersus uos ac terram hanc non ducturū exercitum? Verū nunc audi quae so, Domine mi rex, & sine obsecro ut te exorem, unumq; hoc a te impetrē, ut ne remittas me in domū Ionathan scribae, nisi me mori uelis. Iussit itaq; rex Sedechias, hac prophetae oratione exaudita, ut ponerēt Hieremiam in carcerē, qui in atrio regio erat: utq; darent ei quotidie frustum panis, praeter cibos coctos, donec omnis qui in urbe panis erat, cōsumeretur. Hieremias itaq; mansit in carcere, qui in atrio erat regio.

C A P V T XXXVIII.

Adiuit autē Saphatias, filius Marhan, simul & Godolias, filius Phassur, unā cū Iuchal filio Salamiae, & Phassur filio Melchiae, ea quae Hieremias locutus erat omni ad se ueniēti populo. Cōiectus enim iā in carcerē erat. Dicebat autē, sic dixisse Dñm: Quisquis in ciuitate hac manserit, is aut gladio, aut fame, aut peste morietur. Qui uerō exierit ad Chaldaeos, is uiuet, habiturus uitā suā ueluti si praeda aliqua ei obuenerit, beneq; illi erit. Dominus enim ait, urbē hanc certō tradendam in manū regis Babylonici, qui eā capiet atq; occupabit. Principes itaq; uiri huiuscemodi uerbis ad regem delatis: Interimatur, aiebant, uir iste. siquidem huiuscemodi uerbis frangit animos. atq; remissas reddit manus uiuorum militarium, quos in urbe hac superstitēs habemus: atq; adeo totum ille infirmat populum, quando huiuscemodi uerbis cum ipsis agit. neq; enim sceleratus ille populi pacem, felicitatem atq; salutem, querit: sed totus incumbit in populi perniciem & exitium. Et rex Sedechias delatoribus his, animo muliebri & planē effeminato respondens, cōtinuō permisit prophetam ipsorum libidini ac uoluntati, ut quibus nihil negādum esset. Vnde arreptum Hieremiam demiserunt in puteum Malchiae filij Melech, qui erat in carcere atrij. Demiserunt autem eū funibus: & puteus quidē nullas habebat aquas, sed limosus erat, atq; immūdus admodū. Itaque demerserūt Hieremiam in limum, puteumq; sordidissimum. Abdemelech autem uir quidam Aethiops eunuchus, qui ex aula regis erat, hac re audita & cognita, quod Hieremiam tā inclementer demisissent in puteū, egressus ex aula, adiit ipsum regem: erat autem ille

Ecce ipse in manibus uestris est.

Ecce exercitus Pharaonis reuertetur in terram suam.

Principes casum Hieremiam coniecērunt in carcerem.

ille per id temporis in porta Benjamin. Colloquens autem cum rege, malè atque indignè uiros illos Hieremiam tractasse dicebat: quippe quem in puteum detrusum, fame enecarent, cum nullus superesset in urbe panis. Præcepit itaq; rex Aethiopi huic Abdemelech, ut illuc triginta secum acciperet uiros, atque horum stipatus satellitio, educeret Hieremiã prophetam de puteo, priusquam moreretur. Assumptis itaq; secũ uiris illis, denenit Abdemelech in domum regis, ad locum qui sub arario est. Vnde acceptos aliquot pannos detritos ac laceros, demisit eos per funes ad Hieremiam in puteum, nolens nimirum ut pannos hos uere res ac detritos propheta sub axillis brachiorum suorum collocaret, quãdo demissis in puteum funibus illinc erat extrahendus. Et Hieremias quidem ita fecit. Funibus itaq; demissis extraxerunt Hieremiam de puteo, unde eripus mansit in carcere atrij. Misit itaque rex Sedechias, & accersiuit Hieremiã prophetam ad se, ad ostium templi tertium, per quod rex è regia sua templum introibat. Cum autè accersisset, dixit rex ad Hieremiam: Interrogaturus quiddã sum te, inquit, quod te oro ne me celes. Hieremias uerò regi respondens: Si, inquit, quod quaesiturus es tibi aperuero, nõ me interficies? Sed ut maximè tibi, quod in tuam ac totius populi rē est, consulã, nõ audies me, neq; quicquam apud te ualebit meum consilium. Rex itaq; Sedechias Hieremiã clam iurauit, quòd impune quilibet dicturus esset. Ut uerè uiuit Dominus, inquit, qui nobis fecit animam hanc, non occidam te, neq; te tradam in manum uirorum istorum, qui in tuam incumbunt perniciem atq; necem. Tunc itaque dixit Hieremias Sedechiã regi, sic dixisse Dominum Deum exercituum: Si ad principes regis Babylonicum egrediaris, consulueris uitã tuã, quam ea uia seruaueris: quin & toti consulueris ciuitati, quã tunc incendio nõ deperdetur: benèq; esset tibi, nõ toti domui tuã. Porro si id recuses, ita ut ad principes regis Babylonicum exire nolis, ciuitas hæc tradetur in manus Chaldaeorum, qui eam incendio concremabunt. Et tu quoque eorum manus non euades. Et respondit rex Sedechias Hieremiã, quòd sibi timeret à Iudæis, qui ad Chaldaeos transfugerant, ne illorum manibus traditus, ludibrio ipsis esset atque derisui. Et dixit Hieremias, nõ ita futurum: Sed audi, inquit, uocẽ Domini, quam tibi proloquor, & bene tibi erit, uitãq; tuam seruabis. nam si exire ad Babylonicos principes renuas, hoc illud est quod mihi ostendit Dominus. Ecce illudent tibi omnes feminae ac puellæ, quæ nunc in domo Ioachimi regis Iudaici relictæ, educuntur ad principes regis Babylonicum: ex quibus tibi opprobrabitur atque audiendum erit, quòd te deceperint, atq; tibi præualuerint uiri tui domestici ac familiares, qui tibi læta omnia ac prospera polliceri sunt soliti: per quos iã profundissimum in lutum inductus, dum hostem

Extraxerunt Hieremiam funibus, & eduxerunt eũ de lacu.

Solicitus sum propter Iudæos, qui transfugerunt.

euadere non potes, coactus es retrocedere, atque hosti captiuus esse. Quin & omnes uxores tuas ac filios tuos educunt ad Chaldaeos, quorum manum neq; tu euadere poteris. siquidem per manũ regis Babylonicum apprehenderis. Et tu author eris, ut ciuitas hæc incendio deperdatur. Sedechias uerò principes suos male metuens, ne quid de clanculario hoc cum propheta colloquio resciscerent, uetuit Hieremiam hæc ultrò citroq; habita uerba in lucem proferre, promittens quoque cum non moriturum, neque quicquam eum hinc sensurum incommodi. Porro principes, inquit, ubi rescierint, quòd tecum locutus sim, continuo ad te accedent, rogaturi ut ipsis narres, quid cum rege collocutus sis. Ne celaueris nobis id, inquit, dic ingenue ac libere: siquidem non te occidemus, neque quicquam hinc tibi erit mali. Dicit itaque quid tibi locutus sit rex. Tu uerò tũc respondeto, quòd supplex me deprecatus sis, ne te in domum Ionathan reduci paterer, ne ibi fame contabescas ac moriaris. Digressus itaque à rege Hieremias est, & continuo accesserunt eum omnes uiri principes, rogantes quid ipsi cum rege fuisset colloquutus. Ceterum ille eis respondit per omnia ad eum quo rex iusserat modum, & taciti discesserunt ab eo. Nemo enim quæ collocuti erant rescierat. Porro Hieremias mansit in carcere qui in atrio erat, ad eum usque diem, quo Hierosolymorum ciuitas capta est. Et fuit quidem ibi, quando Hierusalem ipsa est capta.

CAP V T XXXIX.

ANNO nono Sedechiã regis Iudaici, mense decimo, uenit Nabuchodonosor rex Babylonicus, & omnis eius exercitus Hierosolymam, & cinxerunt eam obsidione. siquidem urbs erat præualida, & expugnata difficilis. Undecimo uerò Sedechiã regis anno, mensis quarti nono die, irruerunt in ciuitatem, atq; eam occuparunt. Ingressi autem in eam omnes principes regis Babylonicum, confederunt in porta media Neregel Serefer, Semegarnabu, Sarfachim Rabsares Neregel, Serefer, Rebmag, uiri summates ac primarij principes, unã cum reliquis regis Babylonicum principibus. Postquã uerò hos uidit Sedechias rex Iudaicus, & uiri eius militares, atque cognouerunt iam occupatam ciuitatem, aufugerunt, atque de nocte ciuitatem egressi sunt per uiam horti regij. Hanc enim rex habebat clanculariam, inter duos utring; muros constructam, cuius exitus in hortum ueniebat regis. Et hæc quidem aufugiens, egressus est per uiam deserti. Quod quidem cum rescierunt Chaldaei, continuo illos insecuti sunt, & comprehenderunt Hierichuntinã. Comprehensum uerò abduxerunt ad Nabuchodonosorem regem Babylonicum in Reblah, siue Antiochiã, quæ amonissima in terra Syria ciuitas est. Et illic acriter atq; dure cum eo exposulauit, quòd sedifragus pactis non stetisset, ac se illi rebellem præstitisset.

Prophetas meos ego coram rege.

Comprehensam Sedechiam in ciuitate Hierichuntinã.

isset. Quare & rex Babylonius ibi in Reblah, ipsos filios Sedechiæ præ oculis eius trucidavit, interfectis etiã omnibus Iudaici regni nobilibus. Ipsum uerò Sedechiam excæcauit, & duabus ferreis cõpedibus uinctũ abduxit secum Babylonem, domo regia ædibusq; popularib; in cõdicio consumptis ac deperditis. Quin & muros Hierosolymorum demoliti quoq; sunt. Reliquum autẽ populum, qui in captiuitate Ioachimi regis illic remãserat: item & eos qui ad se defecerant, & reliquum uulgus quod supererat, hos simul omnes trãstulit Nabuzardan præfectus militiæ Babylonem. Porro qui tenuiore erãt in populo fortuna, nihilq; habebant, hos reliquit Nabuzardan præfectus militum in regione Iudaica, dãs eis eodem tempore uineas & agros. Nabuchodonosor autẽ rex Babylonius, præceperat huic Nabuzardã præfecto militũ de Hieremia, ut ipsum acciperet, ipsumq; curaret, atq; in oculis semper haberet, nihil illi faciẽs mali: imò ut per omnia ex ipsius faceret sententia, ipsiq; morigeraretur. Misit itaq; Nabuzardan præfectus militum, item Nabuzebas Rabfars Neregel, Sereser & Rebmag, unã cum omnibus Babylonicis regis optimatibus, simul omnes hi miserunt atq; accersuerunt Hieremiam de carcere qui in atrio erat, & commendauerunt eum Godaliã filio Ahicam, cui pater fuit Saphan, qui eum educret domum: itaq; habitauit atq; uersatus est liber in medio populi. Locutus autem erat cum Hieremia Dominus, quãdo adhuc uinctus in ipso sedebat atrij carcere, iusseratq; eum abire, atque ipsi Abdemelech Aethiopi qui ipsum deputeo liberarat, in hũc modũ dicere: Sic ait Dominus exercituum, Deus ille Israelis: Ecce ego adducam in urbem hanc quæ locutus sum uerba, atq; minatus ipsi sum, malo sanẽ & exitio eorum, & non bono: accidentq; ea ipso te per id temporis inspectante. Et te quidem libero ac seruabo illo in die incolumẽ, inquit Dominus: ut nõ tradaris in manum uirorũ, quos nunc tantopere metuis ac formidas. Liberatus enim atq; protecturus te sum, ne gladio perimaris: eritq; tibi uira tua ueluti res quæ aliqui in prædam celsit, aut quæ forte fortuna repperta est: idq; quod in me collocasti fiduciam, atq; in me sperasti, ait Dominus.

C A P V T X L.

Sermo Domini qui cum Hieremia factus est, postquam Nabuzardan præfectus militum eum de Rama dimiserat, plenãq; libertati eum restituerat. Huc enim eũ cathenis uinctum abduxerat, inter cunctos Hierosolymorum ac reliqui regni Iudaici captiuos, qui Babylonem transferebantur. Princeps uerò militum cum de Hieremia cognouisset, accessit eo ad se dixit, nihil humanitus hic fieri, sed diuinitus populo calamitatem hãc immisam esse: siquidem Dominus Deus locutus, atq; frequenter per seruos suos prophetas minatus est loco huic calamitatem hanc: & quando illis contemptis, non respuerunt, tandem Do-

minus adduxit malum, atq; ita fecit, sicut prædixerat. Quia uerò Domino peccastis, & uoci eius non obedistis, hinc est quod hæc uos nũc adobruit calamitas. Et nunc quidem ego te hodie soluo ac libero de uinculis, quibus manus tibi constringuntur, plenã te restituens libertati, ad eò ut si uoles, itaq; tibi uideatur, liceat mecum ire Babylonem, ubi certẽ mihi futurus es charissimus, seduloq; rem tuam curaturus sum. Si uerò in cõmodum tibi uideatur, ut me cũ discedas Babylonẽ, maneto hic. nam ecce tota tibi terra patet, ac libera est. Datur tibi optio, quocũq; tibi bonũ uidebitur ac cõmodum ut discedas, illuc licet ire. Nondum autem dicente propheta quò uellet reuerti, ait illi Nabuzardã: Reuertere ad Godoliã filium Ahicã, filij Saphan, uirum tibi amicũ ac bonum, quem rex Babylonius præfecit cunctis regni Iudaici ciuitatibus, & manẽ cum eo in medio populi: aut quocũq; uoles ire aliò, illuc ito. Animaduertent enim, etiã Hieremia tacẽte, illuc, ad suam nimirum terram ei propendere animum. Dedit autem ei princeps militum aliquid ciborum, & nonnulla munera, atq; ita eum dimisit. Abijt itaq; Hieremias ad Godoliam, filium Ahicam, in Mizpah, ubi Samuel conuocatos filios Israel iudicare solitus est: & mansit illic cum eo uersans in medio populi, qui terrã factus erat reliquus. Porro cum duces exercituum, qui in agro extra ciuitatem fuerant, unã cum suis militibus audissent, quòd rex Babylonius Godoliam filium Ahicam Iudaicæ regioni præfecisset, atque illi commendasset uiros, mulieres, pueros & terrã pauperes, quos non uisum fuerat operæ precium ut Babylonem abduceret, uenerunt ad Godoliam in Mizpah, Ismael filius Nathaniae, & Iohanan & Ionathan filij Carex, & Sarias filius Tanhumeth, & filij Ephai Netophathitæ, & Iazania filius Maachati: hi exercituum duces unã cum militibus suis. Et Godolias quidem filius Ahicam, filij Saphan, cum iureiurando promisit tum ipsis tum ipsorum socijs salutem ac omnia prospera, iubens ipsis ut ne quid sibi timerent à Chaldæis: sed ut quietè habitaret in terra, & regi Babylonio se præberent morigeros ac ministros, & res omnis bene ipsis haberet. Nam ecce ego habito, inquit, in Mizpah, ut me paratum præbeã Chaldæis qui ad nos uenient. Vos autem uindictam curate, collecturi uinum, atque fructus æstiuos ac oleum, quæ omnia in uasis recondita reponatis in penuaria uestra, atq; ea in habitate oppida quæ collibebit, aut quæ ad habitandum accepistis. Resciuerunt autem hæc & omnes Iudgi, qui profugerant ad Moabitas & ad Ammonitas, simul & in Idumæam, & qui quolibet terrarum dispersi erant, quòd rex Babylonius reliquisset aliquot Iudæos in regione Iudaica, quibus præfecisset Godoliã filium Ahicam, filij Saphan, & Iudæi undelibet locorum ad quæ profugerant, reuersi sunt, atq; uenerunt in regionem Iudah ad Godoliam in Mizpah,

Ecce omnis terra in conspectu tuo est.

Nolite, timeate seruire Chaldæis.

Miserunt et miserunt Hieremiam de aesiubulo carceris.

Mizpah: & faciētes uindemiā, collegerūt ainū, & fructus aſtinos admodum multos. Iohan-
 nan autem filius Careæ, & omnes illi exercitu-
 um duces qui in agro fuerant, uenerant ad Go-
 doliam in Mizpah: qui poſtquam cognoue-
 runt, quid ſcleratus ille Iſmael aduerſus opti-
 mum Godoliam moliretur, interrogauerunt
 eum, num ſciret quod Baalis rex Ammonita-
 rum miſiſſet Iſmaelem filium Nathanix ad ip-
 ſum interimendum? At optimus Godolias fi-
 lius Ahicam, hoc illis non credidit. Iohan-
 nan uerò filius Careæ, hoc illi certiffimum eſſe co-
 gnoſcens, ardētiore zelo accēſus, ſecretò cum
 Godolia in Mizpah colloquens, obrulit illi ſu-
 am operam, de Iſmaele illo Nathanix filio
 clam occidendo, ita ut nemo de eo qui feciſ-
 ſet, poſſet cognoscere. Cur enim ille te nobis
 interimeret? inquit, ita ut diſpergerentur rur-
 ſum omnes, qui hic ad te collecti ſunt Iudei, &
 qui ex Iudæis facti ſunt reliqui, diſperirent.
 Optimus autem Godolias filius Ahicam, cum
 nihil tale ſibi de Iſmaele perſuadere poſſet, re-
 ſpodens Iohanann filio Careæ, uenit eum i-
 ſtud facere. Nam quod tu mihi de Iſmaele nar-
 ras, inquit, non ſit mihi ueriſimile.

Godolias fi-
 lius Ahicam
 eis non crea-
 didit.

CAPVT XLII.

Accidit autem menſe ſeptimo, quando
 quinto eiufdem anni menſe incenſum
 fuerat templum, ut Iſmael filius Natha-
 nix filij Eliſamæ de ſemine regio, unā cum
 optimatibus aliquot regis, ac decem uiris ſibi
 miniſtris, ueniret ad Godoliam filium Ahi-
 cam in Mizpah, ubi eos omnes uir optimus
 conuiuio excepit, atque humaniſſimè tracta-
 uit. Tandem uerò inſurrexit ſcleratus ille Iſ-
 mael, unā cum decem illis uiris comitibus ac
 miniſtris ſuis, & gladio percufferūt optimum
 Godoliam filium Ahicam, filij Saphan: non
 reueriti eum interficere, quem rex Babylo-
 nius regioni Iudaicę præfecerat. Quin & om-
 nes interfecit ſcleratus ille Iſmael Iudæos,
 qui erant cum Godolia in Mizpah, & quot-
 quot illuc ex Chaldæis inuenti ſunt, ac uiri mi-
 litares. Poſtero autem die, cum iam occiſus
 eſſet Godolias, nemo que illud adhuc reſci-
 uiſſet, uenerunt uiri aliquot de Sichem, de Si-
 lo, & de Samaria numero octoginta, ſecum fe-
 rentes oblationes ac munera quædam, ſimul
 & thus, quæ omnia ſtatuertant in domo Domi-
 ni offerre. Verum poſtquam audiuerunt tem-
 plū direptum, atq; à Chaldæis cōbuſtum, mul-
 to dolore raſerūt barbas ſuas, ueſtesq; ſuas diſ-
 ruperunt, faciēsq; lacerarunt, indigniſſimè
 ferentes templum tam auguſtum, ita deſola-
 tum eſſe. At ſcleratus hic Iſmael, filius Natha-
 nix, de Mizpah ſe illis obuiam præbuit, ſimu-
 lans & ſe de ijs quæ ciuitati ac templo accide-
 rant, plurimum dolere. Et cum iam ad illos
 accēſiſſet propius, Venite, inquit, ad Godoliā
 filium Ahicam. Et illi nihil ſuſpicantes mali,
 inuitantem Iſmaelem ſecuti ſunt: uerum ubi
 ad medium ciuitatis uentum eſt, ſcleratiſſi-
 mus ille Iſmael, filius Nathanix, trucidauit eos

Factum eſt
 autem die al-
 tero, poſt ea-
 dem Godo-
 lia.

os, & interfectos abiecit in medium putei.
 Designauit autem facinus hoc ipſe Iſmael, u-
 nā cum uiris ſibi ſocijs ac miniſtris. Fuerunt
 autem inter hos uiri decem, qui rogantes Iſ-
 maelem ne ipſos occideret, dicebant ſibi in a-
 gro eſſe theſauros tritici, hordei, olei ac mel-
 lis, illos ipſos ei offerētes, ſi modo ipſis parce-
 ret. Abſtinuit itaque ab his manum, & non oc-
 cidit eos unā cum ſuis fratribus. Porro pute-
 us in quem ſcleratiſſimus Iſmael omnia eo-
 rum coniecit cadauera, quos propter Go-
 doliam trucidauerat: is ille eſt, quem fecerat
 Aſa rex Iudah, metu Baafæ regis Iſraelitici &
 hunc quidem Iſmael ille Nathanix filius, in-
 terfectorum impleuit cadaueribus. Omnem
 autem populū qui reliquus factus erat, atq;
 in Mizpah ad optimum uirum Godoliam con-
 uenerat, filias nimirum regis, & omnem reli-
 quum in Mizpah populū, quibus Nabuzar-
 dan præfectus militum Godoliam filium Ahi-
 cam præfecerat: omnes hos ſcleratus ille ca-
 ptiuos abduxit, ſtudens eos ad Ammonitas
 transferre. Verum Iohanann filius Careæ, &
 reliqui exercituum duces, qui ipſi adhærebant
 omnes, cum audiſſent omne id malum quod
 Iſmael Nathanix filius designarat, miſeræ ple-
 beculæ ſortem dolentes, atque rei indignitate
 commoti, acceperunt ſimul omnes ſuos mili-
 tes, & profeſti ſunt ad conſigendum cum Iſ-
 maele, & aſſecuti ſunt eū ad aquas multas, que
 ſunt in Gabaon. Cū uerò populus ipſe qui per
 Iſmaelem abducebatur captiuus, uidiſſet Ioha-
 nan filium Careæ, unā cum reliquis exercitu-
 um ducibus, quos ſecum adducebat, pluri-
 mum de his gauiſi ſunt, Et omnis quidem ille
 populus, quem ſcleratiſſimus Iſmael de Miz-
 pah captiuum abduxerat, auerterunt ſe ab eo,
 atque confugerunt ad Iohanann filium Careæ.
 Verum Iſmael ipſe filius Nathanix, euasiſit cum
 uiris octo è conſpectu Iohanann, & profeſtus
 eſt ad Ammonitas, apud quorum regem in-
 multa erat gratia, multo que honore. Care-
 rum Iohanann filius Careæ, & reliqui omnes
 duces exercituum qui ipſi adhærebant, acce-
 runt omnem illum populū, qui reliquus fa-
 ctus erat, quem iam ab Iſmaele filio Natha-
 nix de Mizpah, interfecto Godolia filio Ahi-
 cam, abductum reduxerant, uiros certe belli-
 coſos, mulieres, pueros, atq; etiam eunuchos,
 quos de Gabaon reduxerant: et abeuntes con-
 ſederunt eò loci, ubi habitauit Chamamah fi-
 lius Berſelaij, quem illic habitare uoluit rex
 Dauid, non ita procul à Bethlehem, ut com-
 modè illinc abire poſſent in Aegyptum, fugi-
 entes Chaldæos, à quibus malè ſibi metuebāt,
 eo quod ſcleratiſſimus ille Iſmael Nathanix
 filius optimum uirum Godoliam, filium Ahi-
 cam, turpiter adeò per dolum interfecerat,
 quæ rex Babylonius Iudaicæ terræ præfecerat.

Captiuus ad-
 xit Iſmael
 omnes reli-
 quos populos
 qui erant in
 Mizpah.

Iſmael filius
 Nathanix
 egiſt cum octo
 uiris.

CAPVT XLIII.

Dices autem exercituum iam cōſiliū ſuū
 Dinopes, manendum ne in Iudæa eſſet,
 id quod per Chaldæos non ſatis audebant, an-
 commiſſi

emigrandum ad Aegyptios, quod non temere tentandum uidebatur, simul omnes accesserunt ad Hieremiam prophetam, Iohanan filius Careæ, Iezonias filius Ozia, & uniuersus item populus à minimo ad maximum, & dixerunt ei: Sit quæso apud te precibus nostris locus: atque hic te nobis faciliem præbe, & exorabilem, ut pro nobis Dominum Deum tuum depreceris, pro cunctis his reliquijs. si quidem ex quamplurimis pauci admodum relictis sumus: id quod ipse abundè præ oculis tuis uides, atque nosti. Indicet nobis Dominus Deus tuus uiam, qua incedamus, & quid nos hoc rerum statu facere uelit: quando nos non satis uidemus, quid factum, aut quid omissum oporteat. Et Hieremias quidem respondit, se preces eorum exaudisse, atque se Dominum Deum ipsorum, ita ut petierant, deprecaturum: & se bona fide indicaturum, quicquid id esset, quod hic ipsis responderet Dominus, ad eò ut nihil quicquam eos celaret. Et ipsi uicissim hic dixerunt Hieremias, Dominum inter ipsos in testem capientes, uerum ac fidelem, quod per omnia ita facturi essent, quemadmodum Dominus Deus, eo ad ipsos misit, fieri se uelle significaret: siue bonum & commodum, siue malum atque asperum id fuerit, aiebant, nos uoci Domini Dei nostri, ad quem consulendum te mittimus, obediemus: nimirum ut bene nobis sit, malaque omnia defugiamus, dum uoci Domini Dei nostri obediuerimus. Contigit autem, ut exactis decem diebus, Dominus cum Hieremia uerba fecerit, eiusque orationi responderit. unde ille accersens Iohanan filium Careæ, & reliquos omnes exercituum duces ipsi adhaerentes, unà cum toto populo, à minimo ad maximum usque, dixit eis: sic dicere Dominum Deum Israelis, ad quem ipsum misissent, ut preces ipsorum ei aperiret, atque exponeret. Si permanseritis in terra hac, ædificabo uos, atque bene uobis facturus sum: non uos destruam, neque affligam. Plantabo uos, & non uos euellam, neque dispergam: siquidem pernitet me mali uobis illati, uestrisque me miseret. Neque est quod hic regem Babylonium timeatis, quem tamen tantopere metuitis. Verum ne formidatis, neque ab eo quicquam expectetis mali, inquit Dominus: siquidem ego uobiscum sum, ut uos seruem, atque de manu eius liberem. Faciam enim, ut ille uos gratia ac fauore prosequatur, miserturus uestri, atque uobis benefactorus: ita ut permissurus sit uobis, ut terram uestram inhabitetis. Porro, si non obediens uoci Domini Dei uestri, dixeritis uos nolle terram hanc inhabitare, sed uos malle in Aegyptum abire, ubi neque bellum uideatis, neque tubæ uocem aut clasicum canentes audiatis, neque ulla cibi inopia laboretis, atque ibi uos habitare uelle: audite quid uobis qui ex Iudæa relictis, loquatur Dominus. Sic enim dixit Dominus exercituum, Deus ille Israelis: Si uobis animo fixum immotumque id sedeat, ut Aegyptum petatis, atque illic habitetis: futurum est, ut quem hic nunc timetis gladium, is uos in terra Aegyptia apprehendat, atque feriat. Et fames cibique inopia, de qua hic solliciti estis, ea uobis in Aegypto adhæreat, uosque miserrimè affligat: utque ibi miseri atque infelices moriamini. Futurum enim est, quicumque suum animum obfirmarint ad abeundum in Aegyptum, atque illic commorandum, ut iidem aut gladio, aut fame, aut peste intereant: nec remanebit ex eis quisquam reliquus, aut superstes: neque etiam quisquam euadet aut subterfugiet malum, quod ego in eos adducturus sum. Sic enim dixit Dominus exercituum, Deus ille Israelis: Quemadmodum effusa est ira mea atque furor meus in ciues Hierosolymorum, sic & in uos effundetur furibunda mea ira, si petatis Aegyptum: ubi execrationi, stupori, contumeliæ & opprobrio sitis omnibus, terram hanc uestram non amplius uisuri. Præcepit itaque uobis Dominus, de reliquijs Iudaicæ, ne abeat in Aegyptum: id quod hodie uos premonuisse me, adhibitis testibus, scire uos uolo, atque meminisse. Nam certè decepistis me, quando aliter atque in animis uestris esset, mihi estis locuti: cum scilicet me misistis ad deprecandum Dominum Deum nostrum, ipsumque consulendum, promittentes per omnia uos facturos, ita ut Domino Deo nostro uideretur, atque per me uobis significaret. Cum uero uobis id hodie significarim, non obedistis uoci Domini Dei uestri, neque omnibus obquæ ad uos me misit. Hoc itaque habete uobis persuasissimum, quod aut gladio, aut fame, aut peste simul omnes morituri sitis eo in loco, in quem statuitis proficisci ad habitandum.

C A P V T X L I I I.

Cum iam desisset Hieremias populo indicare sermones omnes Dei sui, propter quos Dominus Deus eorum ipsum ad eos miserat, renocare eos uolens ab itinere Aegyptiaco: accidit ut Azarias filius Ozia, & Iohanan filius Careæ, & omnes uiri arrogantiores responderint, atque Hieremias aperte perquam pernicaciter dixerint, mendacia ipsum loqui, neque Dominum Deum suum ipsum misisse ad dissuadendam profectionem Aegyptiacam, ne apud Aegyptios morarentur. Sed Baruch filius Neria, is (aiebant) te aduersum nos instigat: hoc unum studio habens, ut nos tradat in manum Chaldaeorum, qui nos perimant, aut captiuos Babylonem abducant. Et neque Iohanan filius Careæ, neque ulli duces exercituum, atque nemo ex uniuerso populo obediuit uoci Domini, ut adduci possent ad permanendum siue habitandum in terra Iudaica. Itaque Iohanan filius Careæ, & reliqui omnes exercituum duces, abduxerunt omnes qui ex Iudæa facti erant reliqui, & qui ex quibuslibet gentibus, ad quas dispersi fuerant, iam redierat ad habitandum in terra Iudaica, tum uiros tum mulieres, pueros, & res, puer-

Tu mendacium loqueris, neque enim te misit Dominus.

Si posueritis faciem uestram, ut ingrediamini Aegyptum.

Factum est
uerbum Do-
mini cū Hie-
remia, cum
esset in Taph-
nis.

res, pueros item & filias regis, & quęcunq; ex-
te natoris fortunę hominibus Nabuzardan
přefectus militū apud Godoliam filium Ahi-
cam, filij Saphā reliquerat: simul & ipsum Hie-
remiam prophetam cum discipulo suo Ba-
ruch filio Nerie, & profecti sunt in terram Ae-
gyptiacam: siquidem non obtemperarunt uo-
ci siue consilio Dei, & peruenerunt usque in
Taphnes. Quō quidem cum uentum fuit, lo-
cutus est Dominus cum Hieremia, atque ius-
sit eum pręgrandes accipere lapides, atque e-
os dē in argilla siue luto, unde lapides coquan-
tur, abscondere: idē in officina illa lateraria
quę adiacet portę regię Pharaonis, in Taph-
nis, inspectantibus id uiris Iudæis: iussitq; e-
nī ipsi dicere, sic dixisse Dominum exerci-
tuum, illum Israelis Deum: Ecce ego mitto
atq; accerso Nabuchodonosorem regem Ba-
bylonis, ministrum meum, & constituam illi
thronum suū super lapides hos, quos hic per
Hieremiam abscondi: & expandet imperiale
suum tentorium super eos. Veniet enim, atque
percutiet terram Aegypti miserū in modum:
quos quidē ad mortē, ad mortē: & quos in ca-
ptiuitatē, in captiuitatē: & q̄s ad gladiū, ad gla-
dium. Varia enim ex eo prodibit clades, & plu-
rima mortis imago, quando alij fame interi-
turi sunt, alij in captiuitatem abducendi, & a-
lij perimendi gladio, ut cuique sua fors obue-
nerit. Quin & ignem accendam in domibus
Aegyptiorum deorum, qui eas comburāt, &
deos ipsos illinc abducat captiuos. Et conue-
nient se spolijs Aegyptiacis, non secus quā
pastor quispiam opilio sese suis uestibus ad ar-
cendum frigus obarmat: & amplis sanē spo-
lijs ditatus, incolumis ac nemine obsistente il-
linc abiturus est. Quin & statuas domus Solis,
ciuitatis Heliopoleos, quę in terra Aegyptia
est, cōfringeret ac depopulabitur, & domos Ae-
gyptiorum deorum incendio uastabit.

CAPVT XLIIII.

Sermo quem Dominus Deus cum Hiere-
mia locutus est, de omnibus Iudæis Aegy-
ptiam terram inhabitantibus, nimirum
in ciuitatibus Magdalo, Taphnis, Memphi, &
in terra Phatures. Sic autem dixit Dominus
exercituum, Israelis ille Deus: Abundē uidi-
stis omnem cladem ac miseriam, quam induxi
super Hierusalem, & omnes Iudaicę regionis
ciuitates: siquidem hoc ipso die eas uidere est
uastatas ac desolatas, ita ut nemo eas inhabi-
tet. id quod ipsis accidit, ex multa sua malitia
& iniquitate, qua me, sua idola colētes, exaspe-
rarunt, suffitū ipsis facientes, ac dijs alienis ser-
uientes, quos neque uos neque etiam patres
uestri nouerant. Ut autem uos a unjs his uest-
ris malis reuocarem, nisi uobis complures
ministros meos uiros prophetas, qui tempo-
ri summoq; diluculo surgentes atque emissi,
monebant, atque multa sedulitate eos deter-
rebant, ne abominanda adēo facerent: quippe
quę ego odissem atq; detestarer. Verū non

Nolite face-
re uerbu abo-
minationis
huiusmodi.

obedierunt, neque aurem suam inclinauerunt,
ut sceleratos suos mores omitterent, non ama-
plius dijs alienis suffitum faciendo, eosq; co-
lendo. Itaque effusa est indignatio mea, & fur-
ror meus incanduit, ita ut exarserit in omnes
Iudaicę regionis ciuitates, & in ipsos Hiero-
solymorum uicos ac plateas: ita ut iam destru-
ctę iaceant ac desolata, quemadmodum ho-
dierno hoc die uidere est. Proinde Dominus
exercituum, Deus ille Israelis, ita nunc ait: Cur
grande adēo malum ac nefas adhuc audetis
in uestram ipsorum perniciem & exitium, se-
ctantes idololatriam Aegyptiacam: quę sanē
res non aliō uobis spectat, quā ut propter
uos excindantur tū uiri tū mulieres, tum pue-
ri, tū etiā lactentes infantuli, de medio Iuda-
icę ita ut nulli uobis fiant reliqui, & ad interne-
cionem uestrapte culpa perdamini, dum me ir-
ritatis, atque exacerbatis per manum uestra-
rum opera, dijs alienis adolendo incensum in
terra Aegypti, in quam ingressi estis, ut illic ha-
bitetis: in summum exitium uobis inducen-
tes tum uiros, tum mulieres, ita ut execratio-
ni atque ludibrio futuri sitis omnibus totius
terrę gentibus. Recentiori certē Hierosoly-
morum clades est, quā ut obliti sitis scelera
patrum uestrorum ac regum Iudaicorum, & plu-
rimarum uxorū eorundem: scelerum item uestro-
rum, atque uxorū uestrarum, quę in regio-
ne Iudaica, atque in plateis Hierosolymorum
designata sunt. Non sunt sanē humiliati, neq;
eos suę iniquitatis in hunc usque diem pœni-
tuit, neq; me reueriti sunt, ut ad legem meam,
& ad ea quę ipsis ac patribus ipsorum statuta
tradidi, uiuerent. Propterea sic dixit Domi-
nus exercituum, Israelis ille Deus: Ecce ego
uos iniquo ac toruo uultu obrueor, de uniuersis
Iudaico populo ad internecionem perden-
do cogitans. Nam certē illa Iudaicę gentis re-
liqui, quibus uisum fuit in terram Aegypti-
am abire, ut ibi inter Aegyptios idololatrias
habitant, simul omnes in terra Aegyptia ad
internecionem deperdentur: quippe qui gla-
dio cadent, aut fame conficientur. A minimo
inquam, usque ad maximum, simul omnes gla-
dio aut fame interibunt: eruntq; toti mundo
execrationi, stupori, ludibrio ac opprobrio.
siquidem non secus cum eis agam, qui terram
Aegyptiam inhabitant, quā egi cum Hiero-
solymorum urbe, uisitaturus eos & gladio &
fame & peste. Et nemo unus euasurus est, aut
superstes futurus ex illis Iudaicę gentis reli-
quijs, quę abierunt ad habitandum in terra
Aegypti, ita ut rediturus unquam sit in terram
Iudaicam: quorum tamen animi in spem eri-
guntur repetēdę aliquando patrię, ut illinc re-
deāt, ibiq; aliquādo tuto ac securō habitēt. Sed
nemo planē illuc rediturus est, nisi qui hoc no-
mine euaserint, quod inuiti sint eō adducti.
Viri uerō omnes abundē scientes, quod ipso-
rum uxores suffitum facerent dijs alienis, item
& mulieres ipsę magno illic numero confi-
sentes, unā cum uniuerso Iudaicę nationis
populo,

Nunquid ob-
liti estis me-
la patrum ue-
strorum.

populo, qui in Aegyptia terra in Phaturis habitabant, reclamantes hic Hieremias, responderunt ei se non obtemperaturos sermoni quem ipsis nomine Domini locutus esset: sed quod facturi essent, quæcunque ex ipsorum ore uota prodirent, nempe de suffitu reginæ cæli faciundo, & de libandis ei libaminibus, quemadmodū olim fecerant & eorū patres, reges item ipsorum & uiri principes in regni Iudaici ciuitatibus atque in plateis Hierosolymorum, & saturabantur pane, omnibus rebus abundantes, bene que ipsis omnia habebant, nullumq; eis obueniebat malū. Ceterum postquam per te ac tui similes ad aliam inducti religionem, desuimus reginæ cæli, stellæ maris suffitū facere, cereolos accendere atque sua libare libamina aiebant, omnium egeni, ac necessarijs destituti, & gladio & fame consumimur. Porro si mulieres reginæ cæli incensis odoribus suffitum facimus? quasi ex nostris id ignorantibus facimus? quasi ex muliebri stulticia aut audacia id fiat, quod ei offerimus placentas, atque libamus libamina, cereolos que accendimus, rem illi gratam facturæ. Hieremias uero uniuerso huic populo respondit, uiris nimirum ac mulieribus, uniuerso inquam populo, qui hoc ei uerbum responderant: Suffituum, quos fecisti in regni Iudaici ciuitatibus, atque Hierosolymorum plateis, tum uos, tum patres uestri, reges item ac principes uestri, ac uniuersus terræ populus: an non pulchrè Dominus eorum memor fuit, atque recordatus est? quando per illa huc calamitatis deuentum est? Certè nō potuit ea Dominus amplius ferre, propter studia uestra scelerata, & facta tam abominanda, quod spreto Deo uiuo ac uero, idolis mutis ac ficulneis seruiretis: quare & terra uestra desolata ac desolata est, modis que omnibus facta execrabilis, ita ut quilibet eam horreat, nemoq; ipsam inhabitet, ut & hodierno hoc die uidere est. Neque aliunde profectò uobis id mali proficiscitur, nisi quod idolis uestris suffitus istos faciendo Domino Deo nostro peccastis: & spreto Domini uoce, in lege atque statutis eius atque ijs quæ Dominus præscripsit, non ambulastis: ad id quod uestro cerebro rectum uidebatur, uiuentes potius, quàm ad præceptum Domini. Et hoc quidem ex fonte uobis hæc calamitas omnis prognata est, quam hodie miseram adeo ac horrendam in uobis licet contueri. Dixit autem & Hieremias uniuerso illi populo, simul & mulieribus, iubens omnem Iudaicum populum, qui in Aegypto iam agebant, sermonem audire Domini. nam sic exercituum Domini, Deum Israelis dixisse, uos & uxores uestræ, id quod ore prolocuti estis, hoc & manibus uestris, ac re ipsa perfecistis, nempe quod dicitis uos uota uestra quæ uouistis, & de libandis illi libaminibus, atque accendis cereolis, uos sedulo præstaturus: quippe quæ nulla ratione

uelitis fieri irrita, atque uobis dissuasa. Propterea quotquot ad regnum pertinentes Iudaicum, hic in Aegypto nunc agitis, audite uerbum Domini: Ecce ego iuravi per nomen meum magnum, dicit Dominus, desperare me, siue mendax haberi uolens, si permisero, ut posthac per nomen meum quisquam Iudaicorum iuret, in tota terra Aegypti, ita ut me Deum uiuum ac uerum, sui facti testem inuocaturus sit. Nam ecce ego uigilo, atque meditor ac apparo in eos mala, & minime quæ bona sunt. nam quotquot in terra Aegyptia uiri Iudaici sunt, simul omnes ad interuersionem deperdentur, tum gladio, tum fame, donec ne unus quidem supersit, ac maneat reliquus. Porro si qui gladium euaserint, ueluti qui non sua sponte, sed per alios coacti sunt huc demigrare, hi reuertentur de terra Aegypti in regionem Iudaicam, sed perquam pauci. Et tunc quidem scient omnes, qui ex Iuda reliqui facti in Aegyptum commigrarunt, ut illic habitent, cuiusnam sermo uerus sit, meus ne, qui omnem hanc calamitatem eis prædico, an ipsorum qui persuadent, omnem suam iniquitatem sibi imputantam fore. Cæterum, ne quid meis sermonibus diffidatis, hoc uobis signi habitote, inquit Dominus, quod mihi hoc in loco pœnas daturi sitis, & quod uerba mea de uobis affligendis rata, minime que uana futura sint. Sic uobis, dicit Dominus: Ecce ego trado Pharaonem Hophrah regem Aegyptium in manum hostium suorum, in manum inquam eorum qui necem ei meditantur, atque ipsum perimere student: ita ut tradidi Sedechiam regem Iudaicum in manum Nabuchodonosoris regis Babylonij, capitalis hostis sui, qui ipsum peremptum cupiebat.

C A P V T X L V.

Uerbum quod locutus est Hieremias propheta de Baruch filio Nerias discipulo suo, cum ille de ore Hieremias scriberet sermones hos in libro, idq; complusculis ante expugnatam ciuitatem annis, nempe anno quarto Ioachimi filij Iosias regis Iudaici. Loquebatur autem ille in hunc modum: Sic dixit Dominus, Deus ille Israelis, de te Baruch, audiens obuentionem populo calamitatem multam, de ea dolens dixisti, Hei mihi, quod Dominus addidit afflictionem dolori meo. Laborauit atque defatigatus sum in gemiscendo ac flendo, neq; permitto mihi ullam requiem & consolationem. Sic itaque me Dominus tibi iussit dicere, nempe quod in hunc modum locutus sit Dominus: Ecce quos edificauimus, eosdem destruo ac deperdo: & quos plantaui, eosdem nunc euello atq; extirpo: siquidem uniuersa terra mea est. Et tu quidem hic ardua tibi quæris, nimirum ut sententiam meam mihi immutes, malumq; imminens populo auertas. Sed omitto istuc facere, nam ecce certum mihi est, atque hoc mihi immotum sedet, ut in omnem carnem adducam calamitatem ac miseriam,

Ecce uobis signum, ait Dominus.

Quos edificauimus, ego destruo: et quos plantaui, ego euello.

Sermonem quem locutus est ad nos in nomine Domini, non faciemus.

Audite uerbum Domini omnis Iudæ, qui estis in terra Aegypti.

miseriam, ait Dominus. Caterum tibi ego ueluti pro præda quæ militi obuenit, tuam uitam permitto incolumem ac illasam, quocumque terrarum te contuleris, aut profecturus es, ita ut nihil sit, unde tu tibi metuas ac formides.

CAPVT XLVI.

Verbum quod Dominus fecit cum Hieremia propheta suo aduersus omnes gentes, siquidem ille non Iudæorum tantum, sed & omnium gentium Dominus est. Et primùm quidem de Aegypto aduersus exercitum Pharaonis Nechao Aegyptij regis, cum castra haberet in Charcamis, ad flumen Euphratis, ubi eum percussit Nabuchodonosor rex Babylonius, multis ante expugnatam Hierusalem annis, nimirum anno quarto Ioschimi filij Iosia regis Iudaici. Iubebat autem Dominus Aegyptios præparare sua scuta ac clypeos, atq; se accingere ad consigendū cum hoste: ut equos curribus iungerent, equosq; uiri equites conscenderent, & galeati ac loricati, pulchreq; exteris lancearum suarum cuspidibus sese cataphracti in aciem componerent. Sed quid obsecro illud est, quod eos uidi pauidos & terga uertentes? & quod strennuissimi quiq; ex eis sunt cæsi: reliquis ita in fugam coactis, ut nemo uel respicere ad hostem ausit, undiq; eos cingente pauore, inquit Dominus. Expeditissimi quiq; & qui leuissimæ armaturæ sunt, non poterunt eis fugere. Et quantumuis aliquis fortis sit, non poterit euadere: sed ad aquilonem iuxta ripam fluminis Euphratis impingent atq; corruent. Sed quis obsecro ille est, qui ueluti fluius ascendit atq; exurgit? & cuius undæ ueluti torrentia flumina sese agitant, atq; impetu quodam feruntur? Aegyptius sanè exercitus ueluti fluius exundans insurget, & unda eius ueluti torrentia flumina sese commouebunt, ac multo fragore resonabunt: siquidem dixit se ascensuram, atq; terram multo milite oblecturam ad perdendam Charcamorum urbem, unā cum suis inhabitatoribus. Proinde ascendite huc uos equi, & multo stridore huc ferimini o currus. Prodeant ex Aethiopia ac Libya uiri feroces ac strenui apprehenso clypeo, & Lydij quoq; qui apprehendunt atq; exercent arcum. certè dies illa Domino Deo exercituum, dies ultionis erit, ut sese ulciscatur de hostibus suis. Gladius enim com plures uorabit, ita ut saturandus atq; inebriandus sit ex interfectoꝝ sanguine: nā sacrificiū magnūq; epulū erit Domino Deo exercituum in terra Aquilonari ad fluuiū Euphratē. Vritaq; ijs q; ex tuis uulnerati erūt medearis, uulneraq; sua ipsis obliges, ascēde in Galaad uirgo, nunquamq; hæcenus deuicta filia Aegypti, ut illic resinam adferas, opobalsamum & hoc genus alia, sanandis uulneribus idonea. Sed frustra sanè multiplicabis hic medicamenta ac pharmaca: siquidem ea quam à Chaldæis accipies plaga, insanabilis planè erit, & omni medicamento superior. Exteræ gentes audient,

Quis est iste, qui quasi flumen ascendit.

Audierunt gentes ignominiam tuā.

quām ignominiosè deuicta eris: siquidem mihi sero tuo eiulatu atque clamore tota resonabit terra. Fortis enim in fortē impinget, & uterq; simul concident, mutuis inter se uulneribus pereuntes. Sermo quem locutus est Dominus Hieremię prophete suo super aduentu Nabuchodonosoris regis Babylonij, quod ille uenturus esset in terram Aegyptiam sibi subiu gādā. Adnunciate hoc per totā Aegyptum, audiatur hoc in Magdalo, inter Memphis & in Taphnis. Iubeto illos consistere, atq; sese in hostem componere atq; obarmare: siquidem deuorauit iam gladius urbes uicinas, & quæ circa illam sunt. Sed quid est, quod ita repulsi sunt, quos tibi fortissimos habes, ac maximè strenuos? quodq; inter aufugientes omnes nemo unus sit, qui cum hoste ausit congregari, aut ei resistere? Certè Dominus impulit eos, qui & corruentes atq; occisos multiplicauit, adeo ut alij relicta acie in fugā dispersi, mutuo sese cohortentur atq; clamitent de repetendo suo populo, atque solo suo natali à conspectu grassantis in se gladij. Clamitabant illic hostes Chaldæi Pharaonem regem Aegyptium, multæ turbæ, ualidi que exercitus Dominum, statuisse tempus, quo cum Babylonio rege consigendum esset: sed illud eum omisisse, congressum que formidasse. Viuo ego, dicit rex ille unicus ac uerus, cuius nomen est Dominus exercituum: quod sicut Thabor mons est in montanis altissimus, & ut mons Carmelus in mare sese extendit atque excurrit, sic certò obueniet Aegyptijs hæc de qua loquor calamitas. Facti bī o filia, quæ inhabitas Aegyptum, uasa siue sarciras ad transmigrandum idoneas. Memphis enim redigetur tibi in solitudinem, ita sanè uastanda, ut nemo eam sit inhabitaturus. Vitula elegans ac formosa Aegyptus est, excidium uerò eius ab aquilone adueniet: ab aquilone inquam ei adueniet. Milites quoque eius stipendiarij, qui in ea agunt, & edunt, & bibunt ociose, ueluti uituli saginarij, nihil aduersus hostem molientes, neque ipsum laceffentes: siquidem uobis res urgebit, ipsi quoque terga uertent, dis fugient, & non consistent. nam dies interitus eorum ingruit in eos, tempus quo uirga ferrea eos uisitaturus atque adeo perditurus est Dominus. Vox Aegyptij exercitus trepida erit ac pauida, habebitq; se in in morem serpente sibilantis: siquidem Chaldæi multo militibus obuiam eis procedentes, non secus quam si arbores aliquot ipsis excindēdę forent. Certè arbores saltus eius succident, nullo habito delectu, citraq; discrimen omne, dicit Dominus, nō curaturi magnę ne sint arbores an paruę, præclarę an uiles. Plures enim erunt loci stis, ac planè innumeri. Tūc pudefiet populus Aegyptiacus, quippe qui tradetur in manum populi Aquilonaris siue Babylonici. Sic dixit Dominus exercituum, Deus ille Israelis: Ecce ego pœnas sumam de Alexandriæ rege Amon

Bece ego habo supra tumultu in Alexandria.

nus, & mittam ei hostes, qui ipsum aliò trans-
 ferant, uasq; eius euacuent, atq; lagenas eius
 confringant, nudando nimirum ciuitates suis
 ciuibus, easq; uastando ac perderido. Pude-
 fient autem Moabitæ per deum suum Cha-
 mos, omni spe sua frustrati: siquidem ille, ne-
 que ipsos neque sese liberare poterit. Pari pla-
 nè modo, quomodo pudefacta, atque omni
 spe sua frustrata est Israelitica domus ex Be-
 thel, quando uituli quoque illi aurei, nullam
 10
 ipsis aduersus Assyrium opem tulerunt. Qua
 autem ratione fortes uos esse iactitatis, & ui-
 ros ad bellandum strenuos. Certè Moabiti-
 cus populus uastabitur, & ciuitates eius incen-
 dio conflagrabunt, & selectissimi eius iuuenes
 descendunt ad mactationem, inquit rex ille,
 cui nomen est Dominus exercituum. Et exitium
 quidem Moabiticæ gentis non procul
 20
 abest: siquidè calamitas quæ ipsum inuoluet,
 accelerat sese, breui eam oppressura. Commo-
 ueantur atque condoleant ei, quicumq; in cir-
 cuitu eius sunt, & quicumq; Moabiticam gentem
 uel de nomine nouistis, sortem eius dolentes,
 dicite: Quomodo confractus est baculus ille
 fortis? ac uirga gloriosa? Sceptrum illud præ-
 clarum & forte adeò, regnum illud Moabiti-
 cum tam potens & gloriosum, quàm miserè
 contritum atque deletum est? Tu quoque
 filia inhabitatrix ciuitatis Dibon, descende, at-
 que demittas te de throno tuo glorioso ac
 magnifico, & deside ubi sitias, rebusq; necessa-
 rijs egeas. Nam qui uastaturus est regionem
 Moabiticam, aduersum te quoque ascendet,
 dissipaturus quicquid forte habes ac munitum.
 Tu item habitatrix Aroer, consiste ad uiam, &
 uide huc illuc diffugiètem populum, & interro-
 ga tum uiros tum mulieres, quæ captis urbi-
 bus suis aufugiant, atq; euaserunt, fuga suæ ui-
 tæ consulentes. Hos interroga inquam, quid
 ipsorum urbibus acciderit, quòd tanta cū tre-
 pidatione aufugiant. Pudefactus atq; ignomi-
 gniosè habitus est Moabiticus populus, in-
 quient: siquidem deuictus est, & deperditus.
 Eiulate itaque atque clamate, indicate hoc ci-
 uitati Arnò, quòd uastatus sit Moab, & quòd
 Domini quidem iudicium, quo nunc scelerum
 suorum dignas luunt pœnas, non in montane
 tantum regionis ciuitatibus hærebit, sed & ad
 terram planam atque campestram pertinet,
 nimirum ad Holon & ad Iaasa & ad Mephaath.
 30
 Ad Dibon item & ad Nabo, ad domum Dibla-
 thaim, ad Cariathaim, ad domum Gamul, ad
 domum Maon & ad Carioth, & ad Bozrah: in-
 summa, ad omnes Moabiticæ terræ urbes tū-
 lögè tum propè fitas. Cornu enim siue regnum
 Moabiticum reseccabitur atq; excidetur, & bra-
 chium omnisq; Moabitici populi uirtus ac di-
 gnitas confringetur ac disperibit, inquit Do-
 minus. Inebriate itaq; eum, atq; duriter eum affli-
 gite uiri Chaldaei, quando còtra Dominum,
 Dominiq; populum arroganter nimis sese ex-
 tulit, & uoluet se in uomitu suo, ut omnibus
 ludibrio habeatur. An non ludibrio habuisti

Prope est
 interitus Mo-
 ab.

populum meum Israeliticum, quando capti-
 uus abductus est, idq; non secus, quàm si uelu-
 ti fures ac facinorosi, in ipso deprehensi fu-
 sent facinore? Certè quocumq; de illo ue-
 ba facis, de illorum calamitate gaudes, atque
 exultas. Relinquire ciuitates, & inhabitare ali-
 cubi petras ac præaltas rupes, qui nunc terram
 tenetis Moabiticam. Imitamini columbas, quæ
 nidulantur in cauernis rupium. Audiuimus,
 estq; nobis abundè nota superbia Moabitarum,
 supra modum enim fastuosi sunt & arrogan-
 tes. Nota inquam est eorum superba arrogan-
 tia, fastus, & elatum cor ipsorum. Ego, inquit
 Dominus, noui iracundiam eorum: qua fit, ut
 superbi nimis, à nemine contingi ferunt: sed
 ira eorum non hoc poterit quòd uult. Non effi-
 cient quòd per fastum se minantur facturos.
 Propterea super Moabiticam gente eiulabo, &
 super uniuerso illo populo altum miserèq; uo-
 ciferabor: & de ciuibus Cirheres ingemiscet,
 altumq; suspirabit mihi cor meum. Simili fle-
 tu, quo suam sortem desleuit Iazer, deslebo &
 tuam sortem uitis Sibmah: nam tui rami uel ci-
 ues trans mare abuehentur, cum ciues Iazer
 ad littus tantum maris pertingent. Vbi menses
 maturuerit, ipsaq; aduenerit uindemia, tunc in
 illam irruet hostis, ablaturus gaudium, & exal-
 tationem de locis cultis & fertilibus, atq; adeò
 de uniuersa terra Moabitica. siquidem & unum
 40
 faciam ne in torcularibus calcetur. Non calca-
 bitur illud cum læto celeumate. Imò celeuma
 non erit celeuma: sed potius tristis ad fugien-
 dum cohortatio. Qui capta Hesebon fugam
 capefient, fugientes continuabunt suam uociferationem,
 atq; eiulatum miserum, usq; ad ur-
 bes uicinas Eleale, & Iahaz. Populus Zoar, ue-
 luti uitula trima lasciuiens, ac opulentia edet
 toq; luxu diffluens, fugiens item flebilem edet
 uocem ac clamorem usq; ad Horonam: quo-
 50
 niam & aquæ Nimrim desolatæ erunt, adeò ut
 nullus planè futurus sit locus, quem hostis re-
 linquat intactum. Faciam quoq; ut nemo quis-
 quæ idololatra illic sit, qui amplius excelsa cõ-
 scendat, sacra illic Moabiticis dijs facturus.
 Quare & cor meum propter Moabiticum po-
 pulum simile quiddam perstrepet ac resona-
 bit, quale tibia quibus funebria canuntur.
 Perstrepet, inquam, cor meum, ac resonabit ue-
 luti tibia funebris, idq; quòd multo labore ip-
 sis partæ diuitiæ perierunt: quare & omnes
 suos sibi capillos euellent, ac barbas trunca-
 bunt, manusq; suas incident ac uulnerabunt,
 faccosq; simul omnes induent, super omnia
 tecta Moabitica, & in omnibus Moabitici po-
 puli plateis omnia luctus plena erunt. Confrin-
 gam enim atque deperdam Moabiticam gen-
 tem, sicuti uas aut matulam, qua nemo gau-
 det, inquit Dominus. Papæ, cum eiulatu in-
 quient, ut confractum est regnum Moabiti-
 cum? Quomodo obuertit ceruicem Moabiti-
 60
 cus populus? Quàm pudefactus est? Erit e-
 nim risui, ludibrio ac stupori omnibus qui
 eum circumiacent. Nam sic dixit Dominus:
 Ecce

Aqua uero
 Nimrim per
 sima erit.

Ecce quasi aquila uolabit, & extēdet del alas suas.
 Ecce hostis uelut aquila inuolabit in Moabitatis, & extendet supra illos alas suas. Capiētur eorum ciuitates & munitiones, atq; arces occupabuntur: eritq; cor Moabiticorum uiro-
 rum in die illo, sicut cor mulieris angustijs partus cōprehensæ. Eradicabitur enim Moab, ne amplius habeatur pro populo: quia arroganter atq; contumeliosè nimis contra Deum locus est. Tu qui Moabiticam regionem inhabitas, terribilis hostis, & fouea & laqueus tibi imminet ac parata sunt, inquit Dominus. Et qui terribilem effugerit hostem, is in foueā atque aliam calamitatem incidet. Et qui è fouea ascenderit, is capietur laqueo. Inducam enim super eum, nempe super populum Moabiticum, annum quo ipsos uisitaturus sum, atq; de sceleribus ipsorum, nimirū de idololatria, superbia, & immisericordia ipsorum, pœnas sumpturus sum, inquit Dominus. In umbra Hesebon stabunt, atque eius præsidio fident, qui fugerint uim hostis: quia olim cum eam tenerent Amorrhæi, miles ueluti ardens ignis exibat de Hesebon, & ueluti flamma de Sihon, & deuorabat totam Moabitudinem regionē, ad extremum usque angulum & uerticē, ac summa capita populi aduersus ipsos tumultuantis. O infelices & miseros Moabitas. Disperibit prorsus populus ille, qui colit atq; adorat Chamos, nam filij tui, simul & filia, abducuntur in captiuitatem: ceterum in nouissimo die eorum reducam captiuos Moabitas, suæ libertati eos restitutus, ex sanguine agni qui ab origine mundi occisus est. Et hætenus quidē de iusto Domini decreto, ac sententiā aduersus Moabitas.

C A P V T X L I X.

DE filijs Ammon sic dixit Dominus: An nullus habet Israel liberos? An nullus ei superest hæres? Qua ergo ratione Ammonitarum rex uelut hæreditario iure occupat terram Gadditarum? Et cur eius populus urbes Gadditarum inhabitat ac possidet? Quando itaque populo meo tam sunt iniurijs, ecce dies ueniunt, dicit Dominus, ut audiat in Ammonitarū metropoli Rabbah, clamor bellicus, & irruentium in ipsam hostium fremitus, & redigetur in aceruum lapidum, prorsus desolanda ac uastanda. Et filia eius ciuitates nimirum alia, quæ sub hac sunt metropoli, incendio conflagrabit, & Israel possidebit eos, inquit Dominus, qui ipsum prius possederant. Eiula itaque atq; exclama Hesebon, quia uastata est uicina tibi ciuitas Hai. Vociferamini filij Rabbah, induite saccos. Plangite atque oberrate per pagorum sepes, qua rex uester abducetur captiuus unā cum sacerdotibus ac populo suo. Et quid obsecro tanto opere de uallibus, atque earum fertilitate gloriaris, atque tibi places? Vallis certè tuā multo occidendorum sanguine defluet, o popule re-
Quis ueniet ad me?
 bellis: quæ & in theauris multisq; tuis diuitijs confidis, dicēs, Quis accedet ad me? Quis mihi obsuerit? aut noceat? Ecce ego inducam

super te quos paucas, & exhorrescas (inquit Dominus, Deus ille exercituum) ex omnibus regionibus tibi uicinis. Et ut solent uehementer attoniti, fugietis quisque in eum qui ipsi obiacebit locū. Nec erit qui uos fugientes, atque huc illuc discursantes, hospitio excipiat. Cæterum post hæc tandem reducam captiuos Ammonitas, inquit Dominus. De Edomitibus uerò sic dixit Dominus: Nullāne amplius in Theman sapientia est? Itāne omnis consilij inopes sunt sapientissimorum Themanita uim filij, ut ingruentibus his malis nullum uideant remedium? Adeōne prorsus euanida facta est sapientia eorum, quæ solet esse multo maxima & præstantissima? Fugite atque terga date, atque in loca humiliora uos ad habitandum demittite habitatores Dedan. Quia interitum grauissimamq; calamitatem inducturus sum in populum Esau, tempore quo ipsum uisitare atque affligere statui. Si uideamiatores ad te irrumperent, depopulaturi uincem tuam, nōne racemos saltem aliquot dimitterent? Si fures nocturni, num supra quāmfatis est, & asportare possent, furarentur? Tibi uerò hostes nihil facient reliqui. siquidem ego detegam, atque cuncta quæ habet populus Esau aperiam. Reuelabo quæcunque ille abscondita habet, & occultari certè non poterit. Vastabitur semen eius, fratres eius, uicini eius, & nemo quisquam erit qui iam moriturum ipsum consoletur, atque bono quietoq; eum animo esse iubens, ei dicat: Relinque mihi pupillos tuos, ego de eis curabo ac sollicitus ero: & uiduæ tuæ confidant mihi, ego enim eas defendendas, atque curandas excipio. Erit enim calamitas eorum multo maxima & grauissima, nam sic dixit Dominus: Ecce quos parum æquum uidebatur ut calicem furoris mei biberent, assatim de eo biberunt. Et tu exors & immunis esses, de eo non bibens? Minimè gentium. Non eris immunis, sed & assatim bibes. Siquidem per memetipsum iuravi, inquit Dominus, quòd Bozrah primaria Edomitarum urbs desolāda sit, atq; uastanda, ita ut toti mundo opprobrio atque execrationi futura sit. Et omnes ciuitates ei subditæ, in æternas redigentur solitudines. Sermonem certè audiui à Domino parū pro Edomitico populo facientem, unde & merito lugeant. Imò iam ad gentes legatus missus est, qui ipsas conscribat, inhortetur, incitet & commoueat ad prælium contra ipsos ineundum. Nam ecce, constitui te paruum sanè, neque ita magnarum uirium inter gentes. siquidem contemptissimus es, minimi que apud homines momenti: tamen quod uicinis tibi populis terrori esse soleas, id arrogantiore fecit, ita ut tanta tui cordis superbia sit, ut te esse auis non secus atq; solēt ij qui in munitis rupibus excelsas cōstituerunt arces suas, unde non facile quisq; eos deiecerit. Cæterum si uel ut aquila exaltaueris nidum tuū, illinc ego te deturbabo atque deiciam, inquit Dominus.

Ad Idumæā hæc dicit Dominus.

Auditum audiui à Domino, & legatus ad gentes missus est.

Dominus. Edomitica enim terra desolabitur: idēq; miserē adeo, tamq; horrendē, ut quilibet eam transiens, id miraturus sit, atque cum sibi lo super omnibus eius plagis in stuporem rapiendus. Quemadmodum subuersa iacet Sodomā & Gomorrhā, & urbes illis uicinæ: sic erit & Idumæa, inquit Dominus, ita ut nemo quisquam eam inhabitaturus sit, neque quisquam mortalium in ea mansurus. Ecce ueluti ferox leo quispiam ascendit de superbis ac uio-

Audite consilium Domini, quod inijt de Edom.

dom.

lentis Iordanis aquis, ad robusta habitacula: ita impellam atq; in citabo hostem ad currendum aduersus eam. Et quicumque electus atq; egregius uidebitur iuuenis, hunc contra Idumeam recēsebo. Quis enim similis mei est? Et quis mecum certet, ut pugne tempus mihi cōstituat? Et quis iste est rex, aut populi sui pastor, qui mihi resistat? Proinde audite consiliū Domini, quod ille decreuit super populo Edomitico, & cogitationes eius quas excogitatas habet, & bene meditas de ciuibus Theman. Errori atque desperire se uult Dominus, si nō paruuli gregis, & qui in exercitu Chaldæorū uilissimi erunt, illos per terram multa cū ignominia raptent, ac protracturi sint, etiam tentoria ipsorum super ipsos destructuri. Ad strepitum quem illi occumbentes facturi sunt, contremiscent ipsa terra. Horrendum enim atq; altum adeo clamaturi sunt, ut & ad mare rubrū exaudiri possint. Ecce hostis ueluti aquila quæpiam rapacissima ascendet & uolabit, expandens alas suas, unguesq; suos immisurus in Bozrach. Et cor quidem fortium heroum in Edom, eo tempore se habebit ut cor parturientis foeminæ. Aduersus Damascum sic locutus est Dominus: Pudescent Damascenorū urbes Emath & Arphad: quarum ciues ubi ru-

Ad Damascum confusa est Emath, & Arphad.

morem audierint malum & bellicum, uiribus suis destituti, dissoluentur. Et ueluti qui marinis iactantur fluctibus, non possunt non metuere naufragium: ita & hi bono ac tranquillo esse animo non poterunt, post auditum rumorem malū. Remissō ignauoq; animo erit Damascus, atque uertet se in fugam. nam timor multaq; trepidatio eam corripiet, ueluti mulierem parturientem. Quam uerō turpiter dereliquerunt ciuitatem laudabilem ac celeberrimam, ciuitatem adeo letam, ac gaudio undiq; perstreptentem? Itaq; ubi hostis aduenerit, cadent ac interibunt iuuenes in plateis eius, & omnes uiri militares ac bello idonei excidentur in die illo, dicit Dominus exercituum. Incensurus enim sum ignem in muro Damasci, qui deuorabit atque consumet palatia regis ipsorum Benhadad. Contra Cedarenos & regna urbis Hazor, quæ Nabuchodonosor rex Babylonius percutiet atque uastabit, sic dixit Dñs: Insurgite uos Babylonij, atq; ascendite cōtra Cedarenos, & uastate filios Kedem, ex Ismaele item prognatos, atq; Arabiæ partē Cedarenis uicinam incolentes. Hostis horum tentoria ac greges rapient, cortinas eorū, omnemq; eorū supellectilem, atq; camelos eorū

Ad Cedar et regna Hazor.

sibi sumpturi: & cōuocabunt undiq; uiros milites, qui terrore ipsis incutiant, atq; ipsos perterrefaciant. Fugite itaq; o habitatores Hazor, inquit Dominus: & quidem quā remotissime & in uallem uos demittite, ubi humiles, & non ita conspicui omnibus habitetis: quoniā Nabuchodonosor rex Babylonius consilium inijt de uobis perdendis, & cogitat quidē uobis malē. Surgite atq; ascendite cōtra gentem quietam atq; opulentam, & quæ securō habitat, inquit Dominus. Nullas habent portas, neq; uectes, quæ hostem arceant: sed habitant sparsim in solitudine, de bello ac rebus bellicis ne cogitantes quidem. Quare & nullo labore cameli eorum uobis cessuri sunt in prædam, & multa illorū pecora uobis cedent in rapinam. Ipsos autē Cedarenos ego quoquoersum in omnes uentos dispergā, ita ut in extremis terrarū finibus habitaturi sint: & ab omnibus lateribus siue oris regionis Hazor, adducam perniciem & exitiū eorum, inquit Dominus, ita ut ipsa Hazor habitaculum futura sit draconū ac uenenatissimorum quorumq; animalium, atq; in æternum deserta ac uastata: quippe quam nemo inhabitabit, neq; mortalium quisquam incolet. Verbum Domini quod factum est cum Hieremia propheta super Elam, siue Persarū regno, in principio regni Sedechie, regis Iudaici. Illud autē habebat

Verbum Domini quod factum est cum Hieremia propheta super Elam, siue Persarū regno, in principio regni Sedechie, regis Iudaici. Illud autē habebat

CAPVT L.

Verbum quod Dñs per prophetam suū Hieremiam locutus est aduersus Babylonem, terrā illā Chaldæorum, quæ carcer est filiorum Israel, theatrū idolorū, refugiū sceleratorū, sentina flagitiorū, malleus terræ, officina sathanæ, & aduersaria ciuitati Dei Hierusalē: Adnunciate interitum eius inter gētes, oēs uiri mei prophætæ: resciscat de eo uniuersus orbis, & in signū partæ uictoriæ erigite uexillum. Resciscat inquam uniuersus orbis, neque celetis, aut tacitum hoc seruetis: sed dicite atque exclamate, Captam iam esse Babilōnem, quæ non capi, sed quosuis capere solita est. Pudescent dicite Belum, deum ipsorum

Verbum Domini quod factum est cōtra Elam.

Verbum Domini quod factum est cōtra Elam.

rūm, & ipsum itē Merodach quoq; cōfractum esse atq; contritum, ut qui neq; se neq; populū suū defendere potuerint. Nā & reliqua omnia Babyloniorū simulacra pudefacta sunt, & fœda eorum idola contracta iacent & contrita. Ascēder enim contra Babylonē gens ex aquilone, quę omnem eius regionem rediget in solitudinem, ita ut nemo quisquam eam sit inhabitaturus, neq; homo, neq; ullum etiam pecus. Fugient enim, atq; aliō se conferent. in illis autem diebus, atq; illo temporis articulo, inquit Dominus, ueniet filij Israel, ipsi unā cum filijs Iudaici regni, qui euntes, ac prae laticia lachrimantes etiam, redibunt, quāsituri Dominum Deū, atq; Dauid regem suum. Interrogabunt de uia quā in Sion ducit, atq; illuc spectabunt eorum facies: & mutuō quidē sese cohortabuntur, dicētes: Venite & adhæreamus Dño facere sempiterno, quod nulla obliuione deleatur. Ut oues perditę atq; errabundę, fuit populus meus: siquidē ipsi reges, earū pastores, cū sceleratissimi idololatę essent, seduxerūt eas, atq; ad montes ipsas eiecerunt, per quos in Babylonē in captiuitatē abductę fuerūt. De montibus abierunt in colles, oblitæ cubilis sui, nō inuenientes ubi accubarent ac conquiescerēt. Omnes autē qui eas inueniebant, deuorabāt eas. Et ipsi eorū hostes dum immanius in eos desauiebant, nos culpa uacamus, aiebant, etiā si duriter admodū eos affligimus. nā hi Dominus Deo suo peccarunt, atq; meritō has illi dāt pœnas. Atqui Dñs olim quidem ipsis habitaculum fuit iusticię, in quo tuti semper esse solent, ut sub iudice iusto ac æquo, quemadmodum & patribus ipsorū spes fuit, & tutissimū asylum. At nunc impune nobis quiduis in eos licet: ita quidē ipsi sibi persuadent, sed longē aliud res ipsa loquetur. Proinde fugite de medio Babylonis, & de terra Chaldęorum exite, nullum habētes cōmercium cum operibus te-
nebrarum. Contendite in patriam uestram, & ueluti hircos uos prębete, qui gregem ducāt ac pręcedant. Quoniam ecce ego excitabo, & adducam cōtra Babylonē turmam gentiū magnarum ac fortiū de terra aquilonis, quę Persiam habet & Mediam. Et hęc instructa aduersus eam acie, capient eam. Sagittę autem gen-
tis illius nō fereuntur irritę, ut quę nihil feriāt: sed sagittę erunt uirorum iaculandi peritissimorum, per quos mulieres complures suis orbentur liberis ac maritis. Et tunc quidē Chaldęa ipsa, alios deprędari solita, cedit alijs in prędam: & quotquot eam diripient ac deprędabuntur, saturabuntur planē, atq; euadent diuites, inquit Dominus. Et hoc quidem mali Chaldęis uobis eueniet, quod gauisi atq; læta-
ri sitis, quando uelut lutū conculcastis populū illum mihi hæreditariū, atq; ex ipso pingues facti estis, ueluti uitulę, quę læto pascuntur gramine: & ut pręferoces caballi, qui parta uictoria hinnire solēt: ita & uos insolentiores facti fuistis. At nūc pudefacta admodū est mater, siue Respub. uestra, statusq; regni uestri. Et quę

uos genuit, pudore suffusa est. Nā ecce nouissimū gentis, aut Babylonici regni fines, terrā pręstabit desertam, deuastatā atq; desolatam: quippe quę per indignationē Dñi, quem iam nimis habet infensum, nō sit à quoq; inhabitanda, sed tota iacebit uastata ac desolata. Et quisquis eā pertransibit, is super ea mirabitur atq; obstupescet, & sibilabit super omnibus plagis eius. Accingite itaq; uos, atq; per circuitū instruite cōtra Babylonem acie, quotquot arcū intēditis iaculamini in eā, neq; sagittis uestris pepercitis: quoniā grauius admodum Dño peccauit, meritasq; luit pœnas. Militari more, atq; ueluti qui cum hoste consigūt, ita in eam uociferamini, atq; cōclamate per circuitū. Tradet enim uobis cōtinuō manum, ac cedit. Cōcidant fundamēta eius, & subuertantur funditus muri eius. nam hęc est ultio Dñi, qua sese de grauisimis sibi illatis iniurijs ulciscitur. Vltionem itaq; de illa sumite: & quemadmodū illa fecit, ita nunc uicissim illi facite, ac malū omne ei rependite. Excindite satorem de Babylone, & tenentē falcē tempore messis, ita ut neq; sementis ulla apud eos fiat, neq; itē ulla messis: perditis etiam rusticis & agricolis, quibus alioquī hostis parcere cōsueuit. Rebus autem parum feliciter ipsis succedentibus, metu gladij desauientis ac urgentis belli, unusquisq; mercenariorum militū ad suū studebit redire populū, & ad suam quisq; terram aufugere. Ut grex, dispersus est populus meus Israeliticus. Leones enim, feriq; reges sua terra eiecerunt eum. Primus qui eū deuorauit, ac duriter nimis tractauit, rex fuit Assyrius: & postremus hic, qui etiam ipsa ossa eius cōminuit atque cōfregit, Nabuchodonosor est, rex Babylonius. Propterea sic dixit Dñs exercituum, Israelitarū ille Deus: Ecce ego de rege Babylonio pœnas sumpturus sum, & item de terra eius, ita ut superioribus diebus pœnas mihi dedit rex Assyrius. Et populū illum meū Israeliticum reducā ad sua habitacula, ubi depascet Carmelum & Basan, pascuę lætissima & optima. Et in mōte Ephraim, & in Balaad satisfiet ipsorū desiderio, ita ut omnia ex animi sui sentia illic possessuri sint & habituri. Illis autem diebus atq; illo tempore, dicit Dñs, quæretur iniquitas Israelis, & nulla erit. Quæretur & peccatum Iudah, sed nullum inuenietur. Non quidem quod peccatū habituri non sint, sed quoniam ego eis peccatum non sim imputaturus: quippe qui propitius iā ero eis, quos seruauī reliquos. Ascende o tu Persarū rex Dari contra terram rebellantum, nunquamq; quiescentium Chaldęorum, & contra eos qui inhabitant urbem Pecos, ferrea certē uirga nunc uisitanda. Perime & perde illos, inquit Dominus, factururus quemadmodum pręcepi tibi. Rumor prælij & magni conflictus per terram dispersigetur, qui complures perterrefacit. Obstupescunt autem super deuicta Babylone, ac demirantes dicent: Quomodo contractus atq; contritus est malleus uniuersę terrę

Preparamini cōtra Babylonem.

Ecce ego uisitabo regē Babylonię.

Grex perditus factus est populus meus, pastores eorum seduxerunt eos.

h.

Itaq;

*Maqueau
te, & capta
es Babylon.*

Irāne nunc deuictus & cæsus est, qui alios omnes solet deuincere: & uniuersum terrarum orbem cædere atq; concutere. Irāne potuit Babylon inter alias gētes redigi in solitudinem? Laqueum tibi constitui, & capta es Babylon. In nassam inducta, nesciisti illud: uerū inuenta nunc es, & depræhensa. siquidem Dominum offendisti, atq; ad iram prouocasti, mi sero eius populo insultando, & captiuitatem opprobrando. Dominus aperuit armarium suum, proferens uasa iræ suæ, Darium nimirū & Cyrum, per quos iratus in uos defæuiat. Nam hoc opus quod in terra Chaldæorū designā dum est, à Domino Deo exercituū proficiscitur, atq; eius iussu perficitur. Venite itaque aduersus eam ab extremis terræ finibus. Aperite granaria eius. Triturando eam conculcate, ueluti manipulos aliquot frumenti. Ad interuersionem eam perditte, ne quid ei maneat reliqui. Gladio perimite omnes iuuenes eius, uiros illos principes, alieno labore ac sudore faginosos. Descendant ad mactationem. O calamitosos atque ter miserōs illos. Adest enim iam dies illorum, & tempus quo uisitandi omnium suorum scelerum meritas luant pœnas. Erunt qui aufugient, atq; euadent de terra Babylonis, nunciaturi cladem hanc Sionis. Vindicta enim Domini Dei nostri est, qua sese de combusto templo suo sancto ulciscitur, atque ipsis omnem iniquitatem suam rependit. Accersite aduersus Babylonē uiros sagittarios, & quotquot exercent arcum. Castra figite contra eam per circuitum, ne quis ex ea euadat. Nunc iustam illi rationem reddite: per omnia illi facientes, ut ipsa fecit alijs: quippe quæ contra Dominum, contra illum Israelis sanctificationem sese erexit, atq; superba nimis fuit. Propterea cadent nunc iuuenes eius in plateis eius, sagittis aut cruentis gladijs confossi: & uiri eius militares in die illa excidentur atque disperdentur, dicit Dominus. Ecce ego aduersum te insurgo popule superbe, dicit Dominus Deus exercituū. nam adest iam dies tuus, & tempus quo te uisitem, atq; de omni iniquitate tua pœnas sumam. Impinget autē superbus & corruet, & nō erit qui eum erigat. Igne ciuitates eius succēsurus sum, qui omnia quæ in ipsarum circuitu sunt deuoret & cōsumat, ut meminerint quomodo aliquando populū meum Iudaicum exercuerint. Sic dixit exercituū ille Dominus: Vim & multam calumniam passi sunt filij Israel simul, & filij Iudæ. Omnes qui eos ceperunt, tenent eos, neque cogitant de illis dimittendis: sed fortis redemptor eorum, cui nomen est Dominus exercituum, sedulo tuebitur causam eorum, atq; ipsis patrocinabitur. qui ut requiem det terræ, conturbabit habitatores terræ Babylonicæ, quæ omnibus obturbare, nulliq; requiem ullam permittere solita est. Gladius itaq; nunc impendet Chaldæis, inquit Dominus: ipsis nimirū ciuibus Babylonis, & principibus & sapientibus eius. Impendet inquam gladius di-

*Ecce ego ad
te superbe,
dicit Domi
nus.*

uinis eius, qui ad insaniam adigētur, omnib; consilij inopes erunt: item & uiris inter eos fortioribus ac magis strēnuis, quippe qui expauescent atq; perdentur. Impēdet ad hæc gladius equis Babylonicis, atq; ipsorū curribus ac quadrigis, toti que uulgo promiscuo quod Babylone est, quod non maiore fortitudine erit quā fœmine. Impendet & gladius bellicus thesauris eius: nam hi diripientur, atq; hosti in prædam cedent. Siccitas quoque impendet aquis eius: siquidem Euphrates in multos deriuatus alueos, urbem alioqui in expugnabilem, superatu reddet facilem, ita ut hosti nullo labore eā occupaturus sit. Est enim terra sculptilium plena, atq; ijs deditissima. nam & de simulacris suis gloriantur, atq; sibi placent. Propterea bestię syluestres cū ululis eam inhabitabant, simul & struthiones, ac uenentissima quæq; animalia locis desertis gaudentia. nam in æternum non amplius erit habitabilis, neque restaurabitur multis iam seculis. Quemadmodum enim Deus subuertit Sodomam & Gomorrhā, cū urbibus ipsis uicinis, ita nemo amplius illic habitabit, inquit Dominus, neq; mortaliū quisquam eam terram inhabitare uolet. Ecce populus ille, Perfarum ac Medorum uenit ab aquilone, gens magna ac præualida, multiq; reges excitabūtur ab extremis terræ finibus. Hi appreheso arcu ac scuto crudeles admodum erunt, neq; cuiusquam miserebuntur. Strepitus eorum similis est mari turbido ac tumultuanti. Vehuntur equis, & ad configendum tecum o filia Babylonica, multo sunt instructissimi. Postquā de eis Babyloni rex audiuit, dissolutæ atque uiribus suis destitutæ fuerunt manus eius, & apprehendit eum dolor & angustia sicut parturientem. Ecce hostis ascendet, ob iniuriam accolis Jordanis illaram, ueluti leo quispiam ad habitaculum forte ac munitum. Ego enim incitabo eum: & cum quietem præstitero, reducam Israelitas meos ab ea. Quis uerō strenuus ac bello ita habilis uidebitur, ut huic bello gerendo eum præsciam? Quis enim similis me? Er quis mihi præscribat tempus, quo mecum certare aufit? Aut quis pastorū siue regum consistat aduersum me? Propterea audite cōsiliū Domini, quod contra Babylonem decreuit, atque statutum habet, & quid ille contra Chaldæorum terram cogitarit atq; meditatū habeat. Mendax habear, si non minimi gregis, & qui in exercitu uilissimi sunt, eos deuicturi atque eorū cadauera per terram rapturi sint, & unā cum ipsis ciuibus ipsa eorum habitacula euerfuri. A strepitu & clamore captæ Babylonis ipsa uobis terra contremiscet, & clamor eius apud exterarum gentes quā remotissime audietur.

CAPVT LI.

Sic autem dixit Dominus: Ecce ego constabo contra Babylonem, & aduersus eos qui toto corde in terra Chaldæa hostes mihi sunt, & inimici, uentum aquilonarē, qui omnia

*Siccitas sit
per aquas
eius erit.*

*Ecce quasi
leo ascendat
de superbia
Jordanis.*

omnia corrumpat, uastet ac deperdat. Mittam enim Babylonem ueritales, qui eam diuertent atque dispergant, terramque eius suis habitatoribus euacuent, undique eam in die tribulationis oppugnaturi. Ad eum autem qui arcum tendit atque exercet, atque item ad eum qui lorica sua obuestitus insolefcit, dicturus sum, ut ne parcant iuuenibus eius, sed ut funditus excindant atque perimant omnem eius exercitum. Cadent itaque ceteri atque interfecti in agro Chaldaeorum, & confossi in plateis eius. nam Israeliticus item & Iudaicus populus, quauis modis omnibus derelicti uideantur, & illi quiduis sibi in cos licere putent: non tamen prorsus orbi atque Deo suo, exercituum illo Domino, deserturi sunt, atque obliuioni traditi: quippe qui sese de populi sui hostibus ulciscetur. nam terra eorum sceleribus atque peccatis plena est, propter iniuriam illam sanctificatori illi Israelis illatam, quando immisericorditer adeo in populum Dei sanctum deseruiunt. Proinde fugite de medio Babylonis, ut suae quisque uitae consulat, ne simul ob iniquitatem eius cum ipsa extirpemini: quoniam tempus est ultionis Domini, quo scelerati illi meritas ipsi poenas dabunt, suis factis digna recepturi mercedem. Babylon calix aureus haecenus est in manu Domini, totam terram inebrians: siquidem gentes omnes de uino eius biberunt, unde & insanerunt, atque amentes facti sunt. Fuit inquam Babylon omnibus gentibus propinatrix uariarum calamitatum ac miseriarum: quippe quae nullam usquam gentem illaeram reliquit, aut non contusam: sed erit quando contundetur & ipsa. Subito enim cadet Babylon, atque conteretur. Eiulate itaque, atque lugete eam: resina adhibentes uulneri eius, si forte sanari possit. Curauimus quidem eam, omnem nostram illi nauantes operam: sed non est sanata. Derelinquenda itaque nobis est, ut in suam quisque abeamus regionem: quoniam iudicium eius ad caelum usque peruenit, & ad aethera sublatum est. Poena inquam summa ac immensa ei iuste infligetur, atque ad internecionem delenda uenit. Verum nos uelut iustos absoluet Dominus, iusticias nostras in lucem proferens. quare agitedum, uenite atque narremus in Sion opus Domini Dei nostri, quomodo nos primitiae liberati restituerit, condonans nobis omnia peccata nostra, deleto quod aduersus nos erat chirographo: ubi ciues Babylonij in suis relinquuntur sordibus. Verum exacuite atque expolite sagittas, obregite uos clypeis: nam Dominus excitauit spiritum regum Mediae, quae certe quida perdere Babylonis, nihil bene ei uult, neque cogitat: siquidem Dominus de illa populo suo iniuria sese ulciscetur, uindictam de eis sumpturus propter uiolatam & incendio consumptum templum suum. Collocite atque ut uictores condecet uexillum uestrum erigite in muris Babylonicis: seruatote custodiam, atque uos custodes constituite qui aduigilent. Struite eis insidias: quonia quod Do-

minus proposuit atque locutus est contra habitatores Babylonis, hoc & perficiet. Tu quae habitas ad aquas multas, ad Euphratem nimirum & Tygrim, & quae maximis abundas thesauris, iam appetit finis tuus, & modus tuae uolentiae atque oppressionis, qua quosuis solita es opprimere. Dominus exercituum iurauit per animam suam, non recusaturus haberi mendax. Nisi te impleuero, inquit, hominibus siue militibus, quasi bruchis & locustis, qui sese mutuo cohortabuntur ad te perdendum: ita ut in uindemia se mutuo cohortantur ad calcandas uuas. Qui terram sua uirtute facit atque constabit, qui orbem ipsum hominum usibus sua sapientia tam praeparauit accommodum & bonum, prudentia sua supra ipsum ueluti tabernaculum quoddam caelum suum extendens: hic Deus uerus est ac uiuus, modisque omnibus colendus ac uenerandus: qui dum loquitur ac uult, multas nobis caelitus profudit aquas: atque ab extremis terrarum eductis uaporibus, sursum ad se nubes trahit, fulgura ignea faciens cum pluuia, quae illa tamen non restinguit. Quin & uentos suis de thesauris profert, quos uescis unde neniunt, aut quod se recodant. Obbruit atque stultus factus est omnis homo ex sua scientia, qua uarios adeo confinxit deos, per quos iuuetur. Ipsi etiam artifices sculptilium per illa pudefiunt, atque sese deridendos propinant: siquidem omnis ille deorum ornatus, de argentatio & inauratio, preciosarumque adeo uestium obuolutio, mera impostura atque deceptio est: quando nullus in eis spiritus, nulla uita, numenque nullum eis inest. Certum uana & inutilia sunt idola omnia, ac digna quae derideantur, atque cum risu & cachinno explodantur. Unde & in tempore uisitacionis suae, quando de ipsis uindictam sumpturus sum, concident atque disperibunt. Porro Dominus Deus qui Iacobaeo populo in partem cessit, longe alius est, neque quicquam cum illis commune habet: siquidem ille a nullo creatus aut factus artifice, omnia sua uirtute creat ac facit. Et populum Israeliticum pro electa sibi haereditate tenet. Nomen autem eius est, Dominus exercituum, totiusque militiae caelestis: id quod multo sanè praestantius est, quam si totius orbis terrarum quis imperium teneat. Ceterum tu Babylon, ut malleus quispiam mihi es, & ut instrumentum bellicum, debellandis ijs qui me spernunt accommodum. Per te contundo gentes mihi inimorigeras, & deperdo regna contra me, aut meos insurgentia. Contundo per te equum, & qui ipsum inequitat: item & currum, & qui ipso uehitur. Contundo per te tum uiros tum mulieres, item & senes & adulescentes, iuuenes atque etiam uirgines. Quin & pastorem siue regem contundo, simul & gregem eius, siue credendum ipsi populum: contundo inquam atque deperdo per te agricolam, & iuga bouum eius, quibus terram colit, atque aratro profcindit. Quin & duces per te contundo, simul & uiros principes. Rependam igitur Babylonijs, & omnibus qui

Fugite de medio Babylonis.

Stultus factus est omnis homo a scientia.

Collidis tu mihi uasa belli, & ego collidam in te gentes.

Super muros Babylonis leuate signum.

qui Chaldaeam inhabitant, omne malum, omnemque miseriam, in quam induxerunt uos Sionios meos: idque uobis inspectantibus, atque prae oculis uestris, inquit Dominus. Ecce ego, ait Dominus, Persas misurus sum, & Medos, aduersum te mons perniciose, atque ut tibi uideris insuperabilis, qui uastas atque deperdis uniuersam terram. Extendam enim manum meam contra te, & euoluam te de petris, aut praealtis rupibus tuis: sic enim, quamuis loco campestri sita es, de tua fortitudine tere iactitas, ac mirum in modum uelut inuincibilis tibi places. Sed similem te faciam monti, aut superbæ urbi quæ incendio conflagrauit, ita ut nullus in te lapis remaneat, qui in angulum collocetur, ac fundamenti loco ponatur. Nullus inquam tibi remanebit, qui tibi imperium administret, ac regni mole sustineat: quia in sempiternam redigeris solitudinem, inquit Dominus. Erigite in terra uexillum, clangite tuba inter gentes, sanctificate siue præparate aduersus Babylonem gentes, congregate contra eam regna Armeniæ, tum maioris tum minoris, & Asschenas, quæ Gotthorū est. Præfite exercitui ducem siue imperatorem: adducite equites sicut examē locustarum, unde quis contremiscat & horreat. Apparate contra eam gentes, nimirum Dariū atque Cyrum Medorum reges: simul & duces eorum, atque omnes ipsorum satrapas ac principes, unam cum tota terra ipsorum imperio subiecta. Commouebitur sanè terra, & grauissimè affligetur: siquidem euigilabit contra Babylonem omnis cogitatio Domini, ut terram Babylonicam sic desoletur atque deuastet, ut nemo eam sit inhabitaturus. Robusti Babylonis uelut animam despodetes cessabunt pugnare, neque audebunt cum hoste manum conferere. Continebunt se in arcibus suis munitioribus, elanguescet eorum robur, & assimiles erunt feminis. Habitacula Babylonis concremabuntur, & uestes portarum eius confringentur. Occurret cursor cursori, & nuncio nuncius, ad nunciandum regi Babylonio captam esse ipsius urbem, ab angulo quodam pertingente ad Euphratem, & ingressus fluminis occupatos esse, & ca recta palustria igni esse incensa, & milites ipsos multo metu perturbatos esse atque attonitos. Sic enim dixit Dominus exercituum, Deus ille Israelis: Populus ipse Babylonicus est ueluti area quadam multis nunc frumentis abundans, diues & locuples. Ceterum tempus triturae & afflictionis iam propè adest, uenietque messis eius, qua re sua omni spoliabitur, quemadmodum per messem suis fructibus agri. Sic enim ipse facere solet alijs. unde & audire miserorum clamorem est, dicentium: Nabuchodonosor rex Babylonicus deuorauit me, corripuit me, reddidit me quasi uas uacuum ac reijcendum. Absorbuit me ueluti draco, & impleuit aluum suum rebus mihi tenerè adamatis, ac preciosissimis uasis templi, atque totius urbis. Et super hæc omnia, meis quoque sedibus me eiecit atque expulit. Quantam uim, & opum mearum deprædatione passa sum: dicit habitatrix Sion: & carnem interfecto-

rum meorum Babylonicis imputo. Et sanguis ciuium meorum istis imputandus est, qui Chaldaeam inhabitant, dicit Hierusalè. Propterea sic dixit Dominus: Ecce ego ago causam tuam, & ulciscar ultionem tuam, & mare illud opum ac diuitiarum Babylonicarum exhauriam, exiccaturus fontem eius, ita ut semel amissæ opes ad Babylonicos non sint refluxuræ, neque subscaturire possint. Nam Babylon ipsa redigetur in lapidum ac ruderum acruos, & in habitaculum draconum atque horribilium bestiarum: ita ut prætereuntes eam, cum sibilo admirati sint eius deuastationem. In ipsa autem expugnatione eius pariter ut leones rugient, & ut leonum caruli horrendissimum uociferabuntur. Vbi uino incaluerint, ego sic disponam eorum copotationes, atque ita eos inebriabo, ut simul omnes disturbentur: atque ita exultent, ut incidant in somnum sempiternum, unde nunquam euigilent, dicit Dominus. Deducam enim eos sicut agnos qui mactentur, & sicut arietes cum hircis destinatos item mactationi. Quomodo capra atque occupata est hæc Sefach siue Babylon? inquit. Quæ plane inexpugnabilis, hostem quemuis potuit contemnere. At nunc comprehensa & deuicta est, quæ totius terræ urbs celeberrima fuit. Quam de ea expugnata, & hunc in modum uastata, gentes omnes mirantur, atque uelut attoniti consistunt? Ascendet aduersus Babylonem Medorum atque Persarum exercitus, fremens ueluti turbidissimum mare, & multitudine fluctuum eius adobruetur. De conspectis ciuitatibus eius, quisquis eas uiderit, obstupescet. Terra ipsa: torrida erit ac deserta, quam nemo quisquam inhabitet, neque mortalium ullus pertranseat. Tunc autem & Belus illum Babylonicum uisitabo, miseris modis tractaturus & ipsum. Eripiam enim ei ab ore suo, quæ hæctenus deglutit atque deuorat: omnia nimirum eius donaria & anathemata, neque enim amplius ad eum tanto numero gentes confluent. Quin & murus ipse Babylonicus, quantumuis crassus & ualidus, collabescet ac corruet, demoliendus nimirum ac destruentus. Itaque exite de medio eius popule mi, & consulat quisque suam uitam, ne simul cum ipsis periretis a furibunda Domini ira, ne forte cor uestrum turbetur atque mollescat, & ad quemuis rumorem qui in terra Chaldaea audietur expauescat atque perterrefiat. Alius enim rumor an no hoc, alius item illo anno ueniet. Alia item & alia terra oppressio ac deprædatio: & dominator quidem succedet dominatori, ita ut mutatio eius dominis, magna illic semper diuisionum expectanda sit. Neque hisce malis diuisionum dies ueniunt, illudque tempus appetit, quod uisitaturus atque disturbaturus sum omnia Babylonicorum sculptilia, cum rota ipsorum terra, quæ his male fidere solita, iam pudescet, cum in medio eius interfectorum iam iacebunt ac dispergentur atque pedibus proterentur cadauera. Quando & cælum & terra, & quæcumque in ipsis sunt, iubilabunt, atque Domino laudes decantabunt. Nam ab aquilone

Sanctificate
contra eam
gentes.

Collige in
ego, illud
in medio
atque

Ecce ego in
dicabo eam
sanctam, et
ulciscar ultio
nem tuam.

Egre dicitur
de medio
ius populi
mei.

aquilone certē uenient ei deuastatores, dicit Dominus. Et quēadmodū per Babylonios disturbati, occisi, sedibusq; suis eiectione fuerūt Israēlita: ita & nunc Babylonij disturbabunt, occident, ac sedibus suis ejectione, dispergendi in omnē terrā, & quālibet mūdi regionē. Qui euasistis gladiū, atq; huc in captiuitatem adducti estis, ne hic nunc restiteritis: sed Domini, eiusq; promissi memores estote, uel multo abhinc tempore. Et ueniat uobis in mentē Hierosolyma, quō post annos septuaginta uos redituros promisit Dominus. Dicite autē, quōd audiēdis opprobrijs erubueritis, multoq; pudore uobis facies uestre suffusc sint, quādo barbari tanta ignominia ac contumelia affecerunt Dominum, destructo atq; incenso tēplo eius sancto. Quādo uerō illi de suis dijs magnificētius sentiūt, quā de me, propterea dies ueniūt, dicit Dominus, & ulciscar me de dijs & sculptilibus eorū, quibus multū adeo tribuūt: cum interim illis nullā opē ferētibus, tota terra ingemiscat, atq; animā exhalent uulnerati ac miserē faucij: etiā in cælum ascenderit Babylon, atq; ad ipsa usq; sidera suos muros attollat & efferat, ac sese altitudine tali munierit & corroborarit, a me tamē aduersus eam adducentur, qui ipsam expugnet atq; uastent, inquit Dominus. Vox terribilis clamoris audietur de Babylone, quę terrę Chaldaicę cladē hanc & miserā testabitur atq; plorabit: siquidē Dominus Babylone ipsam uastabit, & perdet ex ea strepitū illū magnū, quo nunc undiq; constrepit, populosissima nimirū atq; opulentissima ciuitas. Et resonabūt fluctus Babyloniorū, quibus cōcutientē initar aquarū multarum ac fortū, & longē lateq; exaudietur ploratus ac miserimus euulatus eorū. Veniet enim contra eā, cōtra Babylone in quā, qui ipsam expugnet, deuastet ac perdat. Apprehēdētur autē tunc qui in ipsa fortes sunt ac strenui, & arcus eorum, reliquaq; arma ipsorum confringentur, ac inutilia erunt. Quoniam Deus iniurię suis illatę strenuus uindictę ac Dominus, nūc ipsis resoluēt, ac rationē redditurus est. Calice enim furibūdę meę irę inebriabo principes Babylonis, eiusq; sapientes ac duces, proceres itē eius, & quicunq; inter eos strenui sunt, atque ulla autoritate. Et hunc ubi biberint, incident in somnū sempiternum, unde nunquā expergiscantur atq; euigilent: dixit rex ille, cuius nomē est Dominus exercitū. Sic dixit Dominus exercitū: Murus ille Babylonis densus & latus adeo, cōfringetur ac diruetur, & portę eius tam excelsę & magnificę incendio cōflagrabit: & quōd restringendo huic incendio multā daturus sit populus operā, nihil agent, seseq; frustra defatigabūt: siquidē ignis eas absumet ac perdet. Hic uerbū habes quod Hieremias propheta mandauit Seraia filio Neri, filij Maasias: cū ipse una cum rege Iudaico Sedechia Babylone proficisceretur, ad inuisendū Nabuchodonosorē, anno regni ipsius quarto. Erat autē Seraias hic princeps quietis ac recreationis, quo rex uti

consueuit, quoties illi animum remittere placuit, & a serijs grauioribusq; occupationibus respirare, ac sese reficere. Scripsit autē Hieremias omne malū, quod Babylonijs obuērurum erat, in libro quodā, omnes nimirū sermones hos, qui in Babylone scripti sunt. Hunc acceptum iussit Hieremias perferri Babylone, dixitq; ipsi Seraia: Cum Babylone ueneris, eaq; perlustraris, atque omnes sermones hos legeris, tunc sublatis in cælum oculis tuis, sic dicito: Domine, tu locutus es contra locū hunc, de eo excidendo & perdendo, ita ut nemo eū sit inhabitaturus, neq; hominū, neq; pecorū, neq; canis, neq; catus, & quōd redigendus sit in solitudinē sempiternam. Et cū librū ipsum ad finem perlegeris, alligatum lapidi abijce in medium Euphratē, dicens, sic submergendam Babylone: ut quę impar futura sit ferēdis omnib. malis, quę ego in ipsam adducturus sum, neq; ex ipsis emergere possit, nimirū delassatis ac debilitatis ipsius ciuib. Hactenus quidem Hieremij sermones habes, & quę ille uaticinatus est. CAPVT LII.

Sedechias uigintiunū annos natus erat, quādo Iudaico regno inaugurabatur. Regnauit autē Hierosolymis annos undecim. Natus uerō fuit ex matre Hamital, quę Hieremias de Libnah filia fuit. Porro uitam suam sic instituit, ut Domino nihil probaretur, ac displiceret, ad exēplum omnīū eorū faciēs, quę frater ipsius Ioachimus fecerat, iam in captiuitatē abductus. Nā Dominus in urbē Hierosolymorū atq; in populum Iudaicū animo cōmotiore erat, ipsiq; infensior, non se placari sustinens, donec eos ē conspectu suo abijceret. Itaq; Sedechias defecit a rege Babylonio, rebellē se illi prębēs: ut qui tributarius illi esse recusaret, nolens cōdictam pecunię summam quotānis illi persoluere. Factū est itaq; anno regni ipsius nono, mēse uerō decimo, & die itē mēsis decimo, ut Nabuchodonosor hoc facto irritatus, quando ipse eū fratris loco regē constituerat, unā cum toto suo exercitu Hierosolymā uenerit, collocatis cōtra eum castris, & obstructis circum eam munitionibus. Urbs uerō obfessa fuit solidū ferē bienniū, nempe usq; ad undecimū annum Sedechię regis. Eius autem anni mēse quarto, die mensis nono, ita in urbe inualuit fames, ut ipsi populo, ciuib. nimirū Hierosolymorum deesset cibus. Vnde factum est, ut sese diuiserint, atq; urbs dirupta sit. nam rex ipse simul & uiri omnes militares ac bellicosi fugerunt, atque de nocte ciuitate egressi sunt per uia horti regij. Hęc enim rex habebat clanculariā inter duos utrinq; muros constructā: cuius exitus in hortum ueniebat regis. Et hac quidē (Chaldęis iam ciuitatē undiq; obfisione cingentibus) aufugerūt, atq; ea uia quę in desertū ducit. Persecutus autē continuō est regē exercitus Chaldęorū, & ipsum assecuti in solitudinibus Hierichuntis, apprehenderunt eū. Et omnis ille exercitus eius ab ipso dispersus est, cōprehensum uerō regem adduxerūt

Apprehēderunt Sedechiam, in deserto.

Hierosolyma ascendat super cor uestrum.

Murus Babylonis ille latusissimus suffraganeus suffraganeus.

ad regem Babylonis in Reblah: siue Antiochiam, quæ amœnissima totius Syriæ ciuitas est. Et illic dicto illi die, acriter ac dure cum eo expostulauit, quod scdifragus pactis non steterat, atq; se prestiterat ipsi rebellē. Quare & ibi in Reblah rex Babylonius ipsos filios Sedechiæ præ oculis eius trucidauit, interfectis etiã omnibus regni Iudaici nobilibus. Ipsum uerò Sedechiã lumine priuauit, & duabus cõpedibus ferreis uinctum abduxit rex Babylonius secum Babylonē: ubi eũ carcere reclusum seruauit, usq; in diem mortis suæ. Mense aut̃ quinto, & die quidẽ eiusdem decima (erat autẽ hic decimus nonus annus Nabuchodonosoris regis Babylonij) uenit Nabuzardan præfectus militum, qui coram rege Babylonis steterat in Hierusalem, & incendit domũ Domini, & domum regis, atq; ad eõ omnes urbis Hierosolymitanæ domos: omnes nimirũ ædes præstantiores, & ipsos Hierosolymorũ muros per circuitũ diruit totus ille Chaldæorum exercitus, quem præfectus ipse militum secũ adduxerat. Pauperes uerò populi, & qui de populo in urbe facti erant reliqui, & qui ad Babyloniu regem trãsfugerant, & ceteros de multitudine relictos, transtulit Nabuzardan præfectus militum Babylonem: sed aliquot ex terræ reuoluntatibus reliquit, qui uineas illic & agros colerẽt. Porro columnas æreas, quæ in domo Domini erant, cũ suis basibus: & mare item eneuũ, quod in domo Domini erat: hæc Chaldæi cõminuerunt, & omne æs illinc collectũ abstulerunt Babylonem: lebetes quoq; sco pas, psalteria, pelues, cochlearia, & omnia uasa ærea, quorũ in templo ad offerenda sacrificia usus erat, similiter abstulerunt: hydrias item, thuribula, pelues, ollas, candelabra, cochlearia & cyathos, tum aurea tum argentea, simul omnia hæc abstulit præfectus ille militum. Columnas duas, mare unũ, uitulos æreos duodecim, qui nimirum sub ipsis erant basibus, sustinentes impositum mare. nã hos Salomon fecerat in domo Domini. Pondus autem æris omnium horum uasorũ rationem superabat: nam columnæ unius altitudo, erat cubitorum decẽ & octo: & funis, quo quis rotunditatem eius metiebatur, cubitorum erat duodecim: crassities uerò eius quatuor digitorũ erat, quippe quæ concaua fuit. Erat autẽ super ipsam aduc capitellum quoddã æreũ, quinque cubitos altum. Porro super capitellũ ipsum opus erat reticulatũ, & mala punica dependebant ex eo per circuitũ: omnia quidẽ ex ære, Et pari quidẽ modo se habe-

bat colũna altera, malis etiã punicis simili modo illi circumdatis. Ex malis autẽ punicis, quæ unico obtutu uideri poterãt, non agnra sex erant ad latus unũ. Omnium uerò malorum punnicorũ per circuitum ex reticulato illo opere dependentium, erant cẽtum. Abstulit quoq; Nabuzardan præfectus militũ Scraiã, summũ sacerdotem: & Sophoniã, qui ipsi uicarius erat, atq; post ipsum secundas tenebat, unã cum tribus ostiarijs templi. Ad hæc & de ciuitate abstulit eunuchũ unum, qui præfectus erat uiris militaribus: & septẽ quoq; uiros, quos sibi rex habebat familiarissimos ac intimos, ut qui nõ quã ab eius latere discederẽt. hos enim in ciuitate inuenerant: simul & scribã, cuius partes erãt, delectos ex populo in militiã conscribere. præterea autẽ sexaginta adhuc uiros de terræ Iudaicæ populo, qui in ipsa urbe inuenti sunt. Abstulit autem hos omnes Nabuzardan præfectus militum, ex ipsa Hierosolymorũ urbe, & adduxit eos ad regẽ Babylonis in Reblah: & rex quidẽ Babylonius iussit eos cædi atq; interfici in Reblah, in terra Hamar, uel Syria. Et ad hũc sanẽ modum Iudaicus populus de sua terra captiuus abductus est. Et hic quidem est populus, quem Nabuchodonosor imperij sui anno septimo ex Iudæa trãstulit, nepe Iudæorũ tria milia, & uiginti tres. Anno uerò regni Nabuchodonosoris decimo octauo, transtulit rursum uiros octingẽtos & triginta duos. Ad hæc anno uigesimo tertio regni Nabuchodonosoris, trãstulit Nabuzardan præfectus militum Iudæorũ septingẽtos, quadraginta quinque uiros: summam uerò abuecti fuerunt in captiuitatẽ uirorum quatuor milia & sexcẽti. Factum est autẽ post annũ trigessimũ septimum, quã in captiuitatem abierat Ioachimus rex Iudaicus, duodecimi mensis decimo octo die, tũc Nabuchodonosoris filius Euilmerodach rex Babylonius, primo sui regni anno, restituit ipsum Ioachimũ pristinæ suæ dignitati, exhibens eum de carcere, atque comẽ se illi præbens atq; affabilem. Et solium eius constituit supra solium reliquorum omnium regum, qui apud ipsum Babylone agebant: mutatis quoq; uestibus captiuitatis ipsius, induit eum uestibus rege dignas. Et semper quidem cibum sumpsit coram eo omnibus diebus uitæ suæ. uictus enim constitutus ei erat à rege Babylonis perpetuus, quotidie per singulos dies uitę suę donec moreretur.

FINIS PARAPHRASEON
in Hieremiam prophetam.

I N T H R E N O S H I E R E M I A E P R O P H E T A E P A R A P H R A S I S , A V T O R E I O A N N E T O S A R R I O A Q U I L O V I C A N O .

C A P V T I .



MISERIAM, duramq; rerum uicissitudinẽ. Quã nunc sedet sola atq; omni consolatione & auxilio destituta, ciuitas illa nostra olim populosa adeo

ac celebris, facta certẽ est ueluti uidua, regibus ac sacerdotibus iam orba. Cuius & nunc nulla habetur ratio. Et quæ olim gentium domina, multorumq; regnorum regina fuit, eã nunc alijs regibus facta est tributaria. De nocte & calamitas

De pauperibus uerò terræ reliquit Nabuzardan princeps militiæ.

Et tulit magister militiæ Saraiam sacerdotem primum.

Eleuauit & Euilmerodach rex Babyloniae in ipso anno restituit Ioachim regi Iudæa.

calamitissimo hoc tempore ubertim plorat, ac suā fortē deflet, lachrymęq; eius distillāt per genas. Et ex omnibus quidem amicis suis neminem inuenit consolatorem: imō quos olim amicos habuit, & bonorū malorumq; omniū socios, ij eā nunc despectui habēt, atq; abominantur, ex amicis nunc facti inimici. In captiuitatē abductus est Iudaicus populus, propterea q̄ uiduas ac pupillos, aut alioqui miseros homines affligere, duriusq; eos tractare sit solitus, & quod dura nimis seruitute oppreserit seruos suos atq; ancillas. Nunc itaq; & ipse ueluti seruiturus inter gentes agit, nullā usquā requiem inueniēs. Quotquot enim eū hactenus persecuti sunt, nunc eū apprehenderūt loco angusto, uelut inter duos muros cōclusum. Vię autē illę Sionię, quę multo adeo populo prestrepere solēt, nūc lugent, atq; a nemine terrentur: siquidē nemo est, qui nunc ad Hierosolymorū festa feratur. Nam portę eius omnes desolatę sunt, tēplumq; iacet exustū. Sacerdotes pleni sunt gemitibus ac suspirijs, & uirgines eius totę in mœre sunt ac luctu. Et tota quidē ipsa Hierusalem multis amaritudinibus ac mœrorib; inuoluta est. Hostes ipsi nūc dominantur ei, ipsaq; superiores sunt. Et inimici eius cuncta succedunt prosperę, atq; ex animi sui sententia. Nā Dominus ob multa eius scelera miserę nunc eā afflixit ac perdidit: siquidem paruuli, atq; etiānum infantes eius, captiui ante hostē abacti sunt. Perijt autē populo Sionio quicquid ille decorū habuit, preciosum & eximium. Et principes quidē eius, alsimiles facti sunt ceruis famescētib;. qui loca pascua nō inueniēs, sese tradunt hominū manibus. Abierūt enim omni fugiēdi uirtute ac robore destituti, ante persequentem, qui ipsos abigit quō uult, nō secus quām lanius quispiā oues ac pecora sua. Hierusalē nunc tandē suę afflictionis ac miserię tēpore, quo omnib; caret, ac rerū inopia premitur, recordatur quanta olim felicitate fuerit, cū rebus omnibus abundaret, atq; uoto suo per omnia potiretur. Cum populus eius manu hostili caderet atq; occideretur, & nemo quisquā auxilio ei esset, aut manū pro eo extenderet, pedem ue moueret, aspectabāt id quidē tacitę gaudētes hostes eius, atq; ridebāt eius sabbata ac neomenias, omneq; ipsorū religionē, quę tamen uera erat, & diuinitus præscripta. Peccatum sanē Hierosolymę in causa est, quod nunc sic derideatur, atq; ludibrio sit, nam nō auscultauit præcepto Domini Dei sui, bene monentib; prophetis illudere solita. itaq; qui olim Deo obedientē in honore habuerūt, atq; plurimi pende bāt, nunc Deo immorigerā contēptim habent, ac nilipēdunt; idq; quod uiderint eius sceditatem, & turpissimam per idololatriā, reliquamq; malorū facē, a Domino defectionē. Quin & ipsamet dū sese penitius introspicit, suspirat atq; ingemiscit, & a conspecta sua turpitudine retrocedit, atq; abhorret. Immundicię sordesq; eius ipsi hæret in uestiū fimbrijs ac lacinijs, tā inuerecūde peccauit, atq; nullius mali ipsam puduit, & non cogitauit in

quę finem hæc res ipsi spectaret. Itaq; mirabiliter collapsa atq; destructa est, ita ut neminem habeat cōsolatorē. Sed tu Domine uide quęso afflictionem meā, quoniā hostis hinc sibi placeat, ac sese iactitat: quasi sua uirtute me denicerit, atq; huc calamitatis me impulerit. Hostis neq; fanis pepercit, neq; profanis, manū suam immittens in omne illud quod Hierosplymitanis eximiū fuit, atq; desiderabile. Videre enim coacti sunt gentes introuentes in templū tibi Dño Deo suo sanctū ac dedicatū: id quod lex tua uetabat, ne in ecclesiā populi ue tui cōgregationē admitterentur. Omnis Hierosolymitanus populus multo cum gemitu, atq; animi dolore quærebat panē, non habens unde uitā sustēteret. Vnde & quicquid preciosum habuerūt, id expenderūt in emendis cibis, per quos ipsis anima refocillaretur, atq; cōseruari posset. Vide quęso Dñe, atq; intueri hæc, tecū pedēs, quō miseriarū delapsa sim, & q̄ sim uilis facta. Nunquā tale quicq; uobis accidat, quotquot hac trāsitis, atq; iter facitis. Attendite autem & uidete, si quis dolor meo cum dolore conferendus sit, qui me affligit atq; discruciat. nā certē Dominus plurimū iratus hoc pacto me exercuit, atq; afflixit. Quippe qui excelso suo de celo ignē mihi immisit in ossa mea: qui cōsumptis medullis meis, me totā cōficat atq; consumat. Et reti pedibus meis expanso, supinū me prostrauit, atq; retrorsum egit: unde & profus desolatā me reddidit, ac perpetuō mœstā. Iugum illud iniquitatū mearū iam colligatarū plurimum me grauat ac deprimit: siquidē illę manu Domini perplexę atq; intricatę, impositę mihi sunt in caput, atq; collū meum. qua quidē ratione omne robur meū cōfractū est & contritū: siquidē Dominus me tradidit in eorū manus, ē quibus me non possum extirpare & liberare. Dominus omnes qui apud me ulla autoritate ac uirtute sunt, pessundedit atq; cōculcauit, ac ueluti pro uia habet: quippe qui aduersum me cōuocauit cōglobatos milites cōplures, qui præstantissimos iuuenes meos contererēt ac deperderēt. Et hæc quidē sunt quę ego doleo ac defleo: quare & oculus meus lachrymis immalescit ac diffluit, cū nemo adeo adhit, qui mœrentē consoletur, ac dolorē leniat, animumq; meū tranquillet. præualente enim hoste filij mei, desolati planē sunt ac uastati. Sionius populus manus suas multa animi angustia dispandit, atq; cōstringendo coartat: nemo tamen ullū solatiū ei adfert, neq; sic adflietā cōsolarur. Nā ipse alioqui misericordissimus Dominus, ipsos hostes in populum suū incitat, atq; præcepit illis de Hierusalē obfisione cingēda & uastāda: unde & ipsa habita apud hostes est ueluti abominanda & detestabilis. Iustus certē Dominus est, neq; immeritō hæc tā dura patior, siquidē immorigerā ac rebellē me præbui oris ipsius uerbis. Audite obsecro hæc oēs populi, atq; cōspecta hac mea calamitate ac miseria, meis malis cautiore esto: te ac respiscite. Nā puellę meę uirgines, & adulescētes mei præstantissimi, simul omnes in ca-

ptiuitatē abducti sunt. Auxilio quidē inuocauit amicos meos, at illi me frustrati sunt, ac de-
ceperūt: ita, ut meis hostibus prodant potius,
quā protegāt. Sacerdotes ac senectute ipsa
inter meos uenerabiles, in ipsa urbe fame ex-
tincti sunt, cum cibū refocillādē ac cōseruādē
uitæ quærentes, nullum inuenirent. Sed tu
uide quæso Domine, quoniam supra uires
meas affligor. Toto enim pectore atq; ex in-
timis uisceribus mihi dolet, atque ex animo
me mei pudet ac pœnitet, quod ita me tibi im-
morigerā præstiti ac rebellē: unde & foris, nos
perimebat gladius, & intra ciuitatē aliud quid
dam erat, ipsa morte inclemētius, nimirū *hentes*
uia, grauissimæq; fames. Audierunt quidē me
suspirantē ac ingemiscētē: sed nemo quisquā
prodit, qui me cōsoletur. Hostes certē omnes,
audita calamitate mea, latrati sunt, ac sese exhi-
lararūt, quod à te proficiscatur hæc mea affli-
ctio, quā multo antē uocasti, atq; per prophe-
tas tuos prædixisti. Cæterum quando suis illi
se cōmaculant sceleribus, & nihil ad eō miserico-
rdes sunt, bibāt aliquādo de eodē quo ego
bibō poculo, atq; his similia ferant. Veniat ti-
bi ob oculos omnis eorū in me tyrannis ac sa-
nities, & facito illis quæ admodum miseræ mihi
propter omnia mea scelera fecisti: gemitus eni-
m mei multi sunt, & cor mihi perpetuo mœ-
ret, atq; tantum non mœrore disrumpitur.

CAPVT II.

AH, quā obscurauit furibundus, nimi-
umq; iratus Dominus populū suū Sio-
nium olim tam illustrē ac præclarū. Qui
olim decorus ad eō erat, & in cœlū usq; exalta-
tus, eū nunc ē summo gradu maximæq; felicita-
te deturbarū, in terrā deiecit ac prostrauit, non
recordatus in die iræ suæ, quod ille uelut præ-
clarissimū scabellum fuerit pedū suorū. Sine
omni misericordia disperdidit Dominus om-
nia tabernacula Iacob, ut uix ullū ei supersit tu-
guriolum. Furor enim accessus demolitus est
optima, sanctissima & munitissima quæq; Iu-
daici populi ædificia, solo cūcta ad quæ: ita ut
regnū illud sanctum ac Deo dicatū unā cū suis
principibus nunc profanatū sit, ac nihilo me-
lius regno, atq; principibus gentiū, quarū nūc
multo felicior uideretur cōditio. Præ multa sua
ira cōfregit planē ac perdidit Dñs omne regnū
Israelis, tum decē illarum tribuū, tum & Iudai-
cum, manū suā aduentate hoste subducens. Imo
ueluti ignis quispiā, qui flāmis suis uicina
quæq; cōburit ac cōsumit, ita accensus fuit Do-
mini furor in populū Iacobæum. Nō solū
enim non est auxiliatus Dominus, sed ueluti
hostis acerrimus arcū suum in nos tetēdit, ho-
stiliter item suā in nos exercuit dexteram, peri-
mens ac perdens quicquid aspectu iucundum
fuit ac delectabile. Effudit enim in tabernacu-
lum siue templū illud populi Sionij irā suam,
ueluti ignem quiduis conficientem. Nihil aliud
enim, quā hostē se Dominus præbuit,
totum Israeliticum populū deperdens, unā
cum omnibus ipsorum palatijs, propugnacu-
lis, ac mœnibus munitis, unde populū suum

Iudaicum in multum coniecit luctum ac do-
lorem. Quin & templum suum augustum ac
deō ac celebre, illud disturbauit uelut horten-
se tuguriolum, subuersis atq; contemptis po-
puli in illud conuentibus. Iraque solennitates
ac sabbata ipsa Dominus Sionio populo iam
aboleuit, etiam regem ac sacerdotem præ mul-
ta sua ira spernēs, atq; nihili pendens. Quare
& altare suum Dominus protrusit atq; asper-
natus est, totum simul templū sibi sanctum ni-
hil moratus: muros etiam palatiorū suorū
ac præclarissimæ ciuitatis suæ tradens in ma-
nus hostium. Cōcurrerunt enim in domū Do-
mini, quo ipsas ingredi nefas fuit, tanta cum
exultatione, clamore & strepitu, quanto olim
ad festa solēnia conuenire solet ipse populus.
Postquam Domino decretū fuit demoliri mu-
ros populi Sionij, duxit ille funiculum suum,
ad quem hostis cuncta dirueret: neq; cessauit
aut manū suam retraxit, quin omnia deusta-
rit, desolatis simul & propugnaculis ac muris
omnibus. Hinc & portas ipsas cernere est dese-
ctas ac in terrā prostratas, uelutibus earū con-
tritis ac deperditis. Rex ipse simul & principes
eius abducti sunt ad profanas ac impias gen-
tes. Nulla nūc obseruatur lex, cui certē nullus
etiam locus est. Neq; prophetis quicquā à Do-
mino uidentum datur, quo populū despera-
bundum consolentur aut erigant. Iraque senes
30 ipsi populi Sionij multo mœrore repleti desi-
dent humi, & conspergunt sua capita puluere
saccos induti. Et uirgines quidem Hierosoly-
mitanæ olim superbæ & arrogantes admodum,
nunc capitibus incedūt demissis, atq; in terrā
propendulis. Oculi sanē mei perpetuo fleru
deficiebāt, totoq; corpore conturbatus erā, ita
ut omnis etiā lætitiæ meæ iecur effunderem,
quod miserē adeo populū meus deperdeba-
tur, & tam immisericorditer tractabatur, cum
40 paruuli atq; etiamnum lactētes pueri, passim
per uicos ac ciuitatis plateas deficerēt, ac fame
interirēt. Clamitabāt matribus suis de pane ac
uino, cū uelut in ipsīs plateis lethaliter uulne-
rati deficerent, atq; in matrū suorū gremijs ani-
mā agerēt, atq; expirarēt. Quā obsecro addu-
cā gentē pari modo unquā afflicta? Nō uideo
cui te cōferā o filia Hierusalē, cui te cōparabo,
cōsolaturus te o uirgo filia Sionia? Nam cōtri-
tio atq; excidiū tuum mare quoddā malorum
50 est, adeo ut non uideam quis tibi mederi pos-
sit. Magna hinc in prophetis tuis culpa ha-
ret, qui tibi nihil aliud quā uana atque in-
sulla & inutilia præuiderunt, atque uaticini-
nati sunt, non aperientes atque ob oculos
tibi ponentes iniquitatem tuam, unde te de-
terrere atq; conuertere eos condecernerat. Sed
seduxerunt te, atque à uia recta te expule-
runt, unde & huc malorum deuentum est,
qui per uiam transeunt, omnes super te mani-
60 bus suis plaudunt, sibilo motūq; capite popu-
lo Hierosolymitano olim tam felici ac florētī
illudentes: Hæc ne illa est ciuitas (aiūt) quā
ferebant modis omnibus pulchrā ac abolutā
esse? de qua uniuersa terra gaudebat, ac mirā
in modum

in modum sibi placebat? Aperiunt nunc super
 te os suum, atque contempnim ac ignominiose de
 te loquuntur omnes inimici tui, sibilando &
 dentibus suis frendendo. Deuoremus, atque de-
 glutiamus eam, inquit. Nam haec profectio il-
 la diu expectata, atque exoptata dies est, quam
 tandem uotis nostris potiti assecuti sumus, atque
 uidimus. Nunc tandem fecit Dominus, quod constitue-
 rat, complens atque praestans, quae per seruos suos
 prophetas multis ante diebus minitatus erat: 10
 quippe qui te iam deperdidit, atque citra miseri-
 cordiam omnem te uastauit, exhilarans super te
 oes inimicos tuos, & cornu siue regnum hostium
 tuorum exaltans. Cor quidem eorum grauitate af-
 flictum, atque mortuum clamauit ad Dominum:
 sed perquam seruo. O mure ac moenia popu-
 li Sion, fac seas atque nocte dieque ubertim
 lachrimis, ita ut torrentem tuis lachrymis
 facias: ne & conueneris, neque cesseris a fletu pupil-
 lae oculi tui. Surge atque uociferare de nocte, in
 ipso principio uigiliarum ploratum incipiens;
 & effunde ut aqua petitiones cordis tui ante
 conspectum Domini. Expande atque attolle ad eum
 manus tuas, deplorata calamitate paruulo-
 rum tuorum, in compitis omnium platearum, fa-
 me pereuntium. Vide obsecro Domine, atque in-
 tuere seuitiam & tyrannidem hostis, quae no-
 bis nimis fecisti crudelē & asperum. An ullo hoc
 seculo auditum est, quod matres ipsae suos ede-
 rint liberos, & fascijs adhuc inuolendos in- 30
 fantulos? Et quod sacerdotes simul, & prophete
 in ipso templo Domino Deo sancto interfecti
 sunt. Passim humi prostratos uidere est per pla-
 teas tum pueros tum senes. Virgines enim meae,
 simul & adulescentes mei gladio corruerunt:
 siquidem in die furoris tui, nulla cuiusquam ratio
 ne habita, nemini plane parcēs, simul oēs inte-
 remisti atque iugulasti. Tanquam ad diem festum & so-
 lenne, undecumque uocasti, quos timebam & ex-
 patescebam. Et non fuit sane qui in die furoris
 Domini euadere posset ac effugere, tantaeque cladi
 superesse. Itaque quos educaueram atque enutri-
 ueram, hostis meus consumpsit, atque perdidit.

CAPVT III.

Ego sane uir sum qui sensu, atque expertus
 sum afflictionem & captiuitatem, quando
 me Dominus suae irae uirga percussit. Abige-
 bat enim, atque abduci me faciebat in tristes te-
 nebras, & non in lucem laetam ac iucundam. Cer-
 te contra me obuersus manum omni die 50
 contra me conuertit: adeo, ut caro simul &
 pellis mea ueterascerent, ipsaque ossa mea con-
 tererentur. Aedificabat enim contra me muni-
 tiones, & obuallabat me felle & labore, sum-
 mis nimirum amaritudinibus, collocans me
 in locis tenebrosis, ubi uelut multo tempore
 mortuus, in obliuione plane fui omnium. Ita
 me obseperat, ut nulla ratione possem euade-
 re, aggravatis etiam compedibus meis. Quin
 & clamati mihi ac uociferanti aures suas pra- 60
 cludebat, non admittens orationem meam. Obse-
 perat lapidibus quadris, & excisus uias meas, ea-
 rum semitas alioqui mihi notas inuertes, atque
 ignoras mihi facies. Factusque est mihi Dominus ue-

lutus qui alicui insidiatur, aut ut leo qui
 praedam meditas se suo latibulo seruat abscon-
 ditum. Vias meas inuertit, & uelut in frustra con-
 cidit me, desolando me ac uastando. Intenso e-
 nim arcu suo me ueluti sagittarum suarum scopum
 constituit. Sagittis certe suis renes meos mihi
 transfixit, ita ut omni populo meo ludibrio ef-
 fem & risui, atque de me etiam quotidie cantilla-
 rent. Exaturauit itaque me amarissimis oppro-
 brijs, & inebriauit me absynthio, atque absyn-
 thio amarioribus dicerijs. Dentes meos mi-
 hi contundebant, atque labefactabant, lapidibus pa-
 ni meo immixtis, abijcetes me in lutum, puteu-
 de limosum. Pax omnis ac felix rerum successus
 longe a me recesserat, ita ut omnis boni ac felici-
 tatis iam oblitus plane atque ignarus essem. Et
 uidebar quidem mihi, quod omne robur, omnisque
 spes mea de Domino concepta, iam mihi deperisset,
 atque nulla esset. Recordare quae Dominus affli-
 ctionis atque planctus mei absynthij & fellis, o-
 mnisque huius amaritudinis, quae mihi deuora-
 da uenit. Cuius dum recordor, atque in mentem ue-
 nit, totus mihi animus concidit, atque humiliat.
 Et hoc quidem dum mecum reputo, non ignarus quod
 cor humiliatum Deus non despicit, quod & aliquem
 humiliat antequam exaltet, iterum in spem erigom.
 Siquidem misericordiae Domini acceptum ferendum est,
 quod non prorsus deleti atque consumpti sumus. Nam
 miserationes eius nondum defecerunt, atque emor-
 tuae sunt. Immo singulis diebus dum suum solē exoriri
 finit, & malis & bonis, eas uidere licet, & no-
 uas & recetes. Magna certe tua erga nos fides
 ac ueritas est, cui nos diffidere iniquissimum est.
 Itaque ex animo dico, quod pars mea Dominus est, quae me
 contentum atque tranquillam esse condecet. Unde &
 in ipsum spem meam omnem collocabo. Nam Dominus in
 se speratum bonus admodum est, omni quidem quae
 ipsum quaerit ac desiderat. Bonum autem ac commodum
 est, ut quis Dominum patienter expectet, & tacitus
 atque quietus ab ipso salutem operiatur. Et bene
 quidem cum illo agit, qui ab ipsa adulescentia sua fe-
 rendo Domini iugo assueuit. Hic enim non intromit-
 tens se omnibus omnium negocijs, atque huius se-
 culi curis, solitarius sedebit, tacitus ac tranqui-
 llus, assuetus nimirum iugo Domini. Demisse admo-
 dum sese geret, sicunde fortassis spes aliqua af-
 fulgeat. Obuertet percussit se maxillam suam, ma-
 iora ferre paratus potius quam ut sese de inimico
 ulciscat, itaque exaturat opprobrijs & conuicijs.
 Sed Dominus certe illum non perpetuo deseret: & quis
 illum affligat, ac duriter satis tractare uideat, pro
 misericordia tamen sua magna, ac multa misere-
 bitur eius. Quippe cui genuinum non est homi-
 nes miserum affligere: neque enim ex corde ipso ho-
 minum filios diuexat, atque grauis eis est, ut eos
 oes ueluti in terra hac uinctos, atque captiuos,
 coterat ac perdat, ac iustam hominis causam ty-
 rannorum more (cum ipse altissimus sit) insectat
 atque peruertat. Certum quidem in causa sua per ca-
 lumnia opprimere, id Dominus non probat, neque cuiquam
 etiam sic facturum est. Nemo tamen dixerit quicquam
 fieri, aut se adfligi iniussu Domini, quasi forre for-
 tuna homini afflictiones obuenant. Neque
 item quod iussu diuino, ipsorum ex ore altis-

fimi non pregrédiantur tū mala tū bona, tum aduersa tum prospera. Sed homo miserā hanc uinēs uitā, & peccata peccatis accumulās, sese uarijs calamitatib. inuoluit, easq; sibi uelut proprio iumēto accersit. Præstiterit itaq; peruestigare uias nostras, easq; sic instituere, ut reuertamur ad Dñm, a quo omne obtineamus bonū. Atrollamus itaq; corda nostra, simul & manus ipsas ad Deū nostrū qui cœlos inhabitat. Nos sanē peccauimus, nihilq; tibi morigerati sumus, itaq; & tu nō immeritō, inclementius ac nihil parcēdo nos tractasti. Iratus ostendisti furorē tuū, eo ueluti interstitio quodā nos à te abarcens. Itaq; persecutus nos es immisericorditer admodū nos perimēs atq; deuastans. Et nubē quandā inter tuæ bonitatis aures, & miseras nostras preces, cōstituisi mediam, ut ne ad te pertingat oratio nostra. Itaq; uelut peripsemata, & scopis cōuersas sordes, multoq; omnīū uilissimos nos reddidisti, in medio aliorū populorū. Oēs inimici nostri nos nunc subsannāt, atq; magis cachinnis nos irridēt. Dū enim hostē ita terribilē effugere uolimus, incidimus in foneā, malūq; grauius. Vastati itaq; sumus atq; deperditi: id qd ubertim, atq; ueluti decurrētib. aquarū riuulis, oculus meus deplorat, atq; illachrimatur, nō tā meapte quidē causa, q̄ propter populū miserē adeo afflictum ac desolatum. Oculus meus profluit, quod tam nulla quies ac malorū intermissio sit. unde & incessanter illachrimabitur, donec ipse Dñs cœlitūs intueatur, atq; ad nos respiciat. Certē oculorū meorū fletus me macerat, grauiterq; adeo me affligit, ut hic facile superē omnes filias ciuitatis meæ. Inimici mei ueluti auē quampiam me sine omni in ipsos culpa per q̄ sedulo aucupati sunt. Præalto enim ac limoso in puteo me constrinxerūt, aduoluto lapide me in eo concludētes, atq; ipsum obtenebrātes. Certē afflictionū unda superabant tunc caput meū adeo, ut omni ope humana destitutus, de uita mea actū purarem. Te tamē, nomenq; tuū sacrosanctū ex profundo limosorū illo puteo uocauī. Et tu quidem pro genuina bonitate tua me exaudisti. Ne ira que nūc aurē tuā mihi abscondas, dū ad te clamito ac uociferor, ab his calamitatibus, & grauisimis angustijs respirare cupiēs atq; liberari. Quando te inuocauī, tu solitus es propius ad me accedere, securo me iubens esse animo, atq; nihil metuere. Et defendebas quidē causam meā, ita ut me perimere nō potuerint. Et abundē quidē uidebas, quibus impetebam callūnijs: sed tu Dñe iudica iudiciū meū. Vidisti quāto studio mihi nocere conati sint, omniaq; illorū contra me studia & conatus. Audiuisti Dñe, quæ in me coniecerint opprobria, & quā iniqua de me cogitarint, atq; statuerint, quibus aduersum me labijs inurrerint, & quid aduersum me quotidie sint machinati. Sine enim confidebāt, siue alicubi consistebant, ego illis perpetuō in ore eram, atq; de me per ludibriū cāuillabāt. Tu itaq; prout de me meriti sunt, ita repende illis pro factorū suorū meritis. Da

eis cor grauisimis obuallatū angustijs, ita ut maledictionibus tuis adobruatur. Iratus eos persequere Domine atq; afflige, ut ne ullo amplius loco sub cœlo cōfideāt, atq; inueniatur.

CAPVT IIII.

AH quā est obsecratum, suisq; dissimile aurū illud Hierosolymitanū. Quā immutata sunt illa preciosissimi auri ci melia. & lapides illi tēpli Deo opt. max. sacri, q̄ iacēt per omniū uiarum compita dispersi, atq; dissecti. Filij in quā Sionij inclyti, ac illustres, nuper auro puro æquiparandi, nūc uix æquāte lagenā testaceā, manib. figuli cōfectam. Quin & immanissimę feræ nos nūc uincunt ac superant: siquidē etiam dracones ipsi catulis suis mammam nudāt ac præbent, eosq; nutriunt. Verū filia populi mei crudelitate assimilis est struthionibus in deserto catulos suos parū curantibus, atq; crudeliter cum eis agentibus. Lingua em lactentis infantuli præ sui palato ipsius adhæret, & illa eū lactare renuit. Paruuli urgēte fame petunt quē edāt panē, & nō est qui ipsis frangat, scindat ac donet. Qui itaq; olim cibis affluēbāt delicatis & preciosis, iqdē nūc præ fame in plateis cōcidunt, ac moriuntur. Et qui educati sunt in purpura, coccino, ac bysso, nunc amplexati sunt stercora, ut uilissimis ac sordidissimis se obtegāt uestibus. Grauius sanē desequitum est in iniquitatem populi mei, q̄ in peccatū Sodomorū, qui momēto tēporis subuersi, suorū malorū cirō sinē inuenerunt. neq; em illi longā multa cum inedia obsidionē tulerunt, castris ualidoq; ad. o. hoste cincti ac presci. Habebat Hierosolymitani suos Nazareos Deo dicatos, sanctos ac noto obstrictos. Et erāt quidē hi ipso aspectu niue quauis candidiores, & nitidi supra lac. Ipso aspectu suauius rubētes q̄ ulla gemmæ, ut qui ē sapphiro excisi essent. At nunc horū forma nigredine ipsa obscurior est, ita ut in plateis allicui obuiā facti nō possint agnosci. nam ipsa pellis nihil aliud q̄ ipsorū ossa cōuestit ac tegit, ita sunt emaciati, & ut lignū exaridi. Poptior fuit cōditio eorū quos gladius peremit, q̄ quos extinxit fames. Illi em cita breuiq; morte, at hi lenta ac longa inedia cōtabuerunt, cū panis ipsos deficeret. Quod quidē quā graue fuerit, hinc colligere licet, quod mulieres ipsæ quæ natura misericordiores sunt, atq; magis in suos afficiuntur liberos, proprijs manib. suos coxerint pueros, quibus in calamito fisisi mo hoc populi mei statu uescerētur. Tam plena ac grauis fuit Dñi ira, quam furibundus in suos profudit, succēdēs in Sion tribulationes, & afflictiones tam ignitas & uehemētes, ut ipsa fundamēta eius cōsumpserint. Nulli unq; reges credidissent, neq; quisq; qui orbem hunc inhabitat, q̄ hostes ipsam expugnare potissent, aut quod unq; Hierosolymorū portas fuerāt hostes ingressuri. Sed per peccata pseudo prophetarū eius, & per sacerdotū sceleratissimā iniquitatē id factū est, qui autores fuerunt tam copiose in ipsa effusi sanguinis iustorum, huc profanos iudices, qui alioqui absoluerē ip

los maluissent, instigantes ac impellentes. Ob-
 errarunt ut ceci ac cecorum duces per plateas,
 atq; multo adeo sanguine se cōtaminarunt: ut
 qui uellet, nulla sui parte posset ipsos contin-
 gere. Vnde & gētes præposteræ ipsorū san-
 ctimonie ac uitæ puritati insultātes: Recedite,
 occlābant ipsis, ego enim immundus sum.
 Viri uos sancti ac mundissimi, recedite recedi-
 te: neq; tetigeritis nos, ut qui inquinati sumus
 & abominabiles, atq; hisce cū clamoribus sese
 ab illis remouebāt. Inter gentes autē uulgo fe-
 rebant, q̄ nunquā suis sedibus restituerentur,
 nunquamq; in patriam redituri essent. Ira en-
 nim Dñi diuisit, atq; eiecit eos illinc, qui nō di-
 gnabitur amplius eos respicere. siquidem sa-
 uos adeo hostes nunc in illos immisit, qui nec
 sacerdotibus ipsis pepercerunt, nec senum fue-
 runt miseri. Cum adhuc res nostræ subsiste-
 rent, defecerūt oculi nostri, nimium intēti ad au-
 xilium, quod expectabamus uanū ac friuolū. 20
 Expectabamus enim hinc gentē Assyriam, il-
 linc Aegyptiam: sed nō ualuerūt nos seruare.
 Imo illi gressus nostros obseruarūt, præcludē-
 tes nobis plateas ac uias nostras, per quas a-
 lioqui incedere atq; effugere licuisset. Sed ap-
 propinquauerat finis noſter, diesq; nostri erāt
 cōpleti, atq; de nobis actum erat. Nā ut ma-
 xime fugam tentassemus, ipsi persecutores no-
 stri aquilis cœli uelociōres erāt, ad insequen-
 dum nos. nā & per montana plerosq; nostrū 30
 insecuti sunt, etiā in deserto collocatis nobis
 insidijs. Siquidē & ipse rex noster, unctus il-
 le Dñi, per quem nares nostræ spirāt, ac uiui-
 mus, ille captus est eorū foueis ac insidijs: ille
 inquam de quo dicebamus, atq; persuadeba-
 mus nobis, q̄ in umbra eius etiā inter gentes
 uicturi essemus. Letare tu quidē atq; exulta
 nunc gēs Edomitica, & quartę bestię filia, quæ
 lata nūc & opulenta terrā Vz inhabitas. nā &
 ad te ueniet diuinæ indignationis calix, estq; 40
 de eodē bibitura poculo, sed bibes eius sycem,
 ita ut inebriata, multo scedoq; uomitu te con-
 spurcatura sis. Porro tu ô Sionia filia, iam tuę
 iniquitatis abūdē magnas dedisti pœnas, neq;
 post cladē ac captiuitatem hęc Edomiticam te
 ulla adobruet Dominus alia. Verūm tu ô filia
 Edom scelerata tuę iniquitatis aliquando pœ-
 nas adhuc Domino datura es, qui peccata tua
 teteget, atq; in lucem prolaturus est.

CAPVT V.
 Oratio Hieremie.

A Cerbissimæ huius cladis, atq; captiuita-
 tis nostræ, quam serimus, tu quæso mi-
 Dñe memineris, qui solus nos restitue-
 re potes. Intuere, & ad grauissima illa quę nō
 sine tui nominis iniuria nobis opprobantur
 opprobria respice, ac miserare nos. Ab aliena
 etiā planē sumus ab ea terra, quā tua benigni-
 tas tum nobis tū patribus nostris dederat hæ-
 reditariam. Et hostes ipsi atq; nihil nostrū ge- 60
 nus cōtingentes, nunc nostras tenent domos.
 Quin & pupilli sumus cū matribus nostris ui-
 diuis, te patre & te marito quasi deorbati, om-

nium nūc iniurijs expositi. Siquidē aquas no-
 stras, quas ipsa natura omnib. cōmunes esse de-
 cet, iā stata pecunia bibimus. Et ligna, quæ tua
 item bonitas omnium usibus benignē dat pro-
 crescere, iā certo itē precio cōmercāmur. Quę
 si uelut omnib. prognata & cōmunia asportā-
 re studeamus, non sine capitis periculo id faci-
 mus. siquidē hic ceruicibus nostris minitatur:
 & qui cadēdis ac deportādis illis delassati su-
 mus, plus illinc incōmodi ac inquietudinis re-
 ferimus, q̄ solatijs & quietis. Quin & ex pprijs
 nostris agris, nō potuimus fructus ipsos refer-
 re. Vnde & Aegyptijs, simul & Assyrijs data de-
 xtra cōföderati fuimus, ut uel famelicū uētrē
 pane possēmus exaturare. Quod quidē à patri-
 bus nostris parū rectē factū est, atq; res maiorē sui
 uentris rationē habuerūt, q̄ benignissimæ tuę
 omnipotētis, qui cibū præbes omni carni. Et
 quod patres nostri hic peccauerunt, id nos sa-
 nē (dū in itū per illos fœdus seruamus, illis iam
 emortuis) luimus, ac misera hac captiuitate de-
 pendimus. Homines serui, & modis omnibus
 inquinatissimi nūc nostri dñantur: neq; est qui
 nos de ipsorū manibus liberet ac uindictet. O-
 lim uerō nos nostros habebamus seruos, qui
 nos heros suos agnoscebant: atq; res nostras
 nobis sedulo seruiētes, accurabāt. At nūc non
 sine uitæ periculo ipsi nostrū paramus uictū ē
 deserto collectis frugibus: id quod hostis in-
 tentato etiā gladio nōnunq̄ uetat. Vnde fit ut
 pellis nostra nō tantū difficultate conquirēdi
 uictus, sed & ipsa nos urēte fame, ueluti clybæ
 no exarida sint, ac denigrata. Sūma em̄ impie-
 tate, multoq; crudelissimus est hostis, qui non
 hac tantū iniuria, sed & alijs cōpluribus nos
 diuexat, quæ grauius etiā nos urunt. Nā & u-
 xores nostras Sionias per uim opprimunt, si-
 mul & ipsas in ciuitatib. Iudaicis uirgines. Et
 principes nostri, quorū partes erāt hisce malis
 mederi, ab ipsis hostib. suspendio necati sunt:
 neq; em̄ uultus iudicū ac senatorū, quorum ca-
 nis certē reuerētiā debebāt, sunt reueriti. Ado-
 lescentes uerō nostros detruserūt in pistrinū,
 ubi ipsi molāt, atq; durissimā seruitutē serui-
 ant. nā & pueros portādīs lignis suis ita præ-
 grauāt, ut sub ipsis corruāt. Nō sunt nobis in-
 portis ac p̄ tribunali, ubi super huiusmodi ini-
 urijs ius dicere, ulli senes, q̄ p̄ nobis iudicēt:
 neq; quicq̄ lati nobis canūt iuuenes. Itaq; om-
 ne gaudiū cordi nostro ablatū est, ita ut, p̄ hila-
 riter olim ductis choreis & gaudijs, nūc nihil
 q̄ tristes nobis remāserint luctus ac gemitus.
 Templū illud sacrosanctū qd̄ nostro capiti ue-
 luti præstātissima corona fuit & gloria, id no-
 bis corruit atq; exustū est. Illic nobis locus erat
 expiandis peccatis nostris, & inuocādi opem
 Dñi. Pessimē sanē factum, quod id per infan-
 da nostra scelera, multamq; iniquitatē nobis
 ita ademptū est. Dignū certē quod ex animo
 doleamus, ac multo luctu toto pectore lugea-
 mus, nostrosq; oculos effleamus, ita ut cali-
 gent atq; obtenebrentur. Quod mōs ille Sio-
 nius tēplo illo Dñi totoq; terrarū orbe celebris
 ita

ira sit uastatus, ut iam uulpes feræq; bestia ibi suas habeat cavernas, atq; in eo uerſentur. Cæterum tu Dñe, etiã si perierit illud tibi sacrosanctum templũ, si sancta illa tua ciuitas, totaq; Iudæica regio: tu tamẽ æternũ permanes, & solium illud tuũ cœleste nunquã deperiturũ est. Cur obsecra in perpetuũ longumq; adeo tempus nostri obliuisceris? multã adeo ætatẽ nos relinquẽs, & nõ agnosces? Tu nos ad te conuerte Dñe, & uerẽ cõuertemur: alioqui omne nostrũ studium, omnisq; conatus noster hypocriticus & nihil est. Tu nostrã salutis & initiũ & finis es: extra te nihil possumus, qui das &

bene uelle, & bene facere. Instaura quæso nobis dies nostros: eaq; nobis cõfer tempora, cuiusmodi superiorib; habuimus seculis. Quod si nos iam reieceris, plurimumq; adhuc nobis sis iratus, neq; eo beneficio nos dignos agnoscas, ut qui à te auersi, te defecerimus: tu obsecro Domine infirmitatis nostræ memor, conuerte nos, & uerẽ conuertemur, totoq; pectore tibi permanebimus addictissimi.

FINIS PARAPHRASEON
in Threnos.

PARAPHRASIS IN EZECHIELEM PROPHETAM, AVTORE IOANNE TOSARIO AQUILOVICANO.

C A P V T I.



Omnis Deus, qui pro genuina sua bonitate nõ potest sui populi malis nõ indolescere, & in Babylonẽ etiam detruſorum curã omnẽ ponere, postquam animaduertit eos qui illuc hortatu Hieremiã cũ rege Iechonia se in captiuitatẽ demiserãt, de sua sorte queri, quodque ipsos suã transmigratiõis plurimũ pœniteret, eo q; Hierusalẽ, cuius deuastationem propheta Hieremias prædixerat, quintũ iã annum ab ipsorum captiuitate perſtaret: atq; sub rege Sedechia, qui per illud tẽpus Babylonũ inuisebat, nõ nihil sub ueri Dei cultu adhuc uigeret: ut hæc eis pœnitentiam abſtergeret, atq; sua captiuitate cõtentos redderet, excitauit eis prophetã Ezechielẽ, cuius quidẽ uaticiniũ eadem illa habet, uel certẽ cõfirmat, quæ de uastando tẽplo, de perdendis Hierosolymis, ac tota Iudæorum terra desolatã uaticinatus eis erat Hieremias, unde fit, ut æquiore animo ferant nõnulli, minusq; doleãt, q; se in hostium potestãtẽ tradidissent. Vaticiniũ autẽ eius sic habet. Factum est, inquit, post tempore iubi-
lci inuentam sub rege Iosia legẽ anno trigesimo, mensis quarti quinto die, ut mihi Babylonẽ inter captiuos iuxta fluuiũ Chobar agenti, aperti sint cœli, ad uideũdũ uisiones, quas mihi Deus ostẽdit magnas & eximias. Quinto inquam die quarti mẽsis, anno post iubilgũ atq; inuentã sub rege Iosia legẽ tricesimo (qui idẽ regi Ioachino siue Iechoniã in itã captiuitatis quintus erat) instituit Dñs, qui in terra Iudæica per Hieremiã sacerdotẽ futurã terræ deuastationẽ prædixerat, illud ipsum iã per Ezechielẽ in terra Chaldæorũ iuxta Babylonicũ fluuiũ Chobar affirmatiũs asseuerare. Erat autẽ & ipse sacerdos, filius Bussi, & cepit agi spiritu prophetico, parumq; læta ac prospera ijs uaticinari qui Hierosolymis, aut in reliqua Iudæa remanserãt, & multis nominibus se feliciores putabãt ijs qui cum Iechonia rege, ac matre ipsius in captiuitatẽ se cõtradiderant. Vidi, in-

quit propheta, & ecce turbulẽtissimus quidã uentus, horridaq; tempestas, magna atrãq; cũ nube exurgens, ueniebat ab aquilone, quæ ipsa flammã atq; ignem quendam claudens, undiq; resplendebat. Porro in medio ignis electri, uidebar mihi uidere speciem quãdam electri, siue rutilantis cuiusdam angeli aut hominis. Quin & apud hunc in medio igne uidebantur esse quatuor animalia, quorum sic erat aspectus, ut humanã præ se ferrent formã ac similitudinem, nisi quod cuilibet quatuor erant facies, & alæ similiter quatuor. Pedes autẽ recti erant, nullos habẽtes poplites. Pes uerò imus, uitulinus erat. Promicabãt autẽ ex eis scintillæ resplendentes, ita ut uidere est in chalybe uero ac perpolito. Manus uerò habebant humanas, idq; sub ipsis alis, quæ quaternæ eis erant: siquidem quatuor locis positas habebãt tum facies, tum etiã alas. Et animalium quidẽ status aut incessus sic erat, ut ipsis alis inuicem contingerent, atq; iuncta uiderentur, idq; etiam cum citra retrospectiõnem ferretur, nam unumquodq; rectã ferebatur, pro ratione suã faciei quoquẽ uersum uellet, spiritusq; in eis diuinus impelleret. Ex faciebus autẽ ipsis alia planẽ humana erat, alia uerò leoninum quiddam præ se ferebat, idq; ad quatuor animalium ipsorum dexteram: & ad sinistram ueluti bubula erat facies altera. Et altera quidẽ aquilinum quiddam habebat: idq; non in uno tantũ, sed in quatuor ipsis animalium faciebus. Porro alæ eorum, quas item quaternas habebant, supra facies has quatuor unicuique animalium sese expandebant, ita ut singulorum alæ inuicem ex suis lateribus altera alteri responderet, atque ex duabus ipsorum corpora tegerentur. Et quodlibet quidẽ animalium pro ratione suã faciei ferebatur, quò ipsum Domini spiritus impellebat: idq; faciebus irreflexis, & ad præterita nihil respicientibus oculis. Habebant autẽ oculos assemiles carbonibus ignitis, ad morem fa-

Factum est
in trigesimo
anno, in
quarto, in
quinta mensi.

culæ inardescentes, ita ut & scintillæ quædam igneæ discurrerent ac ferrêtur per media ipsa animalia, nõ secus resplendentes q̄ ignis quispam fulgure promicās. Ad obeundū autē suamunia initar fulguris citatissimo ferebantur cursu ac recurso, ueluti iā aliud quippiam exequi parata ac indefessā. Porro cū animalia hæc abudē perspexissem, ecce obtulit sese mihi cōspicienda rota quædā sub ipsis animalib. in terra, siue uisurū rerum pauimētō quodā. Erat autem hæc quadruplex, pro ratione quatuor facierum cuiusq; animalis. Porro aspectus rotarum, ipsaq; earū factura perinde se habebat, ueluti si cōspexisses lapidē Tharsis, rutilatissimo ac præstantissimo colore, erātq; hic planē inter se similes. Cæterum quātum mihi uidere datū est, rotæ sic se habebāt, ut altera alterā secaret, ipsiq; per mediū implicata esset. Cū autē incēdebant, ad quoduis quatuor laterum ferebantur, neq; se reflectebant semel progressæ. Verum terga siue absides rotarū tanta erāt altitudine, ut eam contueri aliquis horreat. nam & undiq; quatuor his rotis oculata erāt hæc terga. Procedētib; aut animalibus, procedebāt & rotæ ipsis uicinæ. siquidē eodē planē agebātur spiritum animalia tū rotæ. Ad hæc supra animalium horū capita similitudo quædam firmamēti fuit, cuius aspectus erat uelut mirū in modum rutilantis crystalli, & hoc se expandebat supernē supra animalium capita. Et sub ipso firmamētō ira directæ atq; compositæ erāt animalium alæ, ut inter se essent cōtinguæ ac inuicem respondētes. Et cui libet quidē binæ erant alæ, quibus corpus suū aut se se cōtegerēt. Audiui autē ex cōcussis his alis, si quādo procedebant, magnū adeo strepitū ac sonum, qualem ualida edunt flumina, suis fluctibus per strepētia: aut cuiusmodi omnipotētis uox est, quæ multo ualidissima, penetratior est quouis gladio utrinq; incidēte, ad imam usq; medullā pertingens: aut qualis audiri solet, ubi rota in ter se castra tumultuātur ac perstrepunt. Postquam uerò subsiterūt, remisertunt cōtinuō alas suas, nec ullus eorum auditus est strepitus, cunctaq; cōsiluerunt. Et iam ubi restitissent, alasq; suas remisissent, uox quædam insonuit ex firmamētō ipso, quod capitibus ipsorū imminēbat. Et supra firmamētum capitibus eorū imminens apparuit similitudo quædā throni ex lapide sapphiro. Et in hoc ipso qui apparēbat throno insidere uidebatur quidā humana specie supernē prominens. Et uidi speciē quædam electri, in cuius medio apparebat quiddā ignitum ac ardēs per circuitū, à lumbis quidē eius & sursum & deorsum. Vidi in quā quiddam ignitum ac ardens, quod circumcirca resplendebat. Qualis autē est forma aut color iris, quæ tempore pluuiæ in nube cōspicitur, talis erat aspectus splendoris huius per circuitū resplendentis. Et hæc quidem est uisio similitudinis diuinæ gloriæ, quam uidens attonitus decidit in faciem meam, & audiui uocem quandam me alloquentem.

CAPVT II

Dicebat autē illa mihi: Fili hominis exurge in pedes tuos, ut tecū colloquar. & immisus mihi spiritus est, postquā mihi fuit locutus, & cōstituit me in pedes meos. Audiui autē loquentem mihi, qui dicebat: Fili hominis, mitto te ad filios Israelis, qui iā à maiorum probitate degenerātes, gentes planē re belles mihi sunt, quæ modis omnibus mihi repugnāt, atq; se mihi præbēt immorigeras. Nā & ipsi & patres eorū peccatū mihi, ac perfidē mecum agunt in hunc usq; diē: quo tam graui etiam preimuntur captiuitate, qua nihilo tamē redduntur meliores. Viri sunt frontis prorsus perfrictæ, & corde obdurato, ac pœnitere nescio. Mitto tamē te ad eos: ut uerò te missum à me intelligāt, dicito eis, nõ te, sed ipsum Dñm Deū sic dicere. Et fungitor quidē tu tuo officio, siue illi te audiat, siue minus. nā populus certē rebellis est: & sciēt quod fuerit propheta in medio eorum. Cæterum tu Fili hominis, ne quid timueris eos, neq; quicq; moreris uerba ipsorū. nā habiturus es eos cōtentiosissimos, ac planē spinosos & intractabiles: siquidē me dius habitas inter scorpiones uerius q̄ homines. Sed ne te moueat quid illi loquātur, neq; te perterrefaciat eorū aspectus: populus em̄ rebellis, ac mihi omnino immorigerus est. Loqueris tamē eis uerba mea, siue illi ea audiāt, siue minus. siquidē rebelles adeo sunt, & intractabiles. Verum tu fili hominis audi, quid ego tibi dicturus sum: neq; te mihi inobedientem præbeas, ita ut sceleratus ac rebellis ille populus: sed aperi os tuū, & comede quod ego tibi sum traditurus. Et cū uiderē, ecce manus quædā ad me protēsa est, quæ inuolutū tenebat uolumē, quod illa corā me expandit: erat autē illud utrinq; conscriptum, intus simul & foris. Scriptæ autē erant in eo lamentationes, gemitus, & grauissimæ quædam comminationes.

CAPVT III.

Dixit autē mihi: Fili hominis, quicquid inueneris comede. Comede, inquit, uolumē hoc, & uade locuturus domui Israeliticæ. Aperui itaq; os meū, & cibauit me ipso uolumine, ac dixit mihi: Fili hominis, cura ut in altū uentrē illud trāsmittas, & teple uolumine hoc quod tibi præbeo uiscera tua, ubi altum hēreat, atq; fixū permaneat. Et ego quidē dicto audiēs, comedi illud. Fuit uerò ori meo instar mellis dulce admodū. Tūc autē dixit mihi: Fili hominis, abi, atq; ingredere ad domū Israeliticam, ac loquere uerbis meis ad eos. Non enim mitteris ad populum multæ eruditionis, & ignotæ linguæ: sed ad ipsam domum Israelis, tibi notam ac familiarem. Non inquam ad populos multos ac fortes, qui eruditione præsentent, aut ignotæ linguæ sint, quorum uerba non intelligas: ad quos profectō si te misissem, illi te audissent. domus uerò Israelitica, ea te audire detrectat: siquidē neq; me audit. perfrictæ enim frontis tota ipsa Israelis domus est, & corde obdurato, ac pœnitere nescio. Tu uerò animo præsentis sis, ac in fracto, nam ecce ego tibi faciē tuā obfirmabo

contra

Tu ergo fili hominis, ne times eos.

Om̄q; aspiciere anima sua, apperuit rota una.

Audiēbam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum.

*Vt adaman-
tem, & ut
silem dedi
faciem tuā.*

contra facies ipsorum: obfirmaturus item & frontem tuam contra ipsorum frontem, si modo ulla ipsis est frons. Imò frontem tibi dabo admātinam, quouis silice duriolem, atq; inuispectu eorum, quòd populus rebellis, contumax, nihilq; morigerus mihi sit. Dixit autem mihi: Fili hominis, quæcunq; ego tibi uerba loquar, ea auribus tuis audito, atq; alta mente reponito, ut abeas atq; ingrediaris ad captiuos, qui relictā sua terra huc demigrarunt, nempe ad filios populi tui Israelitici. Loqueris autem eis, ac dices: nō te, sed ipsum Dominum Deū, sic dicere: neq; tu magnopere curato, siue illi audiant, siue minus. Et ecce uētus quidam me alio sustulit, nescio quò, & audiui post me uocem, siue strepitum magnæ commotionis: Benedicta, clamitabant, perpetuisq; laudibus extollendā nobis est gloria Domini de loco suo discedentis, qui à templo ipso sese per uniuersum orbem spargit, omnibusq; se præbet nationibus. Quin & strepitum audiui ex alis animalium quæ se mutuo contingebant, ac ueluti de osculabantur altera alteram, simul & stridorem rotarum sequentium ipsa animalia. Factus inquam strepitus est multo maxime commotionis, partim per eos qui Dominum colaudabant: partim & concussis animalium alis, atq; etiam ex ipsis rotis stridentibus. Rursus uerò me flatus quidē sustulit, atq; alio abripuit, ita ut tristis abirem, & animo parum aequo. nam manus Domini ualide admodum me abripuerat. Veni itaq; ad captiuos, qui ueluti aceruus nouarū frugum est, unde nouam speres sementem. Habitabant autem iuxta fluiuium Chobar. Porro ubi ipsi habitabāt, ibi habitauī & ego unā cū ipsis, septem diebus, mortuus sanē ac desolatus. Cæterum diebus illis septē exactis, locutus est mihi Dñs in hūc modū: Fili hominis, speculatorē cōstituite domui Israelitice. Audies igitur uerbū de ore meo, & præmonabis eos meo nomine: Si ego de impio statuero: q; moriturus sit, & tu eū nō præmonueris, neq; quicq; ei dixeris dehortādo ipsum à uia sua impia, qua præmonitione respiscens posset uiuere: tunc impius quidē ille ob suā iniquitatē morietur, uerū tibi imputabitur eius interitus, ut cuius à manu sanguinem eius requisiturus sim. Si uerò tu eum præmonueris, & ille sprete monitione tua pergat sceleratē uiuere, atque impietatis suæ uias terere: tunc quidem ipse ob iniquitatem suam morietur, sed tu functus tuo officio, animam tuā liberaſti. Si uerò iustus aliquis ac probus, omissa sua iusticia, cœperit iniquē facere, & ego illi offendiculum posuero, ita ut moriatur, & tu eum non præmonueris, morietur quidem ille propter peccatum suum, nec ulla erit omnium iusticiarum aut uirtutum eius, quas præstitit, recordatio: & sanguinem eius de tua requiram manu, quòd in eo parum præstiteris boni speculatoris officium. Si uerò eum præmonueris, atq; à peccato deterrendo eum re-

*Veni ad trās-
migrationē,
ad aceruum
nouarū frugum.*

traxeris, ita ut nō peccet: iam & ille, quòd à te præmonitus est, uiuet: & tu animam tuam liberaſti, ita ut nihil tecum expostulare liceat. Apprehendit autem me illic manus Domini, ac iussit me surgere, atque abire in campum, ubi mecum loqueretur. Surrexi itaque, atq; abij in campum: & ecce, ibi stabat atq; apparebat mihi gloria Domini, ad modū gloriæ illius quā uideram ad fluiuium Chobar, & cecidi pronus ueluti attonitus, in faciem meam. Et ubi tandem ad me rediſsem, cōstituit me super pedes meos: loquensq; mecum Dominus iussit me abire, atque memet intra domum meam me reclusum seruare, ut ne uaticinās operam omnem luderem. Sed tu fili hominis, inquit, egrē adeò te domi continere poteris, ut ipsi domestici tui uincula tibi iniecturi sint, quo domi te alligent: ne ergo prodeas, ut publicè in populo uerſeris. Ad hæc faciam quoq; ut lingua tua palato tuo adhærescat, ita ut mutus sis futurus, & eiusmodi qui eos redarguere non possis. nam populus præfractus nimis est, ac nimium rebellis. Vbi autem ego finē fecero tecum loquendi, aperiam tibi os tuum, ut libere atq; intrepidè loquaris. & dices quidem eis, non te, sed ipsum Dominum Deum ipsorum, sic dicere: Qui autem audit, audiat: & qui audit re recusat, recuset. Scio enim, quòd populus præfractus admodum est, ac malè rebellis.

CAP V T IIII.

Dominus autem prophetam suum hæc tenus cōfirmatum instituere iam uolens de rebus populo huic faciendis, aut deprædicandis, iussit eum tegulam accipere marmoream, in qua ante se posita Hierosolymorum urbē depingeret, addita etiam contra ipsam obsidione, atq; cōstructis oppugnaculis: quin & aggerem duceret, castraq; contra eam collocaret, positis per circuitum contra eam arietibus. Ad hæc capere eum iussit sarram inter se & ciuitatem, obfirmaturus hostili more faciem suam aduersus eam: quippe quam obsidione premeret, donec eam expugnaret. Hoc sanē signum est domui Israel, unde dilucide colligant quid Hierosolymorum urbi breui futurum sit, & quā iniquitates ipsorum sub imagine sarraginis ferreæ ipsos à Domino Deo suo diuidant ac separēt. Cæterum tu cubato super latus tuum sinistrum, & imposito illi iniquitatem domus Israelitice siue decem tribuum. Eo dierum numero quibus tu in sinistro latere cubabis, feres tu eorū iniquitatem eorum, in numerum trecentorum & nonaginta dierum: & tanto quidem tempore tu iniquitatē domus Israelitice feres. Quod ubi expleueris, cubabis rursus in latere tuo dextro, & feres iniquitatē domus Iuda quadraginta diebus. Diem autem pro anno, diem inquam pro anno tibi constitui. Et obfirmabis faciem tuam ad obsidionem Hierusalem, brachioq; eris ad feriendum eam extento, & uaticinaberis

*Faciam enim
per me
nos Domini
ni, & dabo
ad me.*

*Et tu sone
tibi sarraginem
ueni ferream.*

cinaberis aduersus eam, destructionem, summamq; desolationem ei predicturus. Ecce uin-
culis ac funibus te alligabo, ne te ex latere re-
uoluas in latus, donec tu compleas dies obsi-
dionis eius, quam tu eis uaticinaberis. Sume
autem tibi triticum, hordeum, fabam, lentem,
milium, & uiciam, quæ in uase aliquo seponas:
ut pro numero dierum quibus tibi cubadum
erit super latus tuum sinistrum, panem inde tibi
conficias, quem trecentis illis & nonaginta di-
ebus edas. Porro cibus tuus, quæ certo come-
des, pondere uiginti siclorum sit singulis die-
bus. Edes autem illū statis temporibus ac ho-
rarū interuallis. Quin & aquā tu bibes men-
sura, nempe sextam partem hin (sextariū hoc
pleriq; uocant) idq; statis quoq; temporibus,
ac horarum interuallis. Comedes autē & pla-
centam hordeaceam, quam ipsis uidēribus in
excrementis humanis, iam torridis ac aridis,
quæ lignorū uice sint, affabis. nā Dominus di-
xit ac secū statuit, quod filij Israelis panem su-
um sic comedent, ita immūdum ac sordidum
inter gentes, ad quas eos eiecturus est. Hic-
ego factum hoc abhorrēs, ac duram sortem po-
puli deplorans, Ah Domine inquam, hacte-
nus quidem nunquā tam immundis cibus me
pollui: ab ipsis incunabulis in hunc usq; diem
nunquam edi morticinum, aut quod per feras
bestias in agris discerptum fuit: neq; ullus ci-
bus immundus ingressus mihi in os meum
est. Et nunc huc immundicie ac sordium de-
uolucmur, ut humanis excrementis incoctos
edamus panes? Dominus uerō hac mea que-
rela motus, respondit mihi: Ecce ego hanc ti-
bi prerogatiuam facio, ut tu loco humani ster-
coris boum fimo utaris: per quem coquas pa-
nem tuum. Quid autem hoc ostento sibi uel-
let significans Dominus, dixit mihi: Fili homi-
nis, ecce ego confracturus sum baculum pa-
nis in Hierusalem, ita ut cibi penuria laboran-
tes, non habituri sint, quo se sustentent: come-
dent enim panem certo pondere sibi admen-
sum, idq; animo anxio ac miserē sollicito. a-
quas item suas bibituri ad statam mensuram,
quam quidem parcitatem admirabuntur, atq;
de ea obstupescant. Significo itaque, quod
summa cibi ac potus inopia in obsidione ip-
sa laboraturi sint, ita ut cōplures penuria hac
contabescant, sint emorituri.

CAPVT V.

Quanta autem Hierosolymorum cla-
des ac dispersio foret, dilucidius ad-
huc significare uolens Dominus, ius-
sit prophetam suum acutum sumere cultrum,
nouaculam nimirum tonsoriam, qua capitis
pilos simul & barbam sibi demeret. Deinde
ad bilancem diuisis in tres partes his pilis, ter-
tiam ipsorum partem ubi impletum obsiden-
dæ urbis tempus aduenerit, media in urbe
combureret, tertiam nimirum incolarum par-
tem inedia ac peste æstaturam ac consumen-
dam significans. Acceptam autem tertiam par-
tem alteram, circum ciuitatem ipsam feriret,

atque gladio in frustra concideret: id quod ihs
euenit, qui tandem fuga elapsi, aut inter ueli-
randum, in urbis uicinia gladijs confossi inte-
rierunt. Porro eam pilorum partem quæ res-
tabat, hanc iussus est dispergendam in uen-
tum abijcere: significans nimirum huc illuc
profugos, in quos ita miseros stricturum se
adhuc Dominus dicebat gladium. Imò tertia
hac ex parte paruò numero aliquot iubebat
Dominus desumi pilos, quos in uestimenti sui
lacinia colligatos asseruaret, aliquot ex illis
accepturus, quos in medium ignem immitte-
ret comburendos: quo quidem ex igne gra-
uissimum incendium siue malum contra uni-
uersam Israelis domum exurgeret. Domi-
nus autem Deus iam oblatæ uisionis interpre-
tem se præbens, sic dixit: Quod per dempros
tibi pilos significatum uolo, ipsa Hierusalem
est, cuius in hunc modū sese res habitura sunt.
Abijciam eam inter gentes, & in regiones es-
am circumiacentes, nihil amplius eam curatu-
rus. Cōtempnit enim iudicia ac legem meam,
ita ut impietate ipsas gentes superet, & præce-
pta mea minoris habeat, quàm ullæ quæ in cir-
cuiu eius regiones sunt. Iudicia enim mea pla-
nè reijciunt: neq; ad præcepta mea quicquam
uiuunt. Itaque sic ipsis loquitur ac minitatur
Dominus Deus: Quia impijs uestris mo-
ribus quasuis superatis gentes, quæ in cir-
cuiu uestro sunt, neque ad præcepta mea ul-
lo modo uiuere studetis, non facientes, nés-
que omittentes, quod ego aut faciendum
aut omittendum iudico: neq; id quidem præ-
stantes, quod naturæ legibus ductæ gentes fa-
ciunt, quæ uos circumiacent: propterea sic di-
cit Dominus Deus: Ecce ego in uos adfutu-
rus sum, ego inquam in medio tui usque
iudicia exercebo, inspectantibus id gentibus,
facturus tibi quod nunquam feci: cui neque
simile unquam sum facturus, idq; ratione uitæ
uestre tam per omnia sceleratæ, & abomi-
nandæ. Siquidem eò penuriæ uos redigam,
ut intra obsessam ciuitatem uestre patres pro-
prios edant liberos, aut liberi suos ipsorum
parentes. tam atroces de uobis sumpturus
sum pœnas. Et quicumque ex uobis reliqui re-
manerint, hos ego quouis terrarum in om-
nem uentum dispergam. Propterea, qui uiuò
atque cuncta uiuifico, dicit Dominus Deus,
emoriar, nihilq; uerax habear, si non propter
sanctuarium meum tam abominandè, rebūs-
que tam execrabilibus profanatum, ego quo-
que uos uelut profanas gentes sum tractatu-
rus. Nihil uobis parciam, citra misericordiam
omnem acerbissimè in uos desaturus. Ter-
tius quisque uestrum in ipsa ciuitate peste intè-
riturus est, aut fame contabescet. Et tertia
tem uestri pars circum ciuitatem ipsam, in fu-
ga obruncabuntur, ac gladio interibunt. Par-
tem uerò reliquam in omnè uerum, ad quem-
uis terræ terminum dispergam, stricto etiam
gladio eos adhuc infecuturus. Nam furorem
hunc meum ad plenum satiabo, animumq;
p meum

Hæc dicit
Dominus De-
us, ista est
Hierusalem

Et dixi, a a
Domine
Deus.

*Dabo te in
desertum, et
opprobrium
gentibus.*

meum ita in eos exarsuantem & commotum, expleffe iuuabit: ut cognoscant quod ego Dominus commotus, serio ipsos pramonuerim, postquam re ipsa furorem meum persenserint. Desolaturus enim te sum, ut ijs qui te undelibet circumiacent gentibus, ludibrio sis ac contemptui in conspectu omnium, qui iuxta te iter facturi, aut prater te sunt ituri. Exis inquam opprobrio, blasphemiam, atque admirando exemplo ijs quæ circum te sunt gentibus: cum furibundus ac grauiter commotus, de te iudicauero, ac pœnas iratus sumpsero. Ego Dominus ille, hæc locutus sum, atque prædixi: siquidem immittam in eos grauissimas famis sagittas, quæ ipsos conficiant, quas solum in hoc, ut eos perdã, eiaculabor. Faciã autem ut fames eis magis ac magis ingrauescat, ita ut non habituri sint quod edant, ac unde miseram uitam sustineant. Mittam, inquam, in eos famem, bestias item malas ac noxias, quæ uobis fruges corrumpant ac deuastent. Ad hæc, pestem quoque: quin & cæde cruenta apud uos commadescent omnia, quando gladium meum in uos conuibraturus sum. Ego ille Dominus hæc locutus sum, atque deliberatõ hæc cuncta statui.

C A P V T V I.

Infandæ huius calamitatis potissimam causam constare uolens Dominus, uerba rursus mecum faciens, inquit: Fili hominis obuerte faciem tuam ad montana terræ Israeliticæ, ut ipsis uaticineris, atque de suis peccatis eos commonefacias. Iubeto autem, si populus audire reuatur, ut ipsi montes ac colles, uerbum Domini Dei sui audiant, & dicito Dominum Deum sic dicere ipsis montibus, collibus, torrentibus & uallibus: Ecce ego, ego inquam adduco in uos gladium multam que cædem: quippe qui perdam excelsa illa uestra, ubi uelut cælo propiores dijs uestris sacra facitis, & disturbatis altaribus uestris confringentur idola uestra: imò uulneratos atque ex uobis interfectos obijciam idolis ipsis, daturus cadauera ipsa filiorum Israel suis idolis, quibus seruire consueuerunt: ipsa etiam ossa uestra tandem dispersurus circum aras uestras contractas, & modis omnibus profanandas: Vbicunq; ab idololatriis inhabitamini, illic totæ ipsorum ciuitates uastabuntur, excelsa desolabuntur, destruentur que areæ uestre ac disturbabuntur, ipsis idolis iam contractis & abolitis. Prorsus enim succidentur statuarum uestræ, atque abolebuntur illa manuum uestrarum opera, & quamplurimos uestrum uideri erit saucios, ac cæde interfectos: unde scietis quod ego ille sim Dominus. Seruaturus tamẽ ex uobis nonnullos sum, qui euadentes gladium, ad gentes aufugient, quouis terrarum dispergendi. Porro qui ex uobis ita euaserint, inter ipsas gentes, apud quas ueluti captiui erunt, recordabuntur mei, memores quã me fregerit, quanto que mœre mi-

*Et relinqua
in uobis eos
qui fugerint.*

hi fuerit, quod corde fuerunt tam meretricis siue idolophilo: & oculis ita meretricis ac impudentibus, cum uelut scorta sectarentur sua illa idola, perfide ac turpiter adeo à me deficientes. Et hi quidem dolebunt, atque sibi displicentes erubescunt super malis suis tam abominandis ac multis. Et tunc quidem sentient, quod ego sim Dominus, & quod non frustra eos pramonuerim, quod calamitatem hanc in uos essem immisurus. Dominus autem Deus hæc me deplorare, atque exteris gestibus meum hinc dolore testatum me reddere uolens, Manus, inquit, in femora tua illidito, ac terram pedibus proterito, ac indolesce super tam abominandis, adeo multis domus Israeliticæ calamitatibus: siquidem simul omnes aut gladio, aut fame, aut peste morituri sunt. Qui procul aberit, atque remotiore fuga sibi consuluerit, is morietur peste. Qui uerò propè resederit, sentiet gladium: reliqui uerò obsidione pressi, fame sunt interituri. Atque ita quidem animum meum iratum ex ipsis explebo: & cognosceris, quod ego sim Dominus, quod que idola ipsa & fictici dii nihil sint: cum ipsos ex uobis idololatrias erit uidere inter ipsa idola interfectos, in circuitu ararum uestrarum in omni colle excelso, & montium præaltis uerticibus: sub omni item arbore frondosa, & qualibet quercu condensa, & ubicunq; locorum dolentia thura suffire quibuslibet suis dijs suffire sunt soliti. Extendam enim aduersus eos manum meam, ita ut terram ipsam desolaturus sim, atque deuastaturus, à deserto Diablati, ubicunq; ipsorum habitationes sunt, usq; ad ipsam Hierusalem, ut uel his malis doctiores facti, me sciant esse Dominum.

C A P V T V I I.

Cum uerò impiorum ingenium sit, ut longius protractas minas, Dominus longanimitatem facile rideant, ac ad Domini aduentum luenda mala contemnã, locutus rursus mecum Dominus in hunc modum est: Tu fili hominis, ut ne putet populus meum aduentum procul abesse, sic dicit Dominus Deus terræ Israeliticæ: Imminet tibi finis tuus, imminet inquam tibi finis super ipsas quatuor terræ tuæ plagas, imminet autem iam iam. Senties enim iram meam, quando pro tuis meritis in te animaduertam, immisurus tibi pro sceleribus tuis tam infandis & abominabilibus, infanda item & abominanda mala. Nihil enim uobis parcam, atque extra omnem misericordiam uos affligam, iustam unicuique mercedem reddens sceleratè factorum suorum & flagitorum, abominandè inter uos designatorum. Et grauibus malis docti, scietis quod ego sim Dominus. Sicut autem dicit Dominus Deus: Malum unicum, id que consummatum & non reperendum, uobis ingruit, & ecce malum illud in foribus est. Adest finis, finis inquam

*Afflictio
& na, afflictio
eccc uenit.*

quam iam adest. Euigilauit atque exurgit
 aduersum te, iam que adest: adest inquam
 aduersum te Babylonica corona, siue impe-
 rium, & tu Israeliticæ terræ habitator. Adest
 iam tempus, & in proximo quidem est dies
 tumultus, & clamoris, sed non qualis per
 uindemiam in montibus uitiferis exaudiri
 solet. Nunc enim proximum est, ut furibun-
 dam iram meam in uos effundam, exatia-
 turus ex uobis animum meum in uos ira-
 tum, dum grauitur in uos pro meritis uestris
 defensionem, daturus cuique pro abominan-
 de factis id quod ipso dignum ac iustum
 est. Nihil uobis parciam, neque misericor-
 diae ullus locus erit, sed reddam cuique pro
 meritis. Et luet quisque penas factis suis
 tam abominandis dignas: unde scire lice-
 bit, quod ego ille sim Dominus, qui malos
 malè perdo ac percutio. Ecce dies præ o-
 culis est, ecce uenit. Corona ipsa siue regnum
 Babylonicum egressum est ad tui deuasta-
 tionem, flagellum quod senties floruit, at-
 que permaturuit. Germinat atque maximo
 in flore est Babylonicæ regis confidentia, ad
 te devastandum instructissima. Violentia
 hostis hætenus clancularia & parua, excre-
 nit iam in flagellum apertè ac maxime im-
 pium: quod sentietis durum adeò, ut ne-
 mo quisquam illud euasurus sit: nemo in-
 quam, quantumuis ille opulentus etiam sit,
 & magno fastu ac uitæ strepitu. Neque erit
 qui hic interfectos, aut in captiuitatem ab-
 ductos lugeat. Tempus ipsum iam adest: a-
 dest dies ipse. itaque qui quicquam emit, ni-
 hil de re empta latetur. Et qui quicquã uen-
 dit, de re uendita nihil doleat: quoniam Do-
 mini ira simul in omnes totius regionis in-
 colas grassabitur. Et uendens, etiamsi non
 uendat, quando hostis occupaturus est om-
 nia, nullius iubilæi prærogatiua, ad rem
 uenditam redire poterit: quantocumque e-
 tiam uiuat tempore. Et prophetica uisio
 quantumuis acerbè illa populo deprædicata sit,
 suam obtinebit ueritatem: siquidem quis-
 que in sua pergit iniquitate, quæ tamen ea
 fortitudine non erit, ut uel unum liberet.
 Clangent quidem tuba, ut se omnes bello
 prodeat, aut in certamen descendere aufiri-
 nam ira mea omnem regionis populum ex-
 aminabit, atque imbellè reddet. Foris
 minabitur eis gladius, pestis & fames eos
 intrus discruciatu sunt. Qui inquam in a-
 gram prodit, hic gladio perimetur. Et qui
 intra ciuitatem se continet, hunc conficiet
 pestis aut fames. Si qui uerò effugiendo e-
 uaserint, hi per montana ferentur, ueluti co-
 lumbæ turmatim in uallibus confidentes,
 & multo cum gemitu suam iniquitatem hæc
 commeruisse confitebuntur. Omnium ma-
 nus siccæ, & genua omnia uelut ex ti-
 more sudantium aqua diffluent: ita ut & ad
 certamen, atque etiam ad fugam inutiles

futuri sint. Sed saccos ac humiliores uestes
 induti, multa trepidabunt formidine, ipso-
 que sui pudebit, adeò ut rei indignitate &
 impatiètia ipsis capitibus ac barbibus euul-
 sari sint pilos. Argentum suum olim parum
 iustè partum, nunc in plateas abijcient. Et
 aurum suum tam auidè conquisitum, pro-
 cul item disiecturi sunt, ne quid hinc incom-
 modi sentiant, atque expeditiores sint. Nam
 argentum aut aurum eorum non poterit e-
 os liberare in die furoris Domini, neque e-
 tiam auro aut argento in summa ciborum
 penuria ac fame, sese saturare poterunt, at-
 que famelicum uentrem explere: neque id e-
 tiam emere quod edant. Quò quidem cala-
 mitatis ideo peruenient, quòd hæc sint ipsa
 summæ iniquitatis ipsorum materia, ac pri-
 maria quædam causa. Lasciuire enim atque
 superbè sese extollere cœperunt, suis moni-
 libus ac reliquo ornato precioso ac pulchro,
 ita ut imagines, & quæ tam abominandè a-
 dorant idola sua, ex eis fecerint. Vnde meri-
 to quidem suo hæc eis nunc reijcula feci, &
 exosa, quæ iam hostili manu deripienda tra-
 didi, & facinorosissimis quibusque, quos
 terra habet, deprædanda: qui ea profana-
 bunt, ac nihil sacra habituri sunt. Quin & a-
 uersa ab ipsis facie mea, profanabunt ho-
 stes adytum illud meum multo sanctissi-
 mum. Et quò non nisi sanctissimus ponti-
 fex introire potuit, illuc nunc irrupent
 grassatores ac confidentiores, maxime que
 impij latrones, qui illud profanent atque pol-
 luant. Fac mihi catenam, qua simul om-
 nes conclusi atque concatenati abducantur,
 quoniam terra plena est sanguine luen-
 dis criminibus, & ciuitas scæter iniquitate ac
 ui. Adducam autem pessimos ac uilissi-
 mos quosque ex gentibus, qui possideant
 domos ipsorum, & perdam templum illud
 meum: unde potentes ipsi superbiunt, atque
 summopere gloriantur: siquidem omnia
 templi mei sanctuaria hostes occupabunt,
 non atrio, non templo sacro, atque adeò ne
 sancto quidem sanctorum parcituri. Et ui-
 dentes quidem excidium suum multa angu-
 stia pressi, quærent pacem: sed non obti-
 nebunt eam. Calamitas alia aliam trahet,
 & uarijs perterrebuntur rumoribus super-
 hostium aduentu, ac eorum machina-
 tionibus. Et tunc quidem à propheta quæ-
 rent, num quam ipse super salute ipsorum ui-
 sionem uiderit. Qui si ad obseruationem le-
 gis eos reuocet, nihil aget. Nam lex apud sa-
 cerdotes iam nihil erit, neque de ulla scient
 lege. Et seniores ipsi omnis planè consilij e-
 rüt inopes. Vnde certè rex ipse multo mæro-
 re contabescet, & uiri principes spe omni po-
 sita, stupidi planè incedent atque attoniti.
 Et manus populi terram incolentis contur-
 baræ ac tremulæ nihil poterunt. Faciam au-
 tem eis hæc pro suis meritis, animaduersu-
 rus in eos pro ratione scruissimè plectendo-

Argentum
 eorum &
 aurum eorum
 non ualebunt
 liberare eos.

Angustia siue
 perueniente
 quærent pa-
 cem, et non
 erit.

Genua tubæ
 præparen-
 tur omnes.

rum criminum suorum, ut uel sic cognoscant, quod ego sim Dominus.

CAPVT VIII.

Dominus Deus confirmatoria uo-
lens ac persuasissima, quæ mihi ha-
ctenus per uisiones aperuit, atque ua-
ticinari populo me iussit, eadem ferè mi-
hi ingeminauit, atque aliquanto explicatius
atque efficacius ostendit, atque inculcata uo-
luit. Nam post abductum in Babylonem
regem Iechoniam anno sexto, mensis sex-
ti quinto die, sedebam in domo mea, ubi &
seniores Iuda coram me considebant: & ir-
ruit ibi in me manus Domini, spiritus quæ
propheticus, ad nouas me uisiones iam per-
trahens. Ad quas conspiciendas cum me
attentum præberem, ecce apparuit mihi si-
militudo quadam hominis prorsus ignea.
Nam à conspectu lumborum eius infernè
planè igneus erat, & à lumbis ipsis in supe-
riore sui parte totus quoque splendidus,
ueluti si electrum conspicias. Humana au-
tem hæc species extendens formam ma-
nus, arripuit me cincto quodam capi-
tis mei: & per spiritum inter cælum & ter-
ram me ferens, adduxit me ex Babylone
hac Hierosolyma, id quæ in uisionibus per
Deum mihi ostensis magnis ac multis. De-
misit autem me iuxta templum, non procul
ab aquilonari ostio, portæ interioris atrij,
quæ iam ex atrio uulgi digressos, in sancta,
siue templum ipsum recipit, quo sacro in lo-
co contra primariam illam Domini legem
cõstitutum erat idolum Zeli, siue Domini Dei
fortis illius Zelotæ, quod scilicet confirman-
dæ suæ erga Deum fidei gratia, atque ut de-
fendendi populi sui zelum in Domino ac-
cenderent, illic collocarant. Et ecce ibi rur-
sum mihi apparuit gloria Dei Israelis, ad mo-
rem eius uisionis, quam superiore anno in
campo uideram Babylónico ad fluium
Chobar. Et obseruare me uolens Hieroso-
lymitani populi impiam religionem ac cul-
tum Baaliticum, ad quem si non re, certè
pleno affectu ipsorum corda propèdebant,
iussit me attollere oculos meos aquilonem
uersus. quod cum fecissem, ecce ad portam
aquilonarem siue aræ Baaliticæ, in ipso in-
troitu collocatum erat simulachrum illud
Domini Dei Zelotæ, siue Baal. Sonat autem
Baal Hebræis, quasi Latine dicas, Dominus
siue maritus. quo sanè nomine datæ atque
acceptæ inter Deum & ipsos fidei Domi-
num & sacrificantem illi populum memo-
res esse uolebant. Veluti si quis nunc Chri-
sto Dimino nouam crucifixi imaginem sin-
gens, sanctum Hesperichum siue Saluato-
rem eum uocet. Cum uerò ego hæc uide-
rem, rogauit me Dominus, num ea uide-
rem, quæ illic designabant, nempe abomi-
nandos ad eodè cultus illos ac sacrificia, quæ
uulgus Israeliticum illic præstabat, quæ qui-

Ecce ab a-
quilonem por-
tæ altaris is-
dolum Zeli,
in ipso in-
troitu.

dem eorum studia faciunt, inquit Domi-
nus, ut à sancto illo meo templo longè de-
migrem. Sed uerte te inquit, & uidebis quæ
magis adhuc abomineris atq; horreas. Du-
xit itaque me ex atrio omnibus communi ac
uulgari, propius ad ostium interioris atrij,
in quod sancti solum ac mundi ingressum
habent. Cum hic aliquid uisurus essem, ecce
uidi foram quoddam in pariete, & Dominus
dixit mihi: Fili hominis perfode obsecro
hunc parietem. id quod ego disto audiens
continuo feci. Et ecce pro foramine iam erat
ostium, per quod me Dominus introire ius-
sit: ut quæ sacerdotes, ac uiri Deo sancti plu-
rimum abominanda facerent, conspice-
rem. Ingressus autem iam in templum siue
atrium sanctum, uidi illic formas quarum-
uis reptilium & abominabilium bestiarum.
Et quæuis Israeliticæ domus idola in sculpra
erant parieti circumcirca. Et septuaginta uiri
senatores domus Israeliticæ, quos certè præ-
cæteris sapere credebatur: siquidem his or-
lim de spiritu Mosis Dominus adflarat, quod
ordinaria quadam uirtute in his hgerere per-
suasum habebatur. At hi simul omnes stan-
tes ad sculpturas has, suam quisque manu
sua acerram tenebant: unde nubilus uapor
suffimentorum ascendebat. Quin & Iero-
nias filius Saphan spectatissima fide, ac sum-
mæ autoritatis uir, inter hos idololatrias
se præbebat medium. Ipse unà cum alijs sus-
fitu sacra faciens idolis his. Et rogauit hic
me Dominus, satis ne uiderem, quæ ipsi es-
tiam senatores domus Israeliticæ designa-
rent, in hæc tam scæda delapsi flagitia, non
quidem propalam & extero opere, sed in
tenebris ac cordium suorum penetralibus.
Dicunt enim, siue putant me illa cordium
suorum retrusa non uidere. Hæc tamen in
illis latent, postquam me dereliquisse ter-
ram autumant, neque de ipsorum rebus me
magnopere curare. Et dixit mihi, quod ad-
huc conuersus maiores uiderem abomi-
nationes, quas isti facerent, & adduxit me
ad aquilonare ostium portæ domus Domini:
& ecce ibi sedebant mulieres gètili planè mo-
re multa illic superstitione plägères Tamus,
siue Adonidem Veneris amasium, ab apro-
fera bestia interfectum, id quod ab ipsis gen-
tibus per omnia mutuati erant. Et interro-
gans rursus me Dominus, an satis & id ui-
dissem. Adhuc te uertas, inquit, & uidebis ab-
ominationes his etiam maiores. Et iam ab
ipso ostio introduxit me in atrium domus
Domini interius, & ecce iuxta ostium tem-
pli Domini, inter uestibulum & altare, con-
sistebant circiter uiginti quinque uiri, qui
templum Domini obuertentes terga, ad ori-
entem spectabant, propalam nimirum Do-
minum spernentes, ac solem ad ortum suum
adorantes, unà cum reliqua, ut colligere est
cœli militia. Dicebat autem mihi: Non ne
& ista uidisti, fili hominis? An non satis est
domus

Et septua-
ginta uiri de
senioribus
domus Is-
rael.

Viginti quin-
que uiri dor-
sa habentes
contra tem-
plum Do-
mini.

domui Iuda, q̄ multa adeo abominanda hic locorū faciūt, dum terrā implent sua in proximos uiolētia: quin & me Deum suum tam manifestario contemptu ad iram prouocēt. Et ecce quod grauisimi fœtoris oletum quoddā mihi est, hoc illorum naribus thus ac bona est fragrantia, ut qua maximè se demereri me putent. Cæterum ego pari contemptu cum ipsis furibunda ira percitus agam: quippe qui nihil eis parcam, ac summa inclementia in eos animaduertam. Et cum mihi ad aures clamarint uoce etiam magna ac miserrima, obuerso uicissim tergo nō exaudiam, neq̄ ad eos respiciam.

C A P V T I X.

EThic quidem Dominus uelut ira ex-candescens, magna uoce me audiente, clamauit, iubens adesse, qui urbem pro suis meritis exerceant: & ut quilibet eorum ad perdendum eam sua secum arma adduceret. Et ecce sex uiri prodibant de uia portæ superioris, quæ ad aquilonem spectat, & quisque eorum manu sua ferebat maleum quendam, dissipandæ ciuitati ac interimentis hominibus idoneum, præfagium certe summorum principum Babylonicorum, qui urbē Hierosolymorum occuparunt. Erat autem & uir unus inter hos uestitus lineis, cui atramentarium scriptoris ex latere pendeat: & pariter quidem uenerunt, ac confiterentur ad altare æreum: & gloria Dei Israelis, quæ confidere ac habitare solet super Cherubim, propiciatorium tegentes, ea accessit ad limen domus ceu templi: & clamauit ad uiram illum lineis indutum, cui atramentarium ex latere pendeat, dicens ei, ut transiens per mediam Hierosolymorum urbem, scriberet signum Tau, in frontibus uirorum, qui super cunctis his abominationibus quæ in ipsa fiunt, indolent ac gemunt. Alijs uerò illis me astante, ac rem omnem audiente, iussit hunc subsequendo ciuitatem ipsam pertransire, atque cedere, id' que nemini parcendo, neq̄ ullius, qualiscunq̄ etiam ille conditionis aut gratis esset, miserescendo, neque infantis que iuuenis, neque uirginis neque infantis etiam: sed simul omnes, inquit, unā cum ipsis matribus mulieribus ad interuentionem trucidate, ut nemo quisquam remaneat. Cæterum quoscunq̄ signo Tau signatos uideritis, his solis parcendum erit. Ab ipso autem sanctuario meo incipite grassaturi in ipsos sacerdotes ac leuitas. Incæperūt itaq̄ cruentam cædem à uiris illis senioribus septuaginta, qui iam consistebant ante sacram Domino ædem. Horum enim ut primaria autoritas erat, ita & primi pœnas luebant, etiam in ipso templo. Iusserat enim eis, ut & ædem ipsam hæctenus sacrosanctam polluerent, atque profanarent, implentes atria ipsa interfectis: itaque egredi, ac rem tentare e-

os iussit. Et illi quidem egressi, quotquot in ciuitate inuenerunt, occiderunt. Et factum est, ubi illi horendam hæc cædem expleissent, ac solus ego remanerem, ut prostratus in faciem meam clamarim ac dixerim: Ah Domine Deus, ita 'ne omnibus peremptis, nullos ex Israele seruasti reliquos, quādo furibundè adeo desquis, ac iram tuam effundis in ipsam Hierusalem, ciuitatem tibi unice electam? Verum hic mihi respondens Dominus, iniquitatem domus Israel & Iuda maiorem esse ait, quā quæ amplius ferri potuerit: siquidem terra ipsa ubilibet plena homicidijs est, ac uiris sanguinarijs. Et ciuitas ita olim mihi chara ac electa, tota à me ad idola, fictitiōs que deos defecit: siquidem secum dixerunt, Dominus reliquit terram, neque nos respicit, quasi ego ab ipsis defecissem, & nō multo magis ac prius illi à me. Ego itaque illis paria reddam, nō miserturus, neque cuiquam parciturus: sed reddam eis pro ipsis factis suis, ita ut quæ meriti sunt, redundatura ipsis in sua sint capita. Et ecce uir ille qui indutus erat lineis, candidus nimirum ille, & immaculatus, ex immaculata matre uirgine natus, qui atramentarium habebat ex latere suo dependens, absoluto sibi demandato negotio, reuersus, respondit rem ipsam se accurasse, ac suam in signandis se absoluisse operam: fecisse nimirum se, quod mādaturū illi dederat pater.

Heu heu heu
Domine De
us, ergone
dissperdes
omnes reli-
quias Israel.

C A P V T X.

ET rursus ad uisiones raptus, uidi in firmamento, quod capiti Cherubicorum animalium illorum, quæ omnium prima uisione uideram, solium quoddam regium, ueluti sapphirino lapide cōfectum. & is, quæ tunc dixi humana specie me uidisse solio huic insidentem, alloquens uirum hunc lineis indutum, iussit eum ingredi medium inter rotas, quæ cherubicis animalibus his infernè adhærebant, ubi ex ardentibus prunis, atq̄ ex igne illo inter animalia hæc scintillante, ac discurrente suis manibus impletis, incendium immitteret in ipsam Hierosolymorum urbem. Et ille me spectante, continuo eō ingressus est. Porro cum uir ipse lineis obuestitus huc introferretur, tum ipsa animalia Cherubica (sic autem uoco, quod hæc iam essent loco illorum Cherubim, quæ propiciatorium tegebant) ad dextram templi stabant. Et caliginosa quædam nubes implebat templum, siue atrium interius. Sustulerat enim se iam gloriosus ille Dominus ab ipsis Cherubim, quibus insidere solet ad ipsum templi limen, ut qui discessum meditaretur. Et ut templum siue atrium interius ad Domini digressum, amissa luce, tenebricosa nube opplebatur, ita atrium exterius ac omnibus commune, prospiciente Domini gloria, multam lucem excepit, splendidumq̄ effectum est. Cæterum animalia

De his Elere
mie 39.

Signa Thau
super fron-
tes uirorum
gemmentium.

Sonitus alarum Cherubim audiebatur usque ad atrium exterius.

hæc cherubica sic suis alis resonabant, ut in ipso exteriori atrio exaudiri potuerint, idque uoce ualida, ac penetrante: qualis ipsa omnipotentis Dei uox est, quando sermo aliquis præcipit, atque confectum uult. Postquam uero uiro huic uestem habenti lineam præceperat de medio rotarum, atque ab ipsis animalibus cherubicis ignem auferre, & is eò aggressus iam consisteret ad rotas, tum animal quoddam cherubicum manum suam extendit mediam inter cherubica hæc animalia, ut ex igne ipso acciperet, qui ita medius inter animalia ferebatur: & acceptum tradidit illi in manus, quem uestis tegebat lineam. Is uero iam ignem tenens, digressus est. cherubica autem hæc animalia sub ipsis alis suis humana specie manus habebant, quibus hoc aut illud apprehendere licebat. Porro cum totam hanc rem perspectarem, uidi & quatuor rotas, singulas singulis cherubicis animalibus adhaerentes, eratque earum aspectus ueluti si uideas lapidem Tharsis, rutilantissimo ac præstantissimo colore: eratque omnium idem aspectus, eadem forma, eademque factura, & alia aliam secabat, erantque implicata. Cum autem progredierentur, ad quoduis quatuor laterum ferebantur: neque se reflectebant semel progressæ: sed quò loci tendebat primaria, eodem consequerentur rotæ reliquæ. Toto autem suo corpore, tum in absidibus, tum in manibus aut radijs alis atque cantibus, oculatae undique hæc quatuor animalibus adhaerentes erant rotæ, non solum simplicitate columbina, sed undique oculatae ut serpentes, acutissimum ad omnia prospicientes, ac prouidæ. Et quidam, nescio quid rotas facere uolens, me audiente ad eas clamabat nescio quid, nisi quòd rotarum uocabulo eas appellabat, atque ad hoc aut illud eas uidebatur instigare uelle. Quod autem ad animalia attinet, hæc ut numero quatuor erant, ita singulæ quaternas habebant facies: unam, quæ cherubicum quiddam, animale, aut bubulum habebat; altera humana erat: tertia uero leonina; & quarta nonnihil aquilinum præ se ferebat. Et Cherubica hæc animalia, illa ipsa nimirum, quæ superiore anno Babylone ad fluuium Chobar uideram, iam se efferebant in altum: & quò incedebant illa, eodem incedebant cum ipsis & rotæ. Et si se suis alis in altum attollerent, rotæ non residebant humi: sed & ipse se attollentes, pone sequebantur. Si inquam animalia illa Cherubica alicubi resistebant, resistebant & rotæ: & si illa sese eleuabant, ac sursum ferebantur, hæc quoque sublatae eodem tendebant: quippe quæ eodem agebantur spirita, quo ipsa animalia. Erat que mutus inter ipsa consensus, ac uoluntas eadem. Tandem uero exiuit gloria Domini ab ipso templi limine, collocans se super animalia ista Cherubica, ueluti toto terrarum orbe se prolatura, & non amplius intra lu-

Egressa est gloria Domini à limine templi.

daicos fines claudenda. Nam animalia hæc quæ Domino iam erant loco illorum Cherubim, quibus arca tegebatur, expansis alis suis, ueluti quæ cælestia meditantur, præ oculis meis de terra sese attollebant, idque rotis ea subsequenteribus. Et paulo post constituerunt unà cum ipso glorioso Domino Deo nostro, qui ipsis innitebatur; ac per eos euehebatur. Non iam intra templi adyta, neque intus ad limen, sed foris ad ostium portæ domus Domini orientale, toto terrarum orbe iam promiscans ac sese aperiens. Et hæc quidem illa ipsa animalia sunt, quæ superiore anno sub Dei Israelis throno Babylone uideram iuxta fluuium Chobar: & cognoui tandem, quòd hæc ueluti Cherubim essent, super quos residere consuevit Dominus. Singula sanè quaternas habebant facies, moribus nimirum humanissimis, & animis plane leoninis & imperterritis, atque bouis in morem, ut sese negarant, immolari Domino non detrectabant. Interim & ueluti aquilæ in cælestibus suam habebant cõuersationem, atque sprete terra illuc euolabant. Nam & quaternas habebant alas, sub quibus & humanarum manuum forma erat. Similitudo itaque uultus eorum, per omnia se habebat, ut uultus illi quos ad fluuium Chobar Babylone prius uideram. Idem aspectus erat, & res planè eadem, & quodlibet quidem ipsorum pro ratione suæ faciei procedebat.

CAPVT XI.

Spiritus autem Domini, qui me in atrium domus Domini interius introduxerat, ubi abominanda complura uideram, iam rursus deduxit me ad domus Domini portam orientalem, spectantem scilicet ad ortum solis, ostensurus nimirum mihi eos, qui autore Hieremia, cum Iechonia Babylonem descenderant, felicioris statu ac conditione esse, quam eos qui Hierosolymis in religione patria, feliciter admodum, ut ipsis uidebatur, remanserant. Nam ecce ad introitum portæ huius consistebant uiginti quinque uiri: inter quos uidebam & Iezoniam filium Azur, & Palatiam Banaia filium, qui in populo uiri principes erant. Et quidem cum putari possent pro tuenda urbis salutis rei diuinae non penitentiam operam dare, atque in suis ad Deum precibus de Republica Hierosolymitana, pie admodum solliciti esse. Fili hominis, inquit ad me spiritus, hi ipsi uiri quantumuis in speciem pii, uana planè, ac nihil profutura cogitant; atque secum statuunt. Nam malè admodum consulunt ciuitati, ac planè excidium ei moliantur. dicunt enim nondum propè adesse, quæ Dominus Deus per prophetas minatur: quæ ut maximè uera sint, diu tamè adhuc futurum, antequam eueniant. Proinde & domos decernunt esse extruendas, atque collapsas

hæc est le-
bes, nos auo-
tam carnes,

collapsa restauranda esse. Vrbs hæc nostra
olla est, inquiunt, & nos caro: ut uerò immis-
sam olla carnem nemo nisi percoctam extra
hit: ita nisi mortuos nemo nos hinc auferet,
Hierosolymæ nimirum se & uicturos, & mo-
rituros sibi persuadentes. Idcirco uaticinare
contra eos, uaticinare inquam fili hominis,
nihilq; illos merue, aut reuerere. Et ad iussa
hæc illapsus in me spiritus Domini, iussit me
loqui, atque ipsis dicere: quòd hunc in mo-
dum loqueretur eis Dominus, longè certè
aliud, quàm ipsi sibi. Hæc quidem ô domus
Israel, loquimini, atque uobis persuadetis.
Noui enim ego uestros animos, quid cogite-
tis, atque apud uos statuatis. Complures sa-
nè qui aliò uocant, ac rectius in urbe hac ue-
stra sentiunt, interfecistis: quorum cadauera
ubilibet per plateas uoluntantur, plenas in-
tersectorum. Proinde sic uobis dicit Domi-
nus Deus: Quos interemistis, atque in me-
diam urbem abieciistis, hi caro sunt: & urbs
ipsa eis olla est, nos uerò de medio eius ab-
duci atq; abstrahi sinam. Timuistis quidem
gladium: & quod impij timuistis, id uobis ac-
cidet. Inducturus enim eum in uos sum, di-
cit Dominus Deus: Vos quoque ex ea diuel-
lam, traditurus uos in manum hostium ue-
strorum, ubi meritas mihi luetis pœnas. Gla-
dio enim peremimini, idq; ad ultimos terræ
Israeliticæ terminos, ut tandem me sciatis
esse Dominum. Itaque ciuitas hæc uobis
non erit lebes aut olla, neque uos intra eam
ut percoquenda caro: siquidem ut dixi, ad
extremos Israeliticæ terræ terminos meri-
tas de uobis sumpturus sum pœnas, ut tan-
dem agnoscat me esse Dominum, & quòd
observandis præceptis meis nihil studueri-
tis. Non facientes, neque omittentes, quæ
ego faciunda atque omittenda iudicau: sed
omissa prorsus lege mea, fecistis more gen-
tium quæ uos circumhabitant. Porro
cum ego hunc in modum uaticinarem, ac-
cidit ut alter principum illorum Palatias, si-
lius Banaia, uita defunctus sit: quæ sanè
res cum me malè haberet, collapsus humi
in faciem meam, perquam miserabili, ac ma-
gna uoce clamaui: Heu heu, Domine Deus,
itane uiro hoc egregio & principe tam de-
repentè perditò, simul omnes perdis Israe-
li reliquos? Et Dominus pro sua bonitate
mihi respondens dixit: Fili hominis, non
est quòd tantopere deploras, tam que effu-
selugeas. Iniquè enim agunt principes uiri-
cum fratribus tuis. Cum tuis inquam fratri-
bus, è Samaria abuectis, aut alioqui huc il-
luc dispersis: imò etiam cum uiris tibi pro-
pinquis, ac tuæ cognationis, ac Iudaicæ tri-
bus, cum tota nimirum domo Israelis, siue
Iudæi illi sint, siue Samaritani. Nam præter
quòd è Samaria profugis, nullam apud se
permittunt locum, etiam hos qui nunc Hie-
rosolymis remanserunt, iubent ut procul à
Domino, ipsius que urbe ac templo rece-

dant, gloriantes terram Iudaicam sibi solis
occupandam, atque incolendam à Domino
esse traditam: quasi sic iporum mereatur iu-
sticia, & probitas. Itaq; dicito ipsis sic dicere
Dñm Deum: Quanquã ego Samaritanos, de-
cem nimirum Israeliticarum tribuum popu-
los reieci inter gentes, atque in Assyriam,
aut alias, ubi agunt, terras dispersi: ero tamen
eorum nonnullis, licet non ita multis, per
spiritum meum sanctuarij siue templi loco,
ita ut inter ipsas, ad quas abierunt gentes,
non frustra me inuocaturi sint, ac depreca-
turi. Quin & his ira dispersis, & abiectis, sic
dicito, nempe Dominum Deum ipsorum
hoc eis dicere: Vt cunq; se nunc habet ue-
stra dispersio, & quantacunq; nunc uestra
miseria atque calamitas est: ego tamen ali-
quando uos ex populis his congregabo, re-
dassumpturus uos ex ijs, ad quas dispersi
estis terris, repositurus uos in terram uerè
Israeliticam: ubi non per simulachra & uitu-
lorum cultum, sed in spiritu me colatis & ue-
ritate. Et ubi huc uenerint, in ipsam nimi-
rum ueri Dei ueram ecclesiam, tum de terra
sua tollent atque reijcient omnia sua idola,
& quicquid illa abominandum habent ac
detestabile: neque id sanè contentiosè ac per-
tumultum. Sed dabo eis ut unanimes pla-
nè sint, ac per omnia concordēs, spiritum
nouum missurus in medium ipsorum. Au-
feram enim eis cor illud obduratum ac lapi-
deum, & reponam eis pro eo cor carneum,
credulum, atque mihi morigerum: ita ut ad
meam legem, ad mea inquam instituta uen-
turi, re uera obseruaturi atque præstaturi
sint, quæcunq; ego faciunda, aut omitten-
da statuo. Vnde & ego eos pro charissimo
mihi habiturus sum populo. Et illi uicissim
me habebunt sibi Deum unicè dilectum, to-
tis que uiribus, imòque pectore colendum,
atque obseruandum. Si uerò inter eos fue-
rint, quorum corda parum syncera sint, ac
recta, ita ut erga spurca idola, & abominan-
dos eorum cultus non malè affecti, illa se-
ctari adhuc pergant, secundum impia cer-
tè illorum facta, ego eis rependam, non pas-
surus, ut hoc impunè ipsis sit, & inultum, in-
quit Dominus. Omnibus itaque his au-
ditis, ac re omni iam abundè uisâ & perspe-
cta: tandem Cherubica hæc animalia, ex-
pansis alis sese eleuarunt, simul & rotæ cum
eis. Et gloria Dei Israelis, quæ intra templi
adyta se ueluti conclusam continere solet,
iam his supernè insistens, latius se cœpit di-
spandere. Nam de medio urbis digressa, a-
scendit atque restitit in monte quodam,
qui ciuitati ad orientem obiacet. Et tunc
demum spiritus ille, qui per cincinnos ca-
pitis mei me Hierosolyma transportarat,
(ut ego quidem mihi uidebar) per spiri-
tum Dei me referebat in Chaldaeam, ad eos
qui illic tenebantur captiui. Et disparente
atq; euanida iã uisione, qua cuncta hæc uidi

Dabo eis
cor unum,
& spiritum
nouum tri-
buam in ui-
sceribus eo-
rum.

In præce-
plis meis nõ
ambulastis,
& iudicia
mea non ser-
uastis.

apud captiuos ipsos hæc tanta Dei sacramenta occultare indignum ratus, cū hæc quæ mihi Dominus ostenderat, denarraui maxime dum hinc suam sortem feliciorum intelligerent, quàm eorum qui in Iudæa, quæ certo destituenda à diuina gloria erat, remanserant.

CAPVT XII.

Cum uero populus ne omnibus quidē his permoueretur, neque crederet, uerba rursus mecum faciens Dominus: Fili hominis, inquit, res tibi est, atque habitas inter homines incredulos plane, quibus nescio quid persuadeas: siquidem ut maxime aliquid uideant, tamen id non credunt. Et quæ audiunt, uelut non audita reijciunt, neque ea in animum transmittunt. Tam sunt intractabiles, & præfractè incredulili: ne quid tamen intentatum relinquatur, omnemque lapidem moueamus, tu fili hominis, ut exemplo ob oculos ipsis ponas, quomodo qui in Iudæa remanserunt, in captiuitatem & ipsi abituri sint: compone, confarcinato, atque cōuafato res tuas, ita ut assolent, qui alio demigrant, ac abuehantur. Et claro die ipsis in spectantibus demigrato de loco tuo in locū alium, si fortè iduidentes respiscant, atque tibi credant, quando populus tam incredulus & rebellis est. Efferes autem res tuas uelut ad trāsmigrandū compositas, ac paratas, idque claro de die, præ oculis ipsorum. Et tu itidem sub uesperam ipsis aspectantibus egredieris, ita ut non solent qui alio demigrant. Ut autem imminentem ipsis in aspōrandis rebus suis angustiam uerius delinees, ne portam urbis egreditor, sed perfodito tibi ciuitatis murum, aut maceriem: atque ea uia res tuas ab urbe efferto, quas ipsis uidentibus in humerum tuum reijcias, atque ipso crepusculo asportes, idque facie ita propter pudorem obuelata, ut uix terram contuearis. Per te enim ipsis portendere uolo, quid Israelitis, qui in Iudæa remanserunt, obuenturum sit. Et ego quidem dicto audiens, feci ut iussus fui. Nam cōfarcinatas atque compositas res meas, ita ut transmigraturi solent, de die, è domo mea extuli. Et sub uesperam confracto, atque aperto manibus meis muro, per crepusculum ipsis cernentibus, res meas in humeros meos conieci: atque asportauī. Et postero quidem mane, uerba mecum faciens Dominus: Fili hominis, inquit, num quid incredulus ac rebellis ille populus Israeliticus tibi dixit, rogitans quorsum hoc tuum factū spectaret, & quid per illud uelles? Et iussit me ipsis dicere, quod sic ipsis loqueretur Dominus Deus: Taciti admiramini, atque complures quoque ridetis hoc meum factum siue exemplum. Sed quicquid hoc rei ac oneris est, graue certè uaticiniū est. Principi Hierosolymorum, ac omnibus qui unā cum ipso Hierosolymæ agunt, grauem portendens calamitatem, quantumuis sibi nunc præno-

Factus est sermo Domini ad me mane.

bis fortunati uideantur, & felices. Iussus itaque ego sum dicere, quod hoc facto ipsis portenderem, id quod breui ipsis esset euenturum. Quemadmodum ego feci, inquam, ita eis qui in terra remanserunt, obueniet: quippe qui ad eum modum Babylōnem transmigrabunt, atque in captiuitatem abuehantur. Et qui iam inter eos agit principem, siue regis uicarium, is nullo adiutus famulo, proprijs humeris suam per tenebras feret sarcinam, ut per effractum murum effugiat. Hac enim illum educent, facie ita obuelatum, ut uix terram contueri poterit. Et quantumuis ille fugiat, certè non effugiet: nam ego obtendam illi rete meum, mea que sagena illaqueatum abducam Babylōnem, in terram hanc Chaldæorum: quam quidem non uidebit, cum tamen in ea moriturus sit. Quotquot autem ille circum se in præsidijs habebit, omnesque eius copias auxiliares, ego toto terrarum orbe dispulsurus sum, strictis gladijs in eos desaturus. Et scient quod ego ille sim minimè contemnendus Dominus, ubi ita inter gentes eos disperfero, atque quouis terrarum discedero. Verum pauculis aliquot ex ipsis parcam: quos superesse sinam, ne gladio, fame aut peste intereant: id que, ut inter gentes ad quas ueniunt, agnoscant atque confiteantur abominationes suas, per quas huc malorum deuenerunt: & ut intelligat, quod ego illis sim Dominus, cuius uoluntatem ac præceptum præstari oportet. Et Dominus nouum iam sermonem mecum exordiens, dixit: Fili hominis, ut rursus præsignifices populo, quanta qui in Iudæa remanserunt, premendi sint cibi ac potus penuria. Penam tuam conturbatus, tristis, ac sollicitè parcus edito: & aquas tuas cum fremitu, atque timide, uelut animo penurie præfago, bibito. Et dicito eis qui hic in Chaldæa agunt: quod Dominus Deus de ijs qui etiamnum Hierosolymam ac terram Israeliticam, siue Iudæam incolunt, sic tibi dixerit: Quod trepidi ac sollicitè parci suum panem edent, & quod pari modo, multa animi consternatione ac angustia suas aquas bibent. siquidem terra Hierosolymorum misere desolabitur, ac deuastanda uenit, adeo ut non ita omnibus rebus, ut solet, abundatura sit: idque propter iniquitatē, ac abominanda eorum scelera qui eam inhabitant. Itaque ciuitates, quas aliquando ut tectis frequētes, ita & hominibus populosissimas uidere fuit. Tunc uidere erit desolatas, ac miserum in modum, perditis incolis, uastatas, ut uel tantis malis edocti, sciatis quod ego sim Dominus. Et rursus mecum uerba faciens Dominus: Fili hominis, inquit, quid sibi uult hoc adagij, quod ita omnibus terram Israel incolentibus in ore est, dum dicunt, Sensim quidem prolabi tempora: siue significantes ita, uisa prophetis mala, uana fore & inania, qua quidē falsa spe, superbas eedes extruunt, & mirum in modum

Factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, penam tuam conturbabitur.

modum mutuo sese laetant. Propterea tu hic illos praemoneto, atque sic eis dicit: Non statim remitti, quod differtur. Quodque tandem, et si sero, mea movent molae, sic autem dicitur eis dicere Dominum Deum: Efficiam ut hoc proverbij exoleat, neque eius amplius in terra Israel ullus sit usus. Quin potius sic illis dicit, quod iam iam dies illi calamitosis imminet ac ingruunt. Et qui quid prophetis praevium, atque ab eis uobis praedictum 10 atque minitarum est, id iam uos adobruet. neque enim amplius dicetis, omnem uisionem propheticam uanam esse. Et uaticinia prophetarum, quae domui sunt Israeliticae, ut assentatorum, uel inuidorum dicta inania. Nam Dominus ego, nihil quicquam eis locutus sum, quod non re ipsa perficiam, etiam non in longum rem protracturus. Sed quod loquar in diebus uestris uerbum, & re- bellis & incredula domus, illud ipsum uobis 20 adhuc uiuentibus sum praestaturus, inquit Dominus ipse Deus noster. Locutus autem mihi Dominus dixit: Fili hominis, ecce populus hic Israeliticus, prophetarum uoci nihil credulus, si quid mali ipsis obuenturum quos praedicat. Visio, inquiunt, quam propheta hic uidet, ad multos abhinc dies, & longa abhinc tempora spectat: quasi nihil ea ad ipsos pertineat. Proinde dicit eis Dominum Deum sic dicere: Nequaquam in lon- 30 gum abhinc tempus differenda sunt, quae ego loquor: sed quod loquor ac minitor, citius quam credatis, uobis obueniet. hic Dei, non mens ad uos sermo est.

CAPVT XIII.

Dominus autem omnium errorum ac scelerum seminaria in pseudoprophetae esse intelligens, atque eos potissimum reprehendendos esse statuens, cum uerba mecum iam faceret: Vaticinare, inquit, 40 filii hominis contra eos, quos Israelitae prophetae habent, & qui ipsis concionantur, eosque docent. Insurge aduersum hos, atque eos obiurga. non enim nisi suo de cerebro, ac sui cordis & iudicij ratione, uaticinantur ac docent: & iubeto illos audire, quid ipse loquatur Dominus, & non pendere ex sui cerebri iudicio, & insanis hominum somnijs. sic autem eis dicit: Vae malefanis, & impostoribus illis prophetis, qui suo ac profus humano 50 spiritu impulsu prophetant, atque docent, rem omnem recte satis se introspicere putantes, cum hoc uere caecum esse sit, ac nihil uidere. Assimiles certe sunt prophetae tui uulpibus, quae in uinearum macerij ac sepibus delitescunt, & Israel. Et tandem dum occasio fert, ipsam Domini uineam demoliuntur. Et uos qui ad Reipublicae gubernacula, quasi haec nihil ad uos pertinet, altum ad omnia steritis, non ascendentes ad obturandas quas il- 60 li rupturas perripunt, neque sepem ullam pro defendendo ab horum persuasionibus falsis populo, eis obsepitis, parati ad statum

atque praelio cum his decertandum, quando iratus Dominus se de eis ulcisci statuit. Vana planè uident, & mera diuinant ac docent mendacia de proprio corde conficta. Et interim sese uera loqui putantes, Dominum sic dixisse ferunt: quum Dominus eos non miserit, neque quicquam eis demandarit. Et tamen putant sua uerba rata fore atque infallibilia. An non uana ea est quam uidetis uisio, & mendax quam diuinatis diuinatio, cum loquimini, ac falso persuadere conamini populo, hoc aut illud dicere me Dominum, cum ego uobis neque uisus sim, neque uerbum etiam ullum uobis sim locutus? Propterea sic dicit Dominus Deus: Quandoquidem infanti adeo estis & temerarij, ut tam uana loqui uos non pudeat, neque mera mendacia pro ueris uaticinijs uenditare uereamini: ecce ego contra uos insurgam, dicit Dominus: Et prophetae hi, qui ex eo quod uano suo cordi ac cerebro uidetur mera diuinant ac docent mendacia & imposturas, sentient manum meam. Populo meo non sunt adnumerandi, neque catalogo populi mei Israelitici inscribentur, neque diuinarum promissionum participes unquam redibunt in terram Israeliticam. Vnde & scietis quod ego sim Dominus ille Deus: iam uero, quando tanto studio ipsis est, populum meum seducere ac male laetare, pacem & omnia alba ac prospera ipsis promittendo, ubi contraria uerius expectanda sunt. Et cum alius quidem murum extruat, & alius continuè eundem luto parum subacto incrustet atque oblinat, abi tu, atque dicit eis maxime qui inutili luto murum incrustant, quod inanis planè ipsorum sit opera in muro breuiter corruituro. Praeualidus enim imber irruet in eum, & immit- tam ei lapides grandinis, qui ipsum proster- nant: & uentum turbidum, qui eum dissipet. Et his quidem uerbis Hierosolymorum murum ac urbem per Babylonios deuastadam significabat Dominus. Porro, ubi murus ipse se collapsus fuerit, an ne tunc cum taedio & ignominia audietis, qui opprobando uos interrogent: Vbi nunc pulchra illa incrustatio est, qua murum tam cito corruiturum incrustastis? Et quorsum attinebat hanc ludere operam? Propterea sic dicit Dominus Deus: Ego multo furore percitus, efficiam ut ualide 70 Brumpe faciam spiritum tempestatis in murum hunc irrumpat, utque imber sortissimus ex indignatione mea eum percellat, & pestatum in lapides permagnae cuiusdam grandinis ex ira mea eum prosternant, atque deperdant. Euersurus enim sum murum ipsum, quantumcumque uos eum incrustastis, ac parum subacto & commacerato luto sublinitis. Nam solo eum aequabo, ita ut ipsa fundamenta eius retegenda sint. Corruet enim tum murus tum & rota urbs ipsa: & uos in medio eius simul omnes perimemini. Et sic tandem sentietis quod ego sim Dominus, Explebo enim furibundum

Vident uana, & diuinant mendacia.

Brumpe faciam spiritum tempestatis in indignatione mea.

Quis fecit faciam pro uerbis istud.

furibundum meum animum in hoc muro
 deperdendo, simul & in his qui in eo incru-
 stando suam ludunt operam, adeo ut dictu-
 rus uobis sim: Ecce nullus iam est murus, ne-
 que quisquam qui eum incrustet, aut luto ob-
 uestiat: hoc est, Disperierunt iam omnes pro-
 phete illi Israelis qui de suo corde ac proprio
 cerebro, Hierosolymorum ciuitati lætissima
 prophetabant: uidentes ei uisiones pacis,
 ac omnis felicitatis, cum nulla ei esset pax, aut
 felicior expectanda fortuna, inquit Domi-
 nus Deus. Tu uero fili hominis abi, atque
 aduersarium te præbe contra filias populi tui,
 quæ uiros imitaturæ pari modo de suo corde,
 ac propria sapientia, uaticinantur. Vaticina-
 re inquam aduersus has, atque dicitis eis sic
 dicere Dominum Deum: Væ ijs qui consuunt
 puluillos sub omni brachiorum cubito, pe-
 pla siue obtegumenta quædam conficientes,
 quibus cuiusuis hominis caput inuoluant, ad
 illaqueandas siue perdendas eorundem
 animas. Mira chrestologia, ac inauditis uer-
 borum fucis & illecebris, etiam abominan-
 de facta excusant atque obtegunt: quasi sce-
 leratè & pestilenter simulatè agere nefas nõ
 sit. Itane uenabimini, atque inescabitis ani-
 mas populi mei? Et animas uobis credulas
 in uita, ac felici rerum statu conseruabitis?
 Itane propter pugillum hordei, aut panis
 frustum uentricolæ uos me dehonestabitis
 apud populum meum, perdentes eos qui pe-
 rituri non erant: & uitam ac felicitatem om-
 nem eis promittentes, qui uicturi aut felici-
 ter non erant acturi? Siquidem populo meo
 tam splendide mentimini, qui uaticinijs ue-
 stris uanis ac mendacibus auscultant. Pro-
 pterea sic dicit Dominus Deus, Ecce hos ue-
 stros puluillos, quibus miseris uulgi animas
 inescatis ac fallitis, ita ut moriantur, atque
 hinc euolent, ego uobis de brachijs uestris
 conuellam atque confringam. Et quas uos
 aucupamini, atque in nassam pellicere stude-
 tis animas, eas ego uobis præripiam, ut ue-
 stras manus euadant. Quin & pepla, siue ob-
 tegumenta illa uestra ego quoque conscin-
 dam, populum meum de manu uestra libera-
 turus, ut ne amplius per uestras manus illa-
 queentur, atque decipiantur: & scietis quod
 ego sim Dominus. Porro quando animam
 iusti uestris mendacijs in multum merorem
 inducitis, id quod ego uobis autor nõ sum,
 tum etiam impium in sua impietate suffulci-
 tis, atque confirmatis, ita ut à uia sua mala
 non reuertatur, neque decedat, putans se ex
 uestra persuasione uana saluum fore & incol-
 lumem: propterea non prædicturi estis am-
 plius huiusmodi uanitates: neque ullas diui-
 nabit diuinationes, non crederetur uobis.
 Contemptui eritis: nam liberaturus sum po-
 pulum meum de manu uestra, atque de
 uestra hac infania. Et scietis
 quod ego sim Do-
 minus.

Tu fili homi-
 nis pone fa-
 ciem tuam
 contra fili-
 as populi
 tui.

Ecce ego ad
 puluillos ue-
 stras.

Venerunt autem aliquando ad me nõ
 nulli ex senioribus Israel, inuisentes
 me, atque hinc illinc mecum colloca-
 turi, & ingressi cõfederunt apud me, erantque
 uiri in speciem optimi ac integerrimi: at Do-
 minus ipse cardiognostes uerba mecum faci-
 ens: Fili hominis, inquit, quos hic uides ui-
 ros, uita externa laudatissimos, intus, in ipsis
 animi penetralibus, idololatræ sordissimi
 sunt: siquidem ad idololatriam totus ipso-
 rum propendet animus, uix aliud quàm ido-
 la præ facie, atque oculis habentes, per quas
 in omnem impingant iniquitatem. Et tales
 quidem cum sint, non censebis opinor mihi
 his interrogantibus respondendum esse. ut
 autem intelligant me ipsos, & intus & in cu-
 te nosse, loquere cum eis, ac dicitis sic dicere
 Dominum Deum: Quisquis Israelita fuerit,
 qui idololatricas sordes ulla suo in corde ac-
 luerit, ad cultum idololatricum respiciens,
 aut faciem suam obuertens, & ad prophetam
 accesserit super re quapiam eum cõsulturus;
 ego Dominus ille, respondebo quidem ei,
 sed non quod ille rogat: uerum de multis il-
 lis, ac clacularijs eius, quos corde alit, immu-
 dicijs, idque ut domui Israeliticæ reuelè, que in
 ipsis animi penetralibus faciunt: siquidem om-
 nes per sorda sua idola, ad que propendunt,
 alieniore à me sunt animo. Propterea dicitis
 domui Israeliticæ, sic ipsis dicere Dominum
 Deum ipsorum: Alios uos præbete, atque ad
 me conuertimini. Missas facite immundi-
 cias idololatricæ uestræ, & quicquid abomi-
 nandorum usquam idolorum est. Vos ab il-
 lis facies uestras auertite, atque ea auersamini.
 Nã quisquis Israelita, aut etiam alterius
 nationis uir, inter Israelitas commorans sese
 à me alienarit, idololatricis sordibus in cor-
 de suo congestitis, ita ut ad idola, quæ in om-
 ni malum inducunt, faciem suam reflectat,
 atque ad ipsorum cultum respiciat, huiusmo-
 di sanè si ad prophetam accedat, me per ip-
 sum cõsulturus. Ego Dominus meapte cau-
 sa, ac proprii nominis mei gratia, idololatræ
 illi responsurus quidem sum: sed facie in il-
 lum acerbiorè, unde sentiat se nihil me habe-
 re propiciam. Faciam enim ut alijs exemplo
 sit, omnium que fabula: quippe quem è po-
 pulo meo reijciam, non amplius eum pro-
 meo habiturus, & scietis quod ego sim Do-
 minus. Caterum si cõsultus propheta se
 ductus fuerit, ita ut impio cõsultori parum
 uera loquatur, ac proferat: ego ille Domi-
 nus, cui nemo dicere aufit, Cur ita facis? pro-
 phetam illū seduxi, atque in errorè labi passus
 sum. Et extendens aduersus eum manū meā,
 delebo eum de medio populi mei Israelitici,
 non numeraturus eum amplius inter meos.
 itaque & propheta cõsultus, & ipse cõsultor,
 simul suam luent iniquitatem. Hic quidem
 quod simulator sit, & animo parum sincero ille
 uero quod à uero aberrarit, falsumque respõderit.
 Eadem

Conuertimini
 n. & reu-
 dite ab idola
 uestris.

Prophe-
 ta cum erro-
 rit, & locu-
 tus fuerit
 uerbum.

Eadem autem pœna utrunq; manet, tum in-
terrogantem, tum respondentem, ut ne am-
plius à me domus Israel aberret ac recedat:
neque ullis sceleribus sese amplius contami-
nent, sed ut obedientem per omnia se mihi po-
pulum præbeant: quibus ego vicissim me
possim præstare Deum ac protectorem, in-
quit Dominus. Dominus autem Deus con-

Terra cum
peccaverit
mihi.

stare mihi uolens, neminem alterius fide ac
probitate, sed sua ipsius fide ac uirtute seruan-
dum, rursus uerba mecum faciens: Fili homi-
nis, inquit, si regio aliqua sceleratè agendo
contra me peccarit, ita ut extensa aduersus
eam manu, in illam immittam famem, siue
annonæ caritatem atque penuriam, uelut ho-
mines simul & iumenta fame enecaturus: huic
certè malo non aliud remedium est, quàm ut
pro se quisque sedulo sceleris sui pœnitens, se
ad me conuertat. Nam ut maximè inter hos

habitant medij, Noe, Daniel, & Hiob, uiri sa-
nè spectatissimi & optimi: nihil profuerit eis
horum fides ac probitas: sed hi sua iusticia,
ac uirtute suas tantum sibi liberauerint ani-
mas, & reliqui pœnas pendent se dignas,
dicit Dominus Deus. Pari modo si feras no-
xias que bestias in regionem aliquam immise-
ro, ita ut ea per has, discerptis hominibus, sic
uasteret atque desoletur, ut metu ferarum ne-
mo quisquam eam transire aufit: & tres illi

laudatissimi, quos nominavi, uiri inter eius
regionis homines unà cohabitent: ita mihi
mea uita perstet, inquit Dominus Deus, ne li-
beris quidem incolarum istorum pepercero:
sed ipsi soli liberabuntur, ac sua fide uiuent, &
regio tota uastabitur. Itidem si gladium aut
bellum in eam regionem immisero, iubens
gladio ut eam transiens simul & homines, &
iumenta perimat, cuncta que deuastet: hic
quoque si tres illi, de quibus dictum est, uiri,

inter eos sint ac unà habitent: ita mihi perstet
mea uita, inquit Dominus, ne filios quidem,
aut filias suas incolæ ipsi liberauerint: sed hi
soli sua pietate liberabuntur, ac fide sua uiuēt.
Sic præterea, si in regionem ullam pestem im-
misero, atque furore correptus ipsorum san-
guinem corrupero, qui latissimè sua contagia
agat, adeo ut simul & homines, & iumenta om-
nia deperdere uelle uidear: hic item si Noe,
Daniel & Hiob inter ipsos sint, aut qui horum
pietatem æquent alij: ita uita mea mihi per-
stet, inquit Dominus Deus, ne filium quidem
aut filiulam liberarint: sed illi ratione suæ iu-
sticiæ ac probitatis, suas ipsorum tantum ser-
uarint animas. Hæc itaque cum sic se habeant,

quanto magis, inquit Dominus Deus, si qua-
tuor ipsa iudicia, siue flagella mea mala, nem-
pe gladium, famem, feras noxias, atque pe-
stem, in Hierosolymorum urbem simul immi-
sero, uelut homines, & iumenta in ea perditu-
rus. Sed ecce, erunt quos hic reliquos faciam, 60
qui euadent, tum ex uiris, tum ex mulieribus.
Sed hi ad uos exhibent, atque abducentur huc
captiui, & uidebitis qua ratione, & quàm im-

Tamen uos
linguetur in
ea saluatio.

piè illi suam Hierosolymis uitam instituerint,
& quid studio ipsis fuerit. Et hæc eorum cala-
mitas, quam in Hierosolymorum ciuitatem
immisi, consolationi uobis erit. Omnis inquã
illa calamitas, quam urbi immissurus sum, e-
rit uobis consolationi, & unde uobis gaudea-
tis, qui nunc pœsimè uobiscum agi putatis,
& cum illis quàm felicissimè. Itaque illi per-
quàm breui huc delati uos consolabuntur,
quando audietis quæ illic eorum uita fuerit,
& quæ studia. Et tunc quidem cognoscetis,
atque ingenuè confitebimini, inquit Domi-
nus, quòd non immeritò, neque temerè sic
eos tractarim, atque omnia quæ ipsis feci ma-
la, eis irrogarim.

CAPVT XV.

Dominus Deus quàm nulli usui ipsi po-
pulus Hierosolymitanus esset, & quòd
excidium ipsis meditaretur, mihi signi-
ficare uolens, loqui mecum instituens. Fili ho-
minis, inquit, lignum uitis, qua ratione præ-
stat? aut quid ex eo facias potius quàm ex li-
gnis alijs? Et quid item ex palmite, qui infru-
gifer est, ut arbusta syluestria. Num lignum a-
liquod ex eo acceperis, unde quippiam pares,
aut operis aliquid perficias? Num clauum aut
uncum ex eo quæres, unde rei quippiam su-
spendas? Certè res planè inutilis est, non nisi

Ecce igni
datum est in
escam.

foco conducens, ubi comburatur. Postquam
uero palmes utraq; sui parte adustus iam est,
& in medio etiam sui exaruit, cui rei tunc con-
duceret, atque utilis esset? Imò cum integer
adhuc, atque ab igne illæsus esset, nulli fuit u-
sui, neque quicquam ex eo fieri potuit. Quid
itaque nūc, postquam utraque sui parte ignis
illum adedit, atque totus inaridus est, ex eo
operis feceris? Propterea sic dicit Dominus
Deus, quemadmodum se habet lignum ui-
tis, quod cum infrugiferum est, ueluti arbusta

syluestria in ignem conijcitur, ut comburatur:
ita in animum induxi facere cum habitatori-
bus Hierusalem. Facie enim acerbiore in eos
ero, & animo nihil bono: quippe qui de igne
hoc egressi, ingredientur in ignem alium, ita
calamitas calamitati succedet, & afflictio affli-
ctionem pariet, & scietis quòd ego sim Domi-
nus: ubi uultu in eos commotiore, eos ut ip-
sis dignum est, exercuero. Nam terram ipso-
rum ego uastaturus sum, atque desolaturus,

ait Dominus Deus, eo quòd tam scelera-
tè mihi peccarint, legem que meam reie-
cerint.

CAPVT XVI.

Dominus rursus Hierosolymitanos
infidelitatis, atque ingratitude suæ
arguens, uerba mecum fecit in hunc
modum: Fili hominis, inquit, significa
Hierosolymorum urbi abominationes suas: &
quàm mihi ingrata sit, & omnium benefi-
ciorum meorum immemor. Dicit autè, Do-
minum Deum sic dicere ipsi Hierusalem: Fa-
cta,

è sudoribus illis Aegyptiacis eripui, ac libera-
 ui. Et postquam te multis adeò, tamq; horren-
 dis his malis immerfisti, ob quæ grauissimas
 se tibi inflicturum pœnas minatur Domi-
 nus: tu tamè adhuc publicū lupanar tibi extru-
 xisti, omni in platea aras atque excelsa tibi con-
 stituens. Ita te per omnia compita sceleratis i-
 dolis prostituens, ut omnis illa tua pulchritu-
 do, in nauseã iam abierit & abominationem.
 Dum itaq; quibusuis dijs, ne de facie quidem
 tibi notis, tete offers, nemini non tui copiam
 facies. Nam & cum uicinis tuis Aegyptijs tam
 egregie idololatri ac mutoniaris, scortata es:
 non cum una cœli regina, sed cum innumeris
 ipsorū diuis scortationes tuas multas habes ac
 uarias, quibus me irritas, atq; lacesis. Quare
 & commotior extendi aduersum te manum
 meam, stata tibi cibaria tua minuens ac aufe-
 rens. Permittens etiam, atque te exponens uo-
 luntati ac libidini hostium tuorum, nempe Pa-
 lestinos, quos alioqui sceleratissimos tuæ
 tam sceleratæ uitæ pudet ac piget: imò & cum
 Assyrijs, ut libidine insatiabili es, meretricari
 te non puduit. Et ne sic quidem defatigata ad-
 huc & exaturata, quãdo & Chanangã idolo-
 latria te cõspureasti: ad Babylonios etiã deos,
 ueluti nuncupatis notis, proficiscens, aut certè
 animum tuum illis applicas. Et hæc quidè tam
 innumera, tam magna, tamq; uaria, nondum
 tibi inexplabilem tuam auiditatem satiarent.
 Vah impotens cor tuum, & effrenatam animi
 tui libidinem, dicit Dominus Deus, quòd tot
 ac tanta designas propudiosissimæ & constu-
 prantissimæ meretricis flagitia. Quando autem
 publicum adeò lupanar ad omnia cõpita con-
 struis, omnibus in plateis te insanis amatori-
 bus prostituens, nihil sanè simile habes cum
 alijs meretricibus, hic te longè inferioribus,
 quæ sui concubitus mercedem stipulantur, ac
 ære merent. Quæ autem, ita ut tu in locum ma-
 riti sui alienum recipit, ea lapidibus obruenda
 adultera est. Ad hæc amatores ipsi, omni me-
 ritici pro facta sui copia mercedem adnume-
 rant. Argui tu ipsis numerasti amatoribus, e-
 osq; muneribus allexisti, donorum tuorum il-
 lecebris eos ueluti conducens: ut un delibet ad
 te ingrederentur, tecum concumberent atque
 fornicarentur. Tu itaque omniscq; tua scorta-
 tio longè aliter se habet, quàm mulieres aliar,
 aut ipsarum meretricatus. Neque enim ama-
 tores ulli te ambierunt, neq; tu ab argento eos
 emunxisti, sed tu concubitus sui mercedem
 persoluisti eis: ita ut contrarium planè tu fa-
 cias, quàm apud alios fieri consuevit. Propte-
 rea tu impudentissima, insatiatæ libidinis me-
 retrix, audi quid tibi loquatur ac denūciet Do-
 minus. Sic enim tibi dicit: Quem unum debe-
 bas Dominum ac Deum tuum cognoscere, co-
 lere ac uereri, postquam effutita, quæ intima ha-
 ebas profudisti: omniscq; tua turpitude & in-
 satiata cupido per fornicationes tuas manife-
 sta facta est: quãdo rem tã multã cum amatori-
 bus tuis habuisti, nempe cum abominandis a-

deò idolis, quibus ipsos liberos tuos obtulisti
 mactandos & concremandos: hisce malis irri-
 tatus, non sinam ea tibi impunita, sed congre-
 gabo omnes tuos cum quibus te oblectasti a-
 matores: omnes inquam, quos aut diligis, aut
 etiam odio habes. Et his undecunque aduer-
 sum te collectis, aperiam quàm tu turpis, ob-
 scœna ac propudiosa sis meretrix, ita ut omnes
 id uideant, atq; cognoscant. Et ego animaduer-
 tam in te, ut in adulteras ac libericidas dignum
 est: & senties me solutã quam mihi dedisti fi-
 dei, zelotypum uindicem, & interfectorem li-
 berorum meorum implacabilem ultorem.
 Tradam enim te in horum manum ac pote-
 statem, ut te tuãq; omnia pro sua libidine tra-
 ctent & exerceat: ut ganeũ tuũ destruat, & euer-
 tãt: ut excelsa, arasq; illas tuas demoliantur ac
 disturbent. utq; ablatis omnib. ornamentis ac ci-
 melijs tuis, te ad nudũ deuestiat, & ita nudã ac
 deuestitam sinant. Quin & exercitum in te ad-
 ducent, qui te de adulterijs tuis lapidibus obru-
 ar, idq; missis in te de catapultis suis globis la-
 pideis. Et ijdem te iam expugnatam ob liber-
 icidia tua gladijs confodient, domosq; tuas
 incensas comburent, statuentes te cunctis mu-
 lieribus, siue mundi nationibus exemplum. Et
 hac quidè ratione efficiam, ne posthac scorta-
 tioni indulgeas: neq; amatores tuos mercede
 conductos, ad tuos amplexus illicias. Iratum
 certè animum meum in te expleturus sum: &
 uerum illum meum erga te amorem reijciam,
 torumq; me abs te alienabo, prorsus tui secu-
 rus. Neq; amplius super tuis rebus exacerba-
 bor, aut commouebor, eo quòd summè ingra-
 ta, tam nihil recordata fueris dierũ adolescen-
 tiæ tuæ, per quos ego rantis tamq; uarijs te be-
 neficijs in Aegypto cumularim. Sed quæ ob
 hæc mei unius amore teneri debueras, omni-
 bus his sceleribus ac infandis tuis flagitijs bilè
 mihi mouisti, atq; me exasperasti. Itaq; ut tuis
 studijs ac factis dignum est, in te sum animad-
 uersurus, dicit Dominus Deus: quando de o-
 mittendis abominandis flagitijs tuis, ac resipi-
 scendo ne cogitas quidem. Quisquis prouer-
 bialibus gaudet dictarijs, is ubi propter nimi-
 am tuam improbitatem, sic tecum actum uide-
 bit, falsis scõmmatis, atque irrisorijs salibus te
 impetens, dicit: Mali corui malũ ouum. Qua-
 lis mater, talis filia. Filia enim es matris tuæ, ter-
 ræ uidelicet Chanangæ, quæ respuit atque euo-
 mit olim maritum suum, ac filios. Vt enim il-
 li propter scelera sua ad uestrum aduertum pul-
 si sunt, ac reiecti, ita reijcietis nunc & tu. Quin
 & sic dicent, quòd soror tu sis sororis tuæ, re-
 gionis nimirum Samaritanæ, quæ & ipsa re-
 spuit atq; euomit uiros & filios suos. Ipsa e-
 nim uitæ uestre ratio, nõ aliter se habet, quàm
 si ab Abrahamo, Isaaco, & Iacob alienissimi,
 matre nati essetis Chetæa, & patre Amorrhæo.
 Porrò soror tua maior, ea Samaria est, cum sibi
 subditis uicis, ac ciuitatibus. Quæ certè latius
 suum imperium extendens, quàm tu Hierusa-
 lem, tibi obiacet ad sinistram. Porrò soror tua

Iudicabo te
 iudicis adul-
 terarum &
 effundentium
 sanguinem.

Ecce omnis
 qui dicit uul-
 go prouere-
 bium.

Veritatis es
 cõspicua
 pti, uicinis
 tui magna
 tam carnũ.

Omnibus
 meretricibus
 datur mer-
 cedis, ut uis-
 tem dicitur
 mercedis a-
 matoribus
 tuis.

*Ecce hæc fu
it iniquitas
Sodomæ so
roris tuæ.*

te minor, neque tam late atq; tu imperans, hæc ad dexteram tuam est, nempe Sodomæ, cum subiaccenibus illi pagis ac urbibus. Et tu quidem non in harum solum uisus ambulasti, neq; ijs duraxat inhæstisti abominationibus, quas illæ designarunt: sed perditæ Samaria, paruo admodum tempore, te in officio scilicet utcumque cõtinens, cœpisti sceleratius per omnia agere, quàm unquam ille. Et certè, ita mihi perferet mea uita, inquit Dominus Deus, si non Sodomæ soror tua minoribus immergata fuit flagitijs. Ipsa inquam Sodomæ atq; Gomorrhæ, cum urbibus sibi subiectis, quàm tu cum ijs quæ subfunt tibi ciuitatibus. Nam ecce sororis tuæ Sodomæ iniquitas hæc fuit. Primum, quod fertilissimis agris diuites superbiores fuerint, sibiq; nimium placentes. Secundum, quod pane saturi, rebus que omnibus abundantes, de pauperibus & egenis non intellexerint, nihilque fuerint misericordes. Tertium autem est, quod ociosi insolentiores facti sint, atque lasciuu nimis. Hæc habuit soror tua Sodomæ, unde cum subditis sibi ciuitatibus ac uicis culpanda fuit: nempe quod diuites pane saturi, & ocia terentes, pauperibus & egenis auxiliares manus non tribuerint: & quod insolentiores facti, infanda quædam coram me designarint. Quare & eos, iniquitate ipsorum omni cognita ac perspecta, reieci atq; subueri. Porro Samaria, soror tua maior, ne dimidio quidè tam scelerata & peccatrix est, atq; tu: adeo ut utranque sanè sororem abominandè factis longè superes, ita ut per infanda ac graua, quæ tu designasti flagitia, illæ iustæ ac bonæ censi possint præ te. Quando itaque illæ suæ iniquitatis pœnas luerunt, perfer & tu quod te dignum supplicium est: siquidem iudicare soles Samariam, cui decem suæ tribus in Assyriam captiuitatem demigrarunt, id abundè commeruisse, atq; magno suo merito id pati, ob sua scelera: cum interim tu commiseris multo plura & grauiora: siquidem Samaria ad te collata, sancta censi posset præ te, ac iusta. Proinde feras & tu te dignam ignominiam ac pœnam: neq; id iniquè atq; indignanter, postquam sorores tuæ duriter adeo tractatæ, te multo minus peccarint, minusq; malæ sint. Quare & ego aliquando captiuitatem earum reducturus sum, nempe captiuitatè Sodomæ, ac ciuitatū ei subditarum, simul & captiuitatem Samariæ, ac urbium ei adherentium: item & tuam captiuitatem, qua tu (uelut & illæ) captiua teneberis. Proinde & hac ratione cõsolatus, fac ut æquiore animo hanc tuam ignominiam feras, ac pudeat te tui, & malefactorum, quæ tam enormia designasti, ut sororibus illis tuis solatio sis, dū ipsæ quidem male, non tamen pessime sint: sed te peiorè habeant. Sorores tuæ, Sodomæ cum socijs sibi ciuitatibus, & Samaria item cum suis restituentur aliquando in pristinum statum: ita ut & tu, ciuitatesq; tuæ ad priorem statum redibitis. Certè cum rebus prosperis superbior esses, & insolentior, non uenit tibi in mentem,

*Soror tua
Sodomæ
filia eius re
uertitur ad
antiquitatē
suam.*

neque ullam unquam mentionem fecisti Sodomæ sororis tuæ: cuius tam horrenda subuersio, tantaq; loci uicinitas, te certè à simili iniquitate deterrere cõdecuerat, priusquam detestum malum tuum per id temporis fuit, quando Syrorum ciuitates, eductis aduersum te exercitibus, te diuexare cœperunt, unà cum omnibus, quæ te circumiacent Palæstinæ ciuitatibus, quæ modis omnibus in te grassabantur, atque te diripiebant. Tunc certè ratione scelerum tuorum, atque propter abominanda tua flagitia, duris cœpisti tractari modis, dicit Dominus. Porro sic dicit Dominus Deus: Ego quidem meritò tecum agerem, quæ admodum tu egisti mecum, quæ spreto iurifurandi sacramento, datam mihi fidem soluisti, dum scodus inter nos inritum, irritum fecisti. Ego tamen pro mea bonitate ac fide recordabor scederis mei, quod tecum adolescentiæ tuæ temporibus, cum ex Aegypto te educerè, in monte Sina inij. Et erigam aliquando pactum nouum ac sempiternum, dans legem meam in cordibus uestris. At tu recordata earum, quas ingressa fuisti uiarum, pudefies, ubi adiunctas tibi accepis sorores tuas tum maiorem, tum etiam te minorem: quæ filiarum in morem tibi pareant & auscultent. De Sion enim exibat noua lex, & uerbū sempiterni scederis de Hierusalem. Porro hoc meum scodus nouum ego confirmaturus sum, ut æternum perferat ac duret. Et scies quod ego sim Dominus, quando superiore uita in mentem tibi ueniente pudefies, non ausuræ præ pudore ne mi quidem facere, uel leuiter hircere: tametsi ego sceleribus tuis omnibus condonatis, me tibi præbebo benignū & propiciū, dicit Dominus.

CAPVT XVII.

DOcere autem uolens Dominus, quod populus Hierosolymitanus cum suo rege non solum in Deū perfidi, inritum cum ipso scodus soluisent: uerum quod etiam potestati à Deo ordinatæ, fidem non seruaret. Dum se rex Sedechias Nabuchodonosori præter datam fidem rebellem præbet, uerba mecum faciens, dixit: Fili hominis, ænigmaticè siue per parabolam loquere cum domo Israelis, siue Iudaico populo: & aperturus ipsis suam perfidiam, dicit eis sic dicere Dominū Deum ipsorum: Aquila quædam corpore prægrandis, magnis pennis, longis alis, & plumis plena, quas uarias habebat, ac diuersicolores, uenit in Libanum, in regiam nimirum è lignis Libani constructam, unde abripuit summum cedri fastigium: summum inquam ramorum eius decerpit, & transtulit illud in terram mercatoriam, deponens illud in emporium quoddam. Et accipiens de semine terræ præstantissimo, posuit illud in agrum sementi, siue plantadis arboribus cõmodum ac fertilem, quem sanè delegerat ad multas præterfluètes aquas, ubi ueluti salix radices ageret, atque feliciter succresceret. Progerminauit autem, & euasit in uitam late suos ramos extendentem, & sta-

tura nihil cedrina siue alba, sed humili fuit ac demissa, qualis uitem concedet, ut palmites eius ad ipsam pergerent respicere aquilam, cui uelati palo adhærescebat: siquidem radices eius sub ea erant. Vbi uerò surculus hic è summo cedri fastigio decerptus, euassisset iam in uitem, protulit palmites ac flagella. Rursus uerò alia quædam fuit aquila grandis item, magnis alis, multisq; plumis: & ecce uitis illa, à priore aquila, cui uelut iusto palo se adiunxerat, deficiens, collegit radices suas, ad hanc etiam palmites suos ad eam protendens, ut ab hac irrigaretur per sulcos plantationis ipsius. In terra sanè bona ac feraci, & ad multas aquas plantata erat, ut procrederet, atque fructum proferret, & uitis esset egregia & pulchra. Dicit itaque populo meo Iudaico, Dominum Deum eos interrogare, an uiti huic prosperè hoc cessurum sit, quòd omnia priore aquila, se iunxerit posteriori? An non hac de causa funditis ab aquila priore radices eius euellentur, ac fructus eius decerpentur, ita ut exarescat, omnesq; rami eius emoriantur? Id illa sanè non ita magno brachio, aut multo populo effecerit, radicibus etiam uitem ipsam euulsura. Ecce plantata fuit, ita ut iam altiusculè actis radicibus, firmiore se putarit, quam quæ facillè suo loco moueri posset. An uerò ita continuò prospera illi erunt omnia? An non uento orientali afflata languescet, atque unà cum ipsis sulcis suæ plantationis, per quos irrigari sperabat, exarescet, atque emoriatur? Locutus autem hic rursam mecum Dominus dixit: Age interroga populum hunc rebellem ac sceleratum, num satis intelligant, quid hæc sibi uelint: & ut rem omnem teneant, tu eis parabolam aut ænigma hoc interpretator, ac dicit: Ecce rex Babylonius, qui prægrandis illa aquila est, uenit Hierosolymam: & ablato illinc rege Iechonia, & principibus eius, uniuersaq; aula, adduxit eos ad se Babylonem. Accipiens autem ex semine regio Sedechiam, iniit cum eo fœdus, ita ut ille sacramentum dixerit Babylonio, se illi obsequentem fore & tributarium. Quos autem regio uiros fortes habebat ac bellicosos, ac diuinitijs præstantiores, hos ille secum ducebat Babylonem, ut regnū humile esset, neq; se aduersus ipsum attolleret, ac rebelle præberet: sed patris manens, & fœdere inuiolabiliter seruato, ab ipso staret. Verum miserimus hic populis promissis non stans, cepit se illi rebellem præbere: ac missis in Aegyptum legatis, Aegyptij regis ambire amicitia, unde multos sibi auxilio acquirerent equites, & maximam pedum copiam: hic enim aquilla illa altera est. Sed quid prosperè ac feliciter putatis hoc populo huic successurum? ut dum talia faciunt, ipsis hoc impunè sit? Itane uidemini uobis sancitum cum aliquo fœdus soluendum esse? Et eum qui soluerit, impunè id laturum? Ita mihi perstet mea uita, dicit Dominus Deus: si non in regione regis Babylonis, qui re-

gem eum constituerat, moriturus est, qui turpiter adeò fœdisfragus, ac periurus, iuramentum illi præstitum reiecerit, ininitum cum eo pactum rescindens atque irritum faciens. Hac de causa inquam, apud eum Babylonio morietur. Neque enim Pharaon magnis suis copijs, ac ingenti bellatorum multitudine, quicquam bello effecturus est, quando hostes iactò aggere obuallati, extructas habebunt suas munitiones, ac paratas machinas, ad quamplurimos auertendos atque interimendos. Rex Iudaicus nihil est moratus dictum Babylonio sacramentum, irritum faciens fœdus, quod iunctis inter se dextris cum eo iniit. Cum ergo hic turpiter adeò se periurum præstitit, ac fœdisfragum, nulla uia euadere aut liberari poterit. Propterea sic dicit Dominus Deus: Ita mihi mea uita perstet, si non iuramentum sub mei nominis inuocatione præstitum, & fœdus item meo sub nomine sancitum, illi in caput suum retorsero: ita ut hæc tam turpiter uolata, & impiè soluta, magno illi malo futura sint. Expandam enim illi rete meum, & ille meis cassibus capietur: captus uerò abducentur Babylonem, ut illic cum eo disceptem, eumq; periurij atq; turpiter soluti fœderis conuincam, iustasq; de eo pœnas sumam, quòd tam contemptim me habuerit, atque sub meo nomine ininitum fœdus dissoluerit. Quicumque ex eis aufugerint, aut quotquot in aciem cum hoste descenderint, simul omnes gladio perimentur. Quòd si nonnulli fortassis remanserint, hi quolibet terrarum miserè dispergentur: & scietis quòd Dominus ego id uobis prædixerim. Porro ut uos, qui hic patrijs sedibus pulsati, Babylonè incolitis, bono animo sitis, neque spem ponatis, sic ait Dominus ille Deus noster. Futurum est, ut ego aliquando aliquid tollam de summo cedri fastigio, quòd alicubi ponam ac plantem: decerpam, inquam, de summis ramis eius surculum quendam, quem super montem excelsum atque eminentem sum plantaturus, in sublimi monte Israeliticæ terræ plantabo eum, ubi dilatatis ramis euadet in arborem, quæ præclaros ferat fructus: fiatq; cedrus magna ac præstans, sub qua requiescant ac habitent quicquid est nolucrum aut uolatilium, quæ simul omnia in umbra ramorum eius confideant, ac seruentur. Et scient omnes arbores agrestes, ipsæ nimirum à Deo doctæ gentes, quòd ego Dominus Sedechiam & omnem arborem altam humiliarim, & quòd Zorobabilem Iechoniae nepotem exaltarim humilem sanè arborem, adeò ut uermis & non homo, aut certè nouissimus uirorum sit habitus: quòd item arefecerim Sedechiam arborem uiridem, quæ pulchrè florere uidebatur: & germinare fecerim Iechoniam arborem aridam, cum res eius nulla ac desperata planè uidebatur, & ipse uelut lapis ab omnibus qui ædificat reiectus, qui tam factus tandè est caput anguli. Ego Dominus locutus hæc sum, atq; eadè re uera præstiti-

Expandam super eum rete meum, et comprehendetur in sagena mea.

Fasta est aquila altera grandis, maior alis, multisq; plumis.

Vivo ego, dicit Dominus Deus, quoniam in loco regis.

CAPVT XVIII.

Dominus autem ostendere uolens, se bona ratione, ac iusta de causa Hierosolymorum excidium meditari: quod que non patrum siue maiorum suorum culpa aliqua (ut ipsi sibi persuadebant) sed de propria quisque plecteretur, atque pœnas daret, uerba hinc mecum facturus dixit: Quorsum spectat, & quid sibi uult, quod tritum a deo inter uos adagium est, quo in terra Israelitica passim dicitis: Patres nostri comederunt uuam acerbam, & dētes uobis, eorum filijs, ex ea obstupuerunt? quasi ea quæ uos fertis mala, patrum uestrorum culpa uerius feratis, quam propria. Sed ita mihi perstet mea uita, dicit Dominus Deus: Ego uos uestræ iniquitatis ita conuincam, ut nemo unus inter uos amplius futurus sit, qui eo adagio in terra Israelitica utatur. Nam ecce, quorsum spectat, ut ita mihi obmurmuretis? Nonne homines simul omnes mei sunt? a me creati & conditi? siue pater quispiam sit, siue filius? Ita propter peccatum patris, non puniendus neque periturus est filius: neque item ratione peccati per filium commissi, plectendus ulla pœna pater est: sed quisquis peccarit, is suum, suum inquam ac proprium peccatum luet, atque de eo plectetur. Si quis itaque iustus fuerit, faciens quod iustum ac æquum est, qui in montibus, ubi sua sacra faciunt, inter idololatrias non edat idolothyta, nec sustollat oculos suos ad ulla Israeliticæ domus idola: qui item proximi sui uxorem per adulterium non polluerit, & ad mulierem suis mensibus laborantem non accesserit: qui neminem oppresserit, aut fraudarit: qui proximo quispiam mutuo dans, pignus ei suum restituerit: qui rapto abstinet, suum cuique sinens: qui panem suum esurienti impartit, nudum conuestiēns, ac de paupere & egeno intelligens: qui item pecuniam suam mutuaticiam scœnori non dat, neque ex re diuendita magnum nimis lucrum facit: qui manum quoque suam a muneribus retrahēs, iudicium iustum ac uerum inter de re aliqua contendentes iudicat, atque ad mea instituta uiuit, & quæ ego facienda aut omittenda censui obseruat, per omnia quod uerum iustum ac æquum est faciens: hic sanè iustus est, atque de nullius alterius peccato uapulabit: sed uitam uiuet felicem, suauem ac bonam, dicit Dominus Deus. 50

Ceterum si quis huiusmodi filium genuerit nebulonem, qui paternæ probitati parum respondeat: & qui cæde gaudens, prædictis contraria designet, edens nimirum cum idololatriis in montibus idolothyta, & proximi sui uxorem per adulterium polluens, egenum ac pauperem opprimēs ac fraudans, quod aliorum est rapiens, quod pignori depositum est non reddens, ad colenda idola sublati oculis animum suum adijciens: qui item (quod abominandum est) ad menses suos patientem mulierem non uereatur accedere: & avarus pecuniam suam scœnori exposuerit, magnum que nimis lucrum ex re uendita fecerit: talis ne tibi uita ac felicitas omnium rerum successu dignus censebitur? Nichil minus, imò ob hæc tam abominanda sua facta, quæ ipse commisit, & non de alterius cuiusquam sceleribus uapulabit, atque morte plectetur, & sanguis eius nemini quam illi ipsi imputabitur. Porro si sceleratus quispiam genuerit filium probum, qui uisis omnibus his, quæ pater commisit, sceleribus, Deum reueritus, eadem non committat, ita ut immolata idolis, cum idolorum cultoribus, in montibus, ubi sua sacra faciunt, non edat: neque ad colenda domus Israeliticæ idola, sublati oculis, animum suum applicet: neque proximi sui uxorem adulterio polluat, neque quenquam fraudet ac opprimat: qui quod pignori offertur, non retineat, neque quod alterius est inuoluet ac rapiat: sed panem de suo potius, esurienti atque egeno impartiat, nudum que conuestiat: qui neminem debilem ac pauperem pulset, aut feriat, scœnus nimirum que lucrum non querat: quæ ego faciunda atque omittenda iudico obseruet, & ad mea instituta modis omnibus uiuat: hic certè ratione paternæ iniquitatis non est moriturus, neque ullum inde sentiet incommodum: sed uitam uiuet felicem ac prosperam. Verum ipse pater eius, si ille prolixum suum calumnietur atque opprimat, & quæ fratris sui sunt, rapto sustollat, atque in medio populi sui reliquorum malorum quispianam faciat: is profectò propter suam, suam ipsius inquam iniquitatem plectetur, atque moriturus est. Quod si hic mihi dicatis, cur non ferat filius iniquitatem sui patris, quando omnia eius hæreditaria bona tollit, & ex paterna probitate charior, maioribus ferè commodis fruitur? Hoc uobis hic responsum habete: Quod filius id quod æquum ac iustum est faciat, omnia que mea instituta obseruet, atque re ipsa præstet: hinc, hinc, inquam, ille suauiter ac feliciter est uiuiturus. Qui uerò peccarit, is peccatum suum luet, uapulabit, ac morietur. Itaque filius non luet iniquitatem patris, neque pater de iniquitate filij pœnas pendet. Sed iustus fructum ac mercedem suæ iustitiæ: & impius de sua, non de aliena impietate pœnas dabit. Si uerò impius ipse ab omnibus quæ fedis meis institutis accommodet, faciens quod æquum ac rectum est: uitam sanè uiuet felicem ac prosperam, ne in æternum quidem moriturus. Omnium iniquitatum eius, quas commisit, nulla erit memoria: sed ex iusticia sua, quam præstitit, uiuiturus est. Nam ego certè mortem impij nolo, neque eam desidero: sed potius, ut à uijs suis malis auersus, uiuat, ac bene illi sit. Pari modo, si iustus quispiam se à sua iusticia auerterit, atque inique facere cœperit, per omnia impiorum more iam

Quod si genuerit filium latronem, effundentem sanguinem.

Pater enim qui calumnietur, & uim fecit fratri.

Si autem impius egerit penitentiam.

re iam uiuens ac faciens, num hunc mihi
 censebitis uita aut felicitate ulla dignum?
 imò omnium quas fecit iusticiarum nulla
 erit memoria: sed ratione scelerum suo-
 rum quæ commisit, & per peccatum suum
 quod peccauit, moriturus est. Caterùm
 hic mihi responsatis, parum æquam esse
 uiam Domini, parum que iustè eam facere:
 quando omnium superiorum iusticiarum
 totus immemor, tam acrem posteriorum,
 neque ita multarum iniquitatum uindictam
 se præbet: etiam pro peccato breui ac tem-
 porario, cruciatus infligens longos ac æter-
 nos: pro peccatis paucis ac momentaneis,
 supplicia multa ac infinita. Sed audite ob-
 scuro domus Israel, ita ne uiam meam pu-
 tabitis iniquam? & non potius uos esse ini-
 quos, unà cum factis uestris omnibus? Si
 auerterit se inquam iustus, ac uir probus, à
 sua iusticia, ac uitæ probitate, faciens iam
 quod iniustum est ac iniquum, atque in eo
 uitæ statu eum contingat emori, ob com-
 missam à se iniquitatem moriturus ille est.
 Et uicissim, si impius à sua impietate quam
 facere solitus est, se auertat, iam quod iu-
 stum ac æquum est faciens, hic animam su-
 am seruabit uiuam, non moriturus: quippe
 qui uita atque considerata sua impietate, ab
 omnibus suis quæ designauit sceleribus, se
 auertit: unde & suauiter uiuet, non moritu-
 rus. Quòd iraque me censetis in iusto, à iu-
 sticia sua auerso iniquiorem: cur non & in
 causa iniusti, à sua iniusticia desistentis, me
 iudicatis æquiores? Hoc animaduersum,
 uias meas docebit æquas esse, ac iustas. Cer-
 tè si domus Israelitica hæc iniqua iudicet,
 calumnians uiam Domini parum æquam
 esse ac iustam: ipsi sese potius, ac suas uias
 introspiciant, an illæ non uerius iniquæ sint.
 Nam ego certè, ne quis me iniquitatis accu-
 set, unumquemlibet uestrum secundum su-
 am uiam, sua ue facta sum iudicaturus, ò
 domus Israel scelerata & improba, dicit
 Dominus Deus. Proinde conuertimini,
 atque alius alium reducite ab omnibus ini-
 quitatibus uestris, ut ne per illas impin-
 gatis, ac corruentes pereatis. Abijcite à uo-
 bis, ex ipsis animi uestri penetralibus, quic-
 quid iniustum est ac iniquum: & facite ut
 corde sitis nouo, ac nouo item animo, qui
 iusto ac uero gaudeat, ut iniusto soliti estis
 gaudere & iniquo. Hoc si feceritis, cur mo-
 reremini domus Israel? Ego certè non gau-
 deo, neque delector morte morientis pecca-
 toris, dicit Dominus Deus: sed potius opta-
 rim ac prælegerim, ut omnis sceleribus ue-
 stris, uiuatis, ac bene uobis sit.

CAPVT XIX.

Dominus autem Deus, qui personam
 hominis non respicit, neque cui-
 quam etiam regi ad gratiam loqui-
 tur, cum calamitatem Hierosolymorum ip-

si Sedechiæ, ac eius aulæ principibus potis-
 simum imputandam censeret, atq; me huic
 eorum ulceri tangendo destinarer: Tu fili
 hominis, inquit, lamentator atque deplora-
 to sortem principum Israeliticorum, qui iam
 ab ipso Iosia rege suo, magis ac magis mise-
 ri facti sunt, atque per scelera sua calamito-
 si ac deplorandi. Sic itaque dicito: Mater
 tua synagoga, lænam se exhibens uerius
 quam piam matrem, heu, quam illa accu-
 bar, consistit atque uersatur inter leoninò
 ac sanguinario animo principes? Quam ip-
 sos etiam catulos suos, regio stemmate pro-
 gnatos (de quorum pia educatione maxi-
 ma sperarentur Reipublicæ Hierosolymita-
 næ commoda) medios inter leones educat
 atque enurit: unde non nisi leoninà, super-
 ba atque crudelia condiscant. Vnum enim
 quendam catulorum horum ad regiam di-
 gnitatem in patris sui Iosie locum euectum,
 uidere continuò licuit, quam erectis suis cri-
 stis, uixdū uiginti tres annos natus, leuculū
 statim se præbere aduersus Aegyptios cœpe-
 rit. Assueuerat enim iam prædari, atque ho-
 mines exedendo demophagus esse. Quam
 quidem rem ubi gentes circumspexerunt audi-
 uerunt, ipsi que Aegyptij non paterentur,
 uix tribus ab inito regnò mensibus, captus
 ab ipsis est: atque catenis, compedibus que
 uinctus, in Aegyptum est deductus. Videns
 autem Synagoga mater, quòd spe atque ex-
 pectatione sua, quam de hoc leunculo ma-
 gnam conceperat, frustrata esset: permitten-
 te id Pharaone, accepit ex catulis illis regijs
 alium, quem & leunculum quoq; uerius esse
 fecit, quam pium in subditos regem. Nam
 & hic inter leones illos aulicos educatus,
 cœpit iam, leonina illa ferocia non tam po-
 sita quam atrita, regem agere, ex raptò, de
 expilato, ac præda uiuere iam assuetus, atq;
 homines (ita ut demobori principes, solèr)
 exedere atque deuorare, bellò laceffens si-
 bi uicinos Moabitas & Ammonitas: ubi
 interfectis maritis, uiduas eorundem sibi
 adiunxit, atque cum eis se oblectauit, ciui-
 tates ipsas deuastans ac perdens: ita ut
 terra ipsa, unà cum omnibus qui eam inco-
 lebant, huius tyrannide desolata, atque mi-
 ferrimè uastata sit. Gentes autem Ammoni-
 ticæ atque Moabiticæ regionis, conspiran-
 tes cum Chaldæis ac Syris, cum non ferrent
 huius leunculi mores ac crudelitatem, sese
 ei circumcirca opposcentes, expasis aduer-
 sus eum suorū exercituum retibus, compre-
 hendere eum studuerunt: eorundem que
 insidijs est captus, & catenis compedibusq;
 illigatum adduxerunt ad regem Babyloni-
 um. qui munitiore custodia eum reclusum
 tenuit, ita ut nulla amplius eius esset autori-
 tas in mōtib; aut regno Israelitico. Quam
 quidem utriusque huius regis fortunam, ei
 qui nunc ad Hierosolymitani regni guber-
 nacula sedet, cordi esse decet, atque opus

Vnumqueq;
 iuxta uias su-
 as iudicabo,
 ait Domi-
 nus.

Mater tua
quasi uinea
in sanguine
tuo.

est. Mater tua Synagoga, tuo ò rex de sanguine, atque ob stirpem uerè regiam, ut eximia quædam uitis se olim habuit: quæ ad aquas plantata, ex ipsis frugifera admodum, ac iucundissimis fuit frondibus. Habebat enim uirgulas siue palmites præfortes, qui regni sceptrum moderabantur, atque dirigebant: unde & statura alioqui humilis, exaltata tunc erat, supra stirpis mediæ ac principalis fastigium, sua altitudine conspicuam se præbens, supra omnes suos palmites. At qui nunc, per Deum iratum reuulsa planè est, atque in terram proiecta: quando uentus ille orientalis, quo spirante huc cum suo milite adueniens rex Babylonius omnem eius fructum exiccavit: ita ut inops consilij, inutilis iam planè, ac nulla uirtute sit. Nam optimatibus regni Babylonem abuectis, non ne sic uirgæ ac palmites eius fortiores contracti sunt, atque censendi exaridit? Certe afflictionis illius ignis, omnem eorum uirtutem absorpsit: transplātata enim est ueluti deserto in loco, non ad præterfluentes aquas, sed in terra arida & siticulosa. Nam de trunco ramorum eius ignis egressus est, qui omnem eius fructum corruptit atque uorauit. Ex ipso inquã rege Sedechia, quod Babylonio datam fidem non seruauit, subnascitur Hierosolymorum Reipublicæ tale incendium, quod uniuersum regnum perdat ac uastet: ita ut nullus in uite ramus robustior remansurus sit, neque quisquam, qui dominaturus Israelitici regni sceptrum teneat. Habetis lamentationem: cui cum prope diem euētus respondebit, uerè, multoq; grauius lamentabilis erit.

CAPVT XX.

FACTUM est autem anno post auertum in captiuitatem Iechoniam septimo, quinti mensis decimo die, ut populi Israelitici uiri aliquot Senatores me accesserint, consulturi Dominum, quo pacto iam ipsis sua uita instituenda esset: ex Babyloniorum ne legibus & uoluntate, an potius ex uetere illa Mosaica, quæ hic uidebatur non posse præstari. Vtrum perstatura esset Hierosolyma, quò redire breui sperandum esset, an spes illa ponenda. Et hisce similibus ue de rebus acturi, consederunt apud me. Et Dominus me alloquens: Fili hominis, inquit, loquere cum senioribus Israel, prophetarum meorum oraculis nihil credentibus, ac dicito eis, sic dicere Dominum Deum: Itane post tam aperta & frequenter repetita prophetarum meorum oracula, me uenistis consulturi? Ita mihi permaneat uita mea, ut à uobis consuli atque rogari me non sum passurus. Quis enim uobis, ueritati tam incredulis, respondeat? inquit Dominus Deus. An ne durius eos increpabis? an ne seuerius eos reprehendes, fili hominis? inquit. Indica illis, quàm abominandè prauis ac sceleratis ipsorum patres

fuerint, & quàm enormiter illi fecerint male: quorum se nimis quàm sedulos sanè præbent imitatores. Dicito itaque illis, sic dicere Dominum Deum ipsorum: Quo die ego ex cunctis mundi nationibus Israel in peculiarem mihi populum elegi, misso ad eos famulo meo Mose, atque iuramento etiam Iacobæ domus posteris meis astrinxi, ac uarijs plagis percusso Aegypto, eo is innotui atque cognitus sum, iureiurando me affirmans ipsis Dominum ac Deum fore: Quo inquam die iuravi eis, quòd liberaturus atque educturus eos essem de terra Aegyp̄ti, in terram quam ipsis prouideram, quæ & lacte & melle manaret, atque omnium sub sole terrarum longè optima ac iucundissima esset: tunc quidem præcepi ac dixi eis, ut unusquisque eorum abominanda sua idola ab oculis suis reijceret, & ne in Aegyp̄tiorum idolis, quibus iam assueuerant, se polluerent: quippe quibus ego Dominus ac Deus ipsorum essem. At qui illi sese hic præbuerunt continuo mihi immorigeros, ut qui simulacra sua Aegyp̄tia seruarint, ac reijcere noluerint. Et sic quæ de huius electi à me populi habebant principia. Statui itaque pro ira mea in eos delinquere, atque furore multo percitus, in terra Aegyp̄tia eos deperderet: sed habita nominis mei ratione, ne illud apud gentes, inter quas illi agebant, male audiret (siquidem iam constabat illis de promissa ac præstanda Israelitis salute & liberatione, quæ tunc uisus fuisset non posse præstare) hinc factum est, quòd illis pepercerim, atque ex Aegyp̄tia terra eos eduxerim, & in libertatem asseruerim. Iuxta promissum itaque eduxi eos de terra Aegyp̄ti, introducens eos in desertum sterile ac infrugiferum: ubi tamen nullis rebus eguerunt. Hic illis mea tradidi instituta, indicans eis quæ meo ex iudicio faciunda illis essent, atque omittenda. Ad quæ quisquis homo uitam suam instituerit, is per ea uiuet, nunquam moriturus. Quin & sabbata mea dedi eis, quæ pro signo essent inter me qui eos liberarim, atque inter eos per me liberatos, & seruili ab opere in liberam requiè inductos. Inter me inquam, qui mera gratia eos redemi: & ipsos, qui nihil hic suis de me meritis arrogare possunt: ut sciāt me reuera talè esse Dominum, qui eos gratis ac nullo suo merito sanctifico ac seruo. Et ecce populus hic Israeliticus, postquã ab Aegypto eductos tam stupèdo miraculo per mare sicco pede eis iter feceram, tamq; innumeris beneficijs eos cohonestaueram, in ipso deserto rursum me exacerbarunt, non uiuèntes ad mea præcepta: sed quæ ego faciunda ac omittenda præscripseram, ea omittēbant profus: ad quæ tamen quisquis suã uitã institueret, atque factò ea præstaret, is per illa uiueret, neque unquã moreretur. Quin & sabbata mea, per quæ mihi in eis operandum & omnia agenda sunt, illis à suis ingenij

In die qua
elegi Israel
& leuauit
manu meam
pro stirpe
domus Iacob.

Irritauerunt
me domus
rael in deserto.

ingenij opere quiescentibus, nihil obserua-
 runt: adeo, ut hinc in deserto eos iratus ma-
 le affligere decreuerim, atque adeo fundi-
 tus eos deperdere: sed propter nomen me-
 um, ne illud apud gentes, quibus inspectan-
 tibus eos ex Aegypto eduxeram, conuicijs
 incessetur, parcere illis coactus sum. Non
 oblitus tamen tantæ huius ingratitude, in
 sancte admodum illis in deserto iuravi,
 quod in promissam illam terram, quæ lacte
 ac melle manaret, omniumque terrarum
 facile optima esset ac iucundissima, eos iam
 non introducerem: id quæ quod mea de fa-
 ciundis, aut non faciundis iudicia reiece-
 rant, atque ad mea instituta nihil uiuentes,
 sabbata mea profanarant: quippe qui et-
 tiamnum sua sectarentur idola, quæ ego iam
 olim non semel reiicienda censueram, atque
 etiam iusseram. Et cum ob hæc quidem me-
 ritò grauissimè plectendi essent, peper-
 ci tamen eis, ne ipsos perderem, atque si-
 mul omnes in deserto ad internecionem
 conficerem. Porro filijs atque horum ne-
 potibus ego in deserto præcepi, ne patrios
 illi imitarentur mores, ipsorumque inge-
 nio malo ac prauo ne responderent. Vnde
 in hunc modum eis locutus sum, ac dixi: In
 præceptis patrum uestrorum ne incedatis,
 neque quod illi rectum iudicant obseruetis,
 ipsorum idolis atque infano simulachro-
 rum cultu uos coinquinaturi. Siquidem mi-
 hi, mihi inquam data fides est, ut qui Domi-
 nus Deus uester sim. Itaque ad præcepta mea
 uiuite: & quæ ego faciunda, aut omittenda
 censui, obseruate, atque præstate. Itè & ea quæ
 ego institui sabbata sanctificate, ut signi lo-
 co sint, inter me uestrum Deum, & uos meum
 populum: ut illinc omnibus constet, quod
 ego sim Dominus Deus uester. Cæterum
 & hi, ex maiorum uestrorum filijs ac nepo-
 tibus prognati, paternis etiam uestigijs in-
 cedentes, ac ingenio planè simili suam insti-
 tuentes uitam, multam quoque mihi mou-
 erunt bilem, cum ad instituta mea seruan-
 da se nihil componerent: & quæ ego faciun-
 da decernebam, atque omittenda, nihil mo-
 rarentur ac contemnerent. ad quæ tamen
 quisquis hominum uitam suam instituerit,
 is per ea uiuet, nunquam moriturus. Quin
 & sabbata mea profanarunt, atque asper-
 nati sunt. Hinc itaque statui furibundus &
 in eos animaduertere, multaque ira perci-
 tus in deserto, simul omnes eos deperde-
 re. Sed & hanc meam iram repressi, atque
 pari ratione continui, habita nimirum ra-
 tione sacrosancti nominis mei, ne illud in-
 ter gentes male audiret, atque conuicijs in-
 cessetur, quando præ ipsorum oculis po-
 pulum hunc ex Aegypto eduxeram. Et rur-
 sus quidem alijs atque alijs modis prouo-
 catus, in ipso deserto nõ semel manus meas
 in eos libraui, diuexaturus eos, atque in-
 ter gentes quouis terrarum eos disperfim re-

iecturus: quod ijs quæ ego præscripsi reie-
 ctis, ac meis statutis cõtemptis, sabbata mea
 tam nihil morarètur, & quod sceleratis suis
 oculis ad patrum suorum idola respicerent.
 Cæterum postquam legibus meis bonis, san-
 ctis ac sibi commodis, tam præfactè parere
 recusarunt, ferenda eis dedi præcepta nõ bo-
 na, minimeq; cõmoda: quippe quæ per gen-
 tes eorum uictrices ipsis impono, de persola-
 uendo uidelicet ipsis quotannis tributo, a-
 lijsq; de oneribus quæ ferenda habent ex ho-
 stibus plurima. Reijciunt me sui amantè Do-
 minum: at nunc ferent se odientes hostes.
 Quodq; illi faciundum atque omitrendum
 censent, cogentur facere. Quibus præstan-
 dis tamen, non parabunt sibi uitam. Ad hæc,
 in ipsis muneribus suis, quæ mihi offerenda
 erant, & per quæ mihi fuerant sanctificandi,
 iam polluantur: siquidem primogenita sua,
 quæ mihi debentur, iam gentium idolis per-
 ignem lustrant, atque iisdem ea immolant: quæ
 sanè crudelissima impietas me incitat ad il-
 los perdendos, iuxta legis meæ commina-
 tiones, ut sciant quod ego sim Dominus mi-
 nimè contemnendus. Quando itaque huc
 impietatis uentum est, atque tam profundè
 se in crudelissimam demerserunt idolola-
 triam, tu fili hominis loquere cum domo
 Israelitica, atque dicito eis, sic dicere Domini
 Deum ipsorum: Præter alia infanda quam-
 plurima, etiam hac in re patres uestri me de-
 honestarunt, atque contemptui habuerunt:
 quod ubi eos de deserto in terram introdu-
 xi, quam sub iureiurando me illis daturum
 condixeram, continuo & hic scelera sceleri-
 bus concumulantes, ubicunque collem ali-
 quam uiderunt excelsum, aut arborem ali-
 quem expansis ramis amœniorem, ibi con-
 tinuo contra legis meæ præscriptum immo-
 lauerunt sua sacrificia: gentium planè more
 suas illic offerentes oblationes. quibus non
 modo me non placabant, atque sibi fauentio-
 rem reddebant: sed multam potius moue-
 bant mihi iram, sibiq; planè reddebant me
 infensissimum, cum per inobediẽtiam locis
 uetitis, ad exemplum gentium suauem illic
 suffitum facerèt, suatq; libarent libamina. Di-
 xi itaq; eis, indignanter eos rogitans, Quor-
 sum spectaret excelsum hoc altare, aut Ba-
 ma, ad quod tam frequentes conuenirent,
 cum alius eorum sacris faciundis à me præ-
 scriptus locus esset? Et uocatum quidem il-
 lud est, ex crebro adeo eius usu, Bama, siue
 excelsum, usque in hodiernum diem. Proin-
 de dic domui Israelitica, sic dicere Domi-
 num Deum ipsorum: An'ne ad morem pa-
 rentum ac maiorum uestrorum uos uiui-
 tis: quælibet eorum scelera imitantes, atque ex
 iisdem uos conspurcantes: quando in eandẽ
 planè idololatriã uos demergitis, eademq;
 idola sectamini. Cũ enim ijs quibus uobis
 collibitum est locus uestra munera offeritis,
 atque sacra facitis: cum proprios liberos

Dedi eis præ-
 cepta non
 bona.

Quid est ex-
 celsum, ad
 quod uos
 ingredis-
 mini?

insanda crudelitate ad morem gentium per ignem traducitis, ad quolibet idola uestra uos conspurcantes etiam ad huc usque diem, quo ob huiusmodi facinora in captiuitatem hac de terra uestra abducti estis. Dignum ne uobis uidebitur, ut per uos consultus uobis respondeam, scelerata Israelis domus? Ita mihi perstet mea uita, dicit Dominus, non patiar a uobis consuli, neque consulentibus uobis uel uerbulum aliquod dignabor re-

Viuo ego, dicit Dominus Deus, quoniam in manu forti.

spondere: & quod apud uestros animos cogitatis, atque statuistis, id minimè fiet. Speratis enim atque dicitis, uos gentium fore similes: atque uos facturos, ut alia faciunt mundi nationes, quæ idola colunt lignea & lapidea: quasi sic facientibus uobis rectius futurum sit, & melius, cum nulla interim de re alia magis huc calamitatis uentum uobis sit. Sed ego si uiuo, dicit Dominus Deus, manu ualida & coactrice, & brachio ad uerberandum subducto ac librato, furibundè respondens, in officio continebo uos, ut aliquando ex gentibus, inter quas nunc affligimini, uos reducam, atque de terris, in quas potente manu ac minaci brachio, plurimum commotus uos dispersi, rursus uos colligam: & adducam uos in desertum eius populi, inter quos nunc agitis. Et hic sanè remotis arbitris liberrimè sacrosancto nomini meo illatam iniuriam ulciscar. Iudicio enim illic uobiscum contendam, coram, ac nemine mihi obsistente, causam meam acturus. Quemadmodum cum patribus uestris in deserto terræ Aegyptiacæ disceptaui, pari omnino modo disceptaturus sum uobiscum: sed ut illis propter nomen meum parcere coactus sum, ita non fiet uobis. Ratum autem ac certum id uobis est: siquidem ipse Dominus Deus ita dixit, atque

Subijciam uos sceptro meo, & inducam uos in uinculis fœderis.

locutus est. Sub uirga directionis meæ cohibitos, deducam uos in uincula fœderis, quod uobiscum nouum feriam, ac sempiternum. Verùm qui inter uos rebelles dirigi nolunt, atque mea præcepta transgrediuntur, hos ego segregabo, de terra habitationis suæ eos reiecturus, ita ut ne unus quidem ex ipsis in terram Israeliticam rediturus sit, quantumuis id etiam studeant & laborent: & cognoscetis, me esse Dominum, uerbaque mea me præstare. Cæterum uos, qui de domo estis Israelitica, quando me simulanter, & nihil ex animo colitis, & ex uestra sententiâ potius quam de meo præscripto uiuistis, sectamini sua quisque idola: atque illa, quando mihi parère recusatis, colite atque adorare: non amplius, muneribus uestris per hypocrisin oblati, atque per idola etiam uestra, sacrosanctum nomen meum polluentes. Citius facilius que tuleram manifestarios idololatrias, quam scelerata hypocrisis meum cultum, ac mei amorem fingentes. Sed quid uobis illa successura sint, expectate, Certè in monte mihi san-

cto, in monte Israelis præalto ac electo, in electissimi nimirum populi mei ecclesia, dicit Dominus Deus, ibi mihi uniuersa domus Israelis seruiet. Vniuersa inquam: idè in terra, quam ego creaturus sum nouam, cum cælo nouo. Ibi multa beneuolentia eos profecuturus sum: & oblationes uestras, & donorum uestrorum primitias, in omnibus sacris uestris auide desideraturus sum, ut quæ gratisimæ mihi futuræ sint. Et quia Messia nostri bonus odor eritis, animo ero in uos optimo, ac uestri amantissimo, ubi uos ex populo idololatriæ eduxero, ijs que de terris, ac terrenarum rerum desiderijs congregauero, in quas nunc dispersi estis. Quæ res mihi apud gentes summæ laudis erit, ac gloriæ, & scietis quod ego sim Dominus, cum uos in terram Israelis, ueræ que ecclesiæ consortium induxero: in terram, quam non sine iuramento patribus uestris me promisi daturum. Et ibi quidem recordantes, quibus incesseritis uis, & quæ uestra fuerint studia, per quæ uos conspurcatis, cum rubore uos uestri pudebit, quod tam multa ac enormia sint uestra flagitia, quæ designastis: & scietis quod ego sim Dominus, cum propter nomen meum uobis pepercero, atque misericorditer egero: & non ita, ut uestra merentur facta mala, conatusque uestri multo pefsimi, dicit Dominus Deus. Verba autem rursus mecum faciens Dominus: Fili, inquit, hominis, obuerte faciem tuam ad uiam australem, qua hinc Hierosolyma itur: & uaticinare contra meridiem aut austrum, ubi Hierusalem est. Uaticinare inquam, aduersus saltum agri meridionalis, qui & uirides habet arbores, & aridas: & iubero illum audire uerbum Domini, cuius uerba ad ipsum sic habent. Ecce ego accendam in te ignem, qui consumpturus est in te, quicquid habes arborum, siue uirides illæ sint ac humidæ, siue etiam exaridæ ac emortuæ. Erit autem incendij huius talis flamma, ut alia aliam subsecutura sit: talis que futurus ignis, qui non extinguetur. Et facies omnium qui huic incendio uicini erunt, adurentur, atque sentient incommo- dum, à meridie usque ad aquilonem. Et quilibet quidem hominum uidebit, quod ego Dominus ignem hunc accenderim: qui sanè non prius extinguetur, quam ego quicquid meo in animo statui, perfecero. Hic ego parabolis ram inuolutis, & malè ominatis offensus, Ah Domine Deus, inquam, populus hic me ferè ridet, atque obprobando dicit, Parabolas ne suas hic nobis parabolicè pergat loqui, ut qui intelligi nolit, atque obscure dictis se uenditare uelit pro propheta?

Hic Dominus apertius mecum loquens, sine omni parabolarum inuolucro, quod tectè prius dixerat, mihi in huc modum

In odorem suauitatis suscipiam uos.

Pone faciem tuam contra uiam aijri.

CAP V T XXI

modum aperuit: Fili hominis, obuerte faciem tuam Hierusalem uersus, & uaticinare aduersus templum mihi sanctum, atque adeo aduersus totam terram Israeliticam, siue Iudææ regionem, cui dices, sic dicere Dominum: En ego aduersum uos bellaturus prodibo, & educā de uagina sua gladium meum, & occidam in te tum iustum, tum impium.

Quia uero in te & iustum occisurus sum, & impium, atque de hac uestra calamitate circumiacentes te ciuitates gauisuræ sunt: idcirco educetur gladius meus de uagina sua in quemuis obitum hominem, à meridie ubi uos agitis, ad aquilonem usque ubi Babel est: & sciet quilibet quod ego sim Dominus, qui gladium meum de sua uagina eduxi: in quam non recondetur, priusquam uoluntatem meam omnem perfecerit. Tu itaque fili hominis, quando certo certius est, hæc esse futura, ingemisce atque suspira, ut qui corde mæsto ac miserè afflicto sis. Amare inquam atque altum suspirare atque ingemisce, id que ipsis inspectantibus. Quos tuos gemitus mirati, si te rogent quid tam miserè ingemiscas: dicito te id facere de

rumore bellico, atque propter malum quem acceperis nuncium, de aduentante aduersus eos exercitu, ita ut non diu futurum sit, quin & ipsi multo in gemitu futuri sint, atque longè mæstissimi. Aduenit enim hostis, & corda ipsa cunctos destituent atque liquefcent, ita ut manus omnes nihil ualituræ sint. Omnium que animi concident, ac ueluti spe omniniblablata, multo in mærore erunt. Et genua ipsa colliquescentia, ac omni robore destituta, uix hominem ferent. Et ecce iam iam uenturus est hostis, & certo hæc fient, dicit Dominus Deus. Et continuans suum mecum sermonem Dominus, dixit: Fili hominis uaticinare, ac dicito sic dicere Dominum Deum: Quod uobis locutus sum de gladio, gladius

erit exacutus, & etiam expolitus. Exacutus quidem, ad cadendas uictimas: & ut splendore suo uidentem perterrefaciat, expolitus. An gaudere quisquam poterit, quasi in hostem ille stringatur? Imò sceptrum atque regnum filij mei Iuda deperdere paratus est, magis quam ullam nationem aliam. Missus autem iam est, ut expoliatur, atque ut addito manubrio, quo teneri possit, à macheropo absoluatur. Gladius inquam præacutus est, idem que expolitus, qui tradatur in manum

intersectoris, in manum Nabuchodonosoris regis Babylonij. Tu itaque fili hominis, clama, atque ciula super populi strage hac. nam gladius hic distringitur in populum meum, atque in omnes terræ Israeliticæ principes. Luctus, uariis que pavor ex gladio hoc, populo meo incutietur. Proinde percusso femore tuo, plange, atque dolorem tuum testatum redde: siquidem ad omnes probandos immittitur, si qui fortassis respiscant. Porro si sceptrum Iudaici regni non feriret, neque probaret: quæ tunc ad respiscientiam esset inuita-

tio: Sed Dominus Deus negat ita futurum, in Iudaicum regnum huic gladium maximè strictum esse affirmans. Proinde tu fili hominis, uaticinare, atque complofis discussis que manibus ostende mærorem, animique tui angustiam. Nam gladius quàm plurimos perditurus, conduplicabit atque ingeminabit suas uires: ita ut duplo ac triplo maior clades futura sit, quàm à prophetis prædictum est: siquidem magnæ atque eximie cædis erit, interfectorum scilicet magnates etiam, atque eximios præstantissimos que terræ principes, quos in secretioribus quoque ipsorum conclauibus, ac ædium penetralibus anquiret. Vt autem corda ipsorum dissoluatur, animum que despondeant, ac uaria sint offendicula, tumulum eis excitabo in omnibus ipsorum portis, atque locis populo maximè frequentatis, ut facta illic cæde simul omnes perterresiant. Heu miserum me, ardentem clypeos, atque æra micantia cerno, quæ hastenus suis uaginis fuerunt recondita. Atqui nunc ea distringuntur ad exercendam lanienam: sed tu ensis qui te in omnè uibras partem, uel in dextrum te obuerte, uel in sinistrum, utrocunque uoles, ac destinatus es. Cæterum tu fili hominis, manus quidem tuas complodis, populi commiseratione ac multo metu perculsus: uerum ego complofis item manibus hostem incitabo, qui eos mactet, perimat & perdat, ut irato meo animo satisfaciam, ipsum que expleam. Ego Dominus hæc locutus sum, eadem que præstabo. Locutus autem rursus mecum Dominus est, ut qui iam in foribus ipsoque limine Hierosolymorum esse excidium significaret, ac dixit: Fili hominis, sige tibi duas uias, per quas gladius Babylonij regis in hostes suos ueniat: id que ita, ut ambæ una de terra egrediantur. Et delige tibi locum, ubi duæ illæ uix coeuntes, exitum uelut in biuio teneant, ita ut hac uia gladius feratur in Rabbath, Ammonitarum metropolin, qui fidem quoque Babylonio soluerunt: hac uero, in Iudaicam terram, aduersus munitam Hierosolymorum urbem. Nam rex Babylonius periurum hoc fœdiferorum hominum genus ulcisci statuens, constitit in biuio, ubi duæ uix conueniunt, sorte exquirens, atque auspiciū sumens, utram uiam primū ingrediatur, eam ne que ad Ammonitas tendit: an alteram, qua Hierosolymam uersus iter est. Et huic negotio exterfit atque exacuit telorum suorum feramenta, de quorum splendore auspiciū capiat. Visurus item, ubi illa ei aculatus erit in æra, quo nam propendeant, iam in terram delapsa. Oraculum autem idolorum suorum in consiliū adhibēs, simul & spirantia consulit exta: & ecce tum tela, tum idola, tum etiam inspecta exta, dextram uiam ineundam suadet, qua Hierosolymam tenditur: ut huic, oppugnaturus eā, suos adhiberet belli duces, qui ad exercendam eadem exercitus inhorta-

Pone tibi duas uias, ut ueniat gladius regis Babylonis.

ingemisce in contrito melamborum, & in amaritudinibus ingemisce corā

Clama fili hominis, quia hic factus est in populo meo.

10

20

30

40

50

60

rentur.

rentur, animumque adderent, ut item sublatis uocibus Hierosolymitanos perterrefaceret, ad motis ad portas arietibus, quibus urbis moenia conuellat, ac dissipet, ducto aduersus eos aggere, atque munitis constructis turribus, nempe ut ex his tutius pugnent, & post illi tuti lateant, neque impeti possint. Miseri uero Israelitae rem omnem hanc aspectantes, sibi persuaserunt uanum ac nihili esse, non credendum purantes diuinationibus huiusmodi: siquidem Chaldaei iuramento se Israelitis obstrinxerunt, nihil tale se aduersus eos molituros. Nabuchodonosor uero rex, reducit sedefragi Sedechiae periurium in memoriam, ob illud bello eum aggredi, ipsumque capere connitens. Propterea sic dicit Dominus Deus: Postquam effecistis, ut sceleratissimi periurij uestri obliuisci non possim, dum scelera uestra iam aperta sunt, & peccata uestra ex omnibus, quae conamini ac studetis, toti mundo conspicua, ita ut ea negare nulla uia liceat, ideo erit ubi meminero, quippe qui manu illa hostili, quam noftis, capiemini. Et tu Sedechia, scelerate, impie, ac sedefrage Israelitici populi dux, cuius iam luendi huius mali dies aduenit, atque propter periurij iniquitatem regni finis, sic dicit Dominus Deus: Auferam sacerdotalem infulam ac dignitatem, Iosedec pontifice in captiuitatem abducto: & te uinculis astricto, tollam coronam regiam, quae iam non amplius futura est, quod fuit, ut extollam humilem, & exaltatum humilem: ut superbum Sedechiam de primam, & humilem Mefsiam in altum efferam: obliquam, incuruam, & compressam redditurus sum eam, ne cuius capiti longo iam tempore conueniat. Non feret eam Asir, non Salathiel, non Phadaiah: neque quisquam ex Iechoniae regis filijs alijs: sed sub Zorobabele restorere incipiet: uerum non erit ea magnificentia qua fuit: donec is adueniat, cui omne iudicium datum est. Huic iustum ac uere Israeliticum populum, regiam dignitatem, ac magnificentissimam sum traditurus coronam. Sed tu fili hominis, ne Ammoniticus populus sic tractatis Iudaeis, suum sibi putet periurium inultum fore & impunitum: uaticinator atque dicito sic dicere Dominum Deum ad filios Ammon, & ad ea quae in populum Israeliticum eiuculantur conuicia & opprobria. Dicito eis gladium, gladium inquam ad ipsos interficiendos distinctum esse. Est autem ille politus & pulchre subactus, ut multis occidendis par sit, cunctosque suo fulgore perterreat. Vates uestri uident uobis uana, ac uaticinantur uobis laeta omnia: sed diuinant uobis splendida mendacia, per quae uos impijs Israelitis prius occisis associent, atque ipsidem uos adnumerent. nam horum certe sui mali luendi dies aduenit, atque iam praemanibus est, ita ut propter periurij scelus interiturum plane eorum regnum sit. Continuone iam in uaginam suam recondeatur gladius, postquam Israeliticis tribus in Assyriam, & Iudaici regni populum ad Babylo-

Tu autem profane, impie dux Israel, cuius uenit dies.

Micro macro euagina te ad occidendum, lima te ut interficias.

nios abegit: Minime gentium. nam & tu o Ammonita senties eum. Verum ad eundem modum non abduceris in captiuitatem: sed quomodo in loco es creatus, nempe in terra habitatorum tuarum, ibi te iudicabo, atque in te animaduertam. Senties enim me iratum ac grauiter commotum, quippe qui ueluti folle excitabo in te ignem irae meae. Et tradam te in manum hominum temerariorum, ac crudelissimae saeculorum: qui interimendorum hominum truculentissimi erunt artifices. Igne namque comburis, qui omnia aedificia tua consumeret. Et sanguis tuus per mediam profluet terram. Itaque totus deperderis ac uastaberis, adeo ut nullae tui memoria remansura sit. Haec Dominus ergo uobis locutus sum, quae futura propediem sunt praedicens, atque uos praemonens.

CAPVT XXII.

Speciatiim autem omnem suam iniquitatem Hierosolymitanis significare uolens Dominus, rursus me alloquens: Fili hominis, inquit, an non indicabis? Non indicabis inquam, atque de suis sceleribus sanguinariam ciuitatem coarguere audebis, nisi ego te confirmem, atque incitem? Ne quid timeas, atque indica ei cuncta sua infanda, atque abominanda scelera, dicitoque ei sic dicere Dominum Deum: O miseram ciuitatem ac multis lachrymis deplorandam, quae tantum innoxij sanguinis in medio sui profundit, ut iam impletis suis iniquitatibus tempus appetat, quo ipsa perdat. nam & idola magno suo malo fecit, per quorum cultum, a Deo uero sese alienans, mirum in modum se polluit atque defecdat. Plurimum certe & crasse peccatum est, quando multum adeo profudisti innoxij sanguinis. Cui malo per se nimium graui, cum & cultus illos addis idololatrias, nonne turpiter nimis inexpiabilibus te contaminas sordibus? Nonne hoc pacto desolationis tuae dies acceleras? & ad annos captiuitatis tuae festinas? Propter haec tam non ferenda mala, feci ut gentibus opprobrio sis, quae tibi conuiciantur, atque illudant, & ut totus terrarum orbis sui te habeat atque contemptui. Et qui iuxta te habitant: & qui longissime a te absunt, simul omnes te subsannant ac despiciunt, quod male adeo nunc audis. Quae olim summo in honore eras, maximaque in gratia, nunc omnibus sordes, ac nomine infami ac pessimo planes, unde & grauiter affligeris. Nam & ipsi principes Israelitici, quorum partes erant misero popello omnem iniuriam defendere, pro suo quisque uirili student innocentes opprimere, atque ipsorum sanguinem profunderere, non ferentes quenquam qui uera ipsis denunciet. Patrem aut matrem, quibus male dicere, aut durius loqui capital est, ipsi liberi intra te nihili pendunt, atque contumeliose habent. Peregrinos apud uos agentes, de quibus & data lege solliciti caui, hos calumniantur, atque despoliant. Pupillos ac uiduas, a quibus omnem iniuriam propul-

Appropinquare festis dies tuis, & adducere tempus annorum tuorum.

fatam decebat, hos quoque miserè affligunt,
 multumq; in mœrorem inducunt. Quin & ea
 quæ mihi sancta sunt & dedicata, quas scilicet
 mihi offertis hostias, contra legis meæ præ-
 scriptum, claudæ, cæcæ aut alioqui uiciose
 sunt, ac parum bonæ. Ipsaq; sabbata mea uiol-
 lare nihil uereris, ô improba Hierusalem. Viri
 obrectatores atque delatores te inhabitant,
 qui nihil æquè studio habent, atque ut rectè
 monumentum innoxium sanguinem profun- 10
 dant. Quin & idolis apud uos sacra fiunt in
 montibus, ubi & uescimini idolothytis. Et ut
 breuiter dicam, cum te præ omnibus ciuita-
 tibus piam esse deceat ac sanctam, nullo non
 scelere te contaminas, atque deturpas. Sunt e-
 nim in te, quibus ne cum nouerca quidem pa-
 tris sui uxore concumbere religio est, atque
 mensibus suis laborantes comprimere, alie-
 nasq; permolare uxores. Imò socer abominā-
 dum hoc scelus designat, ut ausit rem habere 20
 cum nuru, & frater cum sorore eodem patre
 progenera. Hæc omnia si libeāt, licere quoque
 putant. Hinc & muneribus capti, eò adducun-
 tur, ut innocentum, ac nihil mali commerito-
 rum sanguinem, perquam crudeliter profun-
 dant, ex commodata equam tenuiter pecunia
 stenas accipientes, nimirumq; luorum, & re ini-
 quæ parta, uilerisq; extorta, te ac tuos cū mul-
 ta proximi iniuria locupletasti. Itaq; omnibus
 malis irretita, mei planè oblita es, dicit Domi- 30
 nus Deus: & ecce hæc tuam auaritiã tam im-
 probam agrefere, atq; de eã indolescens, cõ-
 plosi manus meas, indignissimè item ferens
 innocentum ac proborum uirorum cædes, in
 medio tui factas. An cor, animusq; tuus subsi-
 stet: ac ferendis ijs, quas ob hæc feres, pœnis
 par eritita ut robustis futura sis manibus, tuc
 temporis, quãdo ego te pro tuis meritis sum
 tractaturus? Ego Dominus locutus hæc sum,
 atque quæ te maneat pena prædixi: neque a- 40
 liter certè tibi sum facturus. Dispergam enim
 te in quasuis gentes, quolibet terrarum te dis-
 iecturus, ut consummata atq; plena sit pollu-
 tio tua, quando & uxores & filia uestre ab ho-
 ste uictore polluentur, atq; uitiabuntur. Et tuc
 quidem non in Domino, sed in te tuam habe-
 bis hæreditatem, ita ut impiæ gentes cognitu-
 re sint, quod à Deo reiecta sis. Quibus quidè
 immerita malis, cognosces quod ego sim Do- 50
 minus. Fecit autem iterum mecum uerba Do-
 minus, uolens nimirum ostendere, quãt exa-
 ctum ac graue ipse de sceleratis facturus sit iu-
 diciũ, & dixit: Fili hominis, qui sunt de domo
 Israel, quos mihi uelut aurum atq; argētum
 purum putum esse decebat, degenerarunt in
 putrem ac immundam scoriam, ac reiectamē-
 tum, simul omnes enim nihil aliud quãt æs,
 stannum, ferrum, atque plumbum sunt. Dum
 enim in medio fornacis uarijs afflictionibus 60
 explorantur, non argentum, sed argenti sco-
 ria esse deprehenduntur, nullis castigationi-
 bus meliores facti. Quando itaque Dominus
 Deus de uobis nullam spem habet reliquam,

sic ille uobis dicit: Postquam simul omnes in
 scoriam degenerastis, ac modis omnibus inu-
 tiles facti estis, ecce ego uos omnes congre-
 gabo in medio Hierusalem, ueluti congeriem
 quandam argenti, æris, ferri, plumbi, atque
 stanni in medio fornacis, ut flatu meo ignem
 super ipsam excitem, ipsamq; liquefaciam, &
 quid ualeat explore. Congregabo inquam
 uos iratus, ac grauiter commotus, & uelut in
 fornace relictos liquabo, atque exploraturus
 uos sum. Quemadmodum autem in fornace
 liquecit argentum, ita uos colliquefcetis in
 media Hierosolymorum urbe. Et scietis quod
 ego Dominus indignationem meam effude-
 rim in uos. Rursum uerò Dominus me af-
 fatus, ac speciatim cuiusuis conditionis homi-
 nes coarguere me uolens: Fili hominis, in-
 quit, dic terra Indaicã, quod terra sit minime
 mundata siue abluta, quantumcunque ego
 eam per prophetarum meorum oracula, sub
 instantem calamitatem, cœlitus complui, at-
 que irroraui. Coniurati pseudo propheta, qui
 in medio eius sunt, ut iuum regnum stabiliãt,
 nihil que inter se dissentire uideantur, perin-
 de se habent, ut leones aliquot rugientes ac di-
 serpentens prædam, tanta crudelitate irruunt
 in eum, si quis quicquam ab ipsis diuersum
 proloquatur, aut sentiat. Nõ enim aliud quãt
 lara ac prospera populo deprædicant: & si qui
 aliter facere deprehensi sunt, hos illi continuo
 curarunt necandos, bonis eorum, & si quid
 preciosum habent, statim confiscatis. Itaque
 compluribus uiris bonis interfectis, multas
 fecerunt uiduas, pluresq; pupillos: & quod ad
 sacerdotes attinet, cum horum partes essent,
 populum docere legem meam, nihil fecerunt
 minus, sua potius decreta ac præcepta popu-
 lo obtrudentes, quãt quæ ego præscripsi. Et
 quæ mihi sancta atque dedicata offerenda
 sunt, integraq; ac sine uitio omni esse oportet,
 illa adduxerunt manca ac mutila, nullum di-
 scrimen facientes inter sanctum & profanum.
 Inter mundum & immundum non docuerunt
 plebem dignoscere. Quin & à sabbatis meis
 auerterunt oculos, parum attentos se ad ea
 præbentes, ne putarentur uidere, si quis ea sol-
 ueret. Itaque nomen sanctum meum polluunt,
 me dehonestant atque contemnunt. Princi-
 pes autem urbis ac uiri aulici, nihil aliud
 quãt lupi sunt, qui prædam aliquam nacti,
 eam discerpunt ac dilaniant: non in aliud in-
 cumbentes, quãt ut innocentum ac proborum
 uirorum sanguinem fundant, quoties il-
 lis parum ad gratiam loquuntur. Itaque miseros
 perdunt, & auaricia ac lucro inhiant, in-
 terfectorum bonis potiri studentes. Porro
 qui se inter eos pro prophetis uenditant, luto
 nihil tenaci parietes ipsorum incrustant, ui-
 dentes nimirum uana ac falsa, & speciosa men-
 dacia ipsis uaticinantes, dum dicunt sic dicere
 Dñm Deũ, cum tamè Dñm neq; uiderint, neq;
 audierint, nihilq; ipse eis sit locutus. Promi-
 scũ aut regionis uulgus, mutuo se opprimũt,
 atq;

Tu es terra
 immunda, et
 non complu-
 ta in die ju-
 roris.

Principes au-
 tem in medio
 illius, quãt
 lupi rapien-
 tes prædam.

Numeri ac-
 ceperunt as-
 ped se, ad
 ascendũ
 sanguinem.

atq; alius alium deprædantur, pauperes etiam & egenos affligentes, atq; peregrinum quoq; hominem, absq; iudicio manifesta iniuria opprimentes. Et quæsiui quidem inter eos uirum qui huic malis obuiam iret, atq; sese ueluti sepe opponeret, aut qui me exacerbatum sua oratione placaret, intercessorem se præbens apud me pro terra, ne eam uastarem: sed neminem inueni. Sentient itaq; furibundam meam iram, quando multa ira exandescens eos conficiam, pro suis factis ac meritis eos tractaturus, inquit Dominus Deus.

CAPVT XXIII.

Postquam hinc in modum Dominus Hierosolymitanos homicidij, summæq; in proximum crudelitatis damnauit: iam rursus sub parabola duarum meretricum eos adulterij criminatus, culpâs eos de soluta quâ ipsi dederant fide. Agit autem tum aduersus Israeliticum populum, qui decem tribubus constans, Samariam pro metropoli habebat: tum etiam aduersus Iudaicam gentem, duarum tribuum, quarum primaria ciuitas Hierusalem fuit. Sermonem itaq; mecum exorsus: Fili hominis, inquit, duæ fuerunt mulieres eiusdem matris filia: & hæc parum honestè uitam suam instituentes, in ipsa adolescentia sua in Aegypto ambæ scortatæ sunt, conuassatis atq; confraetis illic iberibus suis. Vbera inquam uirginitatis ipsarum illic fuerunt læsa atq; contusa. Ut autem nominatim eas tibi perstringam, altera quidem earum quæ maior fuit, Ahola dicta est: soror uero eius uocata fuit Aholiba: factæq; sunt mihi coniuges, & complures mihi pepererunt filios & filias: aut ut notiore nomine tibi eas nominè, Ahola Samaria est, regnū scilicet decem tribuum. Et Hierusalem cum omnibus qui regni sunt Iudaici, hæc Aholiba est. Et Ahola quidem me sponso ac marito parū contenta, indulgere cepit scortationi, ac deperire in suos amatores Assyrios, ueluti sibi propinquos siue cognatos, eiusdemq; ingenij uiros. Vestiebantur enim hyacinthinis, erantq; uiri duces, satrapæ, ac magnates, & simul omnes iuuenes pulchri, atq; ad amorem illecebiles, equites nimirum qui equis ueherentur. Cum his scortata est, nempe cum dilectissima Assyriorum iuuentute, & cum omnibus quos tamen perditè deperijt, inquinata nimirum ex omnibus Assyriorum idolis. Postquam enim horum amicitiam, familiaritatē & auxilia ambiijt, ipsa quoq; quo illi, cepit esse moribus, & simul ut ipsi, idololatricæ sordibus sese conspurcare. Veterem enim scortandi morem, quem apud Aegyptios imbiberat, non omisit. Cum his enim ab ipsa adolescentia sua, antequam nupta unquam mihi fuit, rem habuit: qui compreis iberibus eius, uirginitatis florem mihi præripuerunt, scortationes suas complures, uarijs ac speciosis ceremonijs, splendidaq; idololatricæ in eam effundentes. Idcirco tradidi eam libidini amatorum eius, in manum uidelicet Assyriorum, quos scædè adeo deperijt, ut con-

discat præter meam uoluntatem comparata auxiliâ, in malum semper uergere. Atqui Assyrius ille populus, multo ignominiosissime tractauit, & filijs & filiabus eius turpissime abutentes. Quin & ipsam occiderunt, nempe quos effictos senes habuit, ac uagientes infantes, qui scædis amoribus, aut operi faciundo fuerunt inidonei. Et hinc tale de ea sparsum nomen est, ut alijs mulieribus siue nationibus exemplo facta sit. Quas eius certè malo sapere cõdecet, postquam duro adeo iudicio in eam animaduersum & scæuitum est. Atqui soror eius Aholiba satis omnia hæc, non modo hinc nihilo melior facta est: sed longè ardentiore amore capta, multo magis scortado insanijt, quàm soror ipsius, adeo ut iudum iocūque diceret sororis facta, præut huius rabies quæ dedit. Perdite enim Assyrios quoq; adamauit, duces, satrapas atq; magnates, ueluti sibi propinquos atq; cognatos. holoserico enim ac bysso, omnique precioso uestitus genere conuestiebantur atq; uehebatur superbis suis equis, erantq; simul oēs præstatisimi, atq; ad amorem pellacissimi iuuenes. Et uidi quidem, & hæc polluta esset, pariterq; eadē uia incederet, pari improbitate & impudētia: sed & hæc præter oēs suas cum his, fornicationes, parumq; contenta quod Assyrijs omnibus sui copiam faceret. Postquam in tabulis ad parietem appensis, depictos uidit uiros, qui Chaldæorum formam iustis coloribus exprimerent, renes suos lato cingulo accincti, & tiaris uarij coloribus ex capite à tergo dependulis, quorum omnium species erat ueluti magnatum ac principum uirorum, per omnia eodem ornatu quo Babylonij in Chaldæa, solo suo natali ornantur. Hos inquam, ubi ita solum depictos conspexit, continuo deperire incepit, quorū iam amore inardescēs misit legatos in Chaldæam, amicitiam eorum ambiens, atq; in ipsorum amorem se insinuans. Et Babylonij quidem sollicitati, ad eam in cubile amatorum ingressi, conspurcarunt, ea scortatione siue idololatricæ sua, animi sui libidinem omnem in ea explentes. Et horum amoribus aliquantisper potita, tandem alieniore ab eis cepit esse animo. At ego, postquam impudens adeo propalam scortata fuit, omnemq; suam ignominiam, omni pudore posito sic detexit, neminem celauit, abalienauit omnibus quoq; modis meū animum ab ea, nihilq; affectus sum erga illam: quomodo & à sorore eius me abalienauerat. At illa magis ac magis scortationibus indulgens, sua perrexit uia, ita ut Dominus nouorū ac ueterum omnium memor recordatus sit eam dierum adolescentiæ eius, quibus sese in Aegypto prostituuit, ita ut uix fieri posse putet, ut à uetere salua, & illic imbibita idololatricæ auelli possit. Deperijt enim in concubinos suos, præstrenuos illos, arque ita mutonatos Chaldæos, ut uel cum asinis certare possent, quorum & fluxus seminalis perinde se habet, ut equorū. Sed tandem cogitare cepisti, quàm grauitè

Samaria
Oolla, &
Hierusalem
Ooliba.

Quod est
differ. soror
eius Ooliba
plus quam
la infantia
libidine.

grauiter peccasses ipsa tua adolescentia, quando ab Aegyptijs cōpressis uberib. tuis uiciata es, ac uirginitatis florē deperdidisti. Idcirco tu Aholiba, sic dicit Dominus Deus: Ecce ego incito aduersum te amatores tuos, quos iam fatis atq; exosos habes, & adducam eos cōtra te, ut te circumcirca obsideant, atque coarcent: nempe Babylonios ipsos, atq; simul omnes Chaldeos, duces strenuos, ac praeferos, simul & omnes Assyrios cum ipsis, iuuenes ad amandum pellacissimos, duces, satrapas, & magnates omnes, uiros heroes, ac magni nominis, qui omnes equis uehuntur. Hi autem non iam ad amandum, sed ad perdendū te adfuturi sunt. Venient enim aduersum te rhedis, curribus ac cuiusuis generis uehiculis, cum innumera hominū multitudine: circumdabuntq; te, nō iam amicis & blandis amplexibus, sed lanceis, clypeis, galeis & gladijs, reliquoq; belli apparatu. Siquidem daturus illis sum potestatem, ut te iudicent, atq; pro ratione suę legis te condēnent, ac de uiolato scēdere te puniant. Quin & ego pro mea zelotypia sic aduersum te agam, atq; illorum truculentiam exacuum, ut furibundi natorum atq; aures tibi praescindant: id quod adu-
 teris praescripta lege fieri consuevit. Auferam enim tibi quicquid praestās habes & eximium, nempe ut sine rege sedeas, & sine sacerdote. Et nouissimi abiectionesq; in te uiri, ipsum scilicet uulgus promiscuum gladio perimetur. Porro filios ac filias tuas auferent, atq; secum abuehent, ut ipsis seruitutem seruiant. Et si qui in te erunt reliqui, hos consumet ignis, ac diu duratura calamitas. Certē ne uestes quidem tuas tibi facient reliquas: & quicquid preciosum habes & eximium, id tollent tum ē domibus uestris, tum etiam ex ipso tam dilecto uobis templo. Nam finem tandem facturus sum sceleri tuo, atq; idololatrię scortationi tuę: cui ab ipsa adolescentia tua apud Aegyptios assueuisti, ita ut non amplius oculos tuos ad Chaldaeos sublatura sis, ut quę auxiliij quicquam ex eis speres: ut item Aegypti quoq; non amplius tibi in mentem ueniat. Sic enim dicit Dominus Deus: Ecce ego te traditurus sum in manus eorum quos odisti, atq; nausę tibi sunt: & hi ex multo tui odio iniquissimē tecum agent, durissimē te tractaturi. Quicquid enim tuo sudore ac labore partum habes, id tollent hi, neque quicquam tibi reliqui facient. Dimittent enim te nudā, ac multa ignominia oppletam, adeo ut non sis habitura quo uerenda cōtegas: quā quidem rem ne mihi imputaueris, sed tuis sceleribus ac turpissimis scortationibus eam acceptam ferto. Faciā autem tibi omnia hęc, quod impudenter adeo gentes scortando sectata sis: & quod per quęuis earum idola te conspurcaris. in uia enim fororis tuę, quę exemplo tibi esse debuerat, ambulasti, eadem planē designans quę illa: quare & eum quem illa bibit calicem, tibi in manum tradidi, ut de eodem bibas poculo. Sic autem dicit Dominus Deus: De quo bibit poculo aut calice soror tua, de

eodem bibes & tu, lato sanē ac profundo. Erit autem tantus ille, ut gentes omnes te risurę sint, ac subsannaturę: tanta erit magnitudine & capacitate, unde & ebrietate ac mentis inopia repleberis, calicem desolationis atque uastationis bibens. Calicem nimirum sororis tuę Samarię, quę nunc desolata prorsus iacet, ac uastata. bibes inquam calicem hunc, torumq; exhaustis: & prę multa animi angustia, ac potus acerbitate, in testas ac frustra ipsum commisures: & euulsis de capite tuo pilis, ipsa etiam ubera tua discerpes, atq; perditas uoles: id quod me tibi praedixisse, meminisse te uolo, dicit Dominus Deus. In summa, hoc est quod Dominus te obiurgat, atque tecum expostulat: quando quidem mei, qui tantis, multisq; adeo beneficijs te profecutus sum, oblita fuisti, & me sic de te meritum post tergum reiecasti, iuro & tu nunc reiecta, tuorum scelerum ac fornicationum pœnas bene commeritas. Dominus autem a me iudicium atque prolatam sententiam desiderans, & sorores has me condemna re uolens: Fili hominis, inquit, an non iudicabis, prolataq; iusta sententia mihi condemna bis Aholam & Aholibam? Iudica inquam, atq; condemna eas, ut sciant quā abominanda commiserint. Adulterium enim commississe eas in confesso est, ac liquidō constat: & homicidij nulla ratione se expurgare possunt: siquidē manus habent ex innocentum cæde etiam nū sanguinolentas. Cum idolis enim suis merchantes, quos mihi genuerunt filios, eos per ignem traducunt, atq; idolis epulandos immolant: tanta earum impietas, tamq; inhumana crudelitas est. Liberi earum octauo die per circuncisionem in scēdus meum recepti sunt, mihi nomen dantes: & eosdem, non ita multo post, alienis dijs immolant, ubi malis flammis uratur, initiati Clario, Bernesio, Barucho, Nisrocho, aut hoc genus alij deo: quin & hoc faciunt mihi. Eodem die quo hęc tam impia, tam horrenda & crudelia designarunt, non uerentur neque timent meum adhuc ingredi in templum, atque illud polluere: uiri scilicet pij adhuc, sancti ac boni, & sabbatorum meorum pulchrē obseruantes, dum per illa hunc in modum malo demōni atque idolis sacrificant, me planē contempto ac reiecto. Vbi inquam sceleratis idolis filios suos mactarint, eodem illo die in templum meum sese sub oculos meos ingerere, atq; illud sanguinarijs suis manibus profanare non sunt sceleratissimi homines reueriti, aufuri opinor id ipsum etiam in ipsa domo mea: Præter omnia autem hęc, & hac me afficiunt iniuriā, quod miserint ad uiros, quibus remotissimis ex regionibus ad pias has sorores ueniendum est: idē curant transmissio legato, ut ab his, Babylonijs nimirum, ac Aethiopicis, cultus cōdiscant idololatricos. Sed ecce Aholiba, quos accersuisti, propter quos te lauisti, atque faciem tuam fuicasti, atque omni mundo tuo te exornasti: hi iam aduenerunt, atque adsunt. Hic mihi confidebas in lectō pul-
 t thre atē

Nunquid iudicabis Aollā & Aolibā

Miserunt ad uiros uenientes delongē

Nasum tuum & aures tuas & praececi.

Ecce ego tradidit te in manus eorum.

chre ac bene composito, ad quem & mensam habebas opiparis cibis instructissimam: imò odoramentis & suffitibus lectum tuum conspersisti: ac quibuscunque potuisti, usus es illecebris. Et uox collectæ huius ad te multitudinis læta apud te resonuit, ac hilaris. nã ad multitudinem hanc augendam, & Sabæi de deserto adducti sunt & iam hilaritate benigniores facti, datis armillis exornarunt meretrices has in brachijs suis, atq; adeò coronam regiam imposuerunt in ipsarum capita. Ego uerò mecum cogitabam atq; dicebam: Hæc iam in adulterijs cõsensuit, ita ut amor eius deserbuerit, iãq; exolera sit, neq; fornicari amplius cupiat: studiq; eam ad me, uerum suum maritum, reuocare: at ipsa renuit, tergumq; mihi obuertit. Reliqui itaque eam ueluti scortum publicum. lasciuiores enim adolentes pro sua libidine ad eam, quã docunq; uisum fuit, ingressi sunt: non secus quã ad publicam ingredi solet amator meretricem, ita ingressi sunt ad Aholam & Aholibam, conspurcatissimas feminas. Itaque uiri iusti ac probi omnes, quod iustum ac æquum est iudicantes, condemnabunt eas ad adulterij, atq; de effuso innocentum sanguine: siquidẽ fœditissimè adulteræ sunt, & manus habent ex innocentum, atq; adeò priorum liberorum cæde turpissimè sanguinolentas. Sic itaq; dicit Dominus Deus: Adducam contra eas multam hominum uim, quibus eas tradã diuexandas: atq; bonis ipsarum omnibus direptis, in captiuitatem abducendas. Et multitudo illa hominum, adulteras has lapidibus obruet: & quòd cædes tam multas fecerint, gladijs etiam suis eas confodient, atque perdent, etiam filios ac filias earũ occisuri. Quin & domos earum incendio consument. & ad eum quidem modum faciam, ne quid amplius sceleratè faciatis in terra. Et omnes quidem toto orbe mulieres, siue nationes alig, tuo malo doctiores reddita, cauebunt, ne quid ad uestrum morem peccent, aut sceleratè faciant, datam fidem soluendo, atq; initum fœdus rumpendo. Pro uestris itaq; meritis ac sceleratè factis trahentibus uos, iustas de uobis sumpturi pœnas, quas à me ad idola colenda deficientes, commeruistis: & scietis in hac uestra afflictione ac miseria, quòd ego sim Dominus Deus.

CAPVT XXIIII.

DE rebus autem quæ Hierosolymis agebantur, & quæ, quamq; cita illis obuentura esset calamitas in terra Babylo-nica, constare mihi uolens Dominus, uerba mecum fecit annò post captum Iechoniam nono, mensis decimi decimo die, ac dixit: Fili hominis, scribe tibi diei huius nomen, ut eum obserues, quotus mensis dies sit. Nam hoc ipso die rex Babylo-nus sese aduersus Hierosolymorũ urbem componit, atq; obsidionem urgere incipit: Hoc hoc inquam die. Parabolicè itaq; alloquitur rebellem Israeliticum populum, ac dicit eis, sic dicere Dominum Deum: Ponat hic aliquis ollam, ponat inquam, & infusa in eam

aqua, immittantur in eam quæ oportet carnium frusta, & ea quidẽ bona ac optima, femur nimirum & armus, ut electissimis membris ac frustis impleatur. Sume autẽ tibi ad hanc rem ouem opimam ac bonam, & incendio sub olla lignorum loco ossa, quæ nõ ita citò igni absumantur: ut sciant, sanguinem innocentum quos occiderunt, uindictam deposcere. Ferues fac autem iam igni impositã, ut ualidè bulliat, utq; immissa in eam mēbra aut frusta pulchrè percoquantur. Per ollam autem, Dominus urbem Hierosolymorum intelligi uoluit: & per aquam, quæ bulliens paulatim ac diuturniore mora euaporatur, obsidionem eius diuturnã. Ignis uerò, Chaldæorum exercitus est: & multa in ollam immissa frusta, multitudinem significat eorum qui urbẽ inhabitant. Frusta autem bona & opima, rex & magnates urbis sunt, & qui magistratum in ea gerunt. Dominus autem Deus hoc quoque significaturus, sic dixit: Væ ciuitati sanguinariæ, multis adeò cædibus madenti: olle nimirum, cuius spuma ac sordes in ipsa remanserunt, & quæ ad nullas meas motiones resipiscens, inde spumata ac plena adhuc sordium est. Frustrillatim, frustrillatim inquam euacua eam, nunc his interfectis, nunc alijs. Non agatur hic sorte, ut ulla fiat sortitio de ijs qui in ea mansuri sint: sed ut quodq; frustum obuenerit, ita extrahetur. Nam sanguis eius, quem multum adeò profudit, cõspicitur in medio eius. Neq; enim hunc profudit in terram, ubi puluere operiri posset: sed in eminentiore rupis loco eum posuit, ut omnium oculis conspicuum sit, quæ & quanta eorum sit impudentia & crudelitas. Nunc autem & ego, ad excitandum furorem meum, & accelerandam uindictam, repositum seruo hunc sanguinem eius in eminentiore illo rupis cacumine: ita ut operiri, atq; è conspectu meo tolli non possit. Proinde sic dicit Dominus Deus: Væ ciuitati sanguinariæ, atq; piorũ uirorum interfectrici, cuius scelera sese ad cælos usq; attollunt. Sed & ego magnum atq; horrendum, summamq; in sidera sublatum, incendiam incendiũ. Multa congeram ligna, immittam in ea ignem: carnes ollæ immixtas percoquam, & percoctas iam aromatibus condiam ac macerabo, ut & ossa, siue potiora quæ in olla sunt membra comburantur: ollam autem ipsam uacuam suis prunis relicturus sum impositam, ut tota cõcaleat, fundusq; eius concremetur & liqueat, omnisq; eius immundicia de medio eius diffluat, & sordes ac spuma eius consumantur. Omnem planè operam lusimus, tum ego, tum illi, illi quidem, dũ diuexandis atq; perimendis pijs nihil aliud quã malum suum conduplicant, atque sese defatigant: ego uerò, quòd fuso innocentum (per quos in uiam eos reuocare studeo) sanguine, magis ac magis me exaspero & exacerbo: siquidem spuma eius multa ac copiosa non exit ab ea, non sese despumat, etiam ad ignem ebulliens: itaq; ignibus absumetur. In sordibus atq; immundicijs ruis, in ipsis sceleribus

Viri ergo in
si hi iudica
bunt eas ius
dicio adu-
rarum.

Væ ciuitati
sanguinariæ,
ollæ cuius
rubigo in ea
est.

Væ ciuitati
sanguinariæ,
cuius ego
grandem
cũ pyram.

bus tuis etiam num persistis ac perseveras. si-
quidem mundavi te, aut certe mundare te stu-
dii. missis prophetis meis ad poenitentiam ac
bonam frugem te invitans: sed non es munda-
ta à sordibus & immundicijs tuis, quippe quæ
interimere eos maluisti, quam eis auscultare.
Posthac autē non dabitur te mundādi occasio
ac opportunitas, donec pro meritis tuis te ul-
tus, furorem meum posuero. Ego Dominus
hoc euenturū prædixi, & certò eueniet, illudq;
præstabo. Rursum uerò me appellans Domi-
nus, ut qui dato signo me omnium horum cer-
tiorē reddere uellet: Fili hominis, inquit, ecce
ne quid de ijs dubites, quæ tibi dixi, ego repen-
tina morte auferam tibi charissimam uxore: su-
per qua amissa nullum ego te uolo facere plan-
ctū, nullos ploratus, neq; ulla tibi ob amissam
de oculis promanet lachryma: sed ab eiulatu
temperans, planctum, ut de mortuis fieri con-
suevit, nullum cura ut facias: imò quam de ca-
pit tuo lugēres deponere solent tiaram, hanc
tu capiti tuo imponito, atq; calceis tuis pedes
tuos calcato: neq; labium tuum superius reie-
cta in humerum pallij lacinia obtegito: & mis-
sos à uiris uicinis cibos, quos lugentibus sola-
tio esse uolūt, ne edito. In summa, nihil me uo-
luit super mortua uxore Dominus facere eorū
quæ lugentes ex more super mortuis faciunt.
Vbi autem hæc matutino tempore populo di-
xisset, sub uesperā mihi mortua est uxor mea.
Itaq; postero mane per omnia feci, ut Domi-
nus præceperat. Miratus autē populus, quòd
dilectissimam uxorem tam nihil lugerem, ro-
gauit me, nū indicatorus ipsis essem, quid hæc
sibi uellent. Et respondit eis, quòd Dominus
mihi locutus esset, iubēs me domui Israeliticæ
dicere, sic dixisse Dominū Deum: Ecce ego de-
perdo, atq; incendio consumo templum mihi
sanctum, de quo uos tam superbitis, atque
uobis placetis, & quo nihil charius habe-
tis, ita ut nulla re magis afficiatur animus ue-
ster. Certè & filij atq; filia uestræ, quos male
profugij intra Hierosolymorum mœnia relin-
quetis, gladio perimētur. Et quemadmodum
ego super morte uxoris meæ feci, ita super eo-
rum morte facietis & uos. Labiū oris uestri su-
perius, reiecta in humeros pallij lacinia, nō ob-
uelabitis: cibos à uiris uicinis missos non ede-
tis, tiaras quicq; suas imponetis capitibus ue-
stris, neque incedetis calcatei: & ut summatim
rem teneatis, nullum facietis planctū, nullum
ploratum, tanta apud uos rerum omnium tur-
batio erit: sed tabescetis, atq; immoriemini in
iniquitatibus uestris. Verum ingemiscetis, &
crebra profundaq; ducetis suspiria: quippe qui
superioris uitæ poenitētia ducti, alius apud a-
lium fremētes, super uestra hac sorte conque-
remini. Hisce itaque factis, Ezechiel ego uobis
loco portenti sum: portendens scilicet uobis,
quòd ad eūdem modum quo ego, amissa con-
iuge charissima, feci, etiam uos super his quas
dixi calamitatibus facturi sitis, ubi uobis illæ
inciderint; & scietis, quòd ego sim Dominus

Deus. Ceterum tu fili hominis, an non eo die
quo perdidero ipsis templum, de quo potis-
simum gloriantur, ac robusti sibi uidentur,
quo maximè fidūt, gaudēt ac sibi placent: atq;
etiam deperdidero eis liberos, de quibus pluri-
mum solliciti sunt atq; curant: an ne tunc tem-
poris ad te in Chaldæam uenturus aliquis est
qui euasit, & qui tibi quomodo res gesta sit e-
narrabit? Atqui tunc erit, ubi illi taceant, & tu
loquaris, neq; amplius mutus sis: tunc non am-
plius pseudopropheta audies, ac populi con-
citor, ubi cum eo qui euasit collocutus, rem
gestam omnem perdidiceris: sed scient atq; a-
gnoscerere cogentur, quòd uera ipsis prædixeris
atq; portenderis: cognituri etiam, quòd ego
sim Dominus.

C A P V T X X V.

VT autem cōstet, Dominum non Iudæo-
rum tantum, sed & totius orbis terrarū
Deum esse, collocutus mecum Domi-
nus est, ac dixit: Fili hominis, obuerte faciē tuā
ad Ammonitas, & cōtra eos uaticinaturus iu-
be, ut de ore Domini audiāt, quid ipsis de Hie-
rosolymorum clade gaudentibus obuēturum
sit: siquidem Dominus Deus sic illis loquitur.
Quandoquidem uos de combusto ac deperdi-
to templo mihi sancto lætati estis, & de terra
Israelitica uastata, Iudaicōq; populo in captiui-
tatem abducto estis gauisi, quasi frustra illi me
unum Deum coluerint, atq; ab alijs gentibus
se separarint: propterea ego uos tradam in ma-
num eorū qui uobis ad orientē habitant Chal-
dæorum, qui terram uestram quoq; occupent
ac possideant, collocaturi in te arces suas, atq;
posituri in terra uestra habitacula sua. Et hī
quidem potentur ijs qui apud uos proueniūt
fructibus, omnibusq; rebus esculentis: bibitu-
ri etiam, quod nunc multum adeò ex pecori-
bus uestris uobis emulgetis lac. Ex Rabath au-
tem metropoli uestra stabulum faciam camelo-
rum ac equorum: & reliquas regionis uestræ
urbes ac uicos sic accurabo, ut illic accubent
greges, ac armenta pascantur: unde scire lice-
bit, quòd ego sim Dominus. Ut autem scia-
tis, qua potissimū ratione hæc apud me com-
merueritis, sic dicit Dominus Deus: Eo quòd
plausistis manibus, quasi re bene gesta, pe-
desq; hilariter complosistis, & ex animo cum
multo contemptu gauisi estis super deperdita
Israelitarum meorum terra: hanc ob rem ex-
tendam aduersum uos quoq; manum meam,
traditurus uos Chaldæis in liberam prædam di-
ripiendos: extirpaturus enim uos de populis,
& funditūs uos de terris deperditurus, pro-
sus uos delebo atq; expūgam, ut sciatis me ue-
rum illum esse Dominum ac Deum. Porro
Moabiticus populus eodem scelere commacu-
latus, eandem quoq; pœnam luet, siquidem sic
dicit Dominus Deus: Eo quòd dicit Moabiti-
cus populus, simul & Edomitæ, qui montem
Seir incolunt, quòd domus Iuda, quæ templo
suo confidens, se inuictam fore putabat, iam
perdito tēplo, ac ciuitate uastata, similis facta
sit gen-

In die qua
tollam ab eis
fortitudinē
eorum.

Pro eo quòd
dixerūt Mo-
ab & Seir:
Ecce sicut
omnes gētes
domus Iudæi

Ne ego tol-
lo a te desi-
derabile ocu-
lorum tuo-
rum.

Ne ego pel-
luam iunctu-
arum meū,
superbia im-
perij uestri.

sic gentibus. Hac de causa potissimum, quando huiusmodi aduersus populum meum insultationes non fero: ecce ego aperio, atq; hosti aditum tribuo, ad firmissima ac munitissima Moabiticae regionis loca ac urbes: urbes inquam, quae etiam in ultimis terrae eius finibus sunt, locisque terrae optimis ac amoenissimis, nempe Bethesmoth Gaalmeon simul & Kiriathama. Certè ut ex Oriente uenientibus illis Chaldaeis ac Medis possidendam dabo terram Ammoniticam, ita ut Ammonitarum nulla amplius inter gentes futura sit memoria: ita & de Moabitibus poenas sumpturus sum, ac omnem populo meo illata iniuriam uindicaturus: & sciet, quod ego ille sum Dominus. Ceterum ne Edomites sibi putent omnia impunita fore, sic & de eis, dicit Dominus Deus: Eo quod Edomitica gens immisericorditer adeo cum Iudaico meo populo egit, ueluti qui de illatis iniurijs se ulciscuntur, putantes etiam sui causa sic in Iudaeos saui-

*Extendam
manum meam
super Idu-
maam.*

tum esse, ideo sic dicit Dominus Deus: Extendam manum meam in terram Edomiticam, extirpaturus ex ea tum homines, tum iumenta, prorsusq; eam desolaturus: siquidem a Theman, quae in fronte regionis est, usq; ad extremum suae terrae terminum, ubi Dedan est, gladio confossi perimentur. Summa enim de Edomitis uindictam per manum populi mei Israelitici, qui pro ira mea in ipsos furibunda grassabuntur ac desolent: & cognoscent hanc sibi uindictam ex me proficisci, dicit Dominus Deus. Praeter omnes autem hos Palaestini quoque, quando uetus his cum Israelitico populo odium est, populique mei calamitatem gaudent uerius, quam quicquam dolent: non futuri sunt liberi, & omnium malorum immunes. sic enim de eis dicit Dominus Deus: Eo quod Palaestini ueluti sese ulciscunt multa indigna fecerunt populo meo, ut quae ex animo oderint, spernant, atq; ei male uelint, adeo ut capitali perpetuoque odio cum ipsis dissideant, ac simultatem exerceant: ideo sic dicit Dominus Deus, Ecce ego extendam manum meam aduersus Palaestinos, & Cerethaeos praclarissimum ac bellicosissimum ipsorum populum extirpabo, totum illum tractum maritimum deperditurus: & summa certe de eis ultionem grauem ac magnam, siquidem graui ira commotus in eos desolauit: & sciet q; ego sum Dominus, ubi poenas has ultrices de eis sumpsero.

CAPVT XXVI.

Accidit autem anno post abductum in Chaldaeam Iechonia undecimo, primo mensis die, ut Dominus uerba mecum facturus, mihi dixerit, quid de Tyrijs futurum esset. dicebat autem: Fili hominis, quia Tyrus super Hierosolymorum excidio sibi placens ac gaudens, dicit, quod nunc contracta sit urbs, quae suis portis totius mundi nationes excipere solita est: propterea conuertet se nunc ad me omnis illa frequentia ac negociatio eius, eiusque desolatio atq; corruptio, mei erit impletio ac generatio, quando his atq; huiusmodi uerbis abunde restatur, se de perditis Hierosolyma letum esse. propter hoc sic ei dicit Dominus Deus: Ecce ego

contra te insurgam o Tyre, adducturus contra te exercitus ualidissimos, ac gentes quamplurimas, perinde ut fluctus marini quamplurimè alluunt, atq; innumeri. Et haec quidem praefero ces gentes, quando gauisa illa est de uastatis Hierosolymae portis, demolietur ei non tantum portas, sed & muros ac turre Tyriorum omnes diruent: ita ut abrafo ab ea puluere, atque ablati rudibus, nihil aliud quam sicca ac sterilis rupes futura sit, & ueluti expandendis atq; ficcandis sagenis in medio maris idonea insula. Ego enim sic de ea statui atq; locutus sum, dicit Dominus Deus, quod omnibus gentibus exposita erit in praedam. Porro quos subditos sibi habet uicos in agro Tyrio, hi gladio perdentur, ac reliqua ferent belli incommoda, cognituri quod ego sum ille Dominus. Nam hoc est quod dicit Dominus Deus: Ecce ego adduco contra Tyrum Nabuchodonosorem regem Baby-

10 Ioniū ab aquilone, regem illum regum inquam, ac potentissimum monarcham, cum equis, curribus & equitum maxima turma, cum exercitu praualido, ac populo multo. Quos in agro subiacentes tibi habes uicos, horum incolas primo aggressu gladio interfecturus est, constructurus continuè aduersum te munitissimam turrim, aut propugnaculum, unde te oppugnet: quin & uallo te circumdatam undique coarabit, continuè emittens ad te oppugnandam scuta

20 tos suos. Crebris arietum ictibus concutiet tibi muros tuos, & uestibus ferreis demolietur turre tuas. Equorum autem eius, quos adducer, tanta uis & multitudo erit, ut ex concitato per eos puluere usq; uideri poteris. Et equitum, rotarum siue curruum tantus erit strepitus, ut ex eo conquassati muri tui, uelut iam casum minitantes, nutaturi sint, cum portas tuas ipse hic illic contractis muris ingredietur: rotam te hic equo suo uectus perlustrabit, unguis equorum suorum omnes plateas tuas concularurus: &

40 obuios quosque de populo tuo occidet atq; perfodiet. Et trophaea tua, uetusta uirtutis tuae signa, deiiciet in terram. Spoliabunt autem praemagnas illas opes tuas, & merces tuas diripient: quin & dirutis muris tuis, etiam domos aeterniores, ac praestantia sua insignes subuertent. Unde & huc illuc dispersos murorum ac domorum tuarum lapides, unam cum contractis lignis ac trabibus, ipsa nimirum rudera, in medias immittent aquas. Atq; hoc quidem pacto faciam, ut in te, quae multo luxu diffluere soles, uarijsque uilibet cantibus, iustibus ac choreis perstreperet, iam nullus usquam exaudiatur canus, nulla cithara, nulli iustus, nullusque ducatur chorae. Efficiam enim te, ut nihil aliud quam rupes quaedam sicca ac sterilis futura sis: in qua uix ulla uideas urbis uestigia, sed expandendis ac ficcandis piscatorum retibus apposita eris, & accommoda. Et multo quidem tempore uasta iacens ac desolata, non extruèris rursum: siquidem ego Dominus ita fore praedixi, cuius uerba experimèto condisceris rata esse, nihilque uana, inquit Dominus Deus. Ad haec & sic loquitur

*Ecce ego
per te Tyro*

*Inuidione
equorum es
uis operiet
te puluis co-
rum.*

quirit Dominus Deus Tyro: An non ex fra-
 gore ruinae tuae, dum hic illic uulnerati clami-
 tabant, ciuesq; tui cofodientur, plurima perq;
 uias sternentur inertia passim corpora, com-
 plures insulae commouebuntur, ac tuo pericu-
 lo sapienter? Cuncti certe principes maritimae re-
 gionis descendere solis suis, & amouebunt pa-
 ludamenta sua: & uestes suas preciosiores atq;
 acupictas exuri, multoq; horrore confossi, fac-
 eos uestesq; uilissimas induent, atq; in terram 10
 se demittent, humi confidentes: & omni mo-
 mento formidabunt, ne quid simile ipsis acci-
 dat. Nam super te, quam insuperabilem pror-
 sus crederant, summe mirabuntur atq; obstu-
 perant: unde & lametantes, fortetq; hanc tua de-
 plorantes, dicent tibi: Quam miserè deperisti ac
 deperdita es, quae habitabas ad mare? Dathan
 incolens honoru, quae ciuitas eras formosissima
 ac plurimu laudata, quae nauigatione ite marina 20
 praeualida eras, tu tu, tu omnes eriam, qui aliun-
 de prouecti, te inhabitabant, ita ut uos metu-
 rent ac reuererentur: quotquot aliarum ciuita-
 tum maritarum erant, certe nunc formida-
 bunt, ac male sibi metuent insulae omnes a die
 ruinae ac deuastationis tuae, ne quid simile ipsis
 unquam eueniat. Perterrescent inquam mari-
 nae omnes insulae, ab exitu tuo, quo ciues tui ex-
 xierunt atq; abacti sunt in captiuitatem. Nam
 sic dixit Dominus Deus: Cum te reddidero ci-
 uitatem desolatam, cuiusmodi sunt ciuitates ua- 30
 cuae, quae neminem habent inhabitatorem: cum
 induxero in te tribulationis abyssu. ita ut ope-
 riant atq; odobruant te aquae afflictionu multae
 ac graues, tunc detraham te cum his, qui in
 sepulchrum demittuntur, ad populum mulis
 abhinc seculis emortuum. Ponam inquam te
 in uiscera terrae, in profundu scilicet sepulchru,
 ita ut sis similis futura solitudinibus, quae mul-
 tis iam olim seculis desolatae, prorsus in obli-
 uionem uenerunt, una cum hominibus, quos 40
 olim sepulchris repositos habet: itaq; fiet, ut no-
 sis amplius inhabitanda. Caeterum Iudaeam
 meam, terram illam uiuentium, cohonestabo
 rursum ac gloriosam reddam, restitutus eam
 in statum pristinu: sed te coturbabo, ita ut uix
 ulla superfutura sint tui uestigia: quam si quis
 quaeratur, non amplius te in aeternum inuentu-
 rus est, inquit Dominus Deus.

CAPVT XXVII.

Locutus autem rursum est mecum Domi- 50
 nus, ac dixit: Tu fili hominis, postquam
 miserè adeo uastata Tyrus est, tu eam plan-
 ge ac lamentare, dicitoq; ei: O miseram ac ue-
 re flebilem, quae habitabas ad introitu maris,
 portus habens pulcherrimos & multos, cum
 populis negociatione exerceres mercium, quae
 ad multas longeq; distitas insulas deportaban-
 tur. Sic dixit Dominus Deus: O Tyre, tu dixi-
 sti, atque uisa tibi es aliquando pulchra ac mo-
 dis omnibus absoluta: unde & de decore tuo 60
 gloriabaris, quod undique mari cincta esses.
 Certe qui te condiderunt, absoluta pulchritu-
 dinis opus praestiterunt in te. Ex abietibus de

monte Sanir aduectis confecerunt tibi omnes
 tabulas tuas. Et ex cedro, qua de Libano addu-
 xerunt, fecerunt tibi malum, & ex querno ligno
 apparauerunt tibi remos tuos. Praeterea, cum
 alij ex selectioribus lignis turrim in nauis sua
 construere soleant: tu tibi turrim extruxisti ex
 eburneis tabulis, quas tibi apparauerunt Assyrii,
 artifices praestantissimi, allatas ex insulis Ci-
 thim. Byssus uariegate, quae ex Aegypto adfer-
 tur, expassum tuum uelum fuit. Hyacinthus &
 purpura, quae ex Italicis insulis aduehi solent,
 fuerunt tibi pro uirta, ac operimento. Ciues Si-
 donis & Aruad habuisti remiges. Porro sapi-
 entes tui, o Tyre, quos sane coplures habuisti
 maris ac nauigandi expertissimos, hi tibi nau-
 cleri fuerunt. Seniores Gebal ac sapientes eius,
 qui fabricandi arte quosuis superant, hi si quid
 in te rimas duxit, aut conuassatum fuit, id re-
 staurabant, atq; communiebant. Omnes naues
 mare peruolitantes cum nautis suis, solitae sunt
 te frequentare ad exercendam negociationem
 suam, mercesq; tuas abuehendas. Persae, Lydij
 & Mauritani tibi meruerunt, atq; in tuis exerci-
 tibus bello nauali destinatis bellatores fuerunt
 strenui: qui suspensis in te clypeis, ac galeis
 suis, te cohonestarunt, atq; illustriorem reddi-
 derunt. Ciues Aruad, & ex proprio milite tibi
 conscriptus exercitus, custodiendis muris tuis
 per circuitum inuigilabant. Et Gamadim, qui-
 bus nullos usquam inuenias iaculandi prestan-
 tiores artifices, excubias seruabant in turribus. ac
 ppugnaculis tuis: quare & pharetras, ac scuta
 sua ex muris tuis suspedere sunt soliti in circui-
 tu tuo: quae sane res multu decoris atq; adeo ab-
 solutam pulchritudinem tibi praestabat. Thar-
 sis quoq; negociatio tua fuit, propter copiam
 quarumuis diuitiarum: siquidem uasa argen-
 tea, ferrea, stannea atq; plumbea etiam in nun-
 dinas tuas aduexerunt uenalia. Graeci, Hispani,
 & Cappadoces uenum tibi adducebant man-
 cipia, simul & uasa nonnulla aerea. De domo
 Thogorma, siue Turcarum regione aduehe-
 bantur tibi equi & muli, & ad equitandum, at-
 que equestri certamine conflegendum aptissi-
 ma mancipia: haec enim erat eorum in te ne-
 gociatio. Ciues Dedan, Edomiticae regionis
 uiri, mercaturam quoq; exercuerunt in te, mul-
 taq; ac remotissima insula tecum negociaban-
 tur, cornua eburnea ac pauones muneri tibi
 offerentes. Syria quoq; suas tecum habuit ne-
 gociationes, propter multa quae preciosa habe-
 bas, pulchra & eximia. Adducebant autem ti-
 bi complures praestantissimas gemmas, sma-
 ragdos, carbunculos, uniones, corallium, pur-
 puram, byssum, uestesq; acupictas. Ad haec uiri
 Iudaei, simul & Israeliticae terrae uiri, fuerunt
 tibi mercatores tui cum tritico, in fertilissimis
 aruis Minith ac Panag prognato, cum melle,
 oleo & resina: haec enim illi potissimum tibi
 adducebant in mercatum. Damascus quoq; te
 cum negociabatur, propter res miro artificio
 apud te confectas, multasq; tuas diuitias, adue-
 hendum ad te curans laudatissimum uinu in

Habitatores
 Sidonis &
 Arady fue-
 runt remis-
 gestui

Fili Dedan
 negociato-
 res tui.

Quomodo
 praei, quae
 habitabas
 in mari uer-
 bicyta.

Helbon prognatum, & cādidissimam lanam. Dan quoq; & uagabundus Græcus, conuehebant in mercatum tuū, ferrum fabrefactū atq; expoliturum, etiam calamo & casia negotiationem suam exercentes. Dedan item mercatrix tua fuit, quæ uestes adduxit preciosas, ac homine libero dignas: item & aulæ currus ornandos accommoda. Arabes præterea & Cedareni principes omnes, nundinas tuas frequentabant: idq; cum agnis, arietibus & hircis: hæc enim illorū mercatura erat. Ad hæc mercatores Sabæi & Raemæi negociationē suam tecū habuerunt cum præstātissimis omnis generis aromatibus, & omni lapide preciofo ac auro, quæ illi cōuehere in nundinas tuas erant soliti. Præter hos adhuc Haran, Chāne, Eden, mercatores Sabæi, Assyrii itē & Medi mercatus tuos frequentant. Aduerunt autem tibi omnis generis preciosas merces, pallia nimirū hyacinthina atq; acupicta, & preciosis uestibus plena scrinia, quæ funibus colligata erant cedrinis in tabulis: siquidē hæc eorum erat negociatio. Primum autem locum apud te tenebāt naues Tharsis, quæ turmatim magnis classibus ad te confluēbant, uarijsq; rebus te adimplebant, ita ut mari undique cincta, præstantissima, totoq; mundo celebris facta fueris. At nunc in multas sanē aquas atq; afflictiones te adduxerunt tui deprædatores, hostes nimirum Babylonij, qui te quamuis mari cinctam, uento Orientali, Chaldaico scilicet exercitu cōfrugerunt atque deuastarunt. Quos coaceruasti thesauros ac merces, negociatio tua omnis, nauæ tuæ ac gubernatores tui, & qui ædificiorum ac murorum tuorum ruinas restaurant ac reparant: qui item merces suas tecum commutant, omnes item qui intra te sunt milites, totaq; illa te incolentium multitudo cadent, ac submergētur in medio mari, in die ruinae siue expugnationis tuæ. Ad uocem clamoris nautarum tuorū pereuntium cōmouebuntur suburbia, omniaq; tibi uicina loca. Descendēt enim ex nauibus suis omnes remiges, nauæ & cuncti gubernatores, ut in terrā enatent: quam consecuti, in littore illic consistent, & sublati super te uocibus suis, miserum in modum clamitabunt, atque sortem tuam deplorabunt, puluerem inspergentes capitibus suis, atque cineri sese inuoluentes: quin & euulsis capitum suorum pilis, se caluos reddēt, faccosq; se induent, quam amarissimē de te flentes, ac tuam uicem plangentes. Imō & filij eorum suas habebūt lamentationes, ac tristes lugubresq; nēgias, quibus te lamententur, ac sortem tuam deplorent. Quæ fuit urbs unquam, inquit, Tyro similis, quæ ita in medio mari nunc concidit atq; deperijt? Dixisses inuincibilem, deuicta tamen atque subuersa est. Cum per lata æquora quoquo uersum tuas emittebas merces, tum quidem multos satiabas populos, multitudinem opum ac mercium tuarum reges terræ ditans. Atqui nunc confracta, atq; marinis fluctibus, deperdita es: & multa illa ac preciofa mer-

cimonia tua, aquis iacent submersa: omnisq; illa ciuium, ac uersantium in te populorum multitudo, in medio tui perierunt. Cuncti habitatores insularum de hac tua clade obstupescunt, & reges earum horrore quodam percelluntur, dum de te cogitant, ita ut id in ipso eorum uultu expallescente uidere liceat. Negociatores diuersarum nationum, auarū genus hominum, postquam nullum amplius ex te quæstum facere poterunt, exhibent atq; asperrantur te: quippe quæ terrori ipsi sis, neq; unquam nisi multis post annis restauranda sis, atq; in pristinum statum reditura.

CAPVT XXVIII

Alloquens autem me rursus Dominus: Fili hominis, inquit, dic principi Tyrorum, sic dicere Dominū Deū: Postquā huc arrogantē tibi uentum est, ut corde elato tecū cogitaris ac dixeris, quod ueluti Deus sis, atq; in medio mari, sicut in throno Dei sedes, in loco nimirum iniurijs omnibus superiore, aut certē parū opportuno, ut quod nemo tuo iniussu accedat, quæ metuas: cū tamē uerē homo sis, & non Deus, quanq̄ Deū te esse in animi penetralibus tibi persuaseris, potius quā hominē. Nam ecce ipso Daniele nostro tibi uideris sapientior: neq; quicquā tam esse abstrusum, quod te lateat: nō Domini Dei beneficio, sed multa tua sapiētia, ac tuapte prudētia tibi uideris has te cōparasse diuitias, atq; aurū & argentū tam cumulate te coaceruasse in thesauros tuos. Et quādo sapiens adeo, negociatione tua opes tuas tātopere auxisti, hinc factū est, quod se elenarit cor tuū, de tantis diuitijs cōquisitis. Proinde sic dicit Dominus Deus: Eo quod tā elato animo es, quod te Deū, aut certē Deo assimilē putaris: propterea ego adduco in te hostes, quibus nusquā gentiū bellicosiores inuenias, qui suos gladios stringent in pulchros illos exercitus tuos, quos tua sapientia tibi comparasti, & hos certē miserum in modum tractabunt, te etiam in sepulchrum ac interitum deiecerunt, ita ut te multis uulneribus confossum abiecerint in medium mare. An & tunc, urgente uidelicet interfectore, uideberis tibi Deus esse? cum certē homo sis, & non Deus: iam il lapsus in manus interficientium te, ueluti incircumcisus ac improbus quispiam morieris sub manu hostili. Ego enim, qui mentiri neq; possum, neq; uolo, id prædixi, dicit Dominus Deus. Rursus uerō allocutus me Dominus est, ac dixit: Fili hominis, lamentare ac plange dum sortē regis Tyri, & dic ei, sic dicere Dominū Deū: Tu omnis bonæ felicitatis absolutū quoddā exemplar quondā eras, plenus sapientia, & pulchritudine consummata, rebus florentibus. uideri tibi potuisti in paradiso Dei esse: siquidem omnis generis preciofi lapides, sardius, topasius, iaspis, hyacinthus, onyx, beryllus, sapphirus, carbunculus, smaragdus, & omnia quidem hæc auro inclusa: opus tympanorum tuorum atque fistularum, & cuius-

Naues maris principes tui.

Quæ est ut Tyrus, quæ obmutui in medio mari?

Et quod de uatu est cor tuum, quæ cor Dei.

Fili hominis leua plāctū super regē Tyri.

his generis instrumenta musica, preparata fuerunt à die quo creatus es. Tu uelut præpotēs rex quispam inunctus, Cherub quidam eras, sub umbra alarum tuarum populum tuū protegens, omnēq; malum illi auertens: quò quidem dignitatis ego te prouexi. Et olim quidē id agnosces, atq; mihi acceptum referens, uersatus es in monte Dei sancto, missis illuc ad structuram templi lignis: & ambulabas inter lapides ignitos, inter meos Israelitas inquam, Dei amore ardentēs. Et uir quidem tunc integer ac bonus fuisti, recta incedēs uia, à die quo creatus es, donec inuenta est in te iniquitas, & animus in populum Dei maleuolus. Per multam magnamq; negociationem tuam replesti te rapina, ut atq; omni iniquitate, quando exreis ac peregrinis hominibus iniuriam inferendo peccasti: quapropter ut profanam, ac nihil ad me pertinentem deiici te de monte mihi sancto, & perdidisti te, ò Cherub, qui ciues tuos sub alarum tuarū umbraculo protegebas, de medio lapidū ignitorum mei amore ardentium. Corde admodū elato fuisti ob pulchritudinem tuam: sed nimis splendore ac superbia, sapiētiam tuā omnem corrupisti: quare & in terram te prostrauisti. Regum te circūhabitantium oculis te spectandū exposui, qui te captiuum despiciant ac rideāt. Multa iniquitate tua, & peruersitate negociationis tuæ, dū ponderes & mensura maligniore fallis ac furaris, reliquaq; omnia per imposturam facis, profanasti ac deperdidisti palatia tua: & eduxi ē medio tui ignem, nimirū delatores aliquot, qui te malis delationibus accusantes, Babyloniorum animos in te accendunt, ita ut per hos instigatus contra te ueniat. Et hic quidem delationis ignis deuorat te, ut redigaris in cinerem per hunc quo quo uersus spargendum in conspectu omnium qui te uident. Quotquot te uis apud nationes nouerunt, obstupuerunt super te, ita ut de te inhorruerint: siquis ita uisitata es, ut nō nisi multos fortassis post annos restaurari posse uidearis, in pristinum statum reditura. Et rursus me alloquēs Dominus, uoluit me faciem meam obuertere urbi Sidoniorum. Nā & hæc ut Tyro uicina erat, ita & celeberrimum erat emporium. Volebat autē & aduersus hanc me uaticinari, atq; ipsi dicere, quòd sic dixisset Dominus Deus: Ecce ego contra te insurgam, ò Sidon, & glorificabor in te, atq; à tuis: qui scient atq; agnoscent, quòd ego sim Dominus Deus, ubi de ea pœnas sumptero, ac sanctus in ea prædicabor. Immittam enim in eam pestem, multamq; cædem in plateas eius, ita ut corruant complures intra ipsam uulnerati, atq; cōfossi. nam undelibet gladii aduersus eam ferentur, & scient quòd ego sim Dominus: & non erit amplius domui Israeliticæ uelut sentis pungens, ac spina dolorem inferens, supra omnes alios qui Israel circumiacent molesta ei ac grauis, perpetuoq; Israelitas contemnens atque diuexans: & sciet quòd ego sim Dominus Deus, Sic autem di-

cit, atq; populū suum miserum consolatur Dominus Deus: Vbi aliquando domū Israelis de populis, inter quos nūc disperfim agunt, collegero, & corā oculis gentiū inter eos iustus ac sanctus depre dicabor, ipsiq; sua iā in terra rursus habitarent, quam sub iureiurando promisi me famulo meo Iacob daturū: tunc quidē inhabitabūt eā tuto ac securò, ita ut nemo quisq; eis oblatraturus sit. Et cōstruent domos, atq; plantabunt sibi uineas, & q̄ securis imē habitabūt. siquidem ego pœnas de omnibus sumpturus sum, quicumq; in circuitu eorum ipsos despoliabunt, aut ullo modo molesti eis erūt: & scient quòd ego sim Dñs Deus eorum.

CAPVT XXIX.

ANno captiuitatis nostrę decimo, mēsis decimi duodecimo die, super Aegyptio ac Aegyptiorū rebus mecū locuturus ille omnium nostrūm Dñs: Fili hominis, inquit, ne Aegyptus sibi impunē fore putet, quòd uana adeo spe populum meum lactarit, atq; etiānum lactet: obuerte faciem tuam ad Pharaonem regem Aegyptium, ut uaticineris contra eum, atq; etiam contra totam Aegyptum. Loquitur intrepidē, atq; dicit, sic dicere Dominum Deum: Ecce ego cōtra te insurgā, tu Pharaon rex Aegypti, draco ac cete magne, qui recubans in medio flumiorū tuorum, dicit tuum esse fluuiū, & quòd tu eum tibi tua prudentia paraueris. & hoc genus alia superbe nimis loqueris, plurimumq; tibi arrogas. Sed ego immittam tibi hamos in maxillas tuas: & faciam ut pisces fluminum tuorum, uiri nimirū principes ac subditi tui, squamis tuis hereant, & extrahant te de medio flumiorū tuorū, omnibus illis fluminum tuorum piscibus tibi ad squamas tuas adhærentibus. Vbi uerò hunc in modum te de fluminibus tuis extraxero, tum quidem excutiam te in desertum aridū, tum te, tū omnium fluminum tuorū pisces: & ibi super campos emorieris, neq; quisquam curabit funus tuum, ita ut sepeliri possis: sed relinquēris illic inhumatus, ita ut bestijs terræ ac cœli uolucris cibis sis futurus: & cognoscent omnes habitatores Aegypti, quòd ego sim Dominus. Et hæc quidē ferent illi, cum propter alia scelera, tum eo quòd domui Israelis scipio arundineus fuerint, uana semper spe eos lactantes, sed nihil præstantes ueræ opis. Cum autem Israelitæ te manu tua apprehenderint, siue inuito fœdere se tibi iunxerint, tum certè malum senties atque perdēris, & diffindes eis totum humerum, ut plagis hostilibus pateāt, atque aperti sint. Et cum innixi tibi magna de te sibi promiserint, tu quidem tunc illis ferendis impar, confringēris, & eriges illis lumbos, ita ut nemini innitendo eos oporteat se suis sustinere uiribus. Propterea sic dicit Dominus Deus: Ecce adduco aduersum te gladium siue bellum, & excindam in te tum homines tum iumēta, & terra Aegypti erit uasta prorsus ac desolata, & cognoscent q̄ ego sim Dñs, Quia uerò Aegyptius arrogās adeo est,

Ecce ego ad te Pharaon rex Aegypti, draco magne.

In humilitate negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate.

Ecce ego ad te Sidon, et glorificabor in medio tui.

ut dixerit, Nili fluium suum esse, & quod sua prudentia eum pararit. Idcirco, ecce ego contra te insurgam, & contra eos, quos ex Nilo deriuatos habes fluuios; & tradam terram Aegypti ut tota uastetur atque perdatur, a turre Syenes, quae in prima regionis fronte est, ad extremum usque eius terminum, qui Aethiopi-
 10
 20
 30
 40
 50
 60
 70
 80
 90
 100
 110
 120
 130
 140
 150
 160
 170
 180
 190
 200
 210
 220
 230
 240
 250
 260
 270
 280
 290
 300
 310
 320
 330
 340
 350
 360
 370
 380
 390
 400
 410
 420
 430
 440
 450
 460
 470
 480
 490
 500
 510
 520
 530
 540
 550
 560
 570
 580
 590
 600
 610
 620
 630
 640
 650
 660
 670
 680
 690
 700
 710
 720
 730
 740
 750
 760
 770
 780
 790
 800
 810
 820
 830
 840
 850
 860
 870
 880
 890
 900
 910
 920
 930
 940
 950
 960
 970
 980
 990
 1000
 1010
 1020
 1030
 1040
 1050
 1060
 1070
 1080
 1090
 1100
 1110
 1120
 1130
 1140
 1150
 1160
 1170
 1180
 1190
 1200
 1210
 1220
 1230
 1240
 1250
 1260
 1270
 1280
 1290
 1300
 1310
 1320
 1330
 1340
 1350
 1360
 1370
 1380
 1390
 1400
 1410
 1420
 1430
 1440
 1450
 1460
 1470
 1480
 1490
 1500
 1510
 1520
 1530
 1540
 1550
 1560
 1570
 1580
 1590
 1600
 1610
 1620
 1630
 1640
 1650
 1660
 1670
 1680
 1690
 1700
 1710
 1720
 1730
 1740
 1750
 1760
 1770
 1780
 1790
 1800
 1810
 1820
 1830
 1840
 1850
 1860
 1870
 1880
 1890
 1900
 1910
 1920
 1930
 1940
 1950
 1960
 1970
 1980
 1990
 2000
 2010
 2020
 2030
 2040
 2050
 2060
 2070
 2080
 2090
 2100
 2110
 2120
 2130
 2140
 2150
 2160
 2170
 2180
 2190
 2200
 2210
 2220
 2230
 2240
 2250
 2260
 2270
 2280
 2290
 2300
 2310
 2320
 2330
 2340
 2350
 2360
 2370
 2380
 2390
 2400
 2410
 2420
 2430
 2440
 2450
 2460
 2470
 2480
 2490
 2500
 2510
 2520
 2530
 2540
 2550
 2560
 2570
 2580
 2590
 2600
 2610
 2620
 2630
 2640
 2650
 2660
 2670
 2680
 2690
 2700
 2710
 2720
 2730
 2740
 2750
 2760
 2770
 2780
 2790
 2800
 2810
 2820
 2830
 2840
 2850
 2860
 2870
 2880
 2890
 2900
 2910
 2920
 2930
 2940
 2950
 2960
 2970
 2980
 2990
 3000
 3010
 3020
 3030
 3040
 3050
 3060
 3070
 3080
 3090
 3100
 3110
 3120
 3130
 3140
 3150
 3160
 3170
 3180
 3190
 3200
 3210
 3220
 3230
 3240
 3250
 3260
 3270
 3280
 3290
 3300
 3310
 3320
 3330
 3340
 3350
 3360
 3370
 3380
 3390
 3400
 3410
 3420
 3430
 3440
 3450
 3460
 3470
 3480
 3490
 3500
 3510
 3520
 3530
 3540
 3550
 3560
 3570
 3580
 3590
 3600
 3610
 3620
 3630
 3640
 3650
 3660
 3670
 3680
 3690
 3700
 3710
 3720
 3730
 3740
 3750
 3760
 3770
 3780
 3790
 3800
 3810
 3820
 3830
 3840
 3850
 3860
 3870
 3880
 3890
 3900
 3910
 3920
 3930
 3940
 3950
 3960
 3970
 3980
 3990
 4000
 4010
 4020
 4030
 4040
 4050
 4060
 4070
 4080
 4090
 4100
 4110
 4120
 4130
 4140
 4150
 4160
 4170
 4180
 4190
 4200
 4210
 4220
 4230
 4240
 4250
 4260
 4270
 4280
 4290
 4300
 4310
 4320
 4330
 4340
 4350
 4360
 4370
 4380
 4390
 4400
 4410
 4420
 4430
 4440
 4450
 4460
 4470
 4480
 4490
 4500
 4510
 4520
 4530
 4540
 4550
 4560
 4570
 4580
 4590
 4600
 4610
 4620
 4630
 4640
 4650
 4660
 4670
 4680
 4690
 4700
 4710
 4720
 4730
 4740
 4750
 4760
 4770
 4780
 4790
 4800
 4810
 4820
 4830
 4840
 4850
 4860
 4870
 4880
 4890
 4900
 4910
 4920
 4930
 4940
 4950
 4960
 4970
 4980
 4990
 5000
 5010
 5020
 5030
 5040
 5050
 5060
 5070
 5080
 5090
 5100
 5110
 5120
 5130
 5140
 5150
 5160
 5170
 5180
 5190
 5200
 5210
 5220
 5230
 5240
 5250
 5260
 5270
 5280
 5290
 5300
 5310
 5320
 5330
 5340
 5350
 5360
 5370
 5380
 5390
 5400
 5410
 5420
 5430
 5440
 5450
 5460
 5470
 5480
 5490
 5500
 5510
 5520
 5530
 5540
 5550
 5560
 5570
 5580
 5590
 5600
 5610
 5620
 5630
 5640
 5650
 5660
 5670
 5680
 5690
 5700
 5710
 5720
 5730
 5740
 5750
 5760
 5770
 5780
 5790
 5800
 5810
 5820
 5830
 5840
 5850
 5860
 5870
 5880
 5890
 5900
 5910
 5920
 5930
 5940
 5950
 5960
 5970
 5980
 5990
 6000
 6010
 6020
 6030
 6040
 6050
 6060
 6070
 6080
 6090
 6100
 6110
 6120
 6130
 6140
 6150
 6160
 6170
 6180
 6190
 6200
 6210
 6220
 6230
 6240
 6250
 6260
 6270
 6280
 6290
 6300
 6310
 6320
 6330
 6340
 6350
 6360
 6370
 6380
 6390
 6400
 6410
 6420
 6430
 6440
 6450
 6460
 6470
 6480
 6490
 6500
 6510
 6520
 6530
 6540
 6550
 6560
 6570
 6580
 6590
 6600
 6610
 6620
 6630
 6640
 6650
 6660
 6670
 6680
 6690
 6700
 6710
 6720
 6730
 6740
 6750
 6760
 6770
 6780
 6790
 6800
 6810
 6820
 6830
 6840
 6850
 6860
 6870
 6880
 6890
 6900
 6910
 6920
 6930
 6940
 6950
 6960
 6970
 6980
 6990
 7000
 7010
 7020
 7030
 7040
 7050
 7060
 7070
 7080
 7090
 7100
 7110
 7120
 7130
 7140
 7150
 7160
 7170
 7180
 7190
 7200
 7210
 7220
 7230
 7240
 7250
 7260
 7270
 7280
 7290
 7300
 7310
 7320
 7330
 7340
 7350
 7360
 7370
 7380
 7390
 7400
 7410
 7420
 7430
 7440
 7450
 7460
 7470
 7480
 7490
 7500
 7510
 7520
 7530
 7540
 7550
 7560
 7570
 7580
 7590
 7600
 7610
 7620
 7630
 7640
 7650
 7660
 7670
 7680
 7690
 7700
 7710
 7720
 7730
 7740
 7750
 7760
 7770
 7780
 7790
 7800
 7810
 7820
 7830
 7840
 7850
 7860
 7870
 7880
 7890
 7900
 7910
 7920
 7930
 7940
 7950
 7960
 7970
 7980
 7990
 8000
 8010
 8020
 8030
 8040
 8050
 8060
 8070
 8080
 8090
 8100
 8110
 8120
 8130
 8140
 8150
 8160
 8170
 8180
 8190
 8200
 8210
 8220
 8230
 8240
 8250
 8260
 8270
 8280
 8290
 8300
 8310
 8320
 8330
 8340
 8350
 8360
 8370
 8380
 8390
 8400
 8410
 8420
 8430
 8440
 8450
 8460
 8470
 8480
 8490
 8500
 8510
 8520
 8530
 8540
 8550
 8560
 8570
 8580
 8590
 8600
 8610
 8620
 8630
 8640
 8650
 8660
 8670
 8680
 8690
 8700
 8710
 8720
 8730
 8740
 8750
 8760
 8770
 8780
 8790
 8800
 8810
 8820
 8830
 8840
 8850
 8860
 8870
 8880
 8890
 8900
 8910
 8920
 8930
 8940
 8950
 8960
 8970
 8980
 8990
 9000
 9010
 9020
 9030
 9040
 9050
 9060
 9070
 9080
 9090
 9100
 9110
 9120
 9130
 9140
 9150
 9160
 9170
 9180
 9190
 9200
 9210
 9220
 9230
 9240
 9250
 9260
 9270
 9280
 9290
 9300
 9310
 9320
 9330
 9340
 9350
 9360
 9370
 9380
 9390
 9400
 9410
 9420
 9430
 9440
 9450
 9460
 9470
 9480
 9490
 9500
 9510
 9520
 9530
 9540
 9550
 9560
 9570
 9580
 9590
 9600
 9610
 9620
 9630
 9640
 9650
 9660
 9670
 9680
 9690
 9700
 9710
 9720
 9730
 9740
 9750
 9760
 9770
 9780
 9790
 9800
 9810
 9820
 9830
 9840
 9850
 9860
 9870
 9880
 9890
 9900
 9910
 9920
 9930
 9940
 9950
 9960
 9970
 9980
 9990
 10000

Erit terra Aegypti in desertum et solitudinem.

Factum est in uigesimo & septimo anno, in primo in una mensis.

co, dicit Dominus Deus. Tunc autem tem-
 poris faciam ut cornu siue regnum domus Is-
 raeliticae rursus se attollat, atq; germinare in-
 cipiat, restitutus eos libertati. Et tu quidē a-
 pud eos tunc os tuum aperiens liberē, multā
 que cum autoritate loqui poteris, quando ui-
 debunt rem omnem ita euenire, ut tu ipsis ua-
 ticipatus es, & sciēt quod ego sim Dominus.

CAPVT XXX.

Dominus autem Aegyptiorum cladem
 me deplorare uolēs, rursus uerba meo-
 cum faciens, inquit: Fili hominis, per-
 ge uaticinari Aegyptijs, atque dicito eis, Do-
 minum Deum ipsis praecipere, ut plorent ac
 eiulent, atque de imminente, ipsis calamitati
 lugendo dicant: O infelicem, tristem & infau-
 stum, qui nobis impendet, diem. Certē pro-
 pē iam adest, propē inquam adest dies, quo se
 Dominus de eis ulciscerit, dies nubilus, cala-
 mitosus ac tristis. Erit enim nunc gentiū tem-
 pus, quae Aegyptum affligent ac deuastrabunt.
 Gladius enim, siue militaris exercitus ueniet
 in Aegyptum, qui & Aethiopibus huic regno
 coniunctis ac amicis formidini erit, ubi quā
 plurimi gladijs confossi ac uulnerati in Aegy-
 pto ceciderint, & promiscuū uulgus captiuū si-
 bi illinc abduxerint, seruorū loco eos habitu-
 ri, urbiumq; eius fundamenta euerterint Ae-
 thiopes, Lybes & Lydi. & omne reliquum uul-
 gus in militiam sese adiungens: & Cobij, una
 cum ijs qui Aegypto confederati sunt, pari-
 ter cum Aegyptijs gladio perimentur atq; ca-
 dent. Nam sic dicit Dominus: Cadent quot
 quot Aegyptum fulciunt, ac uelut confedera-
 ti bene illi uolunt, superbum enim robur eius,
 cui male fidit, humiliabitur, atq; cōcider. A tur
 oriente nimirum usq; ad occidentem, gladio
 simul omnes perimendi sunt, dicit Dominus
 Deus. Et desolabūtur, ut supra omnes unquā
 uastatas terras uastae futurae sint: & ciuitates eo-
 ius eō redigentur, ut omnium deuastratarum
 ciuitatum futurae sint desolatissimae, & scient
 quod ego sim Dominus, cum omnium tribu-
 lationum ignem in Aegyptum immiserim, &
 omnes ei auxiliū ferentes perdit fuerint. Tūc
 quidē temporis egredientur nunciij a me mis-
 si, qui conscensis nauibus perant Aethiopiam,
 ut eā iam nunc securam perterrefaciāt. Et ran-
 tus quidem terror tūc eos corripiet, quantus
 in suae uastationis die corripuit Aegyptios. Nā
 ecce uenit atq; adest tēpus, quo & de illis pō-
 na sumatur, ac sua malefacta uant. Sic autē di-
 cit Dominus Deus: Ego faciam, ut illa populi
 frequētia, qua Aegyptus undiq; perstreperet so-
 let, in ipsa per manum Nabuchodonosoris re-
 gis Babylonij cesset, ita ut quae olim populo-
 sissima fuit, iam uelut desertum quoddam fu-
 tura sit. Rex autem ipse, simul & populus e-
 ius, qui certē omnium gentium fortissimū
 sunt ac bellicosissimi, adducentur in Aegyptū,
 ut eam totam uastent atq; perdant, distri-
 ri in eam gladios suos, itaque in illos deseri-
 tū,

*Corrupti fil
 cientes Ege
 pium, & de
 struetur su-
 perbia impo-
 ry eius.*

turi, ut terram interfectorum cadaueribus im-
 pleturi sint. Quin & flumina eius exiccabo,
 & uendam terram in manum illorū, qui Ae-
 gyptō malē uolunt, atque iniquiores sunt: ua-
 staturus primū manus hostium eius, tum
 ipsam tum omnia etiam quæ in ea sunt. Ego
 Dominus ita mecum statui, atq; locutus sum.
 Dicit autem & sic Dominus Deus: Ego scele-
 rata illorū idola perdam, & efficiam ne quid
 simulachrorum remaneat in urbe Memphiti-
 ca. Et non erit eis amplius rex, siue princeps,
 qui de terra Aegyptia, aut Aegyptij sanguinis
 sit: ita ut in multo terrore, magnaue formidi-
 ne illic futuri semper sint. Vastabo enim Pa-
 thros, primi nominis apud illos ciuitatem, &
 immittam afflictionis ignem in Taphnis, du-
 riter animaduerturus in Alexandriam. Iratus
 quoque animaduertam in Pelusium, quod
 Aegyptia terræ robur atque clauis est. Et per-
 dam multū illū Alexandriæ ciuitatis populū: 20
 immittam dico, omnem afflictionis ignem in
 Aegyptum & Pelusium, ueluti mulier partu-
 riens in multo dolore ac mœrore erit. siquidē
 Alexandria expugnabitur: & Memphis item
 plurimum dolens, quotidianis premetur an-
 gustijs. Delectissima iuuentus Heliopoleos
 atque Bubasti, gladio interibit: & qui ex eis su-
 permanebunt reliqui, ad seruiendam seruitu-
 tem abducentur captiui. In Taphnis uerō ob-
 tenebrescet dies, calamitasque grauissima erit, 30
 ubi illic confregero uincula Aegypti, in li-
 bertatem asserens, quos Aegyptij duram ser-
 uitudinem sibi seruire compellunt, & ubi super-
 bia roboris eius in ea defecerit. Caliginosa nu-
 bes obnubilabit atque obtenebrabit eam, erit
 que calamitosissima. Et quos subditos sibi
 habet nicos, aut ciuitatulas, harum incolæ in
 captiuitatem abducentur. Itaque iustas de Ae-
 gyptō pœnas sumpturus sum, & scient quod
 ego sim Dominus. Accidit autem undeci- 40
 mo captiuitatis nostræ anno, mensis primi se-
 ptimo die, ut collocutus mecum sit Dominus
 in hunc modum: Fili hominis, uanissimam
 spem Hierosolymitanus populus concepit, de
 auxilio ipsis ab Aegyptijs ferendo: siquidem
 brachium Pharaonis regis Aegyptiorum ego
 cōfregi, nempe anno post Iechoniam captum
 quarto, quando Pharao Neco in Carchamis
 à Chaldeis cæsus fuit, terra sua ei adempra,
 ab Euphrate usq; ad Nilum Aegypti fluium. 50
 Et ecce hoc eius uulnus nondum obligatum
 est: neque enim medelis adhibitis sanari po-
 test, ut circumligatis brachio eius fascijs, eō
 fortitudinis redeat, ut gladium teneat. At nūc
 sic dicit Dominus Deus: Ecce ego insurgam
 aduersus Pharaonem regem Aegypti, & con-
 fringam quod ex brachijs eius sanum ac uali-
 dum est. Et illud quod inualidum atque con-
 fractum est, ita permanebit, unde deiecto de
 manu eius gladio, bello prorsus inutilis futu- 60
 rus est. Nam quolibet gērium Aegyptios dis-
 ijciam, in quasuis mundi nationes eos disper-
 surus. Verum brachia regis Babylonij, ea cor-

roboraturus ego sum: & ut eo uelut ministro
 fideli utar, dabo gladium meum in manum e-
 ius, per quē Pharaonis brachia atq; uirtutem
 omnem conteram. Et is ita ut faucij ac gladio
 confossi solent, altum ac miserē coram eo cla-
 mabit, ac ingemiscet. Brachia inquā regis Ba-
 bylonij ego corroborabo, & brachia Pharao-
 nis concident: & scient quod ego sim Domi-
 nus, ubi gladium meū Babylonio regi in ma-
 num tradidero, ut is in Aegyptiam terram il-
 lo deficiat. Disijciam itaq; Aegyptios quouis
 terrarum atq; gērium, toto terrarum orbe per
 omnes mundi nationes eos disperfurus, & sci-
 ent quod ego sim Dominus.

*brachia re-
 gis Babylō-
 nis.*

C A P V T XXXI.

Accidit autem anno captiuitatis nostræ
 undecimo, mensis tertij primo die, ut
 Dominus mecum uerba fecerit: nem-
 pe significare uolens, non ea magnificētia Pha-
 raonem esse, quin alij magnificentiores, ac ip-
 so longē præstantiores reges suis solijs detur-
 bati sint. Iubebat itaque me Pharaonem regē
 Aegyptium appellare, atq; ipsum simul & po-
 pulum eius tam numerosum interrogare: cui
 sua magnificētia, opibus ac potētia, reliquorū
 regni strepitu se similem crederet? Et de Assy-
 rio rege (quo uix ullus toto terrarum orbe præ-
 stantior rex erat) sermonē instituēs Dominus:
 Ecce Assyrius rex, inquit, similis erat cedro,
 quæ in summā procreuit altitudinē in monte
 Libano, pulcherrimis ramis, inter se densis ac
 intricatis, ita ut ramis ac frondibus amœnissi-
 mam de se præbeat umbrā. Statura alta est, cui
 cacumen rami ē medio trunco nascentis, se at-
 tollit supra omnes ramos alios, quantumuis
 eminentes. Aquæ, unde sua incrementa sume-
 bat, largiter eam enutrierant. Abyssus ac infi-
 nita aquarum uis, inexhausta nimirum rerum
 omnium affluentia, extulit eam. siquidem &
 profluentes ex abyfso fluij circumibāt eum,
 in quo plantata erat, locum: & emisit riuulos
 suos ad omnes arbores campi, ita ut per eum
 omnes eius subditi ditescerent. Ex multis ita-
 que his aquis, de abyfso profluentibus, multi-
 plicati atque magni facti sunt rami eius, & fla-
 gella eius longa, ita ut in ramis eius nidulata
 sint omnes cœli uolucres. Sub frondibus autē
 eius densis, atque pulchrē inter se contextis,
 pepererunt cunctæ bestię agrestes, ita ut ma-
 gnæ gentes, plurimusq; populus sub umbra
 ac protectione eius, multa in pace securi con-
 federint. Cedrus itaque hæc sua magnitudi-
 ne, atque ramis longum protensis perquam
 pulchra euasit: siquidem solo pingui sita, ad
 multas aquas ipsam irrigantes, suas agebat ra-
 dices: adeo, ut ne illis quidem cesserit cedris,
 quas paradifus Dei habuit: neq; ullæ etiā abie-
 tes eam æquabant, neq; castanæ tam proten-
 sis fuerunt flagellis. In summa, nulla in paradi-
 fo Dei arbor fuit, quæ cum huius pulchritudi-
 ne conferri posset. Pulchram adeo ramorum
 suorum multitudine eam feceram, ut præ-
 clarissimæ

*Ecce Assur,
 quasi cedrus
 in Libano.*

*Cedri non
 fuerunt al-
 tiores illo in
 paradiso
 Dei.*

*Disperdam
 simulacra,
 & cessare
 faciam ido-
 la de Mem-
 phi.*

*Factum est
 in undeci-
 mo anno, in
 primo mens-
 is, in septi-
 mo mensis.*

Confortabo

clarissimæ quæque arbores in paradiso Dei huic inuiderint. Propterea sic dicit Dominus Deus: Quandoquidem rex Assyrius cedri in morem statura excelluit, & supra omnes alios ramos siue reges ac principes uiros se exultit, ita ut hac sua præstantia corde elatiore factus fuerit: propterea tradidi eum in manum fortissimæ gentis, quæ ei quicquid collibitum fuit, pro hac impietate ipsius fecit, cum ego ipsum reijcerem. Itaque hostes, & quidem quos nullas inter gentes inuenias, crudelissimi, succiderunt eam, atque prostrauerunt eam in montibus, ita ut rami eius in omnes nalles deciderint, peremptis nimirum exercitibus eius: & sic quidem contracta sunt flagella eius, iuxta omnes torrentes terræ. Et cunctus terræ populus, cui ille imperare solet, recessit de umbra eius, atque ab eo desciiuit, ipsum que reliquit. Super truncum autem eius iam humi prostratum, requiescebant omnia uolantia cæli: & qualibet bestia agrestes insisterunt ramis eius, pedibus conculcatis ore suo arrödentes. Hinc itaque modestiam condiscant quælibet feliciores arbores, neq; de sua præstantia se efferant, neq; cacumine suo supra alios omnes eminere studeant. nimirum sibi placentes quod longè omnium maximo satellitio stipentur. Neq; se ulmis, alnis, quercubus, aut alijs ullis arboribus præferant, ut præ se illos contemnant: quantacumq; enim dignitate reges ac principes uiri aliquando fuerint, simul omnes mortui, atq; in terram retrusi sunt, nõ secus ac plebei qui ad sepulchrum efferuntur. Sic dicit Dominus Deus: Quo die Assyrius ad inferos descendit, atque in sepulchrum elatus est, iussi abyssum super eo lugere, atq; sese lugentium more obtegerè, facie uidelicet lugubri obuelamento abscondita: & inhibui flumina eius, ne ipsum suis opibus rigarent, cohibens ita aquas multas. Libanum in quo procreauerat atq; consiterat, hunc totum reddidi atratum, ipsam scilicet Assyriam eius, eum lugere iubens. nam omnes aliæ arbores campi morte eius elanguerunt, atque animi deliquimus passæ sunt. Fragore autem ruinæ eius commouit gentes, cum eum ad inferos deijcerem, unâ cum alijs quibuslibet, qui ad sepulchrum efferuntur. Qua quidè re omnibus arboribus pulchris ac bonis, quæ aquis enutriuntur, cuiusmodi illæ sunt quas producit Libanus, in subterraneis locis solatio fuit, quod & ipse ad mortem ipsorum interijisset. Quin & ipsi unâ cum eo apud inferos demigrarunt, ad interfectos gladio, qui ipsi adiutores ac brachiorum uice aliquando fuerant, aut qui sub umbra eius habitabant in medio exterarum nationum tuti & securi. Tu itaque, ô Pharaon, cui similis tibi uideris in gloria ac rerum omnium magnificentia? Quamuis Assyrius ille multis modis hic te superarit, eidem certè in ruina atq; ignominia similis eris, quando unâ cum alijs arboribus in interiora sepulchri detruderis inter incircumcisos, dormiturus cum eis qui in bel-

lo cadunt, atque interficiuntur. Hic erit exitus atque finis Pharaonis, atque omnis quæ circum illum multitudinis est, inquit Dominus Deus.

CAPVT XXXII.

Accidit autem anno post captum Iechoniam duodecimo, quâdo priore anno mensis duodecimi primo die destructa fuit Hierosolyma, ut super Aegyptiorum adhuc rege mecum locutus sit Dominus, dicens: Fili hominis, lamentare atque plora super Pharaone rege Aegyptio, ac dicito ei, quod inter gentes alsimilis leoni sit: quippe qui inter gentes idipsum sit, quod inter animalia irrequietus ac sanguinarius leo. Ad hæc, quod & ueluti cetus sit in mari: quippe qui discutit, atque propulsat aquas è fluminibus suis, in terram ac ripas uicinas. Pedibus tuis aquas disturbas, ac flumina earum conculcas: omnia nimirum insanis bellorum tumultibus miscens & conturbans, ac prostratos exercitus pedibus proterens. Sic itaque loquitur tibi Dominus Deus: Ecce ego aduersum te expandam rete meum, idq; ualido conscripto exercitu, ac multis populis cõgregatis, qui te sagena mea irretitum ex aquis educent: & ab aquis eductum relinquam te in terra, super campum proiectum, ubi faciam ut super te confideant uolucres cæli, quibus esca sis, in uniuersas etiam terræ bestias ex te satiaturus. Exponam enim eis carnem tuam super montes, & explebo ualles cadaueribus militum tuorum, de quibus adeo tibi efferri solet animus, & tanto opere tibi placebas. Terram uero in qua exundant te Nilo natate soles, hanc sanguine tuo sic irrigabo, ut se ad montes usque atrollat, ita alui tui sanguine implebuntur. Cum uero te extinxero, atque extinctum ita in montibus reliquero, tantum exhalabis grauissimi fetoris fumum, ut cælum ex eo obtegendum sit, stellæ omnes obfuscandæ. sol uelut nube operiendus. & luna nullum de se lumen datura. Omnia inquam quæ in cælis lucent luminaria, per fetidum huc ex te fumum obtenebrabuntur, ita ut terra tua nullum cælitus lumèn accipies, multa caligine tenebrosa tristis ac moesta futura sit. dicit Dominus Deus. Quando autem contritionem tui adducam, curabo ut corda multorum populorum commotiora minusq; æqua sint in uos superatos, & ad alias, quas non nouistis, gentes, huc illic profugientes. Obstupefaciã super te populos multos. Quin & reges horrore quodam de te inhorrescent, ubi gladium meum uibrauero præter facies eorum: & singulis momentis pauebunt, ac turbabuntur. idq; ex suo quisque animo, cum eis in mentem ueniet dies ruinæ ac perditionis tuæ, metuentes scilicet, ne quid simile unquam ipsis eueniat. Sic autem adhuc dicit Dominus Deus Aegyptio: Gladius regis Babylonij obruet te. nam gladijs Heroum eius prosternam copias tuas, qui simul omnes fortissimi, uiriq; bellicosissimi sunt ex uniuersis gentibus:

In die quando descendit ad inferos, induxi luctum.

Expandam meum.

Gladius regis Babylonij obruet te.

gentibus. Hi deuastabunt ac demoliētur quicquid Aegyptus superbū habet, & preciosum: & omnis quæ in ipsa populi frequentia atque strepitus est, exterminabitur, atq; confilescet: siquidē & omnia iumēta eius perditurus sum, ne ad aquas illas multas ac magnas ulla inueniantur, quæ tūc nullis hominū pedibus, neq; ullis iumentorum unguis turbata, limpidissima fluent, ac purissima, ita ut pari cū oleo claritate futura sint, dicit Dominus Deus: nimirum ubi terrā Aegyptiā desolauero, & ipsa in colis ac iumentis, & omnibus quæ in ipsa ullo modo experenda sunt, destituetur, interfectis nimirum omnibus qui eam inhabitāt: & sciēt quod ego sim Dominus. Hæc ipsa lamentatio est, qua eam lamentabuntur, duramq; eius sortem deplorabūt: id quod per oppida aliarum gentium fiet. Super Aegypto inquam, omnīq; populorum eius frequentia, qua perstreperet, hanc lamentationem lamentabuntur, dicit Dominus Deus. Factum est autem anno capitiuitatis nostræ duodecimo, mensis duodecimi quinto decimo die, ut Dñs Deus post regem ac aulæ proceres, ipsam plebem deplorari, ac sua fata ipsis denunciari uolens, me allocutus sit, dicēs: Fili hominis, plangito ac deplorato mihi sortem promiscuę multitudinis Aegyptiorum, luctuosa ac funesta oratione eis denunciāns, quid obuenturum ipsis sit. Deiciendos ipsos omni suo honore prædica, simul cum filiabus, siue regionibus aliarum illustrium gentium, ad terram inferam, siue in sepulchrum, ita ut assolent qui moriuntur. Ab omni eo, quo tibi potissimum places, ac præstare uideris, descēdes, dormiturus cum incircumcisis. Proinde pone atque abijce fastum, omnemq; tuam arrogantiam. Inter media occisorum cadauera, ciues tui gladio occumbent: siquidem tota Aegyptus gladio tradita est. Trahite igitur eam ad inferos, simul & omnes copias eius. Principes uiri, ac præstantissimi quiq; abhinc annos aliquot, iam pridem mortui, apud inferos regem Aegyptium consalutabunt, atq; alloquentur, unā cum copijs suis auxiliarijs eum excepturi: gauisuri scilicet, quod & hi qui uitam sibi promittebant perpetuam, ipsorum quoq; more interierint, dormituri pariter cum incircumcisis quos gladius peremit. Inter has primum tenebit locū Assyrius, cum omni populorum suorum multitudine: siquidem circum ipsum sepulchra eorum sunt, qui causā ipsius sunt interfecti, atq; gladio ceciderunt: imò nonnullorum sepulchra in imis foueę sepulchralis lateribus sunt, in quam ille repositus est. ut taceam de multo illo populo eius, per circuitum sepulture eius disperso, qui omnes interfecti sunt, ac gladio perierunt, quod terra uiuentium terrori fuerint, ac formidini. Ibi uidebitur & Aelam, & omnes eius copię per circuitum ei consepultę, interfectę nimirum omnes, atq; gladio peremptę: unde & descenderūt, ut incircumcisos concederet, ad inferos, unā cū omnibus qui ter-

ra uiuentium, terræ inquam Israeliticę, terrorem incusserūt atq; formidinem: unde & ignominiam suam ferunt, cum omnibus qui in sepulchrum demittuntur. In medio occisorum Aelamitico principi huic suū posuerunt lectū, cum omni populorū ipsius multitudine, quorum sepulchra circū ipsum sunt: siquidē & omnes illi incircumcisi gladio interfecti sunt, ut qui terræ uiuentium terrori fuerint ac formidini: unde & retulerūt ignominiam suam cum ijs qui in sepulchrum descendūt, depositi in mediū interfectorū. Præterea offerēt se huc Cappadoces & Iberi, cum omni populorū suorū multitudine, quorum per circuitum illic sepulchra sunt, etenim hi incircumcisi gladio oēs interfecti sunt, quod terram uiuentium multo metu cōterrefecerint. Hi uerò non miscebūtur heroibus, qui ex incircumcisis ueluti uictores perierunt, qui ad sepulchrum efferuntur, nō despoliati more deuictorum: sed ut uictores deceret, cū armis suis bellicis, gladios suos capitibus suis substratos habentes. Verumtamē iniquitas ipsorū etiam oīsibus eorū adhærebit, quæ huc illuc dispersa, sepulchri honorē nō ferent, quando & ipsi terræ uiuentium horrore fuerint ac formidini. Itaq; tu, o Pharaon, unā cum præputiatis his confringēris: & cum ijs quos gladius peremit, dormies. Est autē ibi & Edom, unā cū regibus ac uniuersis principibus suis, qui simul cum omnibus suis præstanti robore uiris adnumerati sunt inter eos, qui bello interierunt. Iacent autem cū incircumcisis in sepulchra sua illatis. Præterea & Babylonios illic inuenies duces, tum illos oēs, tum etiam omnes Sidonios, qui cum interfectis occubuerunt, cū alios terrerēt. At nūc eos sui roboris, omniumq; suorū facinorū pudet simul & piger. Iacent enim incircumcisi inter gladio peremptos, & ferūt suā ignominiam cum ijs qui descenderunt ad inferos. Hos omnes suū aduentum sibi gratulantes uidebit Pharaon, pari modo moriturus, cui uniuersa illa populi multitudo solatio erit, quæ similiter mortua, atq; gladio interfecta fuit: Pharaon inquam, & cunctus exercitus eius, simul omnes eodem tendūt, dicit Dominus Deus. Daturus enim sum mei timorē in terra uiuentium, ita ut me, non illum posthac metuāt. siquidem ille cū ijs quos gladius peremit, adnumerabitur incircumcisis: Pharaon inquam, & tota illa exercituum eius multitudo, dicit Dominus Deus.

CAPVT XXXIII.

Rursum uerò colloquens mecum Dominus, atq; sub parabola speculatoris docere uolēs, quid ueros pastores atq; ecclesiastas cōdeceat: Fili hominis, inquit, loquere filijs populi tui, atq; hunc in modum dicito eis: Si regioni alicui bellum pararo, ac immisero, & populus regionis illius uirum aliquem indigenam ac fidum decernat, quem sibi speculatorem constituat: & hic, si iam conscensa specula sua hostes uideat in regionem irruptionem parantes, atque hoc nomine tuba clangat,

Ibi Mosoch & Iubal, et omnis multitudo eius.

Walterus est duodecimo anno in quinto decimo mensi.

clangat, populum de hostium aduentu pramonens: & populus hoc audiens, si pramonitione eius cōtemnat ac parum moretur, ita ut irrumpens hostis eū feriat atq; perdat: certe populus hic eius mali ipse sibi autor est, neque habet in quem alium suæ perditionis culpam reiiciat. Audiuit enim tubæ clāgorem, & sprete pramonitione sibi nō cavit. Itaq; ipse sibi suæ cladis ac mortis autor uerē censendus est. Verūm qui monenti speculatori credens, atq; obtemperans sibi cauet: is seruaturus animam suam est, ac incolumis futurus. Ceterū si speculator irrumpens in regionem hostes uidens taceat, tubaq; sua non clangat, ita ut populus à nemine pramonitus sibi non cauerit, & irrumpens hostis aliquem ex eis occiderit, is sane ratione suę iniquitatis occisus est. At tamen requiram sanguinem illius de manu speculatoris, quod ille suum officium non presterit, ac tempore populū pramonuerit. **20** Ut autem cognoscas quorsum hæc dicam: Te quidem fili hominis constitui domui Israeliticę speculatorem, ut de ore meo audita, ipsis adnuncies atq; deprædices, non tua somnia, atq; aniles fabulas: sed de ore inquam meo audita, ut rheis uerbis, atq; ex me ipsis loquaris, nō de tuo iudicio ac cerebro. Si autem tibi dixerō de impio quod mortem obiturus sit, & tu tacens eum non pramoneas, ut se à uia mala auertat, rectiusque uitam suam instituat: ipse quidem impius suę impietatis pœnas dās motietur, sed sanguinem eius de manu tua requiram, eius mortem tibi imputaturus. Verūm si tu cum pramoneas, ut omiſſis uis suis malis, bonę frugis esse studeat: & is monentem te parum curans, à uia sua praua se non deflectat, neq; emendationi uitæ se præbeat: tum quidē ipse propter suam iniquitatem occumbet: tu uerō officio tuo rectē functus animam tuam liberaſti, ut cui nihil imputari possit. Tu ergo **40** fili hominis, dic domui Israeliticę, quod sic apud se cogitent, atq; dicant: Ecce sceleribus atque peccatis nostris prægrauati sumus, atq; in illis ipsis cōtabescimus. qua itaq; ratione nobis possemus uitam polliceri: uerūm ut ne desperent, atq; ut animum recipiāt, dicito eis sic Dominum Deum dicere: Ego uiuo, & mortē impij minimē uolo: sed hoc magis uolo ac studeo, ut se auertat à uia sua mala, atque uiuat. Tantum conuertimini, atq; omittite uias uestras malas. Cur enim moreremini domus Israel? Proinde tu fili hominis sic dicito filijs populi mei: Quemadmodum iusticia iustum non liberat, cum à iusticia priorēq; sua probitate declinans, inique agere cœperit: ita neque impius per impietatem suam ac uitam sceleratam impingeret, aut periturus est, si ab impietate sua auersus, probitati iam ac uita piæ se tribuat. Pari planē modo inquam, ut iustus nō potest per suam iusticiam uiuere, ubi ad iniusticiam peccando defecerit: cū itaq; iusto pollicitus fuero, quod sua iusticia uicturus sit, & ille omiſſa sua illa iusticia, iniquē ac malē facerē

Iusticia iusti non liberabit eum, in quacunque die peccauerit.

cœperit, omnium que ille iuste fecit nulla erit memoria: sed propter iniquitatem suam, nitam que quam uixit improbam morietur. Et uicissim si impio dixerō quod moriturus sit, & ille omiſſis sceleribus suis, quod iustum ac rectum est fecerit, quod à paupere pignori accepit restituens, reddens item quod alteri subripuit, atq; ita in reliquis uitæ iustæ semitis ambulabit, ita ut iam nihil designet mali, is plane uiuet, minimē moriturus. Quæcunque ille peccata fecit, horum nulla fiet mētio: sed quia quod iustum ac rectum est fecit, certo uicturus est. Ceterū filij populi mei, ueluti omiſſis sceleribus ad bonam frugem ac uitam iustam conuersi, hic dicent, parum æquam esse Domini uiam, cum ipsis adhuc durior uideatur: sed si penitus introspiciant, cognoscent parū æquas & bonas adhuc esse uias suas. Hoc itaq; uobis persuasissimum uolo, quod sicut iustus, qui à iusticia sua auersus, iniuste iam agit & impiē, hac de causa moritur: sic impius, si se ab impietate sua ad uitam iustam conuerterit, ita ut quod iustum ac rectum est, iam faciat, hoc ipso nomine uiuet. Et quāuis dicatis, uobisq; pro corrupto uestro cerebro uideamini, parū hic æquam esse uiam Domini: ego certē domus Israel, quemlibet uestrū secūdam suas, in quibus eam deprehendo, uias aut facta iudicaturus sum. **46** Accidit autem duodecimo nostræ transmirationis anno, decimi mensis quinto die, ut ad me uenerit qui ex Hierosolymorum urbe euaserat, & hic mihi narrabat ciuitatem expugnatam, percussam atq; uastatā. Sed manus Domini sub uesperam præcedentem me contingens, ac spiritu prophético afflans, priusquam ille qui euaserat adueniret, iam aperuerat os meum, ita ut liberē ac intrepidē multa de uastando templo, ac uastanda ciuitate proloquerer, dū ille postero mane me accessit. Iam Dominus aperuerat inquam ante eius aduentum os meum, neq; amplius obmutescbam. Alloquens autē denuō me Dominus: Fili hominis, inquit, qui loca illa Israeliticę terræ deuastata nunc inhabitant, pauperes nimirum terræ, qui relictī illic sunt, increduli, atq; omnibus maledictionibus obnoxij, conferunt se fidelissimo, ac modis omnibus benedicto famulo meo Abrahamo, dicent enim: Vnus ac solitarius erat Abrahamus, & ex promisso Dei possedit terrā hęc: at nos multi iā sumus, quin possideremus eā: non enim animaduertunt, q; per fidē ille terrā hanc consecutus fuerit, unde hi per incredulitatē suam eiiciuntur. Idcirco dicito eis, sic dicere Dominū Deū, qui omnia ipsorū impiē facta ac grauissima scelera ad unguē cognita habet: Vos contra id quod lex præcipit, pleraq; cū sanguine comeditis, & oculos uestrōs cōijcitis in scelerata, atq; multis adeō modis uobis uetita idola: neq; abstinētis à culpando atq; effundendo etiam sanguine innoxio. Et digni uobis uideamini, qui ita ut Abrahamus terrā hanc possideatis? Præterea cōfissi estis proprio robori proprio

Factum est in duodecimo anno, in decimo mensis

proprio gladio ac viribus proprijs: & abominanda complura designastis, etiam uxorem proximi sui quisque polluentes. & hisce cum sitis moribus, dignos vos censeatis, ut terra hac potiamini: Dices itaque eis, sic dicere Dominum Deum: Ita uita mea mihi perstet, si non qui in locis illis desolatis remanserunt, gladio occumbent: & qui profugi in agro agunt, bestijs tradam crudelioribus, quos ipsos deuoret: & qui in praedijs ac speluncis sunt, pestis conficiat. Nam terram ipsam satis uastam, adhuc uastiozem reddam ac magis desolatam: ipsa etiam montana Israelis uastaturus ita, ut nemo futurus sit, qui illac pertranseat: & sciet, quod ego sim Dominus, ubi terram propter omnes, quas fecerunt, abominationes reddidero modis omnibus uastam ac desolatissimam.

Vult ego, qui in meo gladio occidit.

Caterum tu fili hominis, filij populi tui obtruncant tibi, atque male de te clanculario loquuntur, ubi remotis arbitris, id facere possunt ad parietes, ubi nemo subauscultet, aut intra domorum suarum limina. Dicunt enim alter ad alterum, quisque nimirum ad proximum suum: Venite quaeso, & audite quid nam loquutus nunc sit Dominus: & ita quidem per risum alius alium inuitantes, accedunt ad te, nimis quam simulanter se gerentes, perinde ac si uere meus esset populus, uerborum meorum ex animo studio. Sed apud te confidentes hypocritae, animo nihil sincero audiunt sermones tuos: siquidem ipsi non credunt, neque ad eos uitam suam instituunt: sed obtorto ore te subsannant, atque uelut irrisorij cantilenis te deludunt: nam non nisi ad auariciam spectat cor eorum. Et ecce hinc tu eis nihil aliud quam catio quaesdam subsannatorum es, qui pulchra uoce cantus periti cantillant. nam solum ut aures oblectent, animique gratia te audiunt, & non ut mentem informant. Audiunt enim duntaxat uerba tua, sed ad ea mores suos non componunt: uerum ubi illud aduenerit, quod minitatus es, quodque tu illis abunde praedixisti (certo enim eueniet, atque iam iam in foribus est) tunc cognoscent, quod propheta inter eos fuerit, & maiore apud illos in precio eris.

Populi tui qui loquuntur de te iuxta uerba.

CAPVT XXXIIII.

Dominus autem Deus omnem populi sui calamitatem pastoribus ac populis praefectis potissimum imputans, uerba mecum faciens, dixit: Fili hominis, uade ac uaticinare contra pastores populi mei Israelitici, in quibus maxime haeret culpa populi mei tam corrupti ac periti. Vaticinare itaque aduersus eos, atque eis dicit, ipsis inquam populi mei pastoribus, quod hunc in modum ipsis loquatur Dominus Deus: Vae sceleratis populi mei Israelitici pastoribus. Pessimae certe cum eis agatur, ac durissimae exercendi ueniunt, qui sese pascunt, sua uiliter sectantes commoda, ac de ouibus parum curantes. An non probi pastoris est, gregem ipsum pascere, atque de eius comodis atque in columitate sollicitum esse? Lac qui de atque adipem gregis comeditis, lanamque eiusdem

Lac comedebat, & de lana operiebantur.

uos conuestitis, quod crassum ac pingue in eo est mactatis. At de grege ipso ne tantillum quidem curatis: si qua ouis laeguar, aut laesa sit, eam non fouetis, neque de sanatione eius quicquam laboratis. Aegrotam ad bonam ualitudinem atque conualescentiam nullis medicis reducit. Quae pedem aut aliud quippiam commoverit, eam non obligatis: si qua aberrauit, atque uaga iam est, hanc non reducit, neque perditam ullam quaeritis: sed animo feroci atque austero solum dominamini eis, quibus nihil aliud quam ministros uos praebere oportebat, & non exercere dominium in gregem. Vobis itaque de grege nihil curantibus, atque altum stertentibus, errant oues absque pastore, & omnibus agri bestijs praedae sunt ac deuorationi: unde & huc illuc disperguntur. Errat inquam grex meus per quoslibet montes, atque quousque eminentiores colles, & quousque terrarum dispergitur: siquidem nemo unus est, qui de eo curet, aut ipsum requirat. Propterea audite, seduloque attendite, quid uobis tam incurijs curatis, negligenterque adeo uestro officio intentis, loquatur Dominus: Ita mihi uita mea perstet, ac potius desperem, dicit Dominus Deus, si non meminero, ac dignas aliquando de uobis poenas sumpturus sum, eo quod oues meae fuerunt direptioni, atque quibusuis feris agrestibus deuorationi: propterea quod nemo eis pastor fuit, aut ad ipsas respexerit. Et quod ipsi quos pastores uocant, de ouibus meis non curarunt, nec eas quaesierunt: sed ouium pasturam negligentes, nihil aliud quam sese pauerunt. Proinde audite uos pastores, atque alta mente recedite, quid uobis loquatur Dominus. sic enim ille ait: Ecce ego insurgam contra pastores, requisiturus oues meas perditas de manu eorum, ut de illis ipsi mihi rationem reddant: & officio suo eos amouens, faciam ne amplius ouibus pascendis praesint, neque sese amplius ita ex ouibus pascant: quousque enim pastoris nomen circumferant, intrinsecus sunt lupi rapaces. Unde & oues meas de ore eorum eripiam, ut ne amplius eas deuoret, atque pro cibo eas habeant. Sic enim dicit Dominus Deus: Ecce ego, ego ipse inquam, requiram oues meas, atque eas inuisam, quemadmodum autem pastor aliquis gregem suum perspicit, ac sedulo cuncta considerat atque obseruat, quando in medium dissipatarum ouium suarum aduenit: ita & ego oues meas perspiciam, atque quid quaelibet ualeat obseruabo, erepturus eas ex omnibus locis prauis ac incommodis, ad quae caelo nubilo ac caliginoso, tempore nimirum latentis siue ignoratae ueritatis dispersae sunt. Reducam autem eas ab his, inter quos dispersae sunt populis, congregaturus eas diuersis ex regionibus, ut eas redintroducarn in terram suam, & pascam eas in Israeliticae terrae montibus ac uallibus, & in cunctis habitationibus terrae. In pascuis bonis ac selectis, omnique noxia herba repurgatis ego pascam eas, & in excelsis terrae Israeliticae montibus suas habebunt caulas. Ibi certe coquiescent atque accubabunt in caula amoenam ac bo-

Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum.

Ego pascā
oues meas,
& ego eas
accubare fa-
ciam.

ac bona, & in pascuis pascetur multo optimis
& fertilissimis, nempe in terre Israeliticæ mon-
tibus. Ego nihil moratus uicariū, ipse pascam
oues meas, & faciam ut quiescant, ac animo læ-
to pulchreque cōtēto sint. Ego cognosco meas,
& cognoscunt me mex: unde & uocem meam
audiet, atque mihi auscultabunt, dicit Dominus
Deus. Si qua perdita erit, hanc requiram: erra-
bundam ac uagam in caulam meā reducam: si
qua pedem fregerit, aut uulnera fuerit, eam
obligabo: languidasque fouebo, ac tractabo mol-
lius. Pingue uerō ac lasciuorem, quæ alias im-
petit atque diuexat, ego compescam, ac uires illi
imminuam, cunctasque oues meas pascam,
pro ut res atque conditio ipsarum exiget, discre-
te nimirum ac multo iudicio. Caterum uos
oues mex, sic uobis loquitur Dominus Deus:
Ecce ego in gregibus meis multa discretione
ago, iudicans inter ouem & ouē: cum alia blan-
dius, cum alia seuerius agens, cunctasque inter
ipsas controuersas componēs: hircos etiam
atque arietes, ne quid obsint, cohibens. Sed uos
hirci atque arietes lasciuiores, satis ne uobis est,
quod optima pascua depascitis, nisi residua eo-
rum pedibus uestris proteratis? & quod limpi-
diores aquas bibitis, nisi residuas pedibus uest-
ris conturbetis: ita ut oues ipsæ non depa-
scantur, nisi quod pedibus uestris cōculcatum
est, bibentes item quod unguis uestris turba-
tum atque cornosum est, quando nimirum uerbo
Domini mundo ac puro uestrarū constitutio-
num fermēta ac sordes miscetis. Propterea sic
dicit Dominus Deus ad eos: Ecce ego, ego ip-
se in quā, iudicabo inter pecus pingue ac fero-
culum, & pecus macilentum ac mite: eo quod
uos pinguiore in teniorum humeros ac late-
ra insilitis, & cornibus uestris in infirmiores
quasque incurritis, ita ut eas foras atque extra gre-
gem fugetis. Propterea ego oues meas ipse ser-
uaturus sum, ut ne amplius direptioni pateat:
& iudicans inter ouem hanc & illam, quālibet
pro sua conditione tractaturus sum, alia blan-
dius ac mollius, & aliam uicissim durius ac se-
uerius. Suscitabo autem eis pastorem quendam,
qui eas sedulo curer ac pascat: nempe Dauidis
filium, famulum illum meū, qui quā diligenti-
sime eas curabit, atque ueritatis uerbo pascet,
præstaturus se eis pastorem uerum ac bonum.
Ego autē Dominus ero eis Deus, & famulus
ille meus Dauidis filius princeps erit inter e-
os, primogenitus nimirum omnis creature, ac
nomen habens supra omne nomen. Ego Do-
minus, ne quid de his dubites, sic statui atque pro-
locutus sum. Feriam autem cum eis fœdus pa-
cis, ita ut animo pacato ac tranquillo futuri
sint, iustificati nimirum per fidem: & auferam
de terra omnem bestiam malam ac noxiā, ita
ut uel in deserto, atque in medijs syluis tuto habi-
taturi sint, ac securi dormituri: Sathanæ pote-
stas confracta erit, ita ut ex Deo nati nūquam
sint peccaturi: quippe quibus peccatum iam
non sit pro peccato imputandum. Dabo itaque
eis quicumque collem siue templum meum cir-

Ego ego ipse
iudico inter
pecus pin-
gue & ma-
cilentum.

cūhabitāt (in quo sunt omnes thesauri sapien-
tiæ Dei reconditi) benedictionem meam, sum-
ma beneuolentiā eos profecuturus. Et effici-
am, ut quādo cūque commodum erit, senti-
ant celestis doctrinæ pluuiam: pluuiam nimi-
rum benedictam, ac fructus quoslibet ē terra
elicientem. Hinc & arbores agrestes fructifere
fiēt, & terra feliciter germinabit. Et habitabū-
tuti ac securi in regione sua: & cognoscent,
quod ego sim Dominus, ubi eos in libertatem
spiritus asseruero, ac de manu eorum qui serui-
tute eos premere solent, ipsos liberauero. Nō
amplius tunc præde erunt gentibus, neque no-
xijs in terra feris deuorationi: sed tuto habi-
tantes, neminem habebunt qui pauori ipsis
sit, aut qui eos perterrefaciat: imō germen
quoddam ego eis suscitaturus sum, de cuius
nomine nominandi sunt, atque toto terrarum
orbe erunt celebres. Et non sunt amplius fa-
me laboraturi, neque amplius ferent ignominiam
ex gentibus, quæ eos rideant ac illudant: & li-
quidō cognoscent, quod ego Dominus Deus
eorum cum eis sim, quodque ipsi meus sint po-
pulus: domus nimirum Israelis, inquit Do-
minus Deus. Vos autem oues mex, oues uideli-
cet pascuæ mex, ex esu ac gustato uerbi mei pa-
bulo, homines eritis, non ut bruta animalia,
quæ carnis sunt sectantes: sed curabitis ea que
sursum sunt, & ego Deus uester futurus sum,
dicit Dominus.

CAPVT XXXV.

Dominus autem postquam de ea felici-
tate egit, quæ pijs euentura est, impio-
rum interitum mihi aperire uolens, rur-
sum uerba mecum facere instituit, ac dixit: Fili-
i hominis, obuerte faciem tuam aduersus mon-
tem Seir, ubi Edomiticus populus agit, & uati-
cinator contra eum, ac dicit ei, sic dicere Do-
minum Deum: Ecce ego aduersum te insurgo
mons Seir, qui manum meam contra te exten-
surus, atque in mores tuos impios desauiturus,
te desolatam efficiam atque desertum. Ciuitates
item tuas desolaturus atque deuastaturus, ita ut
cogniturus sis, quod ego sim Dominus: quan-
do perpetuum tibi cum Israelitis odium est, &
inimicissimē cum eis egisti, in gladium ac cer-
tam mortem eos tradens, quādo calamitosis-
sime fuerunt, & quo tempore iniquitas ipsorū
per castigatricem uirgam finem accepit. hanc
ob rem, ut de sceleribus tuis alijs taceam, si ui-
uo ego, ait Dominus Deus, tradam te quoque
in mortem, ut gladio pereas, & sanguinarius
occisor te persequatur. Certē quando tibi con-
sanguineos ac cognatos ita odisti, dignus es
quem occisor aliquis sanguinarius persequa-
tur quoque ac perdat. Reddam itaque mon-
tem Seir desolatam adeo ac desertum, ut nemo
per eū iturus sit, aut rediturus. Implebo enim
montes tuos interfectorum cadaueribus, &
colles tui, ualles tuæ, simul & torrentes ubili-
bet scatebunt occisis, qui gladio in eis perimen-
di sunt. Efficiā quoque, ut desolatio tui perpetua
sit, ita ut ciuitates tuæ nunquam reparentur,
atque

Et dabit
genus agri
fructum
suum.

Sanguini tra-
dam te, &
sanguis te
persequetur.

*De gentes
que uer-
te mea e-
runt.*

atq; in pristinum statum reponantur, & scietis quod ego sim Dominus. Quod autē tibi persuades ac dicis, duas illas gentes, Iudaicam uidelicet & Israeliticam, tuas iam fore, atq; te utriusq; terram ueluti tuam possessurum: cū Dominus ibi esset, qui hoc auditō, te non admittit: Idcirco si uiuo ego, dicit Dominus, quem admodum tu pro tua ira ac uetere odio fecisti Israelitis, cum quibus perpetuam exercuisti similitatem, ita faciam & ego, & notus ero eis, ubi in uos animaduertero. Et tu quidem senties, quod ego Dominus omnes tuas contumelias, quod blasphemias, omniaq; cōiucia & opprobria quę in montes Israeliticos euomuisti, audiuerim, cū diceres: Deuastati sunt, actumq; de eis est: datiq; nobis sunt, quos deuoremus ac deglutiamus. Magna sanē contra me grandiloquo ore uestro iactastis, & multa quidem superbe aduersum me locuti estis: quę omnia ego audiui, neq; possum non inique ferre. Proinde sic dicit Dñs Deus: Cum uniuersa terra gaudebit, ego te in mœrorem conijciam, deustando terram tuam. Sicut tu nihil doluisti, sed gauisus es super uastatione terrę, quę Israelitis hereditaria est, pari modo ego facturus sum tibi. Nam tu mons Seir, totaq; terra Edomitica, redigēris planē in solitudinem: ipsa tota inquam in solitudinem redigetur: & scietis, quod ego sim Dominus.

C A P V T X X X V I.

Dominus autem super populi sui calamitate indolescens, ne animum despōdentes tantis sub malis desperarēt ac prorsus desicerent, significatum ipsis uoluit, quod aliquando opprobriorum atq; conuiciorum suorum, quibus incessabantur, finis esset, ac diruta aliquando restauranda. Itaq; uerba mecū faciens: Fili hominis, inquit, uaticinator montibus Israeliticis, ac dicito eis, atq; iubeo eos attentē audire, quid ipsis loquatur Dominus. Sic enim ille dicit: Quādo quidem hostis de calamitate ac perditione uestra gaudet atq; exultat, dicens terram uestram multis retro seculis tam gloriosam ac felicem, sibi celsisse in hereditatem: propterea uaticinator atq; dicito, sic dicere Dominum Deum: Quādo quidem uos hostes undelibet deuastant atque absorbent, in hoc incumbentes, ut cedatis reliquis gentibus in hereditatem, quo populi sitis fabula, atq; omnes uos diffament, ac de uobis contumeliosissime loquantur: Hac de causa, uos mōtes Israelitici, & quicumq; eos incolitis, audire uerbum Domini Dei. Sic enim ille loquitur, tū montibus, tum collibus, tum torrentibus, tum uallibus: & summatibus inquam, & infimatis, locis etiam nunc desolatis ac uastis, & ciuitatibus derelictis, quę direptioni, despiciuitate acque subsannationi fuerunt cunctis gentibus circumcirca iacentibus. Sic, inquam, dicit Dominus Deus: Dispeream, si non uehementer iratus locutus sum, atq; aliquid mecum deliberatum habeo contra reliquas gentes, & cōtra uniuersum Edomiticū populū, qui terram

meam sibi persuaserunt se habituros hereditariam: toto ex animo gaudentes, atq; contemptissime de populo meo loquentes, eo quod omnium iniurijs ac prædę iam expositi sunt. Ob id uaticinator terrę Israeliticę, & dicito tum montibus, tum collibus, tum torrentibus, tum uallibus, uniuersosq; simul populo, quod sic dicat Dominus Deus: Ecce grauiter cōmotus, multaq; ira percitus locutus sum, atq; aliquid mecum decreui. Eo quod tanta ex gentibus tullitis opprobria & conuicia, ideo sic dicit Dominus Deus: Ego sublata manu hoc sanctē iurauit, atq; disperire me uolo, si non gentes quę uos circūiacent, suam quoq; ignominiam, ac in ipsas coniecta opprobria laturę sunt: ubi uos montes Israelitici, nō amplius iam uastandi & conculcandi, in multa felicitate agentes, proferetis arborum uestrarum speciosissimos ramos, fructum etiam uestrum multum ac bonum populo meo Israelitico prolaturi: quia propius aliquanto ad me accedūt, ac signa dāt futurę respicientię. Nam ecce ego quoq; ad uos uenio, qui ad uos me cōuertam, uestri miserus: unde & probē culti conferemini, multum fructū prolaturi. Siquidem ego multiplicabo in uobis homines, totam nimirū domū Israelis: totam inquam, ac simul omnem. Et ciuitates uestre nunc uastę ac desolatę, tunc rursum inhabitabuntur: & quę uastata nunc iacent ac deserta, ea rursum restaurabuntur. Multiplicabo autē in uobis tum homines, tum iumenta, quę se quoque editis fructibus multiplicent: & faciam, ut terram inhabitetis pro uetere more uestro, ut assoletis. Plus beneficiorum in uos sum collocaturus, quā ab initio seculis superiorib; & scietis, quod ego sim Dominus. Inducam autem in uos homines, nempe populū meum Israeliticū, qui uos occupēt ac incolant: siquidem terra hereditaria illis futura es, neq; amplius te incolentes factura es orbos, siquidem aterna ac stabilis erit eorum felicitas. Sic autē dicit Dñs Deus: Eo q; inimici tibi qd uis exprobrātes dicere solēt, q; deuoratrix esses hominū & despoliatrix gētis tuę: idcirco nō deuorabis amplius homines, neq; amplius gētis tuę despoliatrix eris: ita ut populū te incolem aut perimas, aut in duram captiuitatem euomas, dicit Dominus Deus. Neq; patiar, ut ulla amplius a gentibus audias conuicia & opprobria, unde apud populos pudet, aut dedecori quicquam tibi sit. Non enim fines, ut posthac gentes te incolentes impingant ac corruant, dicit Dominus Deus. Locutus autem rursum mecum Dominus est, ac dixit: Fili hominis, cum domus Israelitica terrā suam inhabitaret, tum quidem eam scelerato suo uiuendi more, ac studijs suis quā sceleratissime polluerūt: ita ut ab ipsorum moribus non secus abhorruerim, quā a sordibus mulieris menstruatę, subducens me ab ipsis donec purgarentur: & animaduerti in eos indignāter & acerbē satis, propter innoxium sanguinē: quo crudeliter effuso, terram conspurcarunt. quam

*Replebo uos
hominibus
& iumentis.*

*In igne zeli
locutus sum
de reliquis
gentibus, &
de Idumea
uniuersa.*

eriam per idola sua mirum in modum polluerunt. Indignè itaq; hæc ferens, dispersi eos inter gētes, & quolibet terrarum disturbati sunt: pro meritis factorum suorum, & ut ipsorum studia promerebantur, animaduerti in eos. Et postquam peruenerunt ad gentes, ad quas eiecti sunt, etiam illic nomini sancto meo dehonestamento fuerunt. siquidem gentes de ipsis ferebant dicentes: Populus Domini sunt hi, & manu hostili suis sedibus deturbati, atque terra sua expulsi sunt: id quod Deus ipsorum, si omnipotens esset, non permisisset. Et misertum sane est nominis mei sancti, quod populus hic Israeliticus inter gentes ad quas deuenerūt, ita delonestabant. Propterea dicit domui Israelis, sic dicere Dominū Deū: Quod quidē cōdonatis delictis uestris uos restituo, ac in terram uestram rursus introduco: nō propter uos ō domus Israel ego id facio, sed propter nomē sanctum meum, quod inter gentes, ad quas deuenistis, idololatria, alijsq; sceleribus uestris delonestastis. Sanctificabo itaq; atq; delonestamento hoc ablato, honestum faciam nomen meum, quod magnum est inter gētes, ubi uos illud polluistis: ut & gentes cognoscāt me esse Dominum, inquit Dominus Deus: cum sumpta de illatis mihi iniurijs pœna uos liberabo, mundusq; ac sanctus, iustus ac rectus iudicabor in oculis uestris, uestropte scilicet iudicio. Assumam enim uos de gentibus, inter quas sparsim habitatis: & congregabo uos de cunctis terrarum angulis, inducturus uos rursus in terrā uestrā, unde per scelera uestra excidistis: & aspergam uobis aquas regenerationis mundas, quibus mūdabimini ab omnium scelerum uestrorū sordibus & inquinamētis, a cunctis item idolis mundandi: siquidem nō pro uetere more tunc uitam uestram instituetis, sed dabo uobis cor nouum, & spiritum nouum immittam in prœcordia uestra: ablaturus de carne uestra cor illud lapideum, durum, & intractabile, eius loco uobis daturus cor carneum, molle ac docile: spiritu enim meo sancto cordibus uestris insito, efficiam, ut uiuatis ad legem meam, meaq; instituta, ita ut obseruari tunc sitis, quæcunq; ego faciunda iudicauim, aut etiam omittenda. Et habitabitis in terra, quam olim iureiurādo me patribus uestris daturum promisi: eritisq; mihi populus quem ego curem ac diligam. nam & ego uobis futurus sum Deus, quem uos iusto cultu colatis ac reuerreamini. Liberabo autem, ac perpurgabo uos ab omnibus immundicijs ac sordibus uestris: unde & aduocato frumento, multiplicaturus uobis id sum, ita ut nulla torquēdi sitis fame, neq; ullius rei penuria laboraturi. Quin & ex arboribus fructus multos uobis conferam, simul & prouentum campi uberem, ut ne opprobrent uobis scelerata gentes famem, aut rerū ullarum inopiam. Et hac externa atque etiam interna felicitate gaudentes, recordabimini de ujs uestris prauis & sceleratis, quibus olim incepsistis: & de studijs, conati-

busq; uestris minime bonis, quibus superioribus diebus insitebatis. Et iam uos iniquitatum uestrarum, totiusq; uitæ antea actæ atq; turpiter ac abominandæ adeo institutæ pigebit. neque propter uos ego hæc facturus sum, dicit Dominus Deus: id quod constare uobis uolo, quos merito uestri pudeat, ita ut ex superioribus diebus erubescatis ō domus Israelis. Sic autem dicit Dominus Deus: Vbi uos ab omnibus iniquitatibus uestris mundauero, sceleraq; uestra omnia, reiectis idolis abstersero, faciam ut habitentur rursus urbes uestræ: & ut quæ uastata ac desolata nunc iacent, reardificentur ac restaurētur. Et quæ deserta nunc est terra, ea culta tunc erit, loco desolationis suæ, quæ uastata adeo fuit in oculis omnium, qui ipsam preterierunt. Et qui prius mirati fuerunt eius uastitatem, iidem tunc admirabundi dicent: Ecce terra illa superioribus annis ita uasta & desolata, nunc culta adeo est, & amœna, ut paradisius Domini censei possit. Et ciuitates prius ita desolatae, uastatae atq; euerse, iam munitæ, ac pulcherrimè reparatæ, rursus inhabitantur: & gentes quæ superfutura tunc sunt, atque uos circumiacent, scient, quod ego Dominus urbes has ita euerfas prius ac destructas, reardificauerim, & desolatas adeo terras conseruauerim atq; complantari. Ego Dominus hæc statui, atq; locutus sum, eademq; præstabo. Sic autem dicit Dominus Deus: Hoc adhuc desiderabit atque rogatura me est domus Israelis, ut ipsis præsem ac faciam: nempe ut more fecundarum ouium homines apud ipsos multiplicentur, omniaq; ubertim proueniant. Vt uobis mihi dedicatis ac offerendis plena Hierusalem est, in statis suis ferijs: ita ciuitates nunc deserta, plenæ tunc erunt hominibus, & cognoscent quod ego sim Dominus.

CAPVT XXXVII.

Ostendere autē uolens Dominus, quantum uis templo iam exusto, & urbe uastata, desperata uiderentur omnia, sibi nihil graue fore, ut ea quæ de restituendis Israelitis pollicetur, præstet, afflauit me spiritu prophético, coq; uehementiore ac præualido: & arreptū me demisit in mediū cāpi, qui plenus erat mortuorū ossibus. Et cum me illa circūire iussisset, cūctaq; probè perspicere, certè multa admodum illa erāt passim per campum strata, erantq; uehementer arida. Cum autem hæc iterū atq; iterum perspectarem, dixit mihi Dominus: Fili hominis ecquid tibi de ossibus his uideris? Putas ne hæc aliquando reuiscatur? Et respondi: Tu sanè Domine Deus id nosti. Iussit itaque me uaticinari ossibus his, atque illis dicere ac iubere, ut ossa ipsa arida audirēt uerbū Domini: quippe qui hūc in modū ipsis loqueretur. Ecce, quamuis omnis caro ac humana ratio id non posse fieri censeat, ego tamen immittam in uos spiritum, per quem reuiscatis. Efficiam enim, ut in uobis succrescant nerui, & ut carne conuestita, cute etiam obducami: & ut immisso in uos spiritu, reuiscatis, &

Nō propter uos ego faciam domus Israel, sed propter nomē sanctum meum.

Dabo uobis cor nouum, & spiritum nouum ponā in medio uestri.

In die qua mundauerit uos ex omnibus iniquitatibus uestris

Fili hominis putas ne uent ossa ista

tis, & scietis, quod ego sim Dominus, apud quem nullum uerbum impossibile est. Vaticinatus itaque sum, quemadmodum preceptum mihi fuit: & cum uaticinaretur, resonabat atque constrepebat ibi sonus quidam siue strepitus: siquidem ossium illorum facta commotio quaedam est, dum ossa hæc emortua & arida sese conso-
 10 ciantur, unum quodque iusto suo loco, atque compage debita. Et dum fixius rem intueor, iam succreuerant in eis nerui, carneque conuestita erant, atque etiam cute obducta: sed non erat in eis spiritus ullus, sed iacebant ut emortua hominum cadauera. Iussit itaque me Dominus uaticinari spiritui uitali, in hunc me alloquens modum: Vaticinare fili hominis, ac dicito spiritui uitali, sic dicere Dominum Deum: Veni a quatuor uentis spiritus, & spira in hos mortuos, ut reuiuiscant. Ego uero dicto obediens, uaticinatus sum, sicut preceptum fuit mihi: & spiritus uitalis aduenit in eos, ita ut reuixerint, atque consistenterint in pedes suos, & erat exercitus supra modum magnus. Dominus autem quæ uideram, me intelligere uolens: Fili hominis, inquit, dicunt ossa illa omnia populus Israeliticus est. dicunt enim, ossa nostra inaruerunt, omnisque spes nostra diruta urbe, ac uastato templo periit: unde
 20 & modis omnibus de nobis actum est. neque putant se ulla uia per me posse restitui, qui tamen in uitam reuocare possum mortuos. Propterea uaticinare ac dicito eis, sic dicere Dominum Deum: Ecce ego aperiam sepulchra uestra, atque de sepulchris, siue captiuitatis uestræ carceribus uos educam, introducturus uos in terram Israeliticam. tunc autem scietis, quod ego sim Dominus, ubi sepulchra siue captiuitatis uestræ carceres aperuero, & uos de sepulchris siue carceribus uestris eduxero, popule mihi. Daturus enim uobis sum spiritum meum, per quem uiuetis: & faciam, ut quiete uiuatis in terra uestra: & scietis, quod Dominus ego uobis hæc locutus sim, atque eadem etiam præstiterim, dicit Dominus. Rursum uero alloquens me Dominus, ut qui Israelis restitutionem omnibus modis persuasissimam uellet: Tu fili hominis, inquit, sume tibi tabellam quædam, cui inscribas, quod Iudæ sit, ac filiorum Israel, qui ipsi socij sunt. Deinde sume tibi tabellam aliam, cui similiter inscribas, quod Iosephi, siue Ephraim tabula sit, & totius domus Israeliticæ, quæ ipsi socia est. Has autem cõglutinabis alteram alteri, ita ut una iam tabula sit: nempe ut unita atque coniuncta iam sit in manu tua. Et quando filij populi tui te super tabulis his rogabunt, num indicaturus ipsis sis, quid ista sibi uelint: tunc tu ipsis respondeo, sic dicere Dominum Deum: Ecce ego accipiam tabulam Iosephi, quæ est in manu Ephraimi, & tribus Israeliticas illi socias, & adiungam eas illi, nimirum tabulam quæ inscripta Iudæ est, & faciam ex eis tabulam unam, & erunt una tabula in manu mea. Habe autem tabulas has, quibus hæc inscripturus es, in manu tua, ita ut ab ipsis uideri possint: & ut rem dilucidè intelligant, loquere cum

eis, ac dicito sic dicere Dominum Deum: Ecce ego assumo filios Israelis ex medijs gentibus ad quas abierunt, & undelibet collectos redintroducã in terram suam: & faciam, ut qui olim in duo regna diuisi erant, coalescant nunc in gentem unam, idque sua in regione, in montibus Israeliticis. Et rex unus dominabitur ipsis omnibus, toto suarum tribuum duodenario. Neque erunt amplius duæ gentes, ita ut in duo regna diuidendi sint. Non polluentur quoque amplius per idola sua, atque alia abominandè facta ac scelera. Sed ego liberabo eos de cunctis habitationibus suis, in quibus huc illuc dispersi peccauerunt: quare & mundaturus eos sum ab omnibus suis inquinamentis ac sordibus, & erunt mihi populus quem diligam atque defendam: siquidem & ego ero illis Deus, quem illi unice colant ac reuerentur. & famulus meus Dauidis filius erit rex eorum, & idem ille unus erit pastor ipsorum omnium. Viuent ad meæ legis præscriptum, meæ instituta obseruaturi, ac bona fide præstaturi. Habitabunt autem in terra, quam dedi famulo meo Iacob, quam inhabitauerunt patres ipsorum. Hanc inhabitabunt tum ipsi, tum filij, atque nepotes eorum in omne æuum. Et Dauidis ille filius, famulus meus, erit princeps eorum usque in æternum. Quin & fœdus pacis cum ipsis feriam, quod & perpetuum eis fœdus erit. Constituam enim eos in terram suam, ubi eos mirum in modum multiplicaturus sum: & ponam atque habebò mihi templum, mihi sanctum ac dedicatum, in medio eorum, quod in æternum non diruatur. Nam habitaculum erit mihi in eis, & ego ero eorum Deus, & ipsi uicissim mihi meus erunt populus: & scient gentes omnes, inter quas soliti sunt degere, quod ego Dominus sanctifico ac emundo Israel: protecturus, atque perpetuo fauore eum prosecuturus, eo quod sanctuarium meum æternum ac nullo unquam seculo diruendum mihi in ipsis sit.

Rex unus erit omnibus imperans, & non erunt ultra duæ gentes.

C A P V T XXXIII.

Locutus autem mecum Dominus super Antichristi atque Antichristianorum omnium excidio, & quomodo nouissimis temporibus ille cum suis perdidit, dixit: Fili hominis, obuerte faciem tuam contra Gog regem terræ Magog, siue Scythiæ principem, ac summum ducem Capadocię & Iberiæ: & uaticinator contra eum, ac dicito illi, sic dicere Dominum Deum: Ecce ego insurgo contra te Gog, qui Cappadocię ac Iberię princeps ac primarius dux es. Ecce ego animum tuum super te sponte ac natura pijs omnibus infensum, ad impetendum populum meum impellam, immissurus hamum in maxillas tuas, & tracturus te quocumque uelim: siquidem supra quam mihi placet, atque expedire populo meo uidebitur, ne pilo quidem ullo ablato, eis obesse ac nocere poteris. Ego enim te educam, simul & omnem exercitum tuum, equos unam

Educam te & omnem exercitum tuum:

Ossa hæc uerba dicit dominus ad filios israel
 Sume tibi legum uerba & scribe super illud.

cum equitibus, qui omnes omni armorum genere instructissimi sunt. Exercitum præmagnum lanceariorum & clypeatorum, qui & omnes gladijs accincti sunt: Persas nimirum ab Oriente, Aethiopes à Meridie & ab Occidente: Libyes siue Mauros, unâ cum ipsis, qui pari modo ad militiam instructi, ac pulchrè scurrati omnes sunt, & galeati. Ad hæc à Septentrione educturus tibi sum Gomer, & cunctas eius alas, siue exercitus: domum Thogarma, 10 latera aquilonis tenentem, cum uniuersis alis aut exercitibus eius, populosq; alios tecum innumeros. Accingere itaque atque apparte ad bellum, tu & omnes illi undelibet ad te confluentes exercitus tui, quibus tu sis in custodia, summum te illis imperatorem præbens, ac ducem primariū ac strènuum. Quamuis uerò diu est quòd peccaris, ac iniquitatis tuæ uariæ mysterium egeris, ita ut multis antè temporibus dignus fueris, de quo grauissima sumeretur pœna: non ramen nisi post multos dies uisitaberis. Venies enim nouissimis planè temporibus ad terram gladio contritam, & ex multis populis super montana Israelitica collectam, quæ longo sanè tempore uasfiata iacuerūt, atque desolata. At nunc qui terram incolunt, ex uarijs populis, cūctisq; mundi nationibus huc reducti sunt: & omnes eius incolæ eam tutò nunc atque securò inhabitant. Ascendes autem aduersus eam ueluti tempestas quædam, atque aquæ multæ: erisq; assimilis tetra ac tristi nubi, quæ terram operit, ac tristi caligine claudit: tu inquam, & omnes exercitus tui, multusq; ille qui tecum erit populus simili planè modo terram operturi estis. Sic autem dicit Dominus Deus: Futurum tunc temporis est, ut apud te deliberaturus sis, atque tecum cogitatus malos cogitaturus aduersus terram meam. siquidem sic statues: Ascendam in terram pagorum, in terram aper- 40 tam ac planam, ingressurus atque adobruiturus eos, qui securò atque quietè agunt, nullisq; de hostibus cogitant. Omnes sine muris habitant, nullas habent portas: neque ullos uectes, quibus quenquam excludant, aut hostem arceant. Hinc itaque opima tibi uideris despoliaturus spolia, multam que reducturus prædam, ut subinde immittas manum tuam in non ita pridem miserè adeò deuastatam terram, quæ nunc rursus inhabitari cœpit: & in populum non ita pridem ex gentibus, inter 50 quas habitauerunt, collectum, qui rem rusticam exercet, colendæ terræ ac enutriendis pecoribus intentus, habitans in umbilico siue medio terræ, in terra nimirum Iuda. Saba autem & Dedan, unâ cum negociatoribus Tharsis, omnesq; eorum leunculi, reges nimirum eorum ac principes, instigantes atque animum tibi addentes, dicēt: An ne ad diripiendum spolia tu uenis? Non ne ad abducendam prædam 60 congregasti hos tuos exercitus? ut tollas argentum & aurum? ut abigas pecora & quæcunq; possident, spoliaq; quàm amplissima refe-

In die illa ascendent sermones super cor tuum.

Nunquid ad sumendum spolia tu uenis?

ras: Ita sanè illi, ut partem quoque auferant, manubiasq; non penitendas reportent: siquidem reges terræ cum Antichristiana hac meretrice scortabuntur, & mercatores terræ de uirtute deliciarum eius diuites fient. Cæterum tu fili hominis uaticinator, ac dicitio ipsi Gog, sic dicere Dominum Deum: An non tu id rescisces, quando populus meus Israeliticus securò habitabit, atq; à nemine sibi timebit: qui iã deliberatū habes tunc de terra tua, de lateribus nimirū Aquilonarib. siue Babylonicis, in eos irrumperet tu & quamplurimi tecum populi, qui omnes equis uehuntur, turba magna, atque exercitus numerosissimus? & ascendes quidem contra populum meum Israeliticum, ueluti tetra tristisq; nubes obtecturus terram: sed tui hi conatus in nouissima incident tempora. Et ego ipse quidem te inducam in terram meam, sed tuo sanè malo: ut cognoscant me gentes, cum ipsis aspectantibus, tuo excidio ac interitu ò Gog sanctificabor, atque populi mei iustus uindex deprædicabor. Tu ergo ille es, de quo lo cutus sum olim multis abhinc annis de te contra ipsos adducendo uaticinari sunt, Eldad nimirum & Medad, qui in Israelitarum castris, cum in deserto agerent, prophetabant? Futurum est autem tunc temporis, quando Gog in terram Israeliticam irruet, inquit Dominus Deus, ut multo furore, maxima indignatione, magno zelo, atque exardescente ira in eum defœuiam. Et dixi quidem, atque mendax haberi nolui, si non maxima tunc temporis in terra Israelitica, ex Gogitica strage futura commotio est, & terramotus. Commouebuntur enim atq; contremiscent à me & pisces maris, & cæli uolucres, bestia itè agrestes, & reptile omne quod per terram reptat. Et omnes deniq; homines quotquot in terra agent, montes præalti terræmotu hoc subuertentur. & cadent gradus, per quos in altas arces conscenditur, omnesq; muri in terram decident. Et per cuncta quidem montana mea conuocabo aduersus eum, qui arrepto gladio conatus eius reprimant, ac irritos reddant, dicit Dominus Deus, ita ut ipsi sese mutuis uulneribus interfecturi sint. Quin & ego peste ac uaria cæde anima duertam in eum: siquidem depluam in eum, eiusq; exercitum, omnemq; illum qui cum eo erit populū, imbrè uehementè ac inundatè, lapides grandinis, atq; adeò ignè etiam sac sulphuri: unde sanè gloriosus deprædicabor, sanctus ac magnus, & innotescā in oculis multarū gentiū, quæ simul omnes cognoscent q; ego sim Dominus.

CAPVT XXXIX.

PRæsignificās aut̄ mihi Dominus quanta clade Gog periturus sit, & quomodo perimendus: Fili hominis, inquit, uaticinare contra Gog, ultimum hūc populi mei hostem, ac dicitio ei, sic dicere Dominū Deū: Ecce ego cōtra te insurgo, ò Gog, qui princeps ac primarius

rius dux Capadociae, ac Iberiae: ego animum
 tuum impellam ad bello laceffendum populum meum,
 & uix sextum quemque de populo tuo superesse
 sinam. Et adducam quidem te de lateribus
 aquilonis, introducturus te in montana Israe-
 lis, ubi tuam tyrannidem exercēs pereas. Ex-
 cutiam enim arcum tibi de manu sinistra, & sa-
 gittas ipsas de manu tua dextera, ne quid ad-
 uersus meos ualeas. Imò tu in montibus Israe-
 liticis occumbes, tu & omnis tui exercitus, & 10
 quicumque tecum futuri sunt populi. Auium au-
 tem turmis, omni nimirum uolatili, atque be-
 stijs agri tradidi te in cibum, quem discerpant
 ac deuorent. In agro itaque haud dubie oc-
 cumbes. siquidem ego locutus sum, dicit Do-
 minus Deus. Immittam uerò & ignem, mul-
 tamque afflictionem in Magog, atque in eos
 qui alta in pace securò inhabitant insulas: &
 sciet quòd ego sim Dominus. Quin & faciam,
 ut nomen meum sanctum in medio populi mei 20
 Israelitici innotescat, atque illustre fiat, & non
 patiar ut amplius nomen meum male audiat,
 atque ipsi quicumque decedat: quasi ego aduer-
 sus populi mei hostes nihil ualeam. & scient
 gentes quòd ego sim Dominus, sanctus, ac
 multa laude extollendus in Israele. Ecce tem-
 pus salutis huius uenit: & quòd dico, prope-
 die fiet, dicit Dominus Deus. Hic ille dies est
 de quo locutus sum, ac praedixi, quòd habitatores
 urbium Israeliticarum egredientur ad 30
 incendendum, atque comburendum hostium
 suorum arma, clypeos nimirum & scuta, arcus
 & sagittas, scipiones & lanceas, quae struendo
 igni septem annis satis illis futura sunt. Non
 adferent tunc ligna ulla ex agro, neque ex syl-
 uis ulla ligna cadent: sed ex his suorum ho-
 stium armis constituent ignem: despoliaturi
 iam, à quibus soliti sunt spoliari: & praedam re-
 laturi ex ijs: qui ipsos depraedabatur, dicit Do-
 minus Deus. Fiet autem tunc temporis, ut 40
 sepulturae locum ibi tunc tribuam ipsi Gog, in
 terra Israelitica, uallem nimirum qua itur ori-
 entem uersus ad mare. Porro ij qui illac tran-
 sibunt, obturabunt nares suas: quare & Gog
 una cum omni ipsius multitudine ibi sepelièr.
 Et uocabunt uallem ipsam ex horum sepultura-
 ra, uallem multitudinis Gog. Occupata au-
 tem erit in ipsis sepeliendis domus Israel se-
 ptem mensibus, ut terram repurgent à cada-
 uerum putrescentium factore. Atqui hic simul 50
 omnis terrae populus suam nauabit operam.
 Quae quidem res, quòd etiam hostes suos se-
 pulchri honore dignentur, laudi ipsis erit,
 quando ego uictor gloriosus praedicabor, ac
 illustris, dicit Dominus Deus. Segrega-
 bant autem atque constituent sibi uiros non
 nullos sepulchricos, qui terram subinde per-
 transeant: pollinctores nimirum, qui terram
 pertranseant ac perrimentur, quo relictos su-
 per terram sepeliant, & eam ab omni factore li-
 berent ac purgent. Septimo autem mense in-
 quirendorum cadauerum finis erit. Qui uerò
 terram pertranseunt, huc aut illuc negocium

habentes, sicubi illi os aliquod humanum uiderint, ij illud in terra recondentes, statuent iuxta illud signum, donec pollinctores ipsi illud illinc ablatum conspiciant in ualle multitudinis Gog. Quin & nomen oppugnatae ciuitatis, quae ad hanc uallem adiacet, ex hostibus ad ipsam deuietis, uocabitur Hamona: hoc est, multitudo, ut ne unquam huius uictoriae fama intermoriatur. Et sic quidem multa diligentia terra repurgabitur. Ceterum tu fili hominis, sic dicit Dominus Deus: iubeto omnibus auibus ac feris agrestibus, ut se congregent atque adueniant: ut se undelibet congregent inquam, ad uictimam meam, quam ego ipsis mactò egregiam & magnam, super montes Israeliticos, ut illic edant carnem, ac sanguinem bibant. Carnem enim illic edent heroum, & sanguinem bibent uirorem principum, arietum, agnorum, hircorum & bouum, qui praepotentes ac magno in honore sunt, saginati si mul omnes in Basan. Vescentur autem hic pingui carne ad satietatem, ad ebrietatem etiam usque sanguinem potaturi: idque ex uictima hac, quam ego ipsis mactaui. Exaturabuntur ad mensam meam equorum & iumentorum carnibus, item heroum ac uirorem bellatorum, dicit Dominus Deus. Et hac quidem uia gloriosus reddar ac inclytus apud gentes, quando uidebunt, quam ego de populi mei hostibus uindictam sumpserim: & quam ualida manus mea sit, quam contra eos exerui. Quin & domus Israel, hac tanta uictoria exhilarata, à die illo in omne usque aeuum scient atque agnoscent, quòd ego Dominus Deus ipsorum sim, ualidus ipsorum protector, & adiutor: & intelligent atque cognoscent ipsae quae gentes, quòd non temere, sed propter multam suam iniquitatem domus Israelitica in captiuitatem abducta fuerit: & quòd ego propter ipsorum contra me flagitia ac scelera, faciem meam ab ipsis auerterim, atque in hostium suorum manus ipsos tradiderim, ita ut omnes fuerint interfecti. Certè iuxta immundiciam, ac scelera ipsorum iniqua feci eis. Et omni auxilio eos destituens, abscondi faciem meam ab eis. Propterea sic dicit Dominus Deus: Nunc reducā illos ex Iacob captiuos in terram suam, & miserebor totius domus Israeliticae, & magno zelo uindicabo gloriam nominis mei sancti. Ipsi uerò ferent ignominiam suam, ac propterea confitebuntur sua scelera ac peccata, quibus in me peccarunt, atque scelerate egerunt, quum securò, ac nemine eos perterrefaciente, terram suam inhabitarent: idque, quum reduce-
 ro eos de populis inter quos dispersi sunt, atque ipsos collegero de terris hostium suorum: & sanctificatus, multaque laude celebratus ero per eos, coram oculis multarum gentium. Et scient atque agnoscent quod ego sim Dominus Deus ipsorum, quum abiectos ira inter gentes rursum congregaui in terram suam. neque enim quenquam ex ipsis apud gentes relicturus sum, neque etiam faciem meam eis amplius sum subducturus, eo quod effundam

Carnem foratium comedis, & sanguinem principum terrae bibetis.

Reducam captiuitatem Iacob, & miserebor omnis domus Israel.

Nomen meum sanctum uos faciam.

Uiros inquit constituent in terra.

effundam spiritum meum sanctum super domum Israeliticam, dicit Dominus Deus.

CAPVT XL.

ANno transmirationis nostræ uicesimo quinto, initio anni, decimo nimirum primi mensis die, decimo quarto anno post expugnatam Hierosolymorū urbem: hoc ipso die affatus fui diuino ac prophético spiritu, qui me in terram adduxit Israeliticam. In uisione autē eximia atq; insigni me illuc adduxit, & reliquit me super montem uehementer altum, in quo fuit structura quædam urbis ab australi ipsius parte. Postquam uerò me illuc perduxerat, uisus mihi illic est uir quidam, cuius species asimilis erat nitido æri, & ueluti architectus qui sp̄iā manu sua tenebat funiculum lineum, atq; calamum mensorium, & stabat in ipsa porta. Allocutus autem me uir ille est, & quam ob rem illuc aduenissem mihi significans, dixit: Fili hominis, fac oculis tuis omnia diligenter peruideas, auribusq; tuis sedulo auscultes, & animaduerte ad omnia que tibi ostēsurus sum. Hac enim de causa huc adductus es, ut de felicitate quæ Israelitis expectanda est, complura tibi comonstrem ac doceam. Quare & omnia que uides domui Israeliticæ referes. Et ecce uisus mihi murus est, extra domum aut montē illum, in quo extrudum uidebatur templum. Et hic quidem totū montem ipsum circumibat. Porro uir ipse manu sua tenebat calamum mensorium sex tenentem cubitos, non quidem uulgares, qui quinque pugnos tenent: sed sacros, qui pugno uno, aut quatuor digitorum latitudine profanos ac uulgares superant. Hoc autem calamo suo mensus ille est latitudinem, siue crassitudinem muri, quæ fuit calami unius: item & altitudinem eius, quæ eiusdem mensuræ fuit. Progressus uerò ad muri huius portam orientalem, ut eam commodius metiri posset, ascendit ad eam per gradus eius aliquot, & mensus est utriusq; postis latitudinem, quæ unius fuit calami. Portam autem hanc orientalem primi muri transeuntibus nobis, offerunt se cubacula, siue domunculæ aliquot, in usum templi constructæ. Magnitudo autem horum cubiculorum sic habet, ut calamum unum sint & lata & longa. Interfecabat autem ea paries, quinque cubitos latus. Postis autem portæ, cui cubacula hæc adharebant, iuxta uestibulum portæ, quod introspectabat, unius erat calami. Mensus est autem crassitudinem uestibuli portæ, quod introspectabat, & fuit calami unius parietum eius crassities. Longitudo uerò eius cubitorum octo fuit. Postes uerò eius duos habebant cubitos. Itaq; uestibulum portæ intrinsecus fuit. Porro cubacula hæc portæ orientalis, ab utraque eius parte tria fuerunt, omnia eiusdem mensuræ: atque eadem etiam mensura postibus utrinque fuit. Mensus est autem & ostij latitudinem, quod porta hæc habebat: & ea decem cubitorum erat, altitudo uerò tredecim. Verum ante quodlibet cubiculum, libe-

Fili hominis,
uide oculis
tuis, & au-
ribus tuis au-
di.

rum & apertum erat utrinque à frontibus sp̄cium unius cubiti. Et cubiculorum parietes utraq; ex parte sex cubitos crassi erant. Mensus uerò & portam est, à tecto cubiculi usque ad ipsius tectum, quæ quidem latitudo uiginti quinque cubitorum fuit. Porro murorum qui tres erant ostia, sic altera alteri respondebat, ut ex primo per duo alia in templum usq; perspicere quis posset. Accepit autem & frontium siue turrium anteriorum mensuram, quæ sexaginta cubitos alta fuerunt, quæ mensura unicuique harum turrium fuit atrij, & omnium per circuitum portarum. Caterum à porta qua introibant adoraturi, usque ad uestibulum portæ interioris, cubiti erant quinquaginta. Fenestræ autem cubiculorum interiori parte strictæ erant & angustæ. Pari modo se habebant & in uestibulis, ac omnibus per circuitum portis, ac ipsarum uestibulis. Porro in turribus ipsis ad ornatum insculptæ erant palmæ. Iam uerò me introduxerat in atrium exterius, & ecce uidi illic complura cubacula. Pauimentum enim, siue tabulatū quoddam factum erat in atrio hoc per circuitum. Et in pauimento, siue tabulato hoc cubacula erant triginta, quæ mulierum erant. Hic enim illæ manebant, quum uiri in atrium interius ingrederentur. Tabulatum autem hoc portæ fuit ad superiora latera portæ interioris atrij, eadem longitudine qua se in atrium extendebant portæ. Mensus autem est latitudinem à porta inferiore, ad atrij interioris extremam faciem: & ea fuit cubitorum centum, tum ab oriente in occidentem, tum etiam à septentrione ad austrum. Mensus quoque est longitudinem & latitudinem portæ septentrionariæ, qua in atrium uenitur exterius: item & cubiculorum eius, quæ utrinque terna habet, cum postibus ac uestibulo eius. Et huius eadem fuit mensura, quæ portæ prioris, siue orientalis. Longa enim erat quinquaginta cubitos, & uiginti quinque lata. Et fenestræ & uestibulum atque palmæ etiam eius, pari modo, eademq; mensura se hic habuerunt, qua in porta orientali. Et ad hanc quidem septem ascendebatur gradibus, priusquam perueniretur in ipsius uestibulum. Et huic quoque portæ ex aduersum respondebat porta in atrij interioris muro: id quod tam hic in septentrionaria fiebat porta, quam in orientali. Et mensus est à porta ad portam oppositam cubita centum. Hinc autem iam me ducebat ad meridiem, ubi & meridionalem portam mensus est, simul & postes & uestibulum. Et omnia eiusdem erant magnitudinis, qua orientalis porta prius descripta. Et fenestræ quoque ei fuerunt, ac uestibulo eius per circuitum, quales illæ superiores. Longitudo autem eius quinquaginta cubitorum erat, & latitudo uiginti quinque. Ascensus quoque ad illam fuit per gradus septē, priusquam perueniretur in eius uestibulū. Et postes utrinque positi, suas itē sibi insculptas habebant palmas.

Mensus est
portam à te-
cto cubiculi
usque ad
m. i.

Portam quo-
que que res-
pondebat a-
trij exteriori
mensus
est.

mas. Et hæc quoque porta ex aduerso obiacē-
 tem habebat portam meridiōalem, in muro
 atrij interioris. Et spacium quod inter duas
 has portas medium iacebat, cubitorum fuit
 centum. Hinc rursus porrō me duxit ad a-
 atrium interius per portam ipsius australem,
 quam ille mensus est iisdem dimensionibus.
 Cubicula etiam eius, & postes, & uestibulum,
 omnia hic simili fuerunt mensura, qua in exte-
 rioris atrij porta. Habuit quoque porta hæc &
 uestibulum eius omni ex parte fenestras. Alti-
 tudo autem portæ cubitorum quinquaginta
 erat, & latitudo quinque & uiginti. Testudi-
 nes quoque, aut fornices huic muro erant per
 circuitum, quarum longitudo fuit quinque &
 uiginti cubitorum, & crassitudo cubitorum
 quinque. Et testudines quidem huius muri,
 qui interius ambit atrium, extendebant se in
 atrij exterius. Postibus uerō eius palmæ quo-
 que insculptæ erant: & octo gradibus ad por-
 tam hanc ascendebatur. Sub hæc duxit quo-
 que me per atrium interius ad portam orientā-
 talem, cuius eadem quoque dimensio fuit. Cu-
 bicula etiam eius, postes & uestibulum, ea-
 dem constabant mensura. Habuit que porta
 hæc, simul & uestibulum eius, fenestras qua-
 quauersum. Erat autem porta quinquaginta
 cubitos alta, & uiginti quinque lata. Et uesti-
 bulum quidem eius ad exterius atrium con-
 uersum erat, & in postibus utrinque positis
 palmæ quoque insculptæ fuerunt: & octo gra-
 dibus ad eam ascensus fiebat. Præterea & ad
 portam septentrionariam per eum adductus
 sum, quam iisdem etiam dimensionibus di-
 mensus est. Cubicula autem habebat, postes
 & uestibulum, eiusdem planè mensuræ. Et in
 porta, eiusque uestibulo quaquauersum fene-
 stræ fuerunt. Longa autem etiam erat cubitos
 quinquaginta, & uiginti quinque cubitos lata.
 Postes uerō eius conuersi fuerunt ad atrium
 exterius: & in ipsis utrinque positis palmæ item
 fuerunt, insculptæ & octo quoque gradibus
 ad hanc ascendebatur. Porrō ad huius portæ
 postes cubiculum quoddam fuit, in quo sacer-
 dotes holocausta abluabant. Et in uestibulo
 portæ binæ utrinque fuerunt mensæ, mactandis
 holocaustis destinatæ, quæ pro delicto aut pec-
 cato offerebatur. Quin & ad latus ostij quod
 uestibulo huic erat, quādo atrij interius ingre-
 deris per aquilonarem portam, duæ fuerunt
 mensæ. Et ad aliud uestibuli latus mensæ quoque
 erunt illinc ad latus portæ, ita ut summam octo
 fuerint mensæ mactandis sacrificijs destinatæ.
 Porrō quatuor illæ mensæ destinatæ mactan-
 dis holocaustis, lapidibus constabant politis,
 longitudine simul & latitudine sesquicubita-
 li: neque alia erat altitudo. In his autem iacebāt
 instrumenta, quibus mactabant holocaustum
 ac uictimam. Vncini quoque latam manum lon-
 gi, intrinsecus affixi fuerunt per domus circui-
 tum: ex quibus nimirū pecus suspendebatur,
 dum tergora diripiūt costis, ac uiscera nudat,

In mensis autem ipsis ponebatur caro immo-
 landa. Ad portam autem interioris atrij cubi-
 cula erant cantorum, qui inter mactandum
 ac sacrificandum Domino laudes canebāt. A
 porta autem hæc introrsum ducta fuerunt: u-
 num quidem ad latus portæ aquilonaris sitū,
 spectabat ad meridiem: alterum uerō ad latus
 portæ orientalis, spectabat ad septentrionem. Et
 hic quidē mihi uir ipse dixit: Cubiculum hoc
 quod meridiē spectat, sacerdotum est qui tem-
 plo præsumt custodiēdo: cubiculū uerō quod
 ad aquilonem respicit, sacerdotum est, qui al-
 taris obeunt ministerium. Hi autem sunt, qui
 & ex Leuitis accedunt Dominum, ut ipsi mini-
 strent. Mensus autem atrium hoc interius est,
 quod centum cubitos longum ac totidem la-
 tum erat, quadratum nimirum, simul & altare
 quod ante templum constitutum erat. Duxit
 quoque me ad templi uestibulum, cuius mensus
 est postes, qui hinc illinc crassi fuerunt cubitos
 quinque. Sic & porta hinc illinc triū cubitorum
 fuit. Vestibulum uerō ipsum uiginti cubitos
 fuit altum, & undecim latum: & ascendebant
 in illud gradibus aliquot. Et columnæ qua-
 dam ornatus gratia appositæ erant postibus,
 in utroque latere.

Extra porta
 tam interio-
 rem gazo-
 phylacia cā-
 torum in a-
 trio interio-
 ri.

CAPUT XLI.

Itaque introduxit me in templū, ubi & fron-
 tes siue turres ipsas anteriores mensus est:
 quæ utrinque positæ, parietes habuerunt sex
 cubitis crassos, qua eadem latitudine & portæ
 fornix est. Ostium uerō latum fuit cubitos decem,
 & latera eius utrinque cubitos quinque.
 Et mensus quidem templum ipsum, inuenit il-
 lud cubitos quadraginta longum, & uiginti la-
 tum. Et iam penitus introgressus ad sanctum
 sanctorum, mensus est postes ostij duobus cu-
 bitis crassos: ipsumque ostium, quod sex cubito-
 rum fuit, in murorum suorum crassitie, septē
 cubitis patebat. Et metiens tandem sanctum
 sanctorum, comperit illud uiginti cubitos &
 longum & latum, ita ut iuste quadratum esset,
 ad templi faciem. Et hæc quidem sumpta men-
 sura, dixit mihi hoc esse sanctum sanctorum,
 quod non nisi summum admitteret sacerdo-
 tem. Sub hæc est mensus templi parietem,
 qui sex cubitos crassus fuit: & cubicula ei qua-
 quauersum per templi circuitum adhærentia,
 quatuor cubitos fuerunt lata. Fuerunt autem
 cubicula trigintatria, alia alijs superimposita.
 Porrō trabes cubicula hæc sustinentes, nite-
 bantur muro templi, in sua crassitie inciso atque
 diminuto, ita ut intra ipsum murum se non
 intromitterent, idque in circuitu. Nam quan-
 to unumquodque cubiculum altius erat, tanto
 erat amplius, templi scilicet muro qui trabes
 sustinebat, semper profundius exciso, ac sua
 crassitie imminuto. Ascendebatur autem in il-
 la per cochleam, in gyrum sese uoluentem,
 ita ut ab infimo per medium ascensus esset
 ad supremum. Et contuebar quidem templi
 altitudinē omni ex parte pulchram & præstan-
 tem. Cæterum cubiculorum fundamenta totum
 uiri

Mensus est
 parietem
 domus.

Habuit me
 ad uiam au-
 stralem.

Introduxit
 me in atrij
 interius per
 uiam orientā-
 talem.

uiri menforium calamum lata fuerunt, cubitos nimirum sex, id' que in muro interiore. Nam paries eorum exterior, crassus fuit cubitos tantum quinque: sed ex inciso, aut immunito templi muro, qua parte trabes sustinebat, hinc superiora cubicula plus habebant spacij quam inferiora. Porro inter cubicula hæc & templum circumquaque spacium intercessit, uiginti cubitos amplum. Nam ostia cubiculorum spectabāt plateam, relictam ante ipsa cubicula: unum quidem uersus aquilonem, & alterum in parte meridionali. Et latitudo quidem spacij ante cubicula ad ostia hæc relictū, quinque cubitorum fuit: latitudo autē totius huius ædificij, aut structuræ cubiculorū templo adiacentium ad occidentalem plagam, fuit cubitorum septuaginta. Et crassitudo parietis ædificij circumcirca cubitos habuit quinque: & longitudo eius, usque ad domum mutandarum uestium, cubitos tenebat nonaginta. Mēsus itaque templum ipsum est, longitudine centum cubitorum. Templum inquam ipsum, cum hisce cubiculorum structuris, & muris ipsis centum cubitos longum erat. Quin & latitudo eius, anteriore sui parte, unā cum structuris cubiculorum, ac reliquo apparatu, ad oriētem centum cubitorum fuit. Mensus denique est longitudinem ædificij siue structuræ huius templo adiacentis, quæ erat post ipsum, & cubicula eius hinc & illinc, & continuit cubitos centum, unā cum templo interiore, & atrij uestibulo, postibus & fenestris intrinsecus strictis & angustis, & gazophylacijs: idq; triplici suo quo consistebant ordine, ad septentrionem nimirum, meridiem & occidentem. Adhærescebant autem hæc ubique ad postes tabularu obtectos, id' que a solo usque ad fenestras, quæ & ipsæ superiore parte contactæ fuerunt. Ab eo autem quod supra ostium est, mensus est ad sanctum sanctorum, & usque ad sanctum, & per omnes in circuitu parietes, tū sancti, tum etiam sancti sanctorum. In parietibus uerò sculptæ fuerunt perquam eleganter imagunculæ Cherubicæ, & palmæ, ita ut palmæ singulæ sculptæ essent inter duas imagines Cherubicas. Vnde & Cherubicæ illæ imagunculæ geminis faciebus constructæ, altera quidem quæ humana erat, hanc palmam, & altera quæ leonis erat, alteram obtuebantur, opere sic fabrefacto per totam in circuitu domum. Fabrefactæ enim fuerunt hæc Cherubicæ imagunculæ & palmæ, a solo ipso usque ad id loci quod supra ostium erat. At que ita quidem se habebat templi paries. Postes ostij quod sancto sanctorum erat, quadrati fuerunt: cuiusmodi & postes ostij erant, quod templum habebat, ita ut hic planè similes illi fuerint. Altare autem ante templum fuit ligneum, tres cubitos altum, & duos longum: habuit que angulos suos, & longitudinem suam, & ad extremum limbos quosdam suos ligneos. Et dixit mihi uir ipse calamum tenens menforium, aram hanc mensam esse,

Mensus est domus longitudinem centum cubitorum.

quæ coram Domino sit posita, in qua omnes carnis affectus mactatos deceat. Habuit autem tum templum, tum sanctum etiam sanctorum geminas fores: & rursum his ostijs duplicatilia essent. Et ut in templi parietibus insculptæ fuerūt Cherubicæ imagunculæ simul & palmæ, ita etiam in templi foribus fabrefactæ fuerunt pari modo & elegantia. Et lignæ trabes a templo foras in murum usque porticus immissæ fuerunt super ianue latera, qui eius murum continerent. Præterea fenestræ intus strictæ, & angustæ suas habuerunt sibi insculptas palmas, simul & ipsa utrinque uestibuli latera, ita ut templi laquearia quoque & trabes.

CAPVT XLII.

TAndem uerò me ad atrium eduxit exteriorius, quod nimirum mulieris est, idq; uia aquilonari: & duxit me in domiciliū quoddam quod obiacebat uniuersæ illi structuræ templi, atq; contra ædificium illud ad aquilonem fabricatum. Versus septentrionem autem porta erat, quæ spectabat hoc ædificiū centum cubitos longum, & quinquaginta latum. Ex aduerso uiginti illorum cubitorum qui sunt in atrio interiore, & ex aduerso pauimenti, quod in atrio erat exteriori, cubiculum quoddam fuit supra cubiculum, triplici contignatione, ita ut ædificium hoc cubiculum unum haberet infimum, alterū medium, & tertium quod summum esset. Porro autē cubicula hæc deambulatio erat uersus interiore domum, decem cubitos lata, per uiam relictam ac breuem, nempe quæ cubiti tantum uertius erat. Et ostia quidem cubiculorum istorum erant ad aquilonem. Porro superiora illa cubicula contractiora fuerunt inferioribus: siquidem fulcra siue fulcimēta sua habuerunt ab inferioribus & medijs. nam triplici contignatione constructa erant, sine columnis omnina pari magnitudine sustentibus, quales atriorum columnæ sunt. Itaque superiorum ac loci contractior erat, quam inferiorum ac mediorum, quæ terræ propiora erant. Porro murus quidam iam fuit extrinsecus, iuxta cubicula hæc uersus exterioris atrium, longitudine quinquaginta cubitorum: siquidem longitudo ipsa cubiculorum, quæ in atrio exteriori erant, cubitorum quoque quinquaginta fuit. Nam ecce coram templo centum erant cubiti. Porro aditus in cubicula hæc fuit ab inferiore ipsorum parte ab oriente, si quis ea ingrederetur ab atrio exteriori. Ad hæc in latitudine muri atrij cubicula rursum quædam erāt ad orientē, contra uniuersam illam templi structuram & ædificiū illud. Et uia quæ corā illis erat, similis erat uix cubiculorū quæ uergebāt ad aquilonem. Et qualis septentrionaliorum cubiculorum longitudo fuit, talis fuit & horū, eademque utrorūque latitudo. Quin & exitus omnium horū respondebant per omnia illis. Et secundum ostia cubiculorū quæ ad austrum spectabant, erat ostium initio uix quæ coram

Duo ostia sunt in templo, & in sanctuario.

Et ante gradum deambulatio decem cubitorum.

coram pariete eleganti erat, uersus orientem, quum quis templum ingrederetur. Et hic quidem uir ipse dixit mihi: Cubicula hæc a quilonaria & australia ante uniuersam illam templi structuram, cubicula sacra esse, in quibus sacerdotes Domino sacra facturi carnes comedunt uictimarum, quæ Domino offeruntur. nam ibi immolata Domino carnes reponuntur atque asseruantur, unâ cū oblationibus atque hostijs, pro expiâdo peccato, aut culpa aliqua Domino oblati: siquidem hic locus sanctus quocumque est. Quum uero sacerdotes huc erant ingressi, non solent hinc rursus egredi e sanctuario ad exterius atrium: quin relinquunt ibi, loco nimirum sacro, uestes suas sacras, in quibus sacra administrant: sed alias, atque profanas uestes induti, miscet se uulgo, uulgaria curant. Caterum ubi ille dimensiones has domus interioris omnes absoluit, reduxit me ad muri eius, qui montem cingit, portam orientalem: quem & omni ex parte mensus est, ad quatuor mundi angulos. Primum enim calamo suo mensorio permensus est latus ipsius orientale, quod calamos tenebat quingentos. Hinc a quilonare latus mensus est, quod quingentos quoque tenebat calamos. Eadem que mensura lateris australis erat, atque etiam occidentalis. Ad quatuor itaque mundi uentos murum hunc permensus est, qui undique quingentos calamos longus fuit, & totidem item latus, id est ut diuideret sacrum à profano.

CAPVT XLIII.

Itaque iam ambito toto monte, reditum est ad portam orientalem, unde metiri ille inceperat. Et ecce aduentabat ab oriente gloria Domini Dei Israel, non secus resonans atque perstrepens quam multæ acualidæ aquæ: & terra gloriosa eius claritate ac splendore illustrata fuit. Et uisio quidem hæc quam hic uidebam, similis per omnia illi fuit quam uidebam, cum ueni primum uaticinans urbem destruentam atque perdendam esse: aut cuiusmodi ea erat uisio, quam uidi ad fluuium Chobar. Unde & maiestatem eius reueritus, decidi hic in faciem meam. Et gloriosus adeo Dominus per portam hanc orientalem ingressus est in domum ipsam. Sustulit autem hic me spiritus, & duxit me in atrium interius, quod sacerdotum: siquidem sacerdos sum & ego. & ecce gloriosa illa Domini maiestas, atque eximia eius claritas, totum iam repleuerat templum. Quæ quidem dum admirabundus contueor, audiui uocem, quæ astante mihi uiro hoc mensore, de templo mihi loquebatur, ac dicebat: Fili hominis, hic est locus solij mei gloriosi, & locus plantarum pedum meorum. Hunc ego in æternum inhabitabo locum, inter filios Israel, nunquam ab ipso discessurus: siquidem qui de domo Israelitica sunt, non contaminabunt posthac nomen meum sanctum, ut per ipsos male audiam, atque conuictijs incessar: aut per eorum, aut per regum ipsorum idololatrias scortationes, aut impio-

rum regum ipsorum foetida cadauera, & scelerata excelsa. Nam ipsi quidem cum postes suarum domorum contiguos ponerent postibus meis, & limen suum contiguum meæ domus limini, & unicum tantum parietem inter me & ipsos, unde ipsos mundiores atque sanctiores esse condecuerat: tamen abominandis suis sceleribus, ac factis nefarijs, nomen sanctum meum polluerunt atque dehonestarunt. Unde & iratus eos confeci, atque deperdi. At nunc grauibus malis docti, omnem idololatricam suam religionem procul à me remouebunt, impura etiam illa regum suorum cadauera minime ad me adducturi: siquidem æternum, nunquam que recessurus, habitabo me dius inter eos. Caterum tu fili hominis, inquit, expone atque doce domum Israeliticam de hac, quæ ego æternum inhabitaturus sum domo, ut de iniquitatibus ac sceleribus suis pudeant ac erubescant, ut præscriptum exemplar dimittentes, atque tota bene que perspicaci mentis acie perpendentes, intelligant uere homine exuto, induendum esse nouum: ubi uero de omnibus suis malefactis, quæ turpiter nimis designarunt, pudefacti fuerint, tunc eos de huius domus forma docebis, ipsa que dispositione eius, necnon de exitu eius atque aditu, omnique eius forma ac descriptione. De omni inquam sculptura, & omnibus legibus ipsius eos docebis, quo rem omnem noscant atque intelligant. Imò describito eis omnia præ oculis ipsorum. nam obseruare eos uolo totius ædificij formam & effigiem, omnes que eius ritus ac præscriptas cerimonias, ut eas præstent ac perficiant. Lex autem, siue ratio domus huius, in uertice montis huius extruendæ, hæc erit: quod omnis terminus eius per circuitum, totus nimirum mons ipse sacrosanctus erit: neque quicquam admittet, quod non mundum, purum, atque sanctum sit. Hæc inquam domus huius lex erit. Porro altaris mensuræ in hunc se habebant modum, pro ratione cubitorum sacrorum, qui supra uulgarem cubitum pugillum, siue quatuor digitos latos tenent. Primum quidem sinus eius, aut altaris medium, atque eminentior pars cubitum tenebat, cuius & unum cubitum latitudo fuit. Ad hæc margo siue ora, aut limbus altaris, extremitatem eius per circuitum ambiens, pugillum, siue quatuor digitos altus erat. Et hoc quidem dicebatur altaris dorsum, ferens nimirum ligna, quibus ad sacrificium opus esset. Caterum à medio terræ, inter atrium inferius & superius sitæ, usque ad atrium inferius, cubiti erant duo, & unius cubiti latitudo: & ab atrio minore, ad atrium maius, cubiti fuerunt quatuor, & latitudo cubiti unius. Ariel uero, siue altare ipsum, altum fuit cubitos quatuor, & super arielem quatuor fuerunt cornua. Porro hoc, ut duodecim cubitos longum fuit, ita & cubitos totidem erat latum, figura nimirum iuste quadrata per quatuor sua

Istæ autem mensuræ altaris in cubito uerisimo.

Fili hominis, locus solij mei, & locus plantarum pedum meorum.

sua latera planè æqualia. Atrium autem inferius, quatuordecim cubitorum longitudine erat, & totidem item cubitorum latitudine, ita ut iustè quoque quadratum esset, atq; æquilaterū. Habuitq; in circuitu suo coronā siue limbum, qui dimidium cubitū altus fuit, eminentem quendam locum habens in medio, unius cubiti. Et gradus quidem eius uersū erāt ad orientem. Tandem uerò dixit mihi uir ipse: Fili hominis, sic dixit Dominus Deus: Hi sunt ritus altaris quos obseruatos oportet, quo die fabricatum plenè fuerit, idoneum offerendis in eo holocaustis, & spargēdo super ipsum sanguini. Dabis uerò Leuiticæ tribus sacerdotibus, qui de genere pij illius Zadoc erunt, atq; ad me accedunt, ut mihi ministrent, ait Dominus, iuuenēcum uacca prognatum, ad piaculum pro expiando peccato. Et huius acceptum sanguinem asperges quatuor altaris cornibus, & quatuor angulis atrij inferioris, & margini per circuitū: & purgabis eo modo illud à peccato, atq; expiabis. Tolles autem iuuenēcum hunc expiādo peccato oblatum, & combures eum in parte domus ad id destinata extra sanctuarium. Cæterum die secundo hircum offeres capra prognatum. Hunc integrum, nihilq; habentem uitij, offeres ueluti piaculum pro peccato expiādo. Et expiabunt altare pari modo, quo illud priore die expiauerunt oblato iuuenēco. Et cum expiandi altaris finem feceris, tum offeres iuuenēcum uacca natum, cui nullū infit uitium: item & arietem de grege sumptū, qui omni careat uitio: oblaturus eos coram Domino. quibus sacerdotes sal inijciētes, offerent eos Domino in holocaustum. Et septē quidem diebus quotie hircum offeres pro expiando peccato, iuuenēcum etiam uacca prognatum, & arietem de grege sumptum. Hos inquam sacrificabunt: sed integros, ac nihil quicquam uitij habentes. Impendent itaque expiando atq; mundando altari dies septem, dantes sacerdoti sacra faciēti quas offerat carnes, siue uictimas. Cæterum diebus his septē iam exactis, octauo statim die, atque omni postero tempore, sacrificabunt sacerdotes in eo altari holocausta & eucharisteria uestra, sacrificia nimirum, quæ accepti beneficij memores grato animo offertis, & sentietis me uobis placatum ac propiciū, ait Dominus Deus.

CAP V T XLIIII

S Vb hæc uerò deduxit me uir ille ad portam sanctuarij exterioris, quæ ad orientem respicit. Quò ubi peruentum fuit, inuenimus eam clausam. Itaque Dominus dixit mihi, hæc portā perpetuò fore clausam, & nūquam aperiendam, neq; ulli per eam fore transitum: siquidem gloriosus ille Israelis Dominus per eam ingressus erat, unde & illā oportebat manere alijs omnibus clausam: sed erit tamen principis, inquit. Is enim in ea sedebit, ut comedat panē, hostiarum uē partem suam hic coram Domino. Et per portę huius uestibulum ille quidem ingredietur, atque eadem

uia exiit. Hinc uerò adduxit me per uiam portę aquilonaris ante templum: ubi dū prospicio, ecce gloria Domini uniuersam Domini domum miro splendore atque claritate impleuerat, ita ut admirabūdus humi collapsus sim in faciem meam. Cæterum Dominus exurgere me uolens: Fili hominis, toto pectore aduerte, inquit, atq; oculis tuis sedulo obserua atq; conspicio, auribus etiam tuis diligenter omnia excepturus, quæ tecum de uniuersis ritibus domus Domini, orationibusq; ipsius legibus locuturus sum, animum aduersurus in primis ad templi introitum, & ad omnes ipsius exitus. Dices uerò domui Israeliticæ, quæ me pergit exasperare adeò, ac se mihi rebellē præstare, quòd in hūc modum loquatur ipse Dominus Deus. Satis uobis aliquando esto, qui de domo estis Israelitica, res istas omnes tam detestabiles atq; abominandas designasse, quòd uiros alienigenas, qui nec carne externa, nec corde interiore circumcisi sunt, constitistis, ut mihi sacerdotes sint, atq; in templo mihi sacro mihi ministrent, ac sacra faciant, profanaturi nimirum illud, ac domum meam coinquinari uerius, quam ut ipsam mundent, atq; sanctificent, dum per sceleratos & impuros adeò offeris panem meum quo uescar, adipem item & uictimarum uestrarū sanguinem: quibus sanè tam abominandis malis ac sceleribus uestris, ininitum mihi uobiscū fedus soluitis ac reiicitis, dum non seruat, quæ circa sacrificia mihi sancta seruari præcepi, constituentes qui in templo meo sacerdotio fungantur, uiros tam impuros & sceleratos, pro uestro arbitratu, & non ex legibus à me præscriptis. Itaq; sic iubet Dominus Deus, ne quis alienigena, qui corde simul & carne incircumcisus est, templū ipsi sanctum ingrediatur. Neq; mo inquam, ullus ex omnibus alienigenarum filijs, qui inter filios Israel uersantur: imò neq; ex Leuitis illis quisquā, qui à me defecerūt, inquit Dominus, cum superioribus annis Israelitæ per idololatriam errarent, atque seclantes idola sua, à me deficerent. Hos inquam non admitto quoque. nam luere eos uolo suam hanc iniquitatem: sed erunt in templo mihi sancto ministri, atq; custodiendis portis domus meæ præfecti, quas & claudant & aperiant, curaturi etiam domum reliquam. Et hi quidē mactabunt populo sua holocausta, suasq; uictimas: perpetuoq; erunt parati, ut populo ministrent atq; seruiant. Nam idcirco quòd olim ipsi in idolorū cultu ministrauerunt, atq; toti domui Israeliticæ fuerunt offendiculo, ita ut in omnē inciderint iniquitatē: hac de causa, sublata manu mea, aduersus hos iurauī, inquit Dominus Deus, quòd hanc iniquitatē luent, & non impune sint ablaturi. Arcebuntur enim, ne sacerdotio mihi fungantur, neq; ulla mihi sacra faciant, in his quæ uerè sacra sunt, atque ad sanctum sanctorū pertinent: sed ferent hanc suā ignominiam, id quæ de abominationibus suis quas fecerunt. Constituam tamen eos custo-

In die secunda offeres hircum caprarum.

Pone cor tuum, & uide oculis tuis, & auribus tuis.

Omnis alienigena incircumcisus carne non ingredietur sanctuarium meum.

ego non possis non

des domus meæ, & ut famulos atq; ministros se populo præbeant, in omnibus illic faciendis ac præstandis. Ceterum Leuiticæ tribus sacerdotes ex posteritate pij pontificis Zadoch, qui omnia quæ in domo mea seruari præcepi, seruarunt, cum idololatriæ deditus populus à me aberraret, hi ad me accedent: atque ministros mihi, stabunt coram me, oblaturi mihi adipem ac sanguinem, dicit Dominus Deus. Hos solum mihi ministros uolo, qui templum mihi sanctum ingressi, ad me propius accedant ad mensam meam, ubi mihi ministrent, sacerdotali officio per omnia satisfacturi. Porro cum portas ingredierent interioris atrij quod sacerdotum est, uestes induent lineas: lanceis enim hic uestitos nolo, dum intra portas interioris atrij, sacerdotalis scilicet, in interiore ipsius parte mihi ministrabunt. Quin & capitibus suis impositos habebunt pileos lineos, & femoralia item linea circum femora sua, quæ non astringant nisi in corporis sui medio: ubi non ita sudatur, atq; in axillis, siue circa uerenda. Cum uero ab atrio hoc interiore ad exterius redibunt, ad atrium inquam exterius, ubi promissa populi multitudo est, exuendæ uestes illæ religiosæ ac lineæ erunt, in quibus ministratum mihi est: atq; relinquendæ in sacris templi cubiculis, & induent uestes alias, ut ne contactu uestium sacrarum populum sanctificent. Non erunt his radenda sua capita, neque nutrienda: sed ad decorum capita sua tondebunt. Nulli quoq; sacerdotes in atrium interius ingressuri, uinum bibent: neque uiduam, aut ab alio marito repudiatam aliquam ducet uxorem: sed nubere eis uolo stirpis Israeliticæ uirgines. A sacerdote tamen relictam uiduam eis ducere fas erit. Horum autem partes erunt, ut populum discrimen doceant inter sacrum & profanum: item inter mundum & immundum. Et si qua lis oboriatur, aut ulla in populo controuersia, hanc illi iuxta meum præscriptum, ac datas per me leges præcedent atq; diriment, obseruari etiam in cunctis solennitatibus meis præscriptas sibi à me ceremonias ac ritus, ut mea sabbata sanctificent, atque dignè obseruent. Ad hæc non prodibunt in funus, ut ad emortui hominis cadauer accedant: ad mortuum tamen patrem aut matrem, filiū aut filiam, fratrem item ac sororem inuuptam accedent, atq; sese polluent, sepulturæ honorè eis exhibituri. Porro postquam sacerdos se iam purificarit, numerabunt ei sacerdotes alij, antequam se ad sacra intromittat, alios adhuc septem dies. Et quò die templum ingredietur, in atrio interiore Domino ministraturus, hostiam in primis offeret pro expiando peccato, ait Dominus Deus. Habebunt quoq; aliquid hereditarium, nempe sacerdotium ipsum: siquidem ego ipsorum hæreditas sum. Unde & non dabitur eis inter Israelitas possessionem, ut quorum possessio ego sim: interim tamen altari seruientes, ex altari uiuent. Comedet enim oblationes, & quæ pro expiandis peccatis

offeruntur sacrificia, & his illi alentur. Quin & omne quod inter Israelitas Deo dicatum est, id eis cedit: quod genus sunt, omnium primogenitorum primitiæ cuiuscunque generis: item & omnis cuiuscunque generis oblatio quamcunque oblaturi estis, hæc sacerdotum erit. Omniū quoq; frugū uestrarum primitias dabitur sacerdoti, ut per eum tuæ domus omnia tibi benedicantur. Præter hæc nulla quoq; aue aut pecude per se propria morte emortua, uel à fetis dilaniata, sacerdotes uescentur: immunda enim cum hæc sint, polluerent quoq; illos, atq; immundos eos redderent.

C A P V T XLV.

Cum uero sortitò diuidetis terram hæreditario possidendam, separabitur ex ipsa portio, quæ Deo dicata atq; sacra sit: idq; longitudine uiginti quinque milium calamorum, & latitudine decies mille. Et hæc quidem per totum suum terminum undiq; sancta erit: & ab hac parte spacium quadratum quoquo uersus quingentorum calamorum separabitur extruendo templo Dei sancto, cui circūcirca locus erit, & arboribus atq; omni ædificio uacuis, lōgitudine quinquaginta cubitorum. Et ex hac mensura, quæ longitudinem uiginti quinque millium habet, & decies millium latitudinem, locū tibi metieris, in quo templum, hoc est, sanctum sanctorum collocetur. Sanctum uero terræ illius sacerdotum erit, qui in Domini templo ministrant, atq; ministerij gratia Dominum accedunt: habebuntq; illi hunc locum ad ædificandas sibi domos suas, & terram hanc sanctam pro extruendo Domini sanctuario. Ad hæc separabitur spacium longum quinque & uiginti calamorum millia, & latum decies mille: quod Leuitis cedat in Domini domo ministrantibus, ubi illi uiginti sibi possidendas extruant domunculas. Possessionem uero urbis dabitur latam calamorum quinque millia, & uiginti quinque millia longam e regione portionis sacerdotum & Leuitarum: siquidem omnes tribus huc confluent. Principi autem hinc & illinc sua quoq; separanda portio est, ante portionem illam sacerdotum: ita ut principis portione, portio sacerdotum sit simul & Leuitarum, & templum cum urbe. A plaga occidentali oblationis sacræ ad occasum terræ sanctæ, & à plaga orientali oblationis sacræ usque ad plagam orientalem terræ sanctæ: & longitudo eius partis, respondebit longitudini portionū harū, ab occidentali termino ad terminū orientalem. Hæc principi terra erit & possessio inter Israelitas. Et principes mei non depopulabuntur amplius populū meum, quando ipsi abundè locupletes erunt: & quicquid reliquum est terræ, id per suas tribus distribuent. Sic dixit Dominus Deus: Sufficiat tantum uobis principes Israelitici, atque uestro populo, atq; eū depreddari, facientes quod iustum ac æquum est. Desinite ab iniustis exactionibus, quibus populū meum prægrauatis atq; affligitis,

Possessionē
ciuitatis dabo
illis quinque
millia latitudinis.

Sufficiat uobis
principes
Israel, in
iniquitate et
rapinam in
mittentes

Capitulum
non radent,
neq; comam
nutrient.

Ego hereditas
eorum, & ego
possessio
eorum non dabitur
eis.

affligitis, dicit Dominus Deus. Curate bilan-
ces habere iustas, Epham in aridis iustā, & Ba-
thum in liquidis iustum. Pari autem capacita-
te sunt Ephā & Bathus: siquidem Bathus ca-
pit decimam partem mensuræ Gomer, simili-
ter & Ephā decimam Gomer partem. Ita-
que ad mensuram Gomer utriusque habenda ra-
tio est. Porro siclus uiginti ualer obolos: nu-
mismā autem uiginti siclos ualens, & aliud ua-
lens uiginti quinq; cum alio quindecim ualen-
te: hæc simul omnia minam faciunt, ut quæ se-
xaginta aestimatur siclis. Hæc autem oblatio
erit, quæ in templi dedicatione offerenda uo-
bis erit. Sextam offeretis partem ephæ de go-
mer frumenti: sextam item ephæ partem de go-
mer hordei. olei uero hoc statutum est, ut Ba-
thi decimam offeratis partem. Porro decem
bathi gomer faciunt: totidem enim bathos go-
mer capit. Verum de grege ducetissimā ex Is-
raele offeretis pecudem, pinguem ac bene ha-
bitam. Hanc autem offeretis in oblationem,
holocaustum, & grati animi sacrificium, ac ar-
gumentum, ut Deum uobis per illa reddatis
placatum & propitium, inquit Dominus De-
us. Omnis autem qui tota terra erit populus,
tenebit his oblationibus persoluēdis principi
Israelis. nam principis erit dare holocausta, o-
blationes & libamina in diebus festis, nouilu-
nij & sabbatis, & in omnibus domus Israeliti-
cæ solennitatibus: ipse enim pro peccato sac-
rificium faciet, & holocaustum, & gratiarum
actionis oblationes, ut Deum reddat domui
Israeliticæ placatū & propitium. Sic autem
dixit Dominus Deus: Primi mensis primo die
sumes iuuencom uacca prognatū, qui per om-
nia bonus & elegans, nihil habeat uitij: atq; hu-
ius oblatione expiabis sanctuarium. Et sacer-
dos ipse sumet de sanguine oblationis quæ pro
peccato offertur, aspersurus eo templi postem,
& quatuor atrij angulos, quod altari adiacet,
simul & postem portæ interioris atrij. Et ad
eundem planè modum faciendum ipsi erit ei-
iusdem mensis die septimo, ad expiandum tem-
plum, si fortè quis errarit, aut aliquo modo de-
ceptus quicquam peccauerit. Porro decimo
quarto primi mensis die Paschæ solennitas uo-
bis erit: durat autem hæc septem continuos di-
es, per quos panes uobis edentur infermenta-
ti. Et hoc quidem die sacrificabit princeps pro
se ac pro uniuerso terræ populo iuuencom pro
peccato. Per septem autem huius solennitatis
dies, quotidie offeret Domino in holocaustū
septem iuuencom & septem arietes, omni uicio
expertes: & durantibus diebus his septē, quo-
tidie etiam hircum capra prognatum, pro ex-
piando peccato. Ad hæc totidem offeret ephas
similē, quot erūt iuuencom & arietes: & ad quam-
libet similæ ephā hin olei. Propterea septimi
quoque mensis decimo quinto die, quando Ta-
bernaculorum festum est, pari modo sacrificia
præstanda sunt, tum in sacrificijs pro peccato,
tū in holocaustis, alijsque siue frumēti siue olei
oblationibus; idque septē item continuos dies,

In primo
mense, quar-
ta decima
die mensis, e-
rit uobis Pa-
schæ solenni-
tas.

CAPVT XLVI.

VT uero & reliquarum portarum legiti-
mū teneamus usum, sic dixit Dominus
Deus: Porta interioris atrij, quæ ad ori-
entem spectat, sex diebus operarijs perman-
bit clausa: sed die sabbati, simul & nouilunij
die aperietur. Et princeps quidē per portā hu-
ius uestibulum, templum foris ingredietur, at-
que adiunget se postea portæ, dum sacerdotes
ipsius holocaustum offerunt, atque sacrificanti-
simul & eucharisteria eius, quæ gratiarū actio-
nis oblationes sunt. Interea inquam adorabit
ille Dominum ad portæ limen, tandem ea-
dem illa exiturus. Neque fas erit portam hæc
occludere ante uesperam: quin & omnis terræ
populus adorabit atque uenerabitur Domi-
num ad huius portæ introitum, idque dum sab-
batum erit, aut dies nouilunij. Holocaustum
uero quod princeps Domino sabbati die obla-
turus est, constabit sex agnis, nihil uicij haben-
tibus: & uno ariete, similiter bono ac eleganti.
Porro totidem similē ephæ addenda hic sunt,
quot erunt arietes: & agnorum oblationi tan-
tum addent similæ, quantum ipsis uideretur, aut
res ipsorum patitur: & cuiuslibet quidem ephæ
addetur hin olei. Nouilunij autem die offeren-
dus erit iuuencom uacca prognatus, qui per om-
nia integer sit ac bonus, cum agnis sex, & uno
ariete nihil uicij habente. Et hic quidem iuuen-
com addetur similæ ephæ. Pari modo & cuiuslibet
arieti ephæ: agnis uero, prout offerētis faculta-
tes ferent, atque ipsemet uolet: & quælibet qui-
dem ephā hin olei postulat. Porro princeps
templum ingressurus, per uestibulū portæ hu-
ius illud ingredietur, atque eadem etiam uia
de templo discedet: populus uero terræ stans
ac solennibus suis festis sub Domini conspe-
ctum accedens, atque templum frequentans,
si per aquilonarem portam templum ingredia-
tur, Dominum adoraturus, per australem por-
tam de eo decedet. & quisquis per australem
portam in templum ingressus fuerit, huius
exitus erit per portam aquilonarem: ita ut ea-
dem porta qua ingressi sunt, illis egredi non
liceat: sed per contrariam, siue introeunti op-
positam. Quin & cum templum ingressuri
sunt, ingredietur simul & illud princeps eo-
rum: & cum exhibunt, exhibit simul & ipse. Itaque
festis diebus atque solennibus oblato iuuencom ad-
detur similæ ephæ, itē & singulis arietibus, ephæ.
agnis uero, quantum offerētū uidebitur, eius-
que res feret: sed ephæ semper hin olei postu-
lat. Porro quando princeps pro festo aliquo
die holocaustum Domino faciet spontaneum,
uel eucharisteria spontanea, tum aperienda ei e-
rit porta orientalis, ut offerat holocaustum il-
lud, atque sua eucharisteria pari modo, quo de
die sabbati facere consueuit. Sed quando tem-
plo egredietur, non sinet ad uesperam usque a-
pertam portam, uerum continuo eam clau-
det. Quotidie autem sacrificabit ille agnum an-
niculum, omni uicio carentem, qui Domino
holocaustū sit: isque matutino tempore semper
erit

Holocaustum
autem hoc
offeret prin-
ceps Domi-
no.

Cum autem
fecerit prin-
ceps sponta-
neum holo-
caustum.

erit offerendus: & huic quotidie addet matu-
 tino itē tēpore sextam ephę partē, & olei tertiā
 partem hin, ad cōmiscēdam simillam: quę qui-
 dem oblatio pręstanda Domino perpetuō erit.
 statuto, siue pręscripto sempiterno. Itaque
 agnus quotidie matutino tēpore semper offe-
 rendus erit, unā cum oblatione illa simillę & olei:
 eritq; hoc holocaustū iuge ac perpetuum.
 Sic autem dixit Dominus Deus: Si princeps
 alicui filiorum suorum donum aliquod dederit,
 id uerē ac perpetuō ipsius erit, ueluti si hę-
 reditate ipsi obuenerit. Si uerō seruorum suo-
 rum alicui munus dederit de sua hęreditate, id
 quidem illius erit usq; ad annum remissionis
 siue iubilęum. nam tunc redibit illud ad princi-
 pem: si quidem bona principis hęreditaria so-
 lum filiorum ipsius sunt. Cauebit autem prin-
 cept, ne quid de populi sui hęreditate tollat,
 ut eos sua possessione ullo modo priuet, siue
 despoliet: sed relinquet quę ipsi possident, ip-
 sis ac ipsorum liberis, ut eam seruent sibi pro-
 priam & hęreditariam, ne populus meus
 dispergatur, si sua quisque possessione pelle-
 retur. Sub hęc introduxit me per ingressum,
 qui erat in portę latere, in sanctuarij cubicula,
 quę aquilonem spectant: & ecce locus ibi erat,
 in lateribus ad occidentem uergens, de quo
 mihi dixit, quod is locus esset, in quo sacerdo-
 tes uacarent coquendis uictimis pro peccato,
 siue culpa aliqua commissa oblati. Item & oleo
 simillę: ut ne populus, si illa hoc de loco ef-
 ferretur in atriu exterior, sanctificaretur. Du-
 xit quoq; me ad exterior atrium, quod mulie-
 rum erat, ad cuius quatuor me deduxit angu-
 los: & ecce in singulis atrij angulis aliud erat
 atriolū, siue cubiculum. In quatuor, inquam,
 atrij angulis alia erant alligata cubicula, longi-
 tudine quadraginta cubitorum, & latitudine
 cubitorū triginta. Eademq; mensura fuit qua-
 tuor cubiculis illis angularibus. Et quatuor
 quidem atrijs illis murus fuit in circuitu, sub
 quo & foci constructi fuerunt circum circa. his
 enim ollę ac lebetes imponebantur ad elixan-
 dos cibos, qui offerebantur. Et tandem qui-
 dem mihi dixit, has sacerdotales esse culinas,
 in quibus sacerdotes, domus Dominicę mini-
 stri, populi uictimas apparant atq; coquant.

CAPVT XLVII.

Post hęc uerō reduxit me ad domus ia-
 nuam, quam Dominus trāsuerat: iamq; pro-
 pterea perstabat clausa semper. Et ecce
 de limine quod gloriosus ille Dominus tē-
 plum ingrediens triuerat, subscaturiebant a-
 quę, quę fluebant orientem uersus. nam do-
 mus ipsa orientem spectabat. Et dum attentius
 oculos ad aquas has intendo, descendere eas
 uideo de latere templi dextro, ad meridiona-
 lem lateris partem. Eduxit itaque me per por-
 tam septentrionalem, & circumduxit me in ui-
 am foras uergentem ad portam extremam, ul-
 timi ue muri, quo mons cingebatur: idq; per
 uiam quę in orientem tendit. Et ecce aquę il-

lę profuebant à latere dextro illo: & uir qui-
 dem hic dux meus, qui Orientem uersus egre-
 diens, manu sua tenebat lineā, mensus est pro-
 fluentis aquę mille cubitos, & traduxit me per
 diuinę doctrinę aquas ad talos usq; profun-
 das. Et rursus mille alios cubitos mensus, tra-
 duxit me per aquas genuum tenus profundas.
 Et adhuc mille cubitos mensus, traduxit me
 per aquas, quę mihi proueniebant ad femora.
 Tanta erant diuinę doctrinę, ueręq; fidei in-
 crementa. Et rursus adhuc mille cubitos men-
 sus est: sed iam torrens eō profunditatis euase-
 rat, ut non possem eū transire: rantopere incre-
 uerant aquę, ita ut non nisi natatu trāsiri pos-
 sent. Hic autem dixit ille mihi: Fili hominis,
 uidisti ne satis torrentem hunc, & eius de tem-
 plo profluentes aquas? Cumq; me iam perge-
 ret ducere, reduxit tandem me ad torrentis ri-
 pam: quō dum redeo, ecce in utraq; ripa quā-
 plurimę succreuerant de repente arbores. & di-
 xit mihi: Aquę istę ferentur per Galilęam ori-
 entalem, & descendant parte una in planiciem
 ubi mare Tiberiadis est. Atq; altera defluent in
 mare mortuum, & in mare magnum. Et quę
 hactenus amarę atq; salę nimis fuerūt aquę,
 per harum influxum sanabuntur, ita ut posita
 sua amaritudine dulces & suauēs futura sint.
 Omneq; animans uiuum quod sese mouet, ad
 quemcunq; locum torrens hic peruenit, ui-
 uet, ac multa felicitate fruetur. Erit enim in-
 gens piscium multitudo, quocunq; aquę istę
 peruenerint. nam sanabuntur ac suauissimē ui-
 uent omnia, ad quę torrens hic peruenturus
 est. Futurum enim aliquando est, ut ad ipsum
 uersentur piscatores, utq; siccentur atque ex-
 pandantur retia siue sagenę ab Engaddi usq;
 ad Eneglaijm. Habebit autem ira, ut sine per-
 sonarū respectu omnes à Domino uocemur
 cuiusuis generis pisces: idq; maxima copia,
 quo numero magni maris pisces sunt. Cate-
 rium cęnosa & fœtida paludes harū aquarum
 influxu non sanabuntur: sed seruabuntur in sa-
 linas, ut in sordibus suis sordescant magis ac
 magis. Verū iuxta torrentem hunc in utraq;
 ipsius ripa, succrescent omnis generis fructi-
 tē arbores, quarum neque folia decident, neq;
 fructus deficiet. Imō singulis mēsis nouos
 proferent fructus. Aquę enim torrentis huius
 non de uulgari uena, sed de Domini sanctua-
 rio promanant: quare & fructus ipsarum ar-
 borum pro cibo erūt, & folia earum uirtutem
 medendi habebunt. Sic dixit Dominus De-
 us: Hic terminus est, intra quem terrę hęre-
 des constituemini duodecim uos tribus Israe-
 liticę: ita tamen, ut Ioseph partes duas obtine-
 at: Ephraimo nimirum unam, & alteram Ma-
 nasse. Accipietis autem partibus æqualibus e-
 am uobis hęreditario possidēdam: si quidem
 iureiurando confirmaui patribus uestris, me
 uobis eam daturum. Itaque distribuetur uo-
 bis hęc terra ueluti hęreditaria: & hic quidem
 est terrę terminus ad plagam septentrionalem,
 à mari magno Hethalon uersus, qua itur ad
 Zedad,

Traduxit me per aquas usque ad talos.

Et super torrentem orientem in ripis eius ex utraque parte omne lignum pomiferum.

He est locus, ubi coquent sacerdotes pro peccato.

Zedad, Emath, Berorha, Sabarim, quæ inter Damascum & confinia Emath media est: Hazerhathichon, quæ in confinijs Hauran est. Erit itaque terminus septentrionarius incipiens à mari ad Hazerhenon, terminus Damasci, cum alijs locis septentrionarijs, & finis ipsius est Emath: & hæc quidem plaga aquilonaris est. Orientalis uero plaga deducetur inter Hauran & Damascum, & inter Galaad, & inter terram Israeliticam ad Iordanem. Et ab eo termino metiemini ad mare orientale, ea enim orientalis plaga est. Memini quoque plagam meridionalem ad austrum Athamar siue Hiericho, usque ad aquas Meriboth, nempe ad Cades, ad Nilum Aegypti torrentem, qui in mare magnum incurrit: & hæc quidem plaga meridionalis est, Austrum uersus. Postremo autem plaga occidentalis est mare magnum, à termino australi, usque ad locum qui est eregione introitus Emath: & ea quidem occidentalis est plaga. Diuidetis itaque uobis terram istam per tribus Israeliticis. Caterum sortitò id facietis, ut iure hæreditario æternū eam possideatis: si modò inter uos aduenæ inter uos degentes: si modò inter uos genuerunt liberi. Nam qui eiusmodi sunt, habebuntur inter Israelitas uelut indigenæ, diuidentq; uobiscum terram uelut hæreditariam, unā cum tribubus Israeliticis. In quacunque uero tribu aduenā istiusmodi deget, in ea dabitur ei hæreditatem, dicit Dominus Deus.

CAPVT XLVIII.

HAEC uero tribuum Israelitarū nomina sunt, quibus hæreditas hæc capienda erit, ad latus aquilonare, quod in confinio Hethalon est, qua ad Emath tenditur, & Hazerhenan. Est autem Damascus in angulo aquilonari, in confinio Emath: à plaga autem orientali ad plagam occidentalem usq; erit una terræ portio tribui Dan. Et iuxta terminum Dan, à plaga orientali, usq; ad plagam occidentalem portio una cedit tribui Nephthalim. Et iuxta terminum Nephthalim à plaga orientali ad plagam occidentalem, una portio cedit Manasse. Et iuxta terminum Manasse, à plaga orientali ad plagam occidentalem portio una cedit Ephraimo: & iuxta Ephraim terminum à plaga orientali ad plagam occidentalem, cedit portio una tribui Ruben. Et iuxta terminum Ruben, à plaga orientali usque ad plagam occidentalem, portio una cedit tribui Iudæ. Et iuxta Iudæicæ tribus terminum, à plaga orientali usque ad occidentalem plagam, erit portio illa quæ separabitur Domino, quinque & uiginti milia calamorum tum lata, tum longa, ita ut unaquæquæ portionum quam tribus singularim obtinent, ab orientali plaga ad plagam usque occidentalem: & hæc quidem pars in medio sui Domini habebit sanctuarium. Et longitudo quidem huius portionis, quæ Domino separanda est, erit uiginti quinque millium calamorum, & latitudo de-

cem millium: & hæc quidem Domino separata portio sacerdotum erit, cuius longitudo ad aquilonem uiginti quinque millium calamorum erit, & latitudo ad occidentem decem millium, ita ut & ad ortum decem millium latitudo erit. Ad austrum uero longitudo quoque erit uiginti quinque millium calamorum. Et in medio quidem huius portionis Domini constituetur sanctuarium. & hæc quidem portio dicata erit sacerdotibus, qui genus ducunt à Zadoch: quippe qui seruarint ritus ac præscriptas à me ceremonias, qui item, cum Israelitarum errarent, atque per idololatriam à me deficerent, perstiterunt in uero mei cultu ac religione, nullis erroribus malis impliciti, ut Leuitarum alij. Separabitur autem eis ex hac Domino separata terra, ubi sanctum sanctorum constituetur, iuxta terminum Leuitarum. Porro Leuitarum portio, ea erit iuxta sacerdotum terminum, longitudine uiginti quinque millium calamorum, & latitudine decem millium. Negandi ullam habebunt potestatem: siquidem res Domino sacrata est. Caterum ea quæ iam superest latitudo calamorum quinque mille, cum longitudine uiginti quinque millium, locus profanus erit urbi, ad habitationes illic construendas, aut constituendum pomærium. eritq; urbs in medio eius: hæc autem mensuræ eius sunt. Plaga aquilonaris habebit calamos quater mille & quingentos. Et plaga australis calamos quater mille & quingentos. Plaga orientalis calamos quater mille & quingentos. Pari modo & plaga occidentalis calamos habebit quater mille & quingentos. Ad hæc suburbana ciuitatis ducentos quinquaginta calamos lata erunt, ad aquilonem: & ducentos quinquaginta ad austrum. Pari modo & ad orientem, & ad occidentem, eiusdem erunt mensuræ siue latitudinis. Longitudo autem reliqua eregionè portionis sacerdotalis, quæ Domino separata est, calamos tenēs ad orientem decies mille, atq; totidem etiā ad occidentem: hæc permanebit cum portione illa Domino separata. Et quicquid inde fructus prouenit, id cedit operarijs urbis in cibum: ut inde uiuēt, atque alantur. Porro ciuitatis operarij ex omnibus Israelis tribubus eligentur. Et tota quidem sacerdotalis illa portio Domino dicata, cum possessione illa quæ urbi cedit, iuste quadrata erit: lateribus uidelicet undelibet quinque & uiginti millia longis. Quicquid uero utrinque reliquum est, iuxta portionem hanc Deo dicatam, & urbis possessionem, eregionè uiginti quinque millium portionis sacerdotalis ab Oriente & ab Occidente, & eregionè uiginti quinque millium calamorum, id principis erit. Et sacerdotalis portio Deo dicata, simul & sanctuarium Domini, erit in medio eius. Quin & Leuitarum portio, ac possessio urbis intra illud iacet, quod principis est. Nam inter terminum Iudæicæ tribus, & tribus Beniamiticæ, principis portio est. Re-

*Primitiæ
quas separa-
bitis Domi-
no, longitu-
do uiginti-
quinque mil-
libus.*

*Et non uen-
dabunt ex
eo, neq; muta-
tabunt.*

*De possessio-
ne autē Le-
uitarum erit
de possessio-
ne autē ciuitatis.*

liquarum autem trium portiones sic habent: à plaga orientali usque ad plagam occidentalem, una portio erit Benjamin. Et iuxta terminum Beniamiticæ tribus, à plaga orientali usque ad plagam occidentalem una portio Simeonis erit: & iuxta Simeonis terminum, à plaga orientali usque ad occidentalem plagam, una portio cedit Isachari: & iuxta Isacharis terminum à plaga orientali usque ad plagam occidentalem, portio una Zabulonis erit: & iuxta Zabulonis terminum à plaga orientali usque ad occidentalem, portionem unam feret Gad: & iuxta terminum Gad ad meridionalem eius plagam, austrum versus, hic eius erit terminus ab Hierichonte usque ad aquas Meriboth, nêpe ad Cades, ad torrentem Nilû in mare magnû influentem. Hæc itaque terra ipsa est, quam inter tribus Israeliticarum iure hæreditario diuidetis: & hæc quidem earum portiones sunt, dicit Dominus Deus. & hi quidem urbis sunt extremi fines atque exitus. A plaga aquilonari mensura erit qua-

ter mille & quingentorum calamorum, Porta uerò urbis nominibus Israeliticarum trium denominabuntur: ita ut trium ad aquilonem positarum una uocanda sit porta Ruben, altera porta Iuda, & tertia porta Leui. Ad plagam uerò orientalem, quater mille & quingenti calami sunt: portæ & tres, quarum una Iosephi, altera Benjamin, & tertia porta Dan uocabitur. Item ad plagam meridionalem calami sunt quater mille & quingenti, & portæ item tres: quarum prima Simeonis, secunda Isacharis, & tertia Zabulonis porta dicitur. Pari quoque modo ad plagam occidentalem calamos habes quater mille & quingentos, cum tribus similiter portis, ex quibus prima porta Gad est, altera porta Aser, & tertia porta Nephtholim. Totus itaque urbis ambitus octodecim habet calamorum millia. Porro nomen urbis ab eo die uocabitur Adonaisamma, hoc est, Dominus ibi: siquidè usque ad cõsummationem seculi ille cum suis est in ecclesia sibi sancta.

FINIS PARAPHRASEON IN
Ezechielem.

PARAPHRASIS IN DANIELEM PROPHETAM, AVTORE IOANNE TOSARRIO AQUILOVICANO.

CAPVT I.

QVANDO pientissimi regis Iosæ præclarissima stirps, ac parentis probitate & pijs uestigijs prorsus degenerans, ad omnem deflexit impietatem: Dominus Deus indignè illud ferens, noluit id suo populo impunitum: sed cum iam per hos sacrosanctum nomen eius etiam inter impias gentes malè audiret, statuit ipse de malè morigero populo pœnas sumēs, toto terrarum orbe illud illustrius reddere, atque acceptam per hos ignominiam multo cum fœnore sarcire. Qua quidem ratione factum est, ut partim ab Aegyptijs, partim à Babylonijs miserrimè diuxati sint. Nouissimè uero apud Aegyptios, à Nilo Aegypti flumine usque ad Euphraten Assyriorum, cuncta depopulatus Nabuchodonosor, irruit in fines Hierosolymorum, ipsam que Hierusalem arcta admodum obsidione cinxit: idè post annū tertium, quàm regni gubernacula tenuerat Ioaachimus, Iudaici populi rex. Et Dominus quidem Iudaico populo iam iniquior, tradidit Ioaachimum hunc Iudaici populi regem in manum, atque sub potestatem Nabuchodonosoris, cum bona parte uasorum siue eius suppellectilis, quam habebat in domo Domini. Et hanc quidem ille in suam auexit terram, nempe Babylonem in Sinear, dedicaturus illa deo suo: siquidem importauit ea in domum, quæ

Deo ipsius erat thesauraria. Porro compluribus è stirpe regia, ac regni primoribus Babylonem abductis, rex ipse Nabuchodonosor, uelut paterno in eos animo, de rectè instituendis adolescentibus sollicitus, iussit atque uoluit Aspenas æconomum siue cubiculariorum regionum principem, in aulam regiam, nonnullos ex filijs Israel inducere, maxime uerò qui de femine essent regio, atque ex Iudaici regni primatibus genus ducerent. Selectos autem uolebat hic, qui nullo laborarent corporis uitio: & qui aspectu pulchro ac liberali, animo etiam essent industrij, ac bonarum artium dociles: adolescentes nimirum sciti, solertes atque sagaces, ut qui posteris annis officia possent curare regia, ac Babylonici regni quædam esse columina. Voluit itaque rex alioqui barbarus, hos in primis doceri & literas & linguam Chaldaicam: adeo ut in singulos dies constituto ipsis demenso, idè ex cibo ac potu regio, eos ipsi Aspenas solidum triduum educandos tradiderit, ut uel aliqui eorum regi ab officijs esse possent. Fuerunt autem inter hos ex Iudæorum filijs, Daniel, Hananiah, Misael & Azariah. Verùm Aspenas cubiculariorum primus, non ferens ueri Dei uocabula El & Iah, in horum nominibus, mutatis uocibus, Daniele ex dei sui Belis nomine uocauit Beltazarum: quasi Belem ipsum dicas, thesaurorum custodem. Hananiam uerò

Fuerunt inter eos de filijs Iudæ Daniel, Ananias, Misael, & Azarias.

ro & Misaelem, sapientum inter Babylonios nomina referre uolens, hunc appellauit Misachum, & illum Sidrachum. Azariae uero inditum est nomen Abednago: quod si interpretis, famulum significat Veneris: aut potius mutatione literae, famulum Babylonici Dei Nebo. Ad hunc autem modum immutatis nominibus, quae res penes adolescentes nihil fuit, decreuerat Babylonius eos totos ad suam religionem inducere, ueri Dei religione abnegata. Sed Daniel uerae religionis obseruator, statuit secum unam cum sodalibus, cibo regio atque potu uini eius se non pollueret: id quod & principem regionum cubiculariorum rogauit, nempe ut sibi liceret permanere impolluto. Et Dominus quidem Deus iam Danielem fecerat ipsi principi gratum ac dilectum, ita ut illum censeret adolescentem probum admodum, ac praclarissimae indolis: quare & Danieli Dominum Deum suum timentem respodit, & se Dominum suum regem non paruopere formidare, per quem constitutus ipsis esset & cibus & potus: qui si uideret facies uestras macilentiores, inquit, neque tam pulchre uos habitos, atque alios adolescentes, qui eadem captiuitate tenentur, induceretis me in summum uitae periculum apud regem. Daniel uero hunc timorem ei discutere uolens, rogauit Melzarem, per quem cibus ad ipsos introferbatur, cuius uiae custodiam Danielem, Hananiam, Misaelem & Azariam cubiculariorum praefectus mandarata, ut de seruis suis periculum faceret decem dies, per quos leguminibus tantum uerferentur, aquam quae biberent: & illis transactis, conferret eorum facies cum ijs qui cibo alerentur regio: & re tunc perpenfa, faceret cum seruis suis, ut sibi uideretur, ac ipse uellet. Qua quidem in re cum Melzar ipsis morem gereret, decem dierum in ipsis periculum fecit: quibus elapsis, apparuerunt facie meliore ac habitiore supra omnes adolescentes alios, qui cibum edebant regium. Itaque Melzar cessauit eos amplius tentare: & morem ipsis gerens, omisso cibo, uinoque per regem illis constituto, dedit eis quae uolebant legumina. Et Deus quidem hanc suae legis obseruationem ministris suis rependere uolens, locupletauit hos quatuor adolescentes multa rerum prudentia atque intelligentia, ita ut quosuis libros intelligerent, multaque sapientia praestarent. Caeterum Daniel, is praeter ceteris hac praerogatiua claruit atque insignis fuit, quod omnium uisionum ac somniorum intelligentissimus fuerit. Tandem uero exacto triennio, quod rex instituendis adolescentibus constituerat: quo tempore & ad se eos introduci rex demandat, non defuit hic sibi Aspenas, cubiculariorum ac simul omnium instituendorum huiusmodi adolescentum praefectus: sed uelut re probe curata, omnes unam in conspectum regis Nabuchodonosoris adduxit. Et rex quidem cum omnibus collocutus, neminem quenquam inuenit,

qui cum Daniele, Hananiah, Misaele, & Azariah conferri posset. Tanta sapientia eos Dominus cohonestarat, quod immundo Babyloniorum cibo spreto, ad Diuinae legis obseruationem se composuerant. Verum rex animaduertens, quam sapienter, ac prudentes essent, usus statim horum ministerio est: non ferens, ut a se discederent. Nam quicquid rex ab eis sciscitatus est, cuius cognitio animum requirebat eximie sagacem, sapientem, ac multa prudentia praeditum: id apud hos adolescentes inuenit, atque ab ipsis decuplo restitutus ac certius didicit, quam ab ullis astrologis atque genethliacis, quos toto regno suo alerbat. Daniel uero totos septuaginta captiuitatis annos Babylone remansit, ad primum usque annum Cyri illic perdurans, neque quoquam alio demigrans.

CAPVT II.

Pulchre autem florentibus iam Babyloniae rebus, Nabuchodonosor ipse secundo regni sui anno, post secundum nimirum annum, quam uastatam Aegyptios, somnium quoddam somniauit: quo perturbatus ita ipse est animus, ut somnus eum destituerit, nec potuerit amplius ea nocte dormire, aut conuiescere. Iussit itaque accersiri genethliacos, astrologos, praestigiatores, ac magiae Chaldaicae peritos, qui sibi suum somnium, quod ipsum iam fugerat, indicarent. Et illi quidem dicto audientes, coram rege comparuerunt, offerentes ei suam operam. Rex uero eos conspiciens, somniasse se dicit somnium, quod animum ipsi plurimum perturbaret, adeo ut supra modum audis sit eius cognoscendi: quippe quod non uulgare sit, neque contemnendum: sed uelut caelitis immissum, cognitio opus, maximeque momenti sit. Magi uero hi Chaldaei respondentes regi Syriace, siue lingua Chaldaea, precari in primis regi sunt longam uitae incolumitatem, cupientes, ut rex indicato seruis suis somnio, interpretationem eius ab ipsis postulareret, quam bona fide se indicaturos promittunt. Verum rex respondens eis, ait sibi rem omnem excidisse, somniumque se iam profusus latere, & tamen ex ipsis tum de somnio, tum de eius etiam interpretatione se uelle cognoscere. Quod nisi praestare possent, ilico actum esset de ipsorum uita, & domus ipsorum uastatae uerteretur in foricas publicas. rex enim censebat, si somniorum interpretationes diuinitus conferrentur (id quod coniectores ipsi persuasum uolebant) iam etiam diuinitus posse eos cognoscere ipsa somnia. Porro si interpretatio humana ex industria proficisceretur, iam oportebat esse fallacem & incertam. Urget itaque, ut somnium narrent, atque illud ipsum interpretentur atque exponant: quod si possent, amplius relaturi essent dona ac munera, magnis etiam honoribus a rege condecorandi. Itaque somnium ipsum, ac instam eius interpretationem mihi indicate, inquit rex, quippe qui non minore negotio putauit iustam somnii posse fieri inter-

Tenta nos, obsecro, seruos tuos diebus decem.

Danieli dedit intelligere uisionum et somniorum.

Nisi indicaueritis mihi somnium & coniecturam eius, peribitis.

interpretationem, q̄ denarrationē ipsius somnii. Et magi quidem Chaldaei, secundo idem respondentes, cupierūt ut rex seruis suis somnium suum narraret, quod quidem tunc facile ac bona fide ipsi interpretarentur. Vnde rex factus commotior: Certo noui, inquit, atque prae oculis uideo, quod studetis rei procrastinanda, postquam nouistis somnium me fugere, & nihil adeo mihi de eo constare. unde & arbitramini, quod intra diem unum ac alterum re contempta, nihil amplius de ea curaturus sim. Ceterum nisi somnium ipsum mihi indicaueritis, una de omnibus uobis perdendis sententia est: quippe qui sermone mendacia ac uano coram me prolato, illudere mihi studetis, dum tempus mutetur, atque commodus se praebeat. Propterea incunctatē mihi dicite, quod nam fuerit somnium meum: & inde cognoscam, quod interpretationem eius iutam ac certam sitis mihi indicaturi. Magi autem illi Chaldaei iam perterrefacti, responderunt regi, atque dixerunt: Toto terrarum orbem neminem unum esse, qui id quod rex peteret, posset praefare: quare & nullus rex, princeps, aut satrapes, tale quicquam genethliacū, astrologum ac Chaldaicā magiā peritum interrogat. siquidem hęc regis petitio grauis nimium est, ac solutu planē humanis uiribus omnibus superior. nam neminē quenquam reperias, qui eam regi indicet, praeter deos, siue angelicos spiritus: qui carnis mole non praegrati, liberius agunt, atque liquidius cuncta cognoscunt. Quibus quidem uerbis auditis, rex furibundus iam, ac multa ira percitus, iussit omnes Babyloniorum sapientes perimi, ipsos nimirum genethliacos, astrologos ac Chaldaicā magiā peritos. Et cōtinuō ad prolatam ita regio de ore sententiam sapientum istorum nonnulli interfecti sunt. Et eō quidem progressa res est, ut & Daniele, eiusq; sodales pari modo interimendos quærerent. Ceterum Daniel hoc rerum statu intrepidus, accedit ad Arioch principem carnificum, cui rex de interimendis Babyloniorum sapientibus siue magis mandat. ipsumq; de edicto ac sententia hac regia interrogat. hoc potissimum ex ipso discere cupiēs. Quia nam de causa crudelis adeo sententiā a rege profecta esset, quam & ille adeo festinus studebat exequi. Et Arioch quidem rem omnē Danieli exposuit. Vnde & nihil cupētatus, continuō regem accedit, petens ab eo tempus sibi constitui, quod & somnium & somnii interpretationem regi esset expositurus. Praefagebat enim Danieli iam animus, quod uisum hoc a Nabuchodonosore somnii ad promouendam faceret Dominus Dei gloriam, nō sine dehonestatione idolorum, atq; impij eorum cultus. Itaq; domum reuersus, Hananiae, Misaeli, & Azariae, sodalibus suis rem omnem indicauit, significans ipsis in quāto uita ipsorum esset periculo. Vnde ad orandum atq; obsecrandū Dñm eos inhortatus est, ut ab ipso cœli Dño, uno ueroq; om-

niū Deo, misericordiam precarētur, atq; id benevolentiae exorarent, ut somniū hoc secretum ac nulli homini cognitū ipsis reuelaret, ne Daniel ipse simul & sodales eius unā cū reliquis Babyloniorum sapientibus perirent atq; interficerentur. Et clemētissimus Dñs seruoꝝ suorum precibus exauditis, per uisum nocturnū rem hanc tam abditam Danieli reuelare non est dedignatus. Vnde & ille Dñm, ipsum quam cœlestem Deū, miris modis extulit, atq; laudauit. Nam in uerba prorumpens: Sir nomen Dñi, inquit, benedictum a seculo, in seculum, omni aeo. Laudandus in omne aeuū Dominus, a quo solo sapiente ac forti, omnis proficitur sapientia, fortitudo & imperium. Ipse enim mutat tempora, & etates ac rerū uices. Hos quidem reges reñciens, & omni honore exuens, alios uero substituens atq; stabiliens: addens etiam sapientiā ijs qui sapiunt, & scientiam ac intelligentiam ijs qui intelligere ac sapere student atq; laborant. Ipse certē reuelat profunda & abscondita, quippe qui norit latentia quauis, & quę profundissimis tenebris occulta sunt. siquidem lux cum eo est, lucemq; ipse inhabitat. Tibi Deus patrum meorum cōfiteor, te collaudo ac deprædico, quod sapientem ac fortē, imperterritiq; animi me feceris, ita ut in tanto rerum periculo ausus fuerim, de tua confusus misericordia, regi polliceri, quod dicturus ipsi essem suum somniū, quod nunc certē pro immensa tua bonitate mihi aperuisti. Indicasti enim mihi, quod te rogauimus, quando somnium hoc regis nobis significasti. Et Daniel quidē hunc in modum Deo actis gratijs, abiit ad Ariochum, quem rex cōstituerat primarium deperdendis Babyloniorum sapientibus carnificem. Abiit inquam illic, atq; cōtinuō iussit ei, ut ne sapientes ipsos perimeret. Sed me, inquit, ad regem deducito, cui ego rem omnem quam uult sum expositurus. Et Arioch quidem gaudens, ut qui satis intelligeret temerariam fuisse regis sententiā, nihil moratus, introduxit Daniele ad regem. dicens se inter captiuos Iudæos inuenisse, qui regi rem omnem exponeret. Rex uero responsurus, interrogat Daniele (cui nomen nunc erat Belsazaro) ac dicit: Irāne tu confidis te mihi uerē indicare posse uisum mihi somnium? atq; illud ipsum te iusta interpretatione mihi posse explicare? Hic Daniel regi respondens dixit, Secretum, & hoc tam abditū quod rex interrogat, nec sapientes, nec genethliaci, nec astrologi, neq; quisquā diuinus regi potest indicare. Verū in cœlo Deus est, uerus nimirum & unicus, qui secreta reuelās, regi Nabuchodonosori indicauit, quid nouissimis tēporibus futurū sit. Itaq; somniū tuum, & capitis tui uisio, quæ tibi in cubili tuo quiescenti obuersata est, ea sic habet. Tu, mi rex, postquam cœnatus cubitum abisti, atq; ad dormiendum te in cubili tuo composuisti, expendens tecum regni tui felicitatem, cogitare cepisti, an perpetuō tibi ac tuis ita id floritu-

Sit nomen Domini benedictum a seculo, & usq; in seculum.

Putas ne quod uerē potes mihi indicare somnium.

Certe noui quod tempus reuoluat.

Daniel in pressu rogauit regem, ut tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi.

rum esset, an potius deperdendum, ac sensim interiturum. Et Deus ipse cœlestis, qui secreto rum atq; abditissimarum cogitationū cogni tor est, ac reuelator, per somnium tibi immis sum indicauit tibi, pro ratione cogitatuū tuo rum, quæ multis abhinc seculis uentura sunt, non modò tibi ac tuo regno, uerùm & alijs te subsequētibus monarchijs: neq; mihi sanè per meam sapiētiam (ut qua ego scilicet supra om nes uiuentes polleā) hæc tam secreta atq; abdi ta res innotuit, atq; reuelata est: sed Dominus ille Deus rem omnē mihi aperuit, ut ego regi interpretationem indicarem: & tu cogitatio nes cordis tui, & quæ tecū expēderas, scires. Ut autem ad institutum perueniam, tu mi Do mine rex huiuscemodi cogitatibus in somnū illapsus, huiusmodi uidisti somnium, nempè quod prægrandis quædam statua tibi uisa sit. Statua inquam magna & ampla, cuius & glo ria ac maiestas sublimis admodum erat, & exi 20 mia, stabat coram te, tibi ob oculos. Quin & forma eius sua amplitudine terribilis erat. Et caput quidem statuæ huius ex auro constabat puro ac puro. Pectus uerò eius & brachia, ar gentea erant. Cæterùm uenter & femora eius ærea. Tibiæ autem eius fuerunt ferreæ: & pe des imi partim ferrei, & partim fuerunt ficti les. Et ad hanc quidem statuam intentos ha buisti oculos, donec abscissus de monte lapis est, sine manibus, nulla nimirum humana in 30 dustria ac opera, qui percussos statuæ pedes ferreos ac fictiles cōminuit: ad quorum com minutionem, simul etiam comminuta ac con trita fuerunt ferrum, testa, æs, argentum & au rum, nempè tota statua. Et hæc facta fuerunt similia pulueri, aut æstiuæ aræ quisquilijs, quas frumento excusso uentus in altum sustol lit ærea, ita ut nusquam amplius appareant. Et lapis quidem ille qui statuam ita percussit ac disturbauit, is euasit in montem magnum a 40 deò, ut totam terram occuparit atque impleue rit. Et ita quidem mi Domine rex tuum se ha bet somnium. Verùm nunc interpretationem eius regi quoq; sum dicturus. Tu sanè mi rex, omnium sub sole regum facile princeps ac pri mus es. siquidem Deus ille, cœli opt. max. re gnum tibi dedit potentissimum, robustissi mum, & præ omnibus alijs præclarum ac spe ciosum. Omnem enim terram hominibus in habitatam, atq; adeò bestias etiam syluestres, 50 ac cœli quoque uolucres, tibi subiectas ha bes, ita ut horum omnium domineris, cunctā que tibi seruiant. Itaque caput statuæ aureum te designat, ac tuum in Babylonios imperiū: quod perinde ut aurū excellit metalla alia, ita omniū regnorū excellentissimum est. Verùm post te, siue hoc tuum regnū, exoriturū, est re gnū aliud, quod tuo quidē minus erit, ita ut ar gentū auro inferius est. Porro regnū tertiu, quod per uētre & scēpora designatur ærea, id per uniuersum se extender mundum. At quartum fortitudine sua æquabit ferrum. nam ut ferrum ualet ad quidiuis comminuendum,

atq; domandum: ita & hoc multa ui defauit, cuncta deuincet, comminuet ac proteret. Por rò quod uidisti pedes, & eorum digitos par tim fictiles & partim ferreos: id tibi significat hoc regnum dispartendum in multos reges, ita ut pedum multi sunt digiti. & quòd plantā pedis uidisti ferream, cum tamen pedes testa cei sint, id indicio est, regnum hoc sic satis sta bile fore, neque ita facile corruiturum. Cæte rùm digiti partim ferrei, & partim fictiles, si gnificant regnum partim forte futurum, & ex parte fragile. Ad hæc, dum ferrum uidisti mi xtum testæ luteæ: id portendit, miscendas in ter se atque copulandas multas uariasq; homi nū nationes, uerùm mixtura siue copula hæc non constabit. Non erunt eis firma & uerè san cta sua fœdera, ita ut ferrum nō commiscetur testæ fictili. Atqui in diebus regum illorum, antequam quatuor hæ monarchiæ finiantur atq; intereant, suscitabit Deus opt. maximus regnum multo splendidius atq; stabilius, quip pe quod in æternum duraturum sit: & quod nūquam, ut priora illa, alteri sit cessurum. Imò hoc omnibus illis priorib. regnis deperditis, in omne æuum persistet: ita ut uidisti de Iuda ci regni mōte abscissum lapidem, qui ferrum, æs, testam, argentum & aurū simul omnia cō minuit: id que sine manibus, nulla humana ui aut opera. Et hæc quidem sunt quæ Deus opt. maximus regem scire uoluit, indicans tibi pro tuo uoto, ac ratione cogitatuū tuorum, quæ posteris seculis futura sunt. Habes itaq; uerum tuum somnium, & iustam eius interpretationem. Ad hunc autem modum Danielis or ratione cōpleta, rex Nabuchodonosor in ter ram procidens, adorauit Danielem: tanto illū honore prosecutus, ut iuberet etiam per sacri ficos suos suffitus illi ac sacra fieri. Tandem ue rò respondens Danieli: iam uerè, inquit, atq; certo noui, quòd Deus uester, Deus deorum sit, & omnium regum Dominus: quippe qui arcana adeò pandit ac reuelat, ita ut per eum rem hanc multo secretissimam, & tam profun dis ignorantia etiā meæ tenebris intolutam, aperueris. Itaq; rex Danielem in multam extul lit glóriam & honorem, perquam multa & am pla ei conferens munera, etiam omnibus pro uincijs Babylonicis eum præficiens, principē eum constituit præ cunctis sapientibus Babel inclytum & illustrem. Et Daniel sodalium suo rum non oblitus, exorato rege, prouinciarum Babylonicarum negocijs Sidrachum, Misachum & Abednagonem præfecit: sed ipse per mansit in regia.

C A P V T III.

R Ex uerò Nabuchodonosor, nominis sui memoriam uolens facere perpetuam ac immortalē, nouo quodam dei sui Be lis cultu id obtinere studuit. Prægrandem eu nim ex solido auro fecit statuam sexaginta cu bitos altam, latam uerò cubitos sex. Et hanc quidē affabre factā, collocauit in cāpo Dura, loco nimirum in regione Babylonica populis frequen

Tu rex uide bas, et ecce, quasi statua una gradis.

De quatuor monarchijs.

Monarchia Babylonica.

Monarchia Persarum.

Monarchia Græcorum.

Monarchia Romanā.

In diebus regum illorum suscitabit Deus cœli regnum. Monarchia Christi.

Tunc rex Danielem in sublime extulit.

frequentissimò, atq; plurimis inhabitato. Et rex quidè Nabuchodonosor, ad auream huius statuæ dedicationem, missis nuncijs accersiri atq; congregari fecit satrapas, magistratus ac iudices, prouinciarum præfides, nomophylaces, quaestores, iuriconsultos, iusticiæ administras, & omnes omnium prouinciarum suarum primores. In summa, omnes qui toto suo imperio, ullo erant numero, huc euocauit, ut ad auream statuæ dedicationem conuenirent, quam rex Nabuchodonosor, in honore Belis sui, atque perpetuam nominis sui memoriam crexerat. Et omnes quidè regio edicto audiètes & morigeri, ad statuam huius (quam Nabuchodonosor rex crexerat) dedicationem conueniunt, coram statua comparètes. Cum uero iam adessent satrapæ, magistratus ac iudices, prouinciarum præfides, nomophylaces, quaestores, iuriconsulti, iusticiæ administras, & omnes prouinciarum omnium præfides, totiusq; imperij primores: tunc præco quidam concionem habens, atq; Belis sui laudes deprecans, summa uoce atq; intèra tandem uoce clamauit, ac dixit: Hoc in uos edictum regi est, quotquot huc conuenitis uiri optimates & principes, undecunque sitis, quales quales sitis natione ac lingua, huic edicto simul omnes parère necessum est: nempe ut quamprimùm audieritis sonum cornu, concentum tibiarum, cithararum, sambucarum, nablum, symphoniarum, & quorumuis instrumentorum musicorum, continuo prostrati in genua adorabitis statuam hanc auream, quam Nabuchodonosor rex hic curauit erigendam. Quisquis uero se prosterneret, ac simulachro huic in genua procumbere detrectaret, is eadem hora, indicta causa, in ardentem fornacem ignitam proijciatur. Itaque cum primùm omnis hic populus, omnium horum instrumentorum musicorum concentum audiuit, simul omnes deciderunt in genua, undecunque essent, cuiusuis nationis ac linguae, & adorauerunt honorem habuerunt statuam hanc auream per regem Nabuchodonosorem erectam. Quam quidem ob rem illo ipso tempore accesserunt Chaldei aliquot, ex quibus delatores plerique hic accusauerunt, atq; capitis criminati sunt, Iudæos. Ad regem enim Nabuchodonosorem ingressi, atq; longam uiam incolumitatem illi precati: Tu Domine rex, inuolabili decreto sanxisti, aiebant, quisquis audierit sonum cornu & tibiarum, cithararum, sambucarum, nablum, symphoniarum, & quorumuis instrumentorum musicorum concentum, ut is continuo prostratus in genua, adoret hanc tuam ex auro statuam: quod si quis facere contemneret, non sese prosternens, atq; præscriptum honorem illi habens, is in medium fornacis accedat atq; ignita iniiceretur. Ita quidè habet edictum, atq; lex regia. Atqui comperimus uiros esse Iudæos, quos maiestas regia prouinciarum Babylonicarum negocijs præfecit: nempe Sidrach, Misach & Abednago. Et hi quidem tui uiri, quos (quando de nihilo eos euexisti) uel omnium obsequiosissimos esse oportebat, nihil quicquam, o rex, te morantur, prorsusq; hoc

tuum decretum despectui habent, atq; continent: quippe qui deos tuos non colunt, neque curant, neque etiam eam quam ex auro erexisti statuam adorant, aut uenerantur. Et hac quidè criminatione rex Nabuchodonosor multo furore, grauique ira percitus, iussit Sidrach, Misach & Abednago continuo ad se adduci. Cum uero iam ad se adductos coram cerneret, respondit atq; locutus est eis: Itane uerum est hoc, inquit, o Sidrach, Misach & Abednago, quod deos meos non colitis, atq; contemptui habetis? & quæ statuam auream, quam erigendam curauimus, honorem nullum habetis? neque eam adoratis? Sed age iam nunc, paratos uos uolo, cum primum audieritis sonum cornu, concentum tibiarum, cithararum, sambucarum, nablum & symphoniarum, atq; quorumuis instrumentorum musicorum, ut euestigio in genua prostrati adoretis quam ex auro feci statuam: quod si recusetis, certe iuxta edictum quod inuolatum oportet, eadem hora proijciemini, sine omni miseratione, in ignitam atq; succensam fornacem. Quod si accidat, quis obsecro ille Deus est, qui uos e manibus meis eripiat, ac liberet? Porro Sidrach, Misach & Abednago, ad minas tam graues & horredas impeterriti, respondentes dixerunt regi Nabuchodonosori, non se curare, neque sollicitos esse, ut ad hanc regi respondeant, esset ne Deus e manu eius ac ignita fornace eos erepturus, necne. Sed ecce, est nobis Deus, aiebant, quem unum & colimus: cui facile fuerit, nos e fornace ignis ardentis eripere, atq; de tua manu o rex liberare. Qui sane si id nolit, secusque ei uideatur, tibi tamen constare uolumus, quod deos tuos non colamus, neque statuam illam tuam auream abs te erectam adoremus ac reueremur, quantum uis etiam dura miniteris, atq; inferre nobis decernas. Et ad hanc quidè tam animose dicta, rex Nabuchodonosor sui contemptum non ferens, totus ira incanduit: siquidem uultus eius aduersum Sidrach, Misach & Abednago immutatus fuit. Et accersitis satellitibus suis, iussit fornacem septuplo ardentius succendi, quam id facere consueuerant: mandans item uiris quos in satellitum suorum cohorte hac fortissimos habebat, ut uiros hos qui arctissime ligatos proijcerent in fornacem ita succensam, ac undique ignitam. Hi itaque regis iussum executi sunt: & uiri illi tres iam arctè satis uincti, cum chlamydibus, stertis, suisque operimentis ac uestibus alijs coniecti sunt in medium fornacis igne exastuantis. Quia uero regis mandatum citè executione urgebat, prolata in illos sententia, & fornax iam supra modum flagrans erat incendio, factum est, ut incendij flamma eos uiros confecerit ac perdidit, qui Sidrach, Misach & Abednago ad dei sciendum in fornacem sustulerant: adeo exastuabat fornax supra modum flammiuoma. Ceterum tres illi uiri Sidrach, Misach & Abednago ligati deciderunt ex horum manibus in medium ardentis ignis. Azarias autem, quem Babylonij Abednago uocant, resolutis continuo illi, atque etiam collegis eius, ipsorum uinculis, in pedes suos

Non oportet nos hac de re respondere tibi.

Iussio regis urgebat, fornax autem succensa erat nimis.

Præco clamabat uolens: Vobis dicitur: populi, tribus, & linguæ.

Sunt uiri tui, quos comperimus esse Iudæos, quos maiestas regia prouinciarum Babylonicarum negocijs præfecit.

*Benedictus
es Domine
Deus patrum
nostrorum.*

suos constitutus, hunc in modum orauit, os suum in medio ignis aperire non prohibitus. Laudandus es, inquit, Domine Deus patrum nostrorum, & sacrosanctum quidem nomen tuum multa laude efferendum est, & perpetuo gloriosum: siquidem iustus per omnia es in ijs quæ nobis facis, & omnia quidem facta tua fidelia, & uia tuæ rectæ, ac iudicia tua omnia sincera. Sincerè enim de nobis iudicasti, quæ do neque nobis, neque sanctæ tuæ ciuitati Hierusalem quicquam accidit, quod non iuste ac merito nobis propter peccata nostra illatum censeretur. siquidem peccauimus, atque iniquè egimus, à te deficientes: unde & in omnibus deliquimus, ita ut neque præcepta tua obseruauerimus, neque ea magnopere fuerimus morati, nihil minus quàm ea ut præceperas (quo bene esset nobis) præstantes. Quicquid ergo in nos induxisti malorum, & qualitercunque nos exercueris, iusto certè id fecisti iudicio, nihilquè nobis indignum passus sumus: quamquam nos tradidisti in manus crudelissimorum hostium, ac inimicissimorum simul & pestilentissimorum proditorum nos criminantium, idque sub rege iniquo nobis, ac toto terrarum orbe longè crudelissimo. Nam ne hiscere quidè nunc nobis licet: quippe qui de honestamento atque opprobrio facti sumus seruis tuis consentibus, ac sacrosancti nominis tui studiosis. Cæterum tu Domine Deus noster, tu habes rationem sancti tui nominis, ut ne perpetuo nos deseras: neque rescindas obsecro pactum cum patribus nostris in iuramentum, neque misericordiam tuam auferas à nobis: idque propter Abrahamum tibi tantopere adamatum, & propter Isaacum fidelem ad eò tibi famulum, & ipsum etiam Israellem tibi sanctum & electum, quibus tuam fidem condixisti. Pactus enim cum his, ore tuo, quod mentiri non potest, locutus es, pollicens te semen eorum instar stellarum cæli, & ut arenam quæ in littore maris est, multiplicaturum. At nunc, uide obsecro mi Deus, quanta raritas, & quàm pauci sint tui Israelitæ. Nullam enim inuenias gentem, qua non simus inferiores. Et humiles quidem, in gloria atque cõtempiti hodie per nostra agimus scelera. Nemo hac rerum tempestate nobis princeps est, qui ex uero ius dicat, atque innocentiam tueatur. Nemo propheta, qui nos ad id quod iustum ac rectum est inhortetur: nemo item dux, qui hostilia auertat & propulset. Desijt quoque offerri holocaustum, nulla sacrificia, nullæ sunt oblationes, & nullus item accenso bonæ fragrantia odoramento suffitus. Nec locus etiam superest, ubi oblatis primitiis nostris tibi litemus, ac peccatis nostris expiationem inueniamus: sed cum animo prorsus humili, ac spiritu uerè contrito te deprecemur, excipe hos labiorum nostrorum uisus, ueluti arietum, taurorum, ac multorum pinguium agnorum holocaustum. Et tale te obsecro, in tuo conspectu hoc nostrum sit sacrificium, ut ad finem usque te sequamur, ac tibi adhaereamus. quicumque

*Ne que sumus
tradas
nos in perpetuum
propter nomen
tuum.*

enim ex te pendentes tibi fidunt, ij nunquam pudefiunt. Atqui toto corde te nunc sequimur: ac modis omnibus te reuerentes, faciem tuam ac te uidere quærimus. Ne itaque pudefacias obsecro nos Domine Deus noster, sed fac nobiscum pro genuina tua bonitate ac multa misericordia tua. Serua nos Domine secundum ea quæ soles facere admiranda portenta ac prodigia, cum totius orbis terrarum admiratione: idque ut nunc, quando de te, ac tuis passim male adeò loquuntur homines, sacrosanctum nomen tuum illustres, ac gloriosum reddas. Suffundantur pudore, quotquot seruos tuos iniquè tractant. Irrita fiat omnis eorum uis ac potentia, & robur eorum contere, ut liquidò cognoscant quòd tu solus uerè sis Dominus ille Deus toto terrarum orbe merito celebrandus atque colendus. Dum autem Azarias Dominum Deum hunc in modum deprecatur, atque collaudat: interim quidem carnifices ipsi, regis crudelitatis ministri, non cessarunt in fornacem immittere naphtham, picem, stupam, ramalia, & hoc genus sarmæra alia, adeò ut incendij flamma quadraginta nouem cubitis supra fornacem se attolleret, quæ sese dispergens sine discussa, rursum quos circa fornacem offendit Chaldaeos cõcremauit. Nam angelus Domini, qui unà cum Azaria ac eius collegis in fornacem descenderat, eos protecturus, hic discussa de fornace flamma ignea, leui cum susurro excitauit in ea roscidum quendam uentulum, per quem ignis eos reliquit intactos planè & illatos, ita ut nihil prorsus senserint incommodi. Unde & hi uiri tres, uelut uno eodemque ore de media fornace Dominum collaudarunt, atque ipsum toto pectore concelebrantes, his quidè uerbis eum deprædicarunt. Laudandus es Domine Deus patrum nostrorum, atque de hac tua in nos beneficentia perpetuo celebrandus atque deprædicandus. Laudandum inquam gloriosum nomen tuum uenit, quòd uerè sacrosanctum, cum omni laude superius sit, in omnem æuum magis ac magis laudibus efferendum est. Laudandus es in templo sanctæ maiestatis tuæ, atque sempiternis seculis illic ut gloriosissimus concelebrandus. Laudandus es, ut qui super Cherubim residens, profunda etiam intuearis maria, & perpetuo ut gloriosissimus cõcelebrandus, atque laudibus extollendus. Laudandus es in glorioso regni tui solio, & perpetuo ut gloriosissimus cõcelebrandus, atque laudibus efferendus. Laudandus es in solio tuo cælesti, atque illic ut gloriosissimus cõcelebrandus atque deprædicandus. Laudate Dñm omnia opera Dñi, quæ ullis retrò seculis ab eo facta estis, & perpetuis laudibus eum cõtate atque extollite. Laudate uos cælestes oēs spheræ Dñi, & perpetuis eum laudibus cantate atque extollite. Laudate uos cælestes atque angelici spiritus Dñi, ad obeundam suam uoluntatè uestro ministerio utentè, & perpetuis eum laudibus cõtate atque extollite. Laudate uos atque quæ supra cæli firmamentum estis Dñm, &

*Notè est con-
fuso confu-
dentibus in
te.*

*Benedictus
es Domine
Deus patrum
nostrorum.*

perpetuis eum laudibus cantate, atque extolli-
 te. Laudate Dominum innumera eius uir-
 tutes ac numina, & perpetuis eum laudibus can-
 tate, atque extollite. Sol & luna laudate crea-
 torem uestrum Dominum, & perpetuis eum
 laudibus deprædicatè, atque extollite. Vos itè
 stellæ cæli laudate eum, qui uos omnes nume-
 ratas, atque de nominibus uestris cognitas ha-
 bet, Dominum, & perpetuis eum laudibus cãta-
 te & extollite. Imber & ros laudate per uos
 terras fecundantem Dominum, & perpetuis
 eum laudibus cantate & extollite. Venti item
 omnes, undecumque spiratis, laudate Dominum,
 & perpetuis eum laudibus cantate & extolli-
 te. Ignis & æstus laudate hic pro sua uirtu-
 te uires uestras infringentem Dominum, &
 perpetuis eum laudibus cantate & extollite.
 Hyems & æstas, uer item & autumnus, laudate
 inuisa uicissitudine uos distinguentem Domi-
 num, & perpetuis eum laudibus cantate & extol-
 lite. Aestiuæ rores & hyemales pruinae col-
 laudate Dominum, & perpetuis eum laudibus
 cantate & extollite. Noctes & dies laudate
 eum, qui iustis temporum uicibus uos diuidit
 Dñm, & perpetuis eum laudibus cãtate & ex-
 tollite. Lux item diurna & uos nocturnæ te-
 nebræ laudate Dñm, & perpetuis eum laudibus
 cantate atque extollite. Gelu frigusque laudate
 per uos aquas constringentè ac cõglaciantem
 Dominum, & perpetuis eum laudibus canta-
 te atque extollite. Conglaciata uos in flumi-
 nibus aquæ, & in cælo niues laudate Dñm, &
 perpetuis eum deprædicatè ac laudibus extol-
 lite. Vos quoque horrida fulgura ac nubes tri-
 stes laudate Dominum, & perpetuis eum laudi-
 bus cantate atque laudibus extollite. Terra
 per Deum omnipara fac laudes ac deprædices
 Dominum, & perpetuis eum laudibus decanta-
 te atque laudibus extolle. Montes & colles, ma-
 gnates simul & infimates collaudate Dñm, &
 perpetuis eum laudibus cantate & extollite.
 Cuncta de terra progerminantia, laudate uos
 uegetantem Dñm, & perpetuis eum laudibus
 cantate & extollite. Fœtes qui terrã, alioqui
 aridam ac sterilem humectatis, laudate Dñm,
 & perpetuis eum laudibus cantate & extolli-
 te. Vos item maria piscosa, & flumina mul-
 tis modis humano generi conducentia, lauda-
 te cuncta complementem Dñm, & perpetuis eum
 laudibus cantate & extollite. Vos marini ce-
 ti & quicumque fluminibus innatis pisces de-
 prædicatè Dominum, & perpetuis eum laudi-
 bus cantate & extollite. Omnes item cæli
 uolucres, laudate creatorem cæli Dominum,
 & perpetuis eum laudibus cãtate & extollite.
 Bestiæ cunctæque in terris degentes pecudes lau-
 date Dominum, & perpetuis eum laudibus
 cantate & extollite. Et uos ex hominibus
 prognati homines, eum qui uos terrã, ac om-
 nium quæ terra progignit dominari uoluit,
 laudate uel maximè Dominum, & perpetuis
 eum laudibus cantate & extollite. Israelitæ
 uerò, quos peculiariter sibi delegit Dominus,

peculiariter item laude cõcelebrent Dñm, & per-
 petuis eum laudibus decantent atque extollant.
 Sacerdotes item, qui nullam aliam ad rem or-
 dinati estis, neque alia ratione ulla uestro rectè
 fungimini officio, deprædicatè atque populos
 docete Dominum, & perpetuis eum laudibus
 cantate atque extollite. Quotquot Domino
 curates de egenis eius membris diaconi estis,
 ac pauperibus erogandis subministratis elee-
 mosynas, laudate in omnes diuitem Dominum,
 & perpetuis eum laudibus cantate atque extol-
 lite. Spiritus, & animæ iustorum, illum uni-
 cum Deum spiritum, uitam præstantem omni-
 bus, laudate Dominum, & perpetuis eum lau-
 dibus cantate atque extollite. Qui humili cor-
 de, sancti tamen estis, atque animis à terrenis ca-
 piditaribus defæcati, laudate Dominum, &
 perpetuis eum laudibus cantate & extollite.
 Anania, Azaria & Misael, quos miris adeo mo-
 dis de ignitæ fornacis incendio liberauit Do-
 minus, & uos laudate atque concelebrate Do-
 minum, & perpetuis eum laudibus cantate &
 extollite. Eripuit enim nos de inferni cru-
 ciatibus, & ex præsentissima simul & horren-
 dissima morte nos liberauit: è medio nimirum
 ignitæ fornacis ardētis, ex flagrantissimo in-
 quam incendio nos seruauit. Confitemini
 itaque quotquot hac de re ullo seculo auditu-
 ri estis, & agnoscite quod bonus sit Domi-
 nus, & quod misericordia ac beneficentia eius
 nullo unquam seculo interitura sit. Et qui-
 cumque Dominum colitis, agnoscite atque cun-
 ctis deprædicatè, eum uerè omnium deorum
 Deum esse, lōgè optimum & maximum. Hic
 enim laudandus, hic omnibus celebrandus,
 atque de immensa sua misericordia infinitis lau-
 dibus perpetuo est extollendus & prouehen-
 dus. Nabuchodonosor autem, cum excussa
 de fornace flamma casum uideret, atque interis-
 tum ministrorum suorum, indignatus, atque
 in multam raptus admirationem, festinanter
 exurgens, ad fornacem atque interfectos mini-
 stros accurrit. Et postquã ministros iam flam-
 ma enecatos animaduertit, ipsam quoque in-
 trospectit fornacem, cognoscere nimirum uo-
 lens, qua ratione ita dispersa de ipsa esset flam-
 ma. Et admirabundus optimates suos appel-
 lans, interrogauit eos infano stupore corre-
 ptus, an plures quàm uiri tres uincti in mediũ
 ignis coniecti essent. quibus affirmantibus,
 quod tres tantum immisi essent: Atqui ego,
 inquit, uiros uideo quatuor, eosque solutos,
 ac per medium ignis inambulantes, id' que si-
 ne omni læsione ac incommodo. Porro quar-
 tus, forma planè angelica est, non dissimilis fi-
 lio Dei. Et hæc quidem res ubi regem reddidit
 attonitum, accedens ad ardentis fornacis or-
 stium, & suis nominibus uiros hos appellans:
 Sidrach, Misach & Abednago, qui summũ illũ
 colitis Deum, inquit, inconcussa fide eius præ-
 cepto parentes, uideo, neque negare etiã quis
 potest, quæ Dei uestri uirtus sit & potètia. Itaque
 egredimini de fornace, atque huc accedite.

Tunc Nabu-
 chodonosor
 obstupuit,
 & surrexit
 properè.

Et

Et ad hanc regis uocem, e medio ignis non sine maxima circumstantium admiratione progressi sunt. Nam satrapæ simul cum magistratibus ac iudicibus & prouinciarum præsidibus, & aulæ regis primoribus, collectim ad uiros hos perspectandos irruentes, uiderunt ipsorum corpora ignis uim planè nullam fuisse, adeo ut ne pilus quidem capitis ipsis adustus esset. Quin & uestes eorum per omnia illæsa erant, ita ut nullum de se adustionis factorem emitterent. Quæ quidè omnia ubi rex Nabuchodonosor animaduertisset: Omnibus, inquit, modis laudandus horū Deus est, nempe is quem Sidrach, Misach & Abednago colunt. Ille enim misso angelo suo, hos in se sperantes famulos suos de incendio hoc liberauit, ira ut irritum iam factum sit edictum regium: quando tanto suæ uitæ discrimine, imò in certam, eamq; crudelissimam mortem suis traditis corporibus, recusarunt quenquam colere aut adorare Deum, præter suum Deum solum. Per me itaque hoc statutum esto decretum, ut omnis populus, omnis natio, omnis que lingua, quæ contra Deum Sidrach, Misach & Abednago blasphemi quicquam prolucuta fuerit, ea disperdatur, atque frustulatim conteratur: domus que eorumdem euerfa, in foricas uertatur publicas. siquidem nemo alius Deus est, qui ad liberandos suos perinde ualeat, atque hic: aut qui ullo etiam modo huic conferri possit. Et rex quidem Sidrachum, Misachū & Abednagonem in pristina dignitatis gradū restituit, prouinciarum Babylonicarum negocijs eos rursus præficiens. Et ipse iam diuini nominis magnus atq; illustris præco factus, ad oēs sui imperij regiones huiuscemodi transmissit literas. Nabuchodonosor rex omnibus populis, nationibus & linguis, toto terrarum orbe degentibus. Pax, omniumq; rerum felix successus sese uobis adaugeat, atque magis ac magis crescat. Officij mei esse iudico, ut signa ac prodigia, quæ summus ille Deus in me edidit, toti mundo referam atq; deprædicem. Signa enim eius permagna sunt, & prodigia eius ingentia & præualida, adeo ut ex eis colligam, regnum eius nunquam interiturum, atque uerè æternum fore: & potentiam eius tantam, ut nullo unquam seculo deficiat. Et cætera in eam, de qua dictum est, sententiam: nimirum, ne quis populus, ne qua natio, ne qua lingua, in Deum Sidrach, Misach & Abednago blasphemi quicquā proferret, sub sui capitis, ac regis indignationis grauissima pœna.

CAPVT IIII.

Nabuchodonosor ego subiugatis uersis mundi regnis, atque bellis omnibus iam superior, quietus atque modis omnibus felix domi agebam, eramq; opulentus admodum, atq; nullius planè rei in palatio meo indigus. Cum uerò de nocte somno me dederam, obuersatum est oculis meis somnium quoddam, quod sanè nõ leuiter me perterrefecit. nam uarijs continuo cogitatio-

nibus in lecto meo me percellentibus, quæ ex re uisa capiti meo multa facebantur negotia, animo sanè fui perquam irrequieto & perturbato. Iussi itaque ad me adduci simul omnes Babylone sapientes, qui mihi interpretarentur atque aperirent, quid nam somnium illud sibi uellet. Cæterum astrologi genethliaci, & mathematices periti Chaldaei, atque omnes simul diuini, ubi ad me accessissent, atq; somnium ipse ego omnibus denarasset, non potuerunt mihi ullam eius reddere interpretationem: adeo hic omnium cessabat uirtus & ars. Tãdem uerò aduenit ad me Daniel, qui de nomine Dei mei Belzafar nominatur. Hic autem sanctorum deorum siue angelico præditus spiritu, somnium quoq; quale esset, ex me audiuit: Belzafar, inquit, ego, qui omnium genethliacorum facile princeps es, ut quem norim, sanctorum deorum, siue angelico planè præditu spiritu, adeo ut nihil tam sit arcanum, quod te lateat. Exponitò obsecro, quæ per somnium mihi uisa sunt, & quid nam illa sibi uelint. Viso autem, quæ capiti meo, dū in lecto recumbo, obuersata est, ea sic habet: Videbã per somnium, & ecce in medio terræ stabat arbor quadam eximie procera & magna. Erat inquit arbor magna & præualida, adeo ut altitudine sua ad ipsum usq; pertingeret cælum. Et rami eius undiq; distendebant, siue explicabant se, ad totius terræ fines. Frondibus item pulchris erat, & perquam amœnis: & fructus eius multus adeo, ut hinc omnibus animantibus uictus suppeteret. Feræ autem agrestes sub ipsa umbram caprabant, & uolucres cæli in ramis eius nidulabantur: & omnes quoq; homines ex ea uictum sibi parabant. Dum autè lecto recumbens hæc per uisionem, quæ capiti meo obuersabatur, uideo, ecce derepente angelus quidam sanctus cælitus delabens, ac præualidè clamans: Succidite, inquit, arborem, & ramos eius præcidite: atq; cõcusis ramis ac uirgulis eius, dispergite quicquid illa habet fructuum. Aufugiãt quæ sub ipsa feræ sunt, & uolucres ex ramis eius auolēt: uerum stirpem cum suis radicibus in terra relinquire. Sub hæc uerò ueluti sermonem suum ad aliquem defertens, quem arbore hac significatum uolebat: Vinculis ferreis atq; æreis eum cõstringite, inquit, & in agresti herba aut gramine, rore ac pluuiã cælesti commadescat, atq; compluatur, & ferarum ritu gramen e terra comedat. Cor humanum ei eripiatur, pro quo ei substituatür bestiale, ita ut rationis expertus, nihil aliud quàm bestia sit, idq; donec septem illi cõpleantur anni. Et ad huc modū iubente Deo, decernebãt ita super ipso angeli: Quod quam ob causam fiat, si perquirant sancti, id eam ob rem factum sciãt, ut cognoscant uiuentes, quod in regno hominum dominetur altissimus, dans illud cui ipse uolet, uel infimæ sortis hominem ad regnum euehens. Et ita quidem se habet, quod ego uidi somnium. Tu uerò mi Belzafar nunc est, ut illud mihi explices,

*Erumpens
Nabuchodo-
nosor ait,
Benedictus
Deus eorū.*

*Ingressus est
in conspectum
meo Daniel.*

*Cor eius ab
humano cõ-
mutetur, &
cor fera detur ei.*

ces atque interpreteris, id quod ex omnibus regni mei sapientibus nemo potuit. Tu uero poteris: siquidem sanctorum deorum, siue angelico praeditus es spiritu. At Daniel, cui & Belazaro nomen erat, circiter totam horam uelut artonitus conticuit: nam cogitationes ipsius eum perturbabant, atque perterrefaciebant. Id quod rex Nabuchodonosor animaduertens, iussit eum bono esse animo: Belsazar, inquietus, nihil formida, neque somnium aut interpretatio eius te quicquam commoueat ac perturbet. Quibus quidem uerbis iam animosior factus Belsazar, respondit ei ac dixit: Domine mi, somnium tuum hoc incidat in inimicos tuos, & eius significatio obueniatur hostibus tuis. Ut autem illud tibi explicem: Quam uidisti arborem magnam & praeualidam, mi Rex, adeo ut altitudo eius ad caelum usque pertingeret, & rami eius in omnem undeliber terram extendere: quae frondibus item ac ramis pulchris erat & perquam amoenis, idque multis adeo cum fructibus, ut omnibus animantibus illinc cibis suppetere: sub qua ite ferę agrestes umbram captabant, & cuius in ramis uolucres caeli nidulabantur: haec mi Domine Rex, te significat, qui pra omnibus terrae regibus magnus factus es, & praeualidus: siquidem magnitudo tua eo excreuit, ut ad caelum usque, supra populum nimirum Dei peruenerit, & potestas tua ad extremos usque pertingit terrę terminos. Quod autem uidit Rex angelum quendam sanctum, qui caelo demissus arborem iubebat succidi ac dissipari, ita tamen ut stirps ipsa cum radicibus e terra non reuelleretur: & ut per arborem significatus uinculis ferreis ac aereis constringeretur, in agresti herba rore ac pluuia caelesti irrorandus atque complendus, atque etiam ferino more gramen comesturus, donec septem ei compleantur anni: haec mi Domine Rex interpretatio est, & summi illius Dei decretum, quod de te Domino meo Rege definitum est. Te enim, ut ingenuę dicam, ab hominum consortio eijcient, ita ut cum feris agrestibus futura sit tua mansio. Herbas uero & gramina ueluti boues comedes, & rore caelesti totum septennium sub dio agens irroraberis atque madesces, idque donec cognoscas Deum illum summum ac nobis unicum in regno hominum dominari, quodque ipsum conferat cuicumque uoluerit. Quod uero dixerunt, stirpem ipsam cum suis radicibus e terra non reuellendam: hinc colliges, regnum tuum tibi perstaturum, ac te regno restituendum: nempe ubi cognoris, potestatem omnem a Deo caelesti proficisci. Propterea mi Domine Rex, placeat atque cordi tibi sit meum hoc consilium, si qua uia huic tam graui malo maderi possimus. Peccata tua, quae in Deum mulderi & magna sunt, omitte, & stude ea commutare iustefactis: & posita iniquitate tua, qua subditos expilare, atque multis grauibuscumque exactio- 60 nibus opprimere soles, iam misericordem atque beneficium te praebere in pauperes ac miseros: si fortassis poteris felicem rerum tuarum usum

prolongare, ac malum hoc deprecari. Misericordes enim apud Dominum misericordiam consequuntur, & ijs qui benefaciunt fit bene. Quid autem rex de consilio hoc fecerit, nihil constat: sed omnia haec iuxta Danielis interpretationem euenerunt regi Nabuchodonosori. Nam post duodecim menses Babylone in tecto regij palatij obambulans, atque multa cum animi elatione, plurimum sibi placens de suo regno, quod undique illinc conspici poterat: Non ne haec praecleara ac magna illa Babylonia est, inquit, quam ego magnis meis opibus & impensis mihi in regni metropolim construxi, ad aeternam mihi comparandam gloriam, nunquamque interiturum honorem? Et hic quidem tam fastuosus sermo nondum plene de ore eius prodierat, & uox caelitus delapsa, Tibi dicit, inquit, o rex Nabuchodonosor, quod regnum tuum a te recessit, tuque ob hanc animi tui elationem illo iam amotus es. Quin & ab hominum consortio te eijcient, & cum feris agrestibus futura nunc tua mansio est. Herbas ac gramina ueluti boues comedes, idque totum septennium, donec agnoscas summum illum Deum dominium habere in regna hominum: quodque ipse ea conferat, cuicumque sibi collibuerit. Et hac ipsa hora sermo hic in Nabuchodonosore impletus est: siquidem extra homines abiectus, ueluti boues herbam & gramen comedit, corpusque eius rore caelesti irroratum est, atque commaduit, ita ut & pili ferino more illi procreuerint, ueluti aquilis suae plumae, & ungues eius ut solent rapacibus auibus. Caeterum annis his exactis, Nabuchodonosor ego sublatis in caelum oculis meis, unde omne homini auxilium est, ad me tandem redij: ita ut sana iam mente altissimum illum atque summum Deum laudarem, atque in omne aeuum uiuenti multa cum reuerentia summas gratias egerim: siquidem potestas eius nunquam interit atque aeterna est, & regnum eius ad neminem deuoluitur alium, sed perstat ei in omnia secula. Et ex hac cognitione omnes qui terram hanc incolunt homines, praese ipso Domino Deo, nullius momenti, ac ne pili quidem habitus mihi sunt: quippe qui pro sua uoluntate omnia facit, tum in caelestibus illis exercitibus, tum in terrae quoque incolis, quantumuis etiam potestibus atque praecclaris. Neque quemquam etiam inuenias, qui manum eius, dum quid facere molitur, contineat: aut dicere etiam ausit, Quid fecisti? Itaque nunc mihi redditus, sanam in primis a Domino accepi mentem, atque postea in regnum illud gloriosum, omnemque pristinam dignitatem meam sum restitutus: uetere etiam forma, atque ornatu meo indutus. Quin & optimates uiri, atque aulae proceres me ultro quaesierunt, regnoque me rursus inaugurarunt, atque illud mihi confirmarunt: adeo ut maiore maiestate atque magnificentia tunc praefuerim, quam unquam antea. Itaque Nabuchodonosor ego regem illum caeli Deum optimum maximum depraedico, summisque laudibus multa cum gratiarum actione extollo, Nam omnia eius opera

Post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad caelum leuauit.

In ipso tempore sensus meus reuertens est ad me.

Domine mi, somnium huiusmodi interpretatio eius huiusmodi sit.

Peccata tua eleuasti in re, & iniquitates tuas misericordis pauperum.

uera sunt ac solida: quicquid facit, iusto rectoque id facit iudicio: & qui superbe agunt, atque arrogant adeo sunt, hos ille humiliare nouit, atque deicere

CAP. V.

His rebus in Nabuchodonosore ita gestis, perrexit ille uero cultu ac religione Deum colere ac reuereri, adeo ut & filius eius rex Euilmerodach eadem in religione perstiterit. Sed huic succedens Rex Belsazar, a maiorum probitate degenerans, rursus in idolatriam lapsus est: quæ res gloriosissimum illud Babyloniorum regnum subuertit, atque Persis ac Medis introductis, deperdidit. Accidit enim ut Belsazar hic, iam per Cyrum & Darium obsidione cincta ciuitate, grande ac superbum appararit conuiuium, declarans scilicet potentiam suam inuictam, & animum imperterritum. Vocarat autem ad conuiuium hoc mille suorum optimatum ac procerum, cum quibus & largius potauit & meracius. Et iam quidem ubi uino ei incaluerat animus, iussit rex ipse Belsazar in conuiuium proferri uasa illa aurea & argentea, quæ Nabuchodonosor auus eius in templo Hierosolymitano illis auexerat: ex his enim non sine Dei contumelia, potare uoluit, tum Rex, tum optimates ac aulae proceres, una cum uxoribus atque concubinis regijs. Et ministri quidem dicto audientes, uasa ipsa olim de domo Domini, ut dixi direpta, protulerunt. Et rex ipse, uiri optimates, una cum uxoribus ac concubinis regijs, ex eis biberant: biberunt, inquam, ex aureis his poculis uinum, atque sese effusus exhilararunt, laudantes, atque omnem illam de populo Iudaico uictoriam acceptam ferentes dijs suis aureis, argenteis, æreis, ferreis, lapideis etiam atque ficulneis. Et Dominus Deus huius tantæ contumeliæ impatiens, superbum ac blasphemum regem mirum in modum perterrefecit: siquidem eadem hac hora, apparuerunt humanæ manus digiti, uelut de pariete progressi, ex aduerso candelabri, quo recentius uideretur: idque in summa superficie dealbati parietis, in aula regia. Et rex quidem ipse præ oculis suis uidebat palmam manus scribentem, unde & uultus eius ex facto tam stupedo immutatus est: & nescio quid mali cogitans ac prætimescens, turbato atque percusso admodum fuit animo: siquidem & cingula lumborum eius dissoluta sunt, uiribus nimirum eum in animi deliquio deficietibus. corde enim ac genibus totus cepit contremiscere: quare & ualide clamans, iussit contumud accersiri genethliacos & mathematices peritos Chaldaeos, una cum omnibus diuinandi artificibus. Quibus ad ipsum ingressis, locutus est rex, atque dixit eis de hac scriptrice manu: ostensisque, quas illa scripserat, literis, Quisquis inquit, scripturam hanc legerit, eamque mihi fuerit interpretatus, is incedet uestitus purpura, ac torque aurea torquatus in regno meo tenebit tertias. Ita multa cognoscenda scripturæ auiditas, magnifica adeo a rege extorsit promissa. Cæterum sapientes ipsi regis, simul omnes cum accederent, atque scripturam contuerentur, neque legere eam potuerunt, neque ullam eius interpretationem

Bibebant uinum, et laudabant deos suos aureos, argenteos, &c.

regi præstare. Vnde & rex Belsazar magis ad huc percussus est, ita ut nec mens, nec color rursus certa illi sede maneret: imò & uiri eius optimates plurimum fuerunt attoniti. Cæterum regina senior, Belsazaris auia paterna, audito tumultu, & re intellecta, quæ regi ac magnatibus eius acciderat, conuiuij aulam tandem ingressa est: ac longam uitam incolumitatem regi precata: Animo, inquit, bono es, atque quieto, neque te terreat uanæ cogitatio es tuæ, adeo ut colore ac uultu muteris. Nā adest hic in regno tuo uir quidam Dei sancti, atque angelico plane præditus spiritu, qui te poribus aui tui tanta fuit animi perspicacia, intelligentia & sapientia, ut uel dijs immortalibus æquari possit. Vnde & rex Nabuchodonosor, auus tuus, eum constituerat omnium genethliacorum, astrologorum, ac mathematices peritorum ac diuinorum caput ac principem. Tam magnificè de eo sensit auus tuus rex Nabuchodonosor, eo quod excellentiore spiritu, scientia atque intelligentia esset, tum ad somnia interpretanda, tum ad ænigmata, & quarumvis rerum arcanarum soluendos nodos, ac intricatiora uincula. Et hic quidem natiuo suo nomine Daniel est, quæ rex olim mihi coniunx Belsazarum uocatum uoluit. Accersatur igitur huc Daniel ille, qui regi interpretationem indicet, ac molestis his cogitationibus, per quas omnes sollicitos adeo habet, liberet & exoluat. Itaque ex Regine huius consilio Daniel ad regem introductus est, quem rex natiuo suo nomine appellas: Tu ne ille Daniel es, inquit, ex Iudæis hic captiuus, quæ rex Nabuchodonosor mihi auus huc adduxit ex Iudæa usque? Atqui ego de te audio, quod diuino atque angelico plane sis spiritu, quodque animi perspicacia, intelligentia atque sapientia omnes regni mei sapientes longe antecellas. Nam adducti ad me sapientes mei atque astrologi, ut scripturam hanc legerent, atque quid ea sibi uellet, mihi interpretarentur, nihil quicquam præstare hic potuerunt, rei totius ignari plane ac nescij. Verum de te audio, quod in huiusmodi rebus nihil non possis interpretanda omnia nullo labore explicas, atque difficillimos quoque nodos quam felicissimè soluens. Proinde si hanc quam hic in pariete uides scripturam noris legere, & quid illa sibi uelit explicare, incedes uestitus purpura atque aurea torque torquatus in regno meo a me rege tertius eris, summo semper in honore apud me futurus, ac maxima gratia. Daniel uero amplius his promissis auditus: Tua inquit, o Rex, serua tibi munera, & dona tua disparitare alijs: siquidem ego illa non specto, neque in corporis uestitu quicquam felicitatis colloco. Attamen quando regi ita uidetur scripturam ipsam lubenter legam, etiam interpretationem, & quid scriptrix manus illa sibi uelit, nihil grauatim tibi explicaturus. Itaque tu mi Domine Rex audi: Excelssimus ille Deus opt. max. regnum hoc Babylonium, & omnem magnificentiam, gloriam & honorem olim dedit auctore tuo Nabuchodonosori: ita ut omnes populi, nationes & linguarum, ratione suæ maiestatis ac magnificentie ad conspectum eius,

Rex in eadem non te conturbent cogitationes tua.

Tu es Daniel de filijs captiuitatis tuae.

Munera tua sunt tibi, & dona domus tue alteri da.

eius, formidarent ac cōtremiscerent, summeq;
eum reuerentur. Quos uolebat, occidebat:
& quibus collubescerat, infligebat plagas. Et
rursus, quos uolebat, hos uel de infimo in altū
euehebat: & alios, alioqui præclaros & ma-
gnos uiros, humiliabat atq; deprimebat. Neq;
toto terrarū orbe quisquā fuit, qui respōsare ei
fuit ausus. Ceterū quādo corde cœpit esse e-
latiore, ita ut animus ei ad superbē agendū, at-
que arroganter nimis de se sentiendū obfirmā-
tus erat, despexit continuō eum Dominus, ita
ut de solio regni sui depositus, ac omni sua glo-
ria ac dignitate superiore exutus sit. Nā ab ho-
minum cōsortio reiectus, cupiuit nimis quā-
sedulo ac fortiter uersari cū bestijs & feris, her-
bam simul & gramen bubulo more comestur-
us. Et cum perpetuō sub aperto cœlo ageret,
corpus ei cœlesti rore cōspersum fuit, atq; com-
maduit: idēq; tantisper, donec agnosceret sum-
mum illum Deum dominium habere in regna 20
hominū, adeo ut pro suo arbitratu quemcūq;
uoluerit, in illud constituat. Ceterū tu huius
nepos Belsazar, cum hæc omnia abūdē scires,
atq; frequenter tibi inculcata haberes, non stu-
disti tamen modestiæ, ut animo esses humili
ac demisso: sed contra Deū cœlestē, cōtra Deū
opt. max. te extulisti, atq; superbē nimis eleua-
stite, uasa siue pocula illa domus Dei ad te pro-
ferri iubens, ut ipso spretō, & tu & optimates
tui, unā cum uxoribus atq; concubinis tuis ex 30
eis biberetis. Et contēpto Deo uiuo ac uero,
deos tuos aureos, argenteos, æreos, ferreos, la-
pideos ac sicalneos laudasti, ac deprædicasti,
omnem superiorem de Iudæis uictoriā, dijs
tuis acceptā ferens, qui tamen neq; uidēt, neq;
audiunt, ac ne tantillum quidem intelligūt aut
sentiunt. Porro Dominū Deum, in cuius ma-
nu spiritus tuus est, per quem sumus, uiuimus
& mouemur: in cuius potestate omnia tua 40
sunt opera & cogitationes, hunc non honora-
sti, non es reueritus, neq; de eo cogitasti. Sed il-
le, ut ne impunē hæc te fecisse credas, huius tui
facti impatiens, hanc tuā in ipsum contumeliā
iudicare statuit. Vnde & ab ipso hæc palma
manus progressa est, quæ hanc tibi scripturam
exarauit. Porro scriptura quæ hic exarata ui-
des, ea sic habet: MENE MENE THEKEL,
VPHARSIN. Porro interpretatio sermonis
est hæc: MENE (hoc est numerauit) significat,
q; Deus numerauerit dies regni tui, quodq; 50
illi ipsi nunc completi sint, adeo ut non sis am-
plius regnatorus. THEKEL (id est, appēdit,
sue ponderauit) Hæc autē uocula indicat, Do-
minum ueluti bilāce exhibita expendisse, an iu-
sti ponderis esses, ac lōgiore regno dignus. Et
deprehēdit te propēdere, ac regno prorsus in-
dignum & inutilē. PHARES, hac uoce diui-
sum significatur esse regnū tuum, illudq; trās-
tum atq; datū esse Medis & Persis, arcta, ut no-
sti, obsidione nunc urbē cingentibus. Et Belsa- 60
zazar quidē, quantū uis hæc dura ei essent, atq;
auditu acerbā, promissis tamē stans, iussit Da-
nielem cōtinuō indui purpurā, & torquem au-

reum suspendi ex collo eius. Et per præconem
cunctis significatū est, Danielem in regno Ba-
bylonico a rege fore tertium. Et Belsazar ipse
rex Chaldæorum, illa ipsa nocte periijt atq; oc-
ciscus est. Et Darius Medorum rex Babylonico
imperio est potitus, iā annos natus sexaginta
duos. CAPVT VI.

Porro Darius Reipub. hic constituendæ
statim studiosus, ac ueræ religionis resti-
tuendæ amans, præfecit toti huic Baby-
lonico regno centū & uiginti satrapas, qui suā
quisq; prouinciam sedulo accuratēt. Et his qui-
dem præposuit uiros primates tres (quorum
Daniel unus fuit) quibus satrapæ illi omnes re-
rum a se gestarum rationem redderent, ne qua
molestia afficeretur rex iam grandæuus, atque
ætate fessus. Porro Daniel primates ipsos atq;
omnes illos satrapas longē excelluit, eo quod
excellentiore præditus esset spiritu, ac ingenio
supra uirtutem humanam perspicaci & indu-
strio. Vnde & rex ipse Darius eum cogitabat
simul toti suo regno præficere, omnemq; eius
curam reijcere in Danielem. Ceterū prima-
tes hi & satrapæ, ita ut felicitatis comes inui-
dia est, modis omnibus quærebāt occasionem
calumniandi Danielē, si qua uia eum malē ge-
stæ rei, aut læsæ maiestatis, ullo ue crimine alio
culpæ possent. Sed nihil culpæ, nihil delicti
aut uitij inuenire in eo potuerunt: quippe qui
per omnia fide spectatissima fuit, ita ut nullius
delicti aut errati uix suspicio in eo locum habe-
ret. Tandem uerò inter se consultantes, cum
quibus esset moribus Daniel, iam satis cogni-
tum haberēt, omnem in criminando Danielem
cēsurunt se lufuros operam, nisi fortē aliquid
inueniri posset contra eum, in rebus quæ ad le-
gem Dei ipsius attinerent: huius enim nouerāt
eum obseruantissimū. Cum itaq; in hanc ab
omnibus itum esset sententiā, dispicere incepe-
runt primates illi & satrapæ, qua potissimū uia
id aggredierent. Rex autē Darius admodū gran-
dæuus iam erat, ita ut ætate fessus, minoris ferē
haberetur quā Cyrus, qui ætate adhuc inte-
gra erat ac iuuenili: ita ut ad hunc potius con-
currerent, quicūq; regio auxilio indigebant,
quā ad Dariū. Itaq; primates hi ac satrapæ,
ueluti Dario seniori suam autoritatē integrā
& constabilitam uolētes, accesserunt ipsum: &
longam uitæ incolumitatem illi pro regio mo-
re precati, hæc illi falsa blandiloquētia persua-
serunt: nempe omnes regni præfides, magistra-
tus, satrapas, senatores & duces, ad cōsulendū
honoris regis, cogitasse de edicto regio statuen-
do atq; cōfirmādo, quod inuolabiliter cūctis
seruandum, neminiq; non præstandum esset.
Et illud quidem esset huiusmodi: Quod quis-
quis ab ullo Deo, aut homine, intra triginta di-
es ullam petierit petitionem, nisi a te, o Rex, is
proijctor in lacum leonū. Tuum itaq; fuerit,
o Rex, edictū hoc cōfirmare, ac ratum habere,
atq; eidem subscribere, ut pro Medorū ac Per-
sorum more, id perstet immutabile, ac nemini
uiolādum. Et rex quidē Darius huiuscemodi
u 2 illecebris

Non inuenie-
mus Danieli
huic aliqua
occasionem,
nisi forte in
lege Dei sui

Dei quibus
bet statum
tunc in me
na sua, &
omnes uis
tunc, ut glo-
riose adit.

illecebris inductus, neq; optimatibus suis re-
fragari uolens, scripto ad eum modum edicto
subscripsit, illudq; inuolabile ac ratū habuit.
Porro Daniel, qui huius rei cū r̄s quos æquio-
res sibi habebat, ignarus hæctenus fuit, post-
quā rescitit regē Dariū tam impio decreto
subscripsisse, abiit domū suā: ubi apertis sibi in
cœnaculo suo fenestris, quæ Hierosolymā spe-
ctabāt, singulis diebus ter in genua procūbēs,
uesperi nimirum, manē, & meridiē, deprecaba-
tur atq; laudabat Deū suū, ita ut antea cōsue-
uerat. Et uiri quidē illi Danielis emuli, post da-
tam legē conspirātes, atq; Danielē sedulo ob-
seruantes, deprehenderūt eum orantē, ac Deo
suo supplicantē. Unde iam se uoti cōpotes ar-
bitrati, cōtinuō abierunt, atq; cōmonescerunt
regem de edicto illo regio nemini cuiquā uio-
lando: interrogantes eum, an ne de reo illi
subscripsisset, ac ratū & inuolabile id esse uolu-
isset, quo statutū erat, ut quisquis intra dies tri-
ginta ullā peteret à deo aliquo aut homine pe-
titionem, nisi ab ipso rege Dario, is abiceretur
in lacū leonū. Rex uerō non cogitās quod hic
aduersus Danielē eximie sibi charum illaquea-
retur, respondit ac dixit: Ita se rē habere, neq;
aliā suo animo sententiam surrexisse: sed uelle
adhuc se, ut pro Medorū ac Persarum more id
edictū modis omnibus obseruaretur, à nemi-
ne quoquā uiolabile. Hic illi, iam nulla tergi-
uersandi occasione regi relicta, dixerūt, Danie-
lem unū de captiuorū Iudæorū numero, nihil
hic moratum fuisse regē, ad præstādum edictū
tam seriō demandatum, atq; regia subscriptio-
ne corroboratum: quippe qui singulis diebus,
ut minimū ter, uesperī nimirum, manē, atq; me-
ridiē, Dominū Deū suū deprecaretur, atq; illi
supplicaret. Quē quidem sermonē ubi rex in-
audisset, magno animi dolore affectus, modis
omnibus studuit Danielē excusare, atq; de de-
latorum horū manibus eum eripere, adeo ut
pro singulari suo erga Danielē amore, ad serā
usq; uesperam hoc sedulo fuerit conatus. Sed
scelerati illi turmatim tandē ad regem irrūpen-
tes: Id noris, inquit, ô Rex, quod Medorum
ac Persarum lex sic iubet, quod omne decretū
siue edictum à rege semel cōprobatum, inuio-
labiliter sit obseruādum, neq; ullā patiatur mu-
tationem. Hic rex sceleratorū hominū impro-
bitate uictus, quāuis amātissimus esset Danie-
lis, modisq; omnib. eū cuperet absolutū, iussit
tamē eum duci: & cōiectus est in lacū leonum.
Sed rex alloquens Daniele, atq; de Deo opt.
max. bene sperās, bono eum iussit esse animo.
Ego qdē gauderē te absolutū & incolumē, in-
quit, sed uincit, ut uides, horū improbitas: sed
Deus tuus, quē tu prexisti colere atq; inuocare,
is te seruabit. Demisso autē iam in lacū Danie-
le, allatus prægrandis quidā lapis illuc est, quo
putei os clauderetur: & hunc quidā rex annu-
lo suo signatorio, item & primatum suorū ob-
signauit, ne qua fieri posset, ut rex mutata sen-
tentia, de Daniele aliud statueret. Et rex quidē
inde digressus, multo cum mœrore abiit in pa-

*Verus est ser-
mo iuxta de-
cretum Me-
dorum &
Persarum,
quod præua-
ricari non li-
cet.*

*Adatusq; est
lapis unus, et
positus super
os lacu.*

latium suum, ubi hunc Danielis casum lugens,
permansit incœnatus: siquidem nulli ad eum
inferebantur cibi, & præ multa mœsticia nul-
lum tota illa nocte uidit somnum: sed primo
statim diluculo illucescēte exurrexit, perquam
festinanter ad lacū leonū se conferēs. Vbi cum
lapidē reuolui iussisset, lamērabili uoce Danie-
lem uocās, Daniel famule Dei uiuētis, inq; po-
tuit ne Deus tuus, cuius tu assiduus cultor es,
à leonibus te seruares? Hic Daniel agnita regis
uoce, confestim ei respondit, & placidis uerbis
longā regi precatus uitam: Deus, inquit, misit
angelum tuum, qui leonum ora cōcluserit: ita ut
non desuerint in me, neq; me perdidierint: si-
quidem coram Deo innocens ac iustus inuen-
tus sum: atq; etiā te iudice ô Rex, nihil sceleris
per me admissum fuit, quando tantopere labo-
raui, ut me de iniquorū manibus liberares, qui
summo iure, quod summa iniuria est, me con-
demnarunt. Rex uerō lætus admodū hæc au-
diens, præcepit, ut continuō Daniele de lacu
educerent. Quod ubi fecissent, uiderunt eum
nihil ex leonibus accepisse incōmodi, neq; ulla
sui parte eum esse læsum: idq; quod Domino
Deo suo crediderat, qui nullo unquam seculo
derelinquit in se sperantes. Et rex quidem iam
liberato Daniele, iussit adduci Danielis æmu-
los ac delatores, qui tanto studio, etiā refragan-
te rege, eum perdere conati erant. Qui cum
ad Danielis liberationem obstupescerent, ac
iusto rubore perfusi, unā cum suis li-
beris & uxoribus in lacum leonum coniecti
sunt. Et leones iā pulchē famelici, his nihil pe-
percerunt: sed priusquā in solum putei decide-
rent, arreptos discerpserunt, atq; omnia etiam
eorum ossa cōtriuērunt. Tunc sanē Darius de
seruato Daniele, ac perditis impijs illis lætus,
scripsit omnibus populis, omnibus sui imperij
nationibus, atque cuiusuis lingue hominibus,
toro terrarum degentibus, in hūc modū: Pax,
felicisq; rerum omnium successus uobis increseat,
& adaugeatur. Cōstare omnibus uolo, quod
& adaugeatur. Cōstare omnibus uolo, quod
decreto statuerimus, ut quicūq; in uniuersa rea-
gni mei ditione agunt, timeāt, reuerentur atq;
colant Deum Danielis. Hic enim non aureus,
neq; argenteus est: sed Deus uiuens ac uerus,
in omne æuum permanens: & regnū eius tale
item est, ut non deoluatur ad aliū, sed perstat
illi perpetuum ac immotum: & potestas eius
nullo unquam seculo est interitura. Hic libe-
rat ac eripit, signa faciēs ac prodigia tum in cœ-
lo, tum in terra: quippe qui Daniele libera-
uit de ore leonum, ita ut ex ipsorum spelcō, sal-
uus nobis restitutus sit, & incolumis. Porro
post hæc, nemo amplius ausus fuit Danieli ulla
in re oblatrare: quare & omnia illi tūc successerunt
prosperē ac feliciter, ita ut multo in hono-
re, maximatq; in gratia fuerit, tum in regno ac
aula Darij, tum etiam apud Persarum regē Cy-
rorum, omnesq; eius imperij proceres.

CAPVT VII.

Porro Daniel, qui olim Nabuchodonoso
ri regi suū aperuerat somnium de qua-
tuor

*Adatusq;
est Daniel
de lacu, &
nulla lesio
inuenta est
in eo.*

*Pax uobis
multiplica-
tur.*

mor mundi monarchijs, per pregrandē statuā si-
gnificatis, ut res illa cōfirmatiō esset, neq; quic-
quā posset habere dubij, uidit & ipse eadē de re
somnia, idēq; anno primo Balsazaris Babyloni-
orū regis, qui Nabuchodonosoris ex filio E-
uilmerodachi nepos fuit. Visio autē hęc capiti
eius obuersata fuit, cum de nocte se in lecto ad
quietem composuisset. Perscribens autē som-
niū, & rē omnē summam perstringēs, in hūc
modū eam recensuit, atq; narrauit: Videbā de
noctē in uisione siue somnio meo, & ecce qua-
tuor primarij cælorum uenti, certatim inter se
magno in mari pugnabāt, cōcutientes nimirū
uastum hunc mundū uaria discordia, ac multis
belloꝝ tumultibus. Et ascēderunt ē mari hoc
quatuor magnæ admodū bestiæ, eaq; inter se
diuersæ. Nam prima assimilis erat leoni, nisi
quod aquilinas habebat alas, quibus ad sum-
mā prouehabatur altitudinē ac dignitatem. Et
intentis quidē ad hanc permansi oculis, donec
alæ ipsi fuerunt euulsæ, tandemq; celsitudo &
dignitas eius omnis sublata est. Et tunc qui-
dem leonino animo posito, insistebat suis pedi-
bus ut homo: siquidē & mens humana tunc ei
data fuit. Itaq; ut in Nabuchodonosoris som-
nio aurum præstat cæteris metallis, ita hic leo
cunctis animantibus siue bestijs alijs. Sed ec-
ce, iam de mari ascendebat bestia alia, per om-
nia similis urso: & hęc quidem uno ex latere
sefe erigens, uno nimirū ex Persico regno, ore
suo inter dentes tres obtinebat arrodendas co-
stas. Sic enim Cyrus Babylonicum tenebat re-
gnū, & Medorum & Persarū. Iubebatur autem
bestia hęc cōsurgere, atq; carnē quam plurimā
deuorare, multis nimirū per ipsam interfectis
hominū millibus. Post hęc uerō uidebā, &
ecce bestia tertia, similis pardo, nisi quod dor-
sum habebat quatuor alis auicularijs alatū: ca-
pita etiā habens quatuor, & traditum est ei im-
periū. Ira enim Macedonia sic Græcorum
regnum, breui temporis curriculo, quasi celeri
uolatu, totum orbē sibi subdidit. Postea uerō
diuisum in quatuor fuit capita, siue regna, quā-
do Ptolemæus Aegypto potitus est, Syria Se-
leucus, Asia Antigonus, & Philippus Macedo-
nia. Post hęc per somnū uidebā, & ecce pro-
diat bestia quarta, formidabilis admodū, ac
multum terribilis, & eximie fortis: dentes autē
habebat magnos ac ferreos, quibus quiduis
uorabat atq; cōminuebat: & quicquid erat re-
liqui, id pedibus proterebat, atq; conculcabat.
Erat autē a superioribus bestijs quæ ipsam præ-
cesserant, multū diuersa, decē etiā habēs cor-
nua. Quæ dum attentius intueor, ecce ascēdit
inter ea cornu quoddam aliud paruulum: per
quod ex prioribus cornibus tria euulsa sunt.
Et ecce cornu hoc paruū oculos habebat uelut
hominis, & os præturgidum ac summē super-
bum, arrogās & magniloquum. Et cū cetera qui-
dem hęc tacitus cōspexi, donec allati sunt thro-
ni, & prouecta ille ætate senex confedit: cu-
ius uestimtenum niueo candore erat, & pilus
capitis eius mundā æquabat lanā. Porro thro-

nus eius igneus planē erat, qui & rotis ueheba-
tur ardentibus. Fluius autē igneus ac rapidus
dimanabat, atq; egrediebatur ab eo: ut cuius
eloquia ignita sint, & quouis gladio ancipiti
penetratiōra. Et angelicorū spirituum sibi mi-
nistriatium millia milliū habebat, quę ipsum cir-
cumstipabāt, & decies centena millia corā ip-
so astabant. Et cum iudices confedisent, aper-
ti sunt libri rationales, ut cuiq; redderetur se-
cundū facta sua. Sed multa cum admiratione
intentos seruabā oculos in cornu illud paruū,
blasphemum ad eō & aduersū, quod diuina boni-
tas tanta cū lōganimitate ferebat, cum tā gra-
dia, ac Melsiæ Domino derogantia, loquerēt.
Et perrexi illud obseruare, donec quarta hęc
bestia interfecta est, & corpus eius totū dispe-
riit, cōiectū nimirum in stagnū ignis ardentis.
Quin & reliquis tribus bestijs iā olim sua po-
restas ablata fuit, postquā illis concessum fuit
diu fatis uiuere, atq; imperare usq; ad præfinitū
a Deo terminū ac tempus. Sub hęc autem
uidebā in nocturna illa uisione seu somnio: &
ecce, promicabat in cœli nubibus quidam ue-
luti filius hominis, qui usq; ad prouectū illum
ætate senem peruenit, nam corā eo adduxerūt
eum. Et huic quidem, nempe Melsiæ nostro,
tunc datum est regnum, honor & imperiū: ut
omnes populi, omnes nationes, omnes lingue
eum colāt, reuereantur, atq; inseruient: & hu-
ius quidē potestas non tēporanea est, sed æter-
na, quæ nunquā finiat: & regnū eius in om-
ne æuum stabile est, quod nunquā corrumpatur.
Et hęc quidē dum conspicio, deliquiū pas-
sus sum, totusq; sine me fui: adeo me afficie-
bāt, atq; extra me rapiebant uisiones illæ, capi-
ti meo oblidētes. Tādē uerō mihi redditus,
uisus sum mihi ad quendā ex ijs accedere, qui
prouectissimæ ætatis senē illum circumcinge-
bant: & horum omniū quę uideram ueritatem
ab ipso perdiscere cupiebam, id quod ille certē
nō grauatim fecit, etiā omniū rerū interpreta-
tionē mihi exponens. Quatuor istę pregran-
des bestię, inquit, quatuor sunt monarchię, quę
de terra consurrecturę sunt, suum quæq; tēpus
duratura, atq; altera alteri successura. Sed san-
cti Dei excelsi, illi inquā ex Deo opt. max. cœ-
litis nati, hi accipiēt regnum, pectoribus suis
retrufum, atq; illud obtinebunt in secula, atq;
omne æuum. Post hęc exactius perquisiui de
bestia quarta, quæ ab alijs istis multum uaria-
bat, senescente nimirum mūdo uiciosior, unde
& plurimū fuit formidabilis: siquidem denti-
bus erat ferreis, & ungulis areis, quiduis uo-
rans atq; comminuens: & id quod faciebat reli-
qui, pedibus suis proterebat atq; conculcabat.
Ad hęc, etiā de decē cornibus, quæ suo ferebat
capite, & de alio illo cornu paruo succrescēte,
per quod tria ex prioribus deciderant. De eo
inquā cornu, cui & oculi erant uelut humani,
& os illud magniloquum ac blasphemū, quod
iam maius erat, atq; excellentius cornibus illis
alijs. Et hoc quidem, me uidente, prælio decer-
tabat cum populo Dei sancto, atq; iisdem præ-

Ecce cū nu-
bibus cœli,
quasi filius
hominis.

Quatuor be-
stiæ magnæ,
quatuor
sunt regna.

Uisionē in
uisione mea
noctē.

Monar. Bas-
bylonica.

Monar. Per-
sian.

Monarchia
Græcorum.

Monar. Ro-
mana.

Aspiciēbam
donec tēporē
ni positi
sunt, et anti-
quos dierum
sedib.

ualebat, donec prouectus ille ætate senex aduenit, per quem iudicium datum est sanctis altissimi. Et tempus quidē præfinitum uisum fuit mihi aduenisse, quo regnum obtinerēt sancti. Cæterum is, quē de quarta hac bestia rogauerā, respōdit ac dixit mihi: Bestiā quartā monarchiā in terra significare quartā, quę omnibus quidem superioribus maior ac truculentior est, multum hic à prioribus monarchiis distatura, utpote quę uniuersam terram deuoratura sit, eamq; contritura ac comminutura. Quod uerō ad decē cornua attinet, ea significant, quōd ex quarta hac monarchia decem consurgent reges: post quos consurgens & alius quidam, simulatione ac humanitatis ficta religione maior euadet prioribus: siquidem dignitate, opibus, & uiribus, alijs antestabit, tres nimirū reges suo loco moturus. Quin & sermones ex nomine altissimi loquetur, eiusdē tamē sanctos perdens ac perimens: arrogaturus etiam sibi potestatem mutandi statas populi Dei solennitates, ac Dei legem: sed regnum eius non ita diu turnum erit, siquidem populus Dei tradetur in manum illius non amplius annos tres & semis. Iudices enim confidebant, & omnem huius cornu potestatem ipsi adimēt, ut ipsum penitus uastent, atque æternū disperdant. Regnum uerō & potestas, regnorumq; omnium (quę toto sub cælo inuentas) magnificentia, dabitur populo sanctorum altissimi, quos super terram regnatos reges sibi faciet & sacerdots. Et hoc quidem Domini Dei regnum perpetuum erit & æternum, & omnes uiri principes seruient atque obtemperabunt ei. Et hæc tenus quidem de hac mea uisione. Hęc ego Daniel, multum quidem me cogitationes meę turbarāt, adeo ut attonitus uultum etiam mutarim: rem tamen omnem corde meo conseruatā, minimē passus sum per obliuionem aut negligentiam mihi elabi aut excidere.

CAPVT VIII.

Itaq; frequenter de his in somnijs cogitans, non potui eorū obliuisci, atq; felix illud atq; æternum Domini Dei nostri regnū non anxie desiderare. Vnde & tertio anno, quo Baby Ionico regno præfuit rex Balsazar, noua quædam uisio mihi apparuit, ad eādem etiam rem pertinens. Noua inquā uisio Danieli mihi apparuit, post eam quę initio apparuerat, anno Balsazaris regis primo. Vidi autē per somniū, idē cum iam regia negocia curaturus Susis essem, in metropoli ac regia Persarum in Elymaide. uidebar uerō mihi esse iuxta fluuium Eulæum, qui Susianen ab Elymaide determinat: sublatis autem hic oculis meis, prospexi: & ecce aries quidam, cui duo erāt cornua, stabat ad fluuium hunc: cornibus uerō erat bene magnis & altis. alterum tamen altero præstabat, atq; succrescendo prominebat. Et uidi quidem arietē hunc quoquō uersum ferocire, ac quoslibet cornibus impetere. Antrorsum enim ab oriente procedens impetebat eos qui in occi-

Cornua decem, ipsius regni reges decem erūt.

Ecce aries unus stabat ante paludē.

dente sunt, Assyrios nimirū ac Palæstinos. Ad aquilonem lacebatur Babylonios, Armenios, Lydios & Scythas: & ad meridiem infestabat Arabas & Aegyptios: nec ullæ erāt bestię, quę arieti huic possent resistere, aut quę ab ipso liberare quenquā possent. itaq; quiduis pro sua fecit libidine, studens multo molimine euadere magnus ac præclarus. Dumq; hæc atrētius cōsidero, prospicio ab occidente aduētantem hircum quendam iuuenem, qui totam terram perquam celeriter peruagabatur, adeo ut uix terram ullā suis pedibus cōtingere uideretur. Eratq; ei inter oculos suos cornu in signe atq; egregium. Veniens autē ad ferocientem arietē illum, duobus cornibus instructum, quem ad fluuiū Eulæum consistentem uiderā, multa ira percitus, ualido impetu tendebat in eum. Appropinquans uerō ad arietē, efferatus in eum, ita percussit atq; exercuit arietem, ut duo eius cornua infregerit, atq; ei excusserit. Aries enim ad resistendum hircō, ac contra nitendum nihil potuit: sed humi prostratum hircus protriuit, atq; conculcauit: neque quisquam fuit, qui ex hirci manu arietem eriperet. Vnde hircus hic supra modum magnus euasit, ac præclarus. Et cum iam ad summum peruenit sua uirtutis, tandem contractum est in signe illud cornu eius: in cuius locum quatuor enata sunt cornua alia, in quatuor uentos cæli siue mundi plagas spectantia: & ex horum uno, paruum quoddam cornu prodijt, quod quidem ualidē succreuit, atque insurrexit contra meridiem, ubi Aegyptus est: & contra orientem, ubi Persæ sunt: atque etiam contra terram Israeliticam, meo animo maxime desideratam. Procreuit inquam, atque extulit se, etiam aduersus exercitum cæli, populum nimirum Dei sanctum, quorum plerosque in morem stellarum lucidos ac præfulgentes prostrauit in terram, atque pedibus suis conculcauit. Quin & aduersus ipsum imperatorem exercitus Israelitici populi, nempe contra Deum optimum max. sese extulit, ita ut iuge sacrificium, assiduus nimirum Dei cultus per ipsum aboleretur, & templum Dei sanctum profanaretur. Exercitus autem ipse cæli propter iniquitatem suam, & admissa in assiduū Dei cultum scelera, traditus est in manum eius: & ille quidem ueram Dei legem in terram abiiciens, neque ex eius præscripto populum uiuere uolens, quiduis pro sua patrabat libidine, idēq; felici ac prospero successu. Tandem uerō cum & superos horū tæderet, audiui angelum quendam sanctum, qui alterū quendam eximium atque magni consilij angelum interrogans: Quam diu durabit hoc malum, inquit, de ablato iugi sacrificio, uerōq; Dei cultu uisum? & de tam abominando scelere, ita ut sanctum Dei tabernaculum, omnisque Deum colens populus, sic proculcentur atque affigantur? Et ille ueluti mea causa rogatus, respondit mihi: Quod uesperam ac manē numerando, hoc est, singulos quosque dies, post

Hircus autē caprarum magnus ferus est nō nō.

Uterque uisio iuge sacrificium, & peccatis desolatiō.

Nobis confusio faciei, regibus nostris, principibus nostris, & patribus nostris.
 terrarum sit dispersus, ad quas, sic exigētibus ipsorum in te peccatis, tu eos abiecisti. Nobis est Domine, cuius nos merito pudeat pigeat que, tum regibus nostris, tum principibus nostris, ac patribus nostris, quippe qui agnoscimus turpiter nos in te peccasse. Dominus uero, quando pro ratione delicti nostri iure nos perdere potuit, pro sua tamē misericordia multatq; clemētia, nobis pepercit atq; misertus est.

Qui tamen rebelles nos illi pręstitimus, uoci Dei nostri obedire prorſus detrectātes: quando nos uiuere uoluit ad legē suam, quam nobis per seruos suos prophetas pręscripsit. Certē quotquot sumus Israelitę, simul omnes legem tuam transgressi sumus, declinantes ab ea in suam quisq; uiam, ita ut tuę, tuę inquam uoci non auscultauerimus. Vnde & omnis illa maledictio atque execratio in nos destillauit, quę in lege Mosi serui tui cōscripta est, peccatis nimirum nostris ita postulantibus. Nam certē Dominus, ita ut locutus fuit, pręstitit uerba ac minas suas, tum nobis, tum etiam iudicibus nostris, qui nobis pręfuerunt: ita ut induxerit super nos calamitatem magnam adeo, & horrendam, ut toto sub cęlo nihil simile unquam factum sit, quale nunc accidit ciuitati Hierosolymorum. Nam ut in Mosi lege scriptum est, ita omne malum in nos confluit, neque interim obmissa iniquitate nostra Domino Deo nostro nos prębemus supplices, ut ipsum deprecemur, eius que promissiones ac minas agnoscamus ueras, ac certissimas. Itaque non dormitauit Dominus in hac nobis immittenda calamitate. siquidem iustus est Dominus Deus noster in omnibus factis suis, nihil aduersum nos nobis indignum faciens, qui uoci ac pręcepto eius sancto contumaciter adeo obedire detrectauimus. Ceterum nunc Domine Deus noster, qui pręualida manu populum tuum olim eduxisti de terra & seruitute illa Aegyptiaca (quę res, ut & hodie cernere, ac toto orbe audire est, nomen tibi peperit nunquam interiturū & immortale) habe quęso rationem sacrosancti nominis tui, ut nostri miserearis. siquidem grauius peccasse, atque impię nos egisse agnoscimus. Domine inquam, secūdam omnem tuam bonitatem ac clementiam, recedat quęso furor tuus & ira tua a ciuitate tua Hierusalē, a monte tibi sancto ac electo. Nam per peccata nostra, & per patrum nostrorum iniquitates, sancta illa ciuitas tua Hierusalem, omnis que huius municipij populus tuus, cunctis se circumiacentibus nationibus ludibrio sunt, & despectui. Itaque Domine Deus noster, audi obsecro orationē serui tui, & deprecationes eius, ut uultu hilari, benigno ac placido, propter Messiam Dominum, sanctuarium tuum nunc desolatum intuearis. Inclina precor Deus meus aurem tuam, ut audias. Oculos que tuos aperi, ut desolationes nostras uideas, simul & sanctę ciuitatis, quę peculiariter tua dicitur.

Neq; enim Neque enim preces nostras coram te effundi-

mus, ut qui de nostris iusticijs quicquam gloriari atque adducere possimus. Sed confidimus atque speramus de multis atque magnis miserationibus, Domine, audito nos: Domine parce, atque condona nobis. Domine inquam, attende confessionem iniquitatum nostrarum, & fac quod rogaris. Ne quid amplius cuncteris nobis placari, id que uel tua ipsius causa, mi Deus. Ciuitas enim Hierosolymorum peculiariter tua uocatur: & nos item populus tibi sumus peculiaris, ac ex omnibus mundi nationibus selectus. Cum autem adhuc loquerer, ac nondum orationem hanc meam plene absoluissem, tum meum, tum populi mei Israelitici peccatum confitens, & agnoscens (prosternebam enim coram Domino Deo meo sacro) adhuc inquam loquebar, oratione mea nondum absoluta: & ecce uir ille Gabriel, quem in uisione prius uideram, celeri uolatu ad me delatus, tetigit me, iungens nimirum se mihi sub tempus oblationis uespertinę. Et hic quidem mihi ea quę uideram explicaturus, collocutus mecum est, ac nomine meo me compellans: Daniel, inquit, ego quidem iam a Domino egressus sum, ut te doceam, tuque rem omnem intelligas. Cum primum precari Dominum inciperes, continuo decreuit Dominus id facere, quod tibi in uotis est, quodq; tantopere rogasti. Vnde & ego aduenio, id tibi significaturus. siquidem tu Deo places, ac gratus es. Cura itaque rem hanc cognoscere, & ea quę tibi nunc sum dicturus probe intelligere. Septuaginta annorum hebdomadę, nimirum anni quadringenti & nonaginta, populo tuo ac ciuitati tuę sanctę designatę, siue constitutę sunt, ut consummetur pręuaricatio, & peccatum cesserit, atque sine ea piat, omni iniquitate deleta & abolita. Abrogata nimirum lege, nullum erit peccatum: imo quando quę ex lege iusticia est, coram Deo non persistit, adducetur tunc iusticia que ex fide est in Messiam Dominum uera, & æternum etiam coram Domino stabilis. Et uisio ac prophetia omnis, totaque lex finienda tunc est: nempe quando sanctus ille sanctorum, Messias, mundi seruator, unicus rex ac pontifex ungetur, ac spiritu sancto perfundet, supra omnes confortes suos. Illud autem obseruatum oportet, ac probe te intelligere: Quod ab eo tempore, quo uobis potestas fiet in patriam remigrandi, ubi Hierosolymorum urbem rursus extruatis, usque ad tempus uenturi Messię, septem & sexaginta duę annorum erunt hebdomadę. Iamq; extructa rursum erit & ciuitas, & plateę, eiusque murus ac fossę: idq; temporibus angustis, ac difficilibus. Ceterum post annorū hebdomadas illas septem & sexaginta duas, perimetur ipse Messias: neq; enim erit ei inter suos locus, ut eum recipiant, ac regem suum agnoscant. Itaq; populus siue exercitus ducis cuiusdā, qui non ita multo post ciuitatem occupabit, disperdet simul

in iusticijs nostris propter nimis preces.

Septuaginta hebdomades abbreviate sunt super populum tuum.

simul ciuitatem ipsam cum suo sanctuario si-
ue templo. Et finis quidem oppugnationis,
quādo ciuitatem iam inuadēt, atq; obtinebūt,
is se habebit in morem prauā inuadatio-
nis, qua cuncta uastantur, atq; undarū ui abri-
piuntur. Itaq; obruentur ac deperdentur poli-
tia, omnisq; Respub. Iudæorum, ut non liceat
amplius emergere. Quin & toto obsidionis si-
ue belli tempore, uarijs cedibus ac seditioni-
bus sese mutuo conficiant, ac totam Rempub. 10
ad hanc internecionem uelut præparantes la-
befactabunt. Porro Messias Dominus una
hebdomade (nempe ultima) multis confirma-
bit pactum suum, cum patribus iniritum. Siqui-
dem in dimidiata hebdomade docens, ac sese
patri Deo, pro expiandis mundi peccatis offe-
rens, abolebit omnes illas sacrificiorum, atq;
omnium criminorum Iudaicarum umbras.
Excitatus uero à mortuis, misso cœlitus in a-
postolos spiritu, qui toto terrarū orbe disper- 20
sum Dei populum colligant, atq; in cœlestem
municipatum adducant, id præstabit, quod pa-
tribus multis adeo retro seculis promisit, de
pacto, siue testamento nouo, quod mentibus,
siue suorum cordibus esset inscripturus: inha-
bitaturus etiam ipse non iam amplius templū
exterum & lapideum, sed ipsa suorum pecto-
ra ac corda. Nam in eum locum ubi Deus so-
let habitare inter alas Cherubicas supra propi-
ciatorium, eò tunc inferētur pro Deo uero ac 30
uiuio, muta & abominanda idola, ita ut ne id
quidem quod multo omnium eis nunc san-
ctissimum est, à grauissimis inquinamētis fu-
turum sit liberum. Quod ubi uiderint, nempe
omnia abominandē adeo profanata & deso-
lata, merito quis Iudæam relinquat. Nam sub-
sequetur populum hisce de rebus obstupescen-
tem, consummatio, atque abominanda deso-
latio siue excisio.

C A P V T X.

Anno tertio, quo Cyrus Persarum rex
regno potitus est Babylónico, reuelat-
um est Danieli, cui & Belsazaro nomē
est, uerbum quoddam, quod certē & uerum
est, sed multis abhinc seculis futurum. Quid
uero illud sibi uellet, id Daniel abundē intelle-
xit, & uisionem omnem exactē cognitam ha-
buit. Iudæis autem iam per Cyrum nouum 50
monarcham sua captiuitate solutis, res omnis
læta erat & prospera. siquidem primo anno,
quo Cyrus Babylonicæ regni clauum tenuit,
in sedes dimissi fuerunt patrias. Et anno regni
eius secundo, templi fundamenta iacta fue-
runt. Vnde continuo per maleuolos impedi-
bantur, ita ut ædificatio intermitteretur. Qua
sanē illis diebus (tertio nimirum Cyri an-
no) audita, ego Daniel tres totas dierum heb-
domadas ex animo lugens, uerē ieiunauī. Pa-
nem quantumuis desiderabilem, bonum, atq; 60
candidum toto hoc tempore non edebam, e-
tiam à carnibus & uino omni abstinens: ne-
que ante hos dies completos, unguento ullo

me perungebam. Cæterum uicesimo quarto
die primi mensis (hic autem est, cuius decimo
quarto die suū Pascha Iudæus celebrat) eram
in ripa magni fluminis, nempe Tigris. Et hic
sublatis oculis meis, uirum quendam uidi, ha-
bitu regio ac pontificio amictum, nimirum
uestitu lineo: & lumbos eius cingulum cinge-
bat aureum. Corpus uero eius se habebat in-
star chrysolithi. Facie uero rutilāti erat, instar
fulguris. Ad hæc oculis erat ardētibus, ad mo-
rem accensarum candelarum. Porro brachia
& pedes eius resplendebant uelut æs perpo-
litum. Vox uero eius, cum loqueretur, stento-
rea planē erat, multorum aliorum uocem æ-
quiparans. Et ego quidem Daniel, cum hic es-
sem unā cum alijs compluribus, solus tamen
uisionem hanc uidi: ita ut qui mecum erāt, ni-
hil quicquam uiderint: sed magno correpti
terrore aufugerūt, atq; sese absconderūt. Itaq;
ego relictus solus, uidi uisionē hanc magnam
& præclaram, ad quā sanē & uires meæ de-
fecerunt, & decor uultus mei uersus est in pal-
lorem & colorē luridum. siquidem omnis uir-
tus mea destituerat me. Audui tamen eum lo-
quentem: uerū cum audirē, in somnū incidī
super faciem meā, ita ut facies ipsa hæreret ter-
rē. Sed ille manu sua me cōtingens, genibus ac
manibus reptare me fecit. Et nomine meo me
appellans: Daniel, inquit, qui altissimo gratus
es, ac places, fac intelligas atq; attentū te præ-
beas ad ea quæ tibi dicturus sum: & colloca te
in pedes tuos, in iustum corporis tui statum: si
quidem nō temerē ego nūc ad te missus sum.
Cumq; hoc ille locutus esset, exiit me: atq; re-
ueritus eius maiestātē, nō sine tremore iuxta il-
lum adstiti. Sed ille id animaduertēs, statim bo-
no ac imperterrito me iubens esse animo: Ne
timeas, inquit, o Daniel. nam à primo illo die,
quo animum tuum appulisti ad intelligen-
dum uisiones, utq; te ieiunio coram Deo tuo 40
affligeres, uerōque luctu macerares, exaudita
continuo fuerunt à Domino uerba tua. Per
quæ & ego huc adueni: neque est quod cogi-
tes, cur ergo non prius uenerim. Nam ange-
lus Persico regno præfectus, uno & uiginti die
bus mihi obstitit. Qui rotus in hoc est, ut mor-
tuo iam Cyro, templi structura inhibeat: re-
gem, & aulicos omnes incitans, ad populum
Iudaicum perdendum. Et ecce Michael, unus
ex angelis primoribus, uenit mihi auxilio. Ita
que hæc res me apud Persarum regem remora-
ta est, ut serius uenerim. Quod autem omnia
populo tuo successura sint, etiam nouissimis
temporibus, id uenio tibi reuelaturus. nā mul-
tis abhinc annis implenda demum uisio est.
Cum uero ad hunc modum mecum loque-
retur: Ego demissa facie terram contuens,
conticescebam. Et ecce quidam humana spe-
cie tetigit labia mea, significans nimirum,
se uelle ut loquerer. Itaque aperiens os me-
um, locutus sum: & ad eum qui mihi asta-
bat, Domine mi, inquam, ex hac tua appa-
ritione

Et ecce ma-
nus tetigit
me, & exiit
me super
genua mea.

Ecce, quæ
similitudo
filij hominis
tetigit labia
mea.

Confirmas
in uisio-
nem multis
hebdomada
una.

Ego Daniel
lugens, tres
hebdomada
uos diebus.

ritione, interiora uiscera mea non sine dolore mihi commota sunt, adeo ut uires me defecerint. Quomodo ergo potero seruus, cum te hic coram astante meo Domino, colloqui? Ego enim non habeo quod de longiore uita sperem, postquam te uidi: & quomodo colloqui poterō, quem uires continuo destituerunt? Et qui iam ægre anhelitum duco, atque respiro? Proinde ille rursus sub humana specie me cōtingens, animum mihi addidit, atque confortauit me. Et iubens timorē omnē me ponere: Vir Deo dilectē ac grate, bene sit tibi, inquit, quod mortem metuis nihil est: sed fortem te præbēs, bono ac imperterrito sis animo. Et ad hæc uerba animosior factus, atque confortatus: Loquatur, inquam, Dominus meus, quippe qui me iam confortasti, atque animum mihi reddidisti. Et tunc quidem ille me rogauit, Satis ne iam nosti, cur ad te uenerim? Mox mihi hinc reuertendum est: ut me opponam angelō illi Persiæ præfecto. Sed & Græcorum regnō præfectus angelus, egredienti mihi se obuiam fert. Aperiam tamē tibi quod expressum est in scriptura ueritatis, in libro nimirum decretorum Dei, atque infallibilis prouidentia eius. Ceterum nemo quisquam est, qui hisce in negocijs a me stet, atque mecum Iudaicas partes tueatur atque propugnet, præter unum Michaelem uestrum principem. siquidem ego anno primo Darij Medi, in expugnatione Babylonis stabam ab ipso, adiutans eum, uires que eius confirmans.

CAPVT XL

Nunc itaque arrige aures, quando uera tibi dicturus sum de ijs, quæ obuētura sūt, rebus. Ecce adhuc tres stabunt, siue regnaturi sunt, reges in Perside. Et quartus supra omnes opulentus erit, maximis diuitijs. Quibus malè fretus, cum uehementer admodum aduēctæ erunt, omnes concitabit aduersus Græciæ regnum. Sed rex quidam Græciæ præpotens ac fortis resistet ei, ut cui multo ac magno dominio potētī ac illustri, quiduis sua ex sententia atque arbitrato successurum sit. Vbi uerò hic Persis deuictis monarchiam tenebit, perquam citò regnum eius conteretur: quippe quod in quatuor cœli uentos disperriendum sit, idque non in eius posteros ac nepotes, sed in uiros qui sanguine illum nihil contingant: neque horum eadem erit potentia, que illius, siquidem & ad alios adhuc, quam ad hos regno destinatos, regnū distrahetur, qui de eo contendunt, ipsumque miserè dilacerabunt. Rex autem Austri, siue Aegyptius fortis admodū euadet: atque per principes suos subiugata sibi Syria, longè lateque proferet sui regni pomœria, ita ut dominium eius multum futurum sit & amplum: tandem uerò elapsis aliquot annis, duo hæc regna cōcederabuntur, Syria nimirum & Aegyptus. Nam filia regis Austri, siue Aegyptij, ueniet ad regem Aquilonis, aut Syriæ, suo coniugio æquis conditionibus compositura pacem. Sed parum hæc res ei

Et confortabitur rex Austri.

succedet, nihil que habebit firmitudinis. Sed enim eius non succedet in regnum. siquidem ipsa in mortem tradetur, unā cum his qui eam in Syriam induxerunt: atque adeo ipse etiam pater eius, unā cum ipsius marito, qui eam aliquandiu coniugem habuit. Sed exuret in regnum quidam de germine radicū huius filia regis Austri, sic in mortem tradita: qui collecto exercitu inuadet munitissimas quasque arces, ac urbes regis Aquilonis siue Syriæ: ubi pro sua uoluntate, & ex uoto suo uictoriam obtinens, multis grauibisque ditescet opibus. Abducet enim in Aegyptum captiuos, tum deos eorum, tum etiam eorum principes uiros, unā cum preciosissimis uasis, ex argēto & auro fabrefactis. Et hic quidem, compluribus annis Aquilonis aut Syriæ regis superior erit. Ad hunc itaque modum rex Austri, Aegypti dominus, regnum inuadet Syriæ. Unde amplis cum spolijs in suam reuertetur terram. Sed filij regis Syriæ hac inuasionē irritati, magnis multorum exercituum collectis copijs, acceptam hanc iniuriam studebunt ulcisci. Quorum alter incurSIONEM in Aegyptum faciens, quamplurimas illic expugnabit ciuitates, atque munitissimam etiam urbem, ac regiam arcem, uictor obtinebit. Ceterum rex Austri, si Aegyptus, tandem etiam collecto præualido exercitu, has hostium uires retundet, atque cum Aquilonis rege descendet in aciem: & commissio prælio eum uincet, ita ut urbibus prius amissis, iam recuperatis, ad pacem petendam Syriam coacturus sit. Animosior enim factus Aegyptiorum exercitus, & rex primis belli successibus factus elatior, irruent in Syros, uiginti horum milia ex eis interempturi: sed parū solida, neque ita per omnia felix ei erit hæc uictoria. Nā rex Aquilonis rursus bello instaurato, reuertetur, ac producet in certam exercitum multo maiorem quam prius: & elapsis aliquot annis, cum præualido hoc exercitu, ex inopinato in ipsum multa uir irruet. Et his quidem temporibus, cum multis ac præpotentibus res erit Aegyptio, Austri domino. Et nebulones cōplures et tuo populo, qui bellorum horum (que Iudæam quoque non leuiter arrent) pertaxi, relicta Iudæa ac diuina lege, in Aegyptum demigrabunt: & erecta illic ara, & sacrificijs in ipsa oblati, multo illic in honore futuri sunt, ut per quos impleatur scilicet Esaia uaticiniū, quo uaticinatus ille est, de altari apud Aegyptios erigēdo. Ut autem institutū prosequamur, rex Aquilonis magnis principibus cōfederatus, irruet in Aegyptios, munitissimas quasque eorum ciuitates obuallaturus, atque expugnaturus. Et uiri inter Aegyptios principes, non inueniēt quæ resistat: neque enim quos inter milites suos Aegyptius habebit præclarissimos ac maxime strenuos & exercitatos, hostium uires sustinere poterunt. Unde & irruēs in Aegyptum, pro sua libidine in eos grassabitur. siquidem nemo quisque futurus est qui ei resistat. Sub hæc uerò in præclara atque multo optima Israelitarum illa terra, suam quoque profere

Intrabit in regnum rex Austri, & reuertetur in terram suam.

Esa. 19.

Rex Aquilonis comperabitur aggere, & caetera piet. urbes munitiss.

proferet tyrannidem. Qui nihil repugnantes; continuo imperata facient, magnam pecuniam summa mulcabitur. Ille vero rursum se componet, atque apparabit, ut illustri ac ualido exercitu, uelut gloriosus uictor uniuersum Aegypti regnum ingrediatur. Adducturus etiam secum uiros bonos, ac probos, per quos pax inter eos componatur. Nam & formosissimam formidarum filiam suam, nuptui traditurus est Aegypto, ut per hanc Aegypto commodius possit. Sed hic tam impie dissimulatus dolus non succedet, neque per eum uoto potietur. Post haec uero, componet se ad inuadendas Graeciae aliquot insulas, quarum & nonnullas capiet. Sed princeps quidam Romanus, pro socijs urbibus pugnaturus, hanc eius uim & insolentiam reprimet, ita ut magno suo cum dedecore ac iactura, durissimas pacis conditiones sit accepturus. Unde ad urbes suae terrae munitiores reuertus, impinget atque cadet, a proprio nimirum populo interficiendus. Succederet uero huic, uilissimus quidam populi expilator, regio titulo ac honore indignus. Quare & intra paucos dies non aperta pugna, neque bello, sed fraude periturus est. Rursum uero, in huius demortui locum ueniet quidam humilis, despectus, & nihil magni nominis, qui non iusta electione, neque iure hereditario, sed malis artibus, dolo, ac blandiciarum illecebris, regnum obtinebit. Porro si qui ex principibus illi conabuntur resistere, hos ille perfundabit, atque deperdet, ne ipsi quidem parcius Aegypto regi, scelus cum ipso sancire uolenti: ut uero se illi maxime contederet, atque amicitiam cum Aegypto ineat, dolo se id faciet: profecturus nimirum in Aegyptum, parua stiparum militum manu, ne qua de ipso haberi possit suspicio, sed ut qui tutorio nomine regnum administraturus sit. Ingressus autem iam regionem quietam, & opimam, opibus nimirum florentissimam, id faciet, quod ante eum neque patres ipsius, neque eorum progenitores ulli unquam fecerunt. Praedam enim & spolia, omnemque Aegyptijs rem ablatam, ille inter suos disperget, atque distribuet, conciliandis illorum animis studens. si quidem de inuadendis munitioribus ciuitatibus cogitabit: sed expectanda aliquantisper occasio erit, & opportunitas. Qua data, insolentior iam, atque corde elatior factus, totis uiribus insurget aduersus austrum regem Aegyptium. Qui quidem & ipse per suos ad praeliandum instigatus, magno, longeq; ualidissimo exercitu cum ipso conabitur confligere. Sed nihil illi succedet, ut quem proprii principes ac magnates, impijs conspirationibus prodituri sint. Perdent enim eum illi ipsi, qui panem eius comedunt. Unde & exercitus eius opprimetur & occumbet, quamplurimis eorum crudelissime interfectis. Tandem uero uterque horum regum in animum inducet malefacere populo Dei, & in eadem mensa inter se conspirabunt, consultaturi de oppressione atque adeo

internecone Israelis. Quae res ipsos faller, nihilq; de ea fiet: siquidem id non nisi statim suo tempore futurum est. Sed Syrus iam apud Aegyptios diues factus, multa cum re in suam reuertetur terram, corde suo scelerato malum machinans populo Dei sancto, qui sancto ac inuolabili foedere Deo haerent: atque male etiam facturus eis est, multis ciuium interfectis, ac ditiorum facultatibus ac cimelijs direptis: sed haec obiter. siquidem destinato itinere, reuertetur in terram suam. Verum post annos aliquot iterum expeditionem in Austrum parans, non pari rerum successu fruetur, quo duabus his uicibus prioribus. Nam clasis Italica siue Romana aduersus eum uentura est, quae eius ferociam reprimet, atque Aegypto manum abstinere coget: id quod magno dolori ei futurum est. Quare ad suos reuertens, iram concipiet aduersus Iudaeos sanctis pactioibus soli Domino Deo suo confederatos: quos ubi inique admodum, & multo durius quam prius tractarit, redibit tandem ad suos, parcens atque amice faciens cum ijs, qui a sancto Dei foedere desiscunt, illudque relinquunt atque contemnunt. Constituet autem in urbe praedia, quae ad omnem impietatem populum cogant, atque impellant. Et hi ipsi profanabunt templi sanctuarium, impediens atque auferentes iuge sacrificium, atque asiduum illum Dei cultum, adeo ut loco Dei qui illic habitare dicitur, in sancto sanctorum super alas Cherubim, posituri sint abominandum idolum: de quo quilibet id conuens, miretur, atque obstupescat. Et desultores diuini foederis ac legis, simularum facient, atque per simulationem idolum hoc colent, multosque chrestologia ac uana blandiaque persuasionem eodem seducent. Sed populus qui Deum suum uere nouit, constanter ei adhaerebit, neque a uera religione abduci se patietur. Nam & qui doctiores in populo erunt, complures docebunt, instruent, atque confirmabunt. Unde & gladio & incendio perdentur: aut certe bonis ipsorum confiscatis, sedibus suis pulsati, proscribentur. Et postquam horum plerique in hac persecutione perierint, tandem paruo quodam auxilio iuuabuntur, ut respirare eis paulisper liceat. Et multi quidem tunc sese illis sociabunt: sed hoc amicitia simulata ac nihil sincera, siquidem ex eruditionibus nonnulli cadent, ut igne explorati mudentur ac dealbentur, dum persecutionis & dubia haec tempora durant. nam & aliud seculum nos expectamus. Porro rex ille sceleratus ac Dei aduersarius, pro sua libidine ac uoluntate grassans atque desatuiens, sese effereat, atque supra omnem Deum se extolleret: adeo, ut contra ipsum Deum deorum, contra Deum inquam optimum maximum miranda, supraque modum superba locutus sit: id quod ille impune adhuc faciet, neque male cessurum ipsi est, donec consummata fuerit Domino Deo ira, eamque in populum suum conceptam, plenè euouerit: ita enim Domino Deo decretum est, ut tandem haec tam abominanda

Veniet super eum trieres & Romani.

Faciet iuxta uoluntatem suam rex, et eleuabitur aduersus omnem Deum.

adit in locum eius uilissimus, & indignus deo uere regio.

Et rex Aegypti proregebitur ad bellum multis acerbis.

abominanda finem habeant. Quin & Deum patrum suorum ille nihil moraturus est, ut qui de eo nihil intelligat: neque mulierum etiam curabit concupiscenciam, ut in cœlibatu suo credatur maiore esse uitæ sanctimonia & puritate. Imò doctrinis demoniorum auscultans, & spiritibus impostoribus, nullum ille Deum curaturus est. siquidē scelerosus hic, ac uerè perditionis filius, & Dei aduersarius, efferet sese aduersus omnē qui dicitur Deus, aut numen: adeo, ut in templum Dei sese collocaturus sit, ostentans seipsum esse Deum: nimirum quando hominum mentibus atque conscientijs imperare uolens, eos suis statutis illaqueatos tenebit, ac sibi uelut uero uiuōque Deo obstrictos. Reijciens uerò Deum patrum suorum, loco eius colet ac uenerabitur deum Maysim, siue fortitudinum, fortia nimirum ac præstantiora templa ubilibet inhabitantem. Quem tamen patres eius superioribus seculis nunquā coluerunt, atque adeo ne nouerūt quidem, aut quicquam de eo fando audierunt. Atqui hic sedulus huius Dei sui cultor, gladio igneque pro eo decertans, colet: inclusumque eum seruabit auro, argento, gemmis, ac preciosissimis quibusque cimelijs. Et statuet plerosque uelut in præfidijs deo suo Maysim, quos magna gloria cohortetatos, ad magna euehet: certos terræ agros ipsis distributurus, pro mercede sui laboris, quem defendendo atque conseruando deo Maysim, (deo inquam tam alieno, absurdo, ac peregrino) impendunt. Et tandem quidē rex Austri cum eo congregietur: & rex aquilonis instar turbinis, curribus, equitibus, & magna classe in ipsum irruet. Et in terrā eius irruptio ne facta, omnia nullo labore, ac nemine resistente uastabit. Deinde uerò inuadet etiam terram Israeliticam, omnium terrarum desideratissimam ac præstantissimam, ueram nimirum Dei ecclesiam, in qua complures piorum perdentur, atque enecabuntur: sed Edom, Moab, & potior pars filiorum Ammon, omnes nimirum impij, manum eius euadent. Immittet autem manum suam in complusculas regiones, quæ aduersus ipsum nihil poterūt. Siquidem ne Aegyptus quidem poterit euadere. Prædiues enim erit thesaurorum auri & argenti, atque omnis rei speciosæ, ab Aegyptijs Libybus & Aethiopicis extortæ. siquidem hos omnes inuasit, atque diuexare & expilare solitus est. Nouissimè uerò, rumoribus malis hinc illinc ab oriente atque aquilone allatis, quod illic eum sua regna destituant, atque ab ipso defectionem parent, multa ira percitus egredietur ad perdendum, atque interimendum plurimos: & tabernaculum palatii, aut aulæ suæ construere inter maria, mortuum nimirum & mediterraneum, in monte Dei sancto ac inclyto: quippe qui hominum mentibus ac conscientijs, ubi solius Dei opt. max. sedes est, dominari uolet. Porro ubi finis atque interitus eius appetet, tum nemo unus erit qui ei opem ferat, aut ullo sit auxilio.

Deum Mao
sim in loco
suo uenera-
bitur.

I llo autem tempore, quo ad finem suum uerget eius regnum, qui se tam ex diametro, tamque manifestè Messia Domino præbet aduersarium, confurget Michael, magni consilij angelus, qui stat pro populo tuo, ueris nimirum Israelitis, ut eos tueatur, atque ab aduersariorum insectationibus liberet ac seruet. Tempus enim tunc futurum est periculosum adeo, ac plenum omni tribulatione, ut ab exordio mundi ad eum usque diem nullum uisum sit simile. Sed bono animo sit populus, qui tali ex protectore pendens perire non potest. siquidem tunc temporis omnis tuus populus seruiabitur, quisquis libro uitæ inscriptus fuerit: nempe qui non nomine tantum, sed uerè fuerit Israeliticus. Et tunc quidē, prorsus declinato Antichristi regno, multi ex his qui dormiunt in terræ puluere, expergefatti euigilabunt: hi quidem (ut quorū in resurrectione pars futura sit) ad uitam æternam, nunquam nimirum amplius morituri: ubi alios sub rerū omnium consummationem, manebit opprobrium atque contemptus sempiternus. Porro his tam difficilibus temporibus, non deerunt suo officio uiri pie eruditi: doctores enim alios, fulgebunt atque inclarerunt ueluti splendor firmamenti. Et multos ad iusticiam adducetes, quæ per fidem ex uno Dño Messia nostro est, lucebunt ac præclari erunt, ueluti stellæ nunquam interiturae. Sed tu Daniel, quando multis abhinc seculis hæc demum uentura sunt, inuolucris obtesta habere uerba hæc: atque librum, cui hæc inscribes, obsignato, dum tempus illis rebus statutum adueniat. Tunc sanè complures huc illuc discurrent, ad inquirendum uerbum, ac uoluntatem Domini. Et ita quidem Scripturas omnes tunc perscrutabuntur, atque explicabuntur, ut ueræ fidei, sacrarūque rerum, siue imminētis felicitatis, multa futura sit cognitio. Postquam uerò per longum hoc colloquium habuit mecum angelus, iamque ille disparsens me reliquisset: tunc quidem e-go huc illuc dispiciens, uidi stantes duos alios angelos, Persidis nimirum & Græciæ, ad ripam fluminis Tigris alterum quidem hinc, & alterum illinc: & unus quidem eorum, uelut ram uariarum ac multarum calamitatum percussus, rogabat uirum illum lineis indutum, qui iam super ipsas fluminis aquas consistebat: Quis tandem tam obstupescendarum, atque calamitosarum rerum finis esset. & quid uir ille lineis indutus, ac super aquas consistens, illi ad hæc responderit, audiui quoque. Nam manibus suis, tum dextera tum sinistra in cœlum sublatis, ueluti quo Deum testaretur, iurauit per uiuentem in secula, quod tribus annis & semis, duratura esset hæc afflictio, nimirum donec ad plenam consummata fuerit dispersio populi Dei: & quod tunc tandem uniuersa hæc dabitur uide-re completa. Et hoc quidem cum audissem, non intellexi tamen. Vnde audaculum me prebens: Domine, inquam ego ipse, quis horum omnium

Multi de his
qui dormiunt
in terræ pul-
uere, euigila-
bunt.

Vsq; quos
nis bene
mirabilis

omnium ultimus finis erit. Tum ille uelut plu-
ra rogari recusans: Tu quietum te præbe, ac ua-
de Daniel, inq̄t, siquidē hęc clausa atq̄ obfigna-
ta manēt: neq̄ a quoq̄ satis intelligētur, donec
ultimus ipse finis appetat. Interim uerò iusti
cōplures iustificabunt adhuc, perpurgandi, de
albandi ac uelut igne probādi. Sed impij in sor-
dibus suis magis ac magis sordescentes, impiē
semper facturi sunt; neq̄ tota illorum cohors
quicquam est intellectu. Caterum piē do-
cti, illi tunc rē intellectu sunt, & adhorraturi
pios omnes, ut attollant capita sua, ac sese ad
appropinquantem sui redemptionem exhila-
rent. Nam ut iterum hoc tibi reperā: A tempo-
re quo remotū erit iuge sacrificiū, hoc est, quo
uerus Dei cultus ē templo ipsi sacro erit subla-
tus, ac positum illic fuerit abominādum illud
idolum, quod pios omnes in admirationem
ac stuporem rapiat, erunt dies mille ducēti &
nonaginta. Et beatus quidem is meritō censē-
tus est, cui dabitur uiuere dies mille trecentos
& triginta quinque. nam per hos quadraginta
quinq̄ dies superiori summæ additos, tempo-
ra habebimus refrigerationis a cōspectu Dei.
Et promicabit cœlitus ille q̄ uēturus est, & quē
nunc cœlum tenere oportet, usq̄ ad tempora
restitutionis omnium. Caterum tu Daniel,
antequam hęc eueniant, morieris, atque dulci
somnia consopitus quiesces. Et in nouissimo
die, resurgētibus nimirum mortuis omnibus, 30
sortem ferēs te dignam.

C A P V T X I I I.

Sufannæ historia.

His autem iisdē temporib. quādo excellē-
tissimi diuinitq̄ planē iudiciū adolescens
Daniel, Babylone fuit, unā cum uniuersis
populo ad demigrandum in terram Baby-
loniam coactō, atq̄ illic captiuo: admirādum
quoddam suæ uirtutis ille specimen dedit, a-
dolescens etiam nū ac priuatus, inter presbyte-
ros, ac senatorij ordinis uiros, & paruus, in re
maxima, atq̄ capitali. Habebat autem Baby-
lone inter ceteros illuc abuectos uir quidam
præclarus, ac Iudaica in gente primarius, no-
mine Ioachimus: qui uxore sibi duxit, cui Su-
fannæ nomen erat: quæ patre prognata fuit
Helchia, uiro probo ac laudatō. Nam Sufanna
ut præstanti forma erat, ita & Dei timens, ex
piorum parentum institutione Mosaicam le-
gem pulchrē doctā, ad eandem etiam Babylo-
ne suam uitā instituebat, impiam Babylonio-
rum religionem subterfugiens, atq̄ omnem ui-
tæ commaculandæ occasionem sedulo cauens
achorrens. Porro Ioachimus maritus eius, uir
suis diues ac præpotens, & habuit pomarium
perquam pulchrum, suis ædibus uicinum. Ad
hūc uerò, quod omniū facile præclarissimus,
& apud omnes ob eximiam pietatem & pru-
dentiam summo in honore esset, complures ē
Iudaico populo confuebat: aliq̄ ut uirū con-
sulerent, aliq̄ quod opis indigi essent, ac ius suū
persequerentur: aut etiam ut affabilitate uiri,
morumq̄ eius comitate sese reficerent. Acci-

dit autem, ut eodem illo anno quo res hæc ge-
sta est, duo de populi senioribus iudices con-
stituti sint, qui populo Iudaico præessent,
atque permittente id iam rege Nabuchodo-
nosore, ius dicerent, populumq̄ moderaren-
tur. At hi ex illis fuerunt, de qualibus testatus
aliquando Dominus est: Quod iniquitas Ba-
bylone ex ipsis presbyteris, ex uiris iudici-
bus profectura esset, penes quos populi es-
set moderatio, ac rerum omnium gubernacu-
la. Porro dum hos sibi constitutos habue-
runt iudices, frequētantur & ipsi Ioachimi hu-
ius ædes: siquidem hic uelut pro tribunali con-
sidentes, uocabant iuri dicundo, ac dirimen-
dis populi litibus & controuersijs. Cum ue-
rò populus de more sub meridiem iam ad su-
as quisq̄ ædes digressus esset, solebat Ioachi-
mi coniunx Sufanna, animi causā mariti sui
hortos subinde ingredi, atq̄ in iisdem deam-
bulatiuicula aliqua se recreare, ac reficere. At
scelerati illi duo presbyteri, ac uiri iudices, dū
quotidie eam domi suæ uident res suas accu-
rantem, quodq̄ singulis ferē diebus mariti sui
pomariū ingressa, illic uoluptatis gratia inam-
bularet, capti amore eius, miserē in eā deperi-
re cœperūt, adeo ut animis obcæcati, ne cœlū
quidem oculis suis contueri, atq̄ illud inhabi-
tantem Dominum timere curarint. Nihil etiā
sui officij memores, dum negligunt populo
ius dicere, ac litigantis populi cōtrouersias di-
rimere. Et cum quidem uterque huius amore
miserē inardesceret atque insaniret, neuter ta-
men alteri suum morbum aperuit: siquidem
pudebat eos proferre, quibus æstuant libidi-
nibus, quantoq̄ flagrarent incendio, atque a-
more eius potiundæ. Cum uerò malē perdi-
ti sedulo admodum in hoc incuberent, ut quo-
tidie eam uel uidere possent, quæ res amoris
spicula acuebat: alter aliquando alterum ad-
hortatus, ut quia prandendi tempus erat, do-
mum abirent, illinc sunt digressi, suam uterq̄
uiam, ac domum uersus. Caterum cum iam
diuersis itineribus disuncti, rursum in eūdem
conuenirent locum, ubi alter in alterum inci-
debat, mirati id sunt. Dumq̄ hic alter alterum
percontatur, qua de causā eundem hunc in lo-
cum conueniant, tādē confessi sunt inuicem
suam libidinem, & scelerati amoris incendia.
Et inito consilio, de tēpore inter se statuerunt,
quo Sufannam possent aliquando deprehen-
dere solam. Hęc itaque conspiratione facta,
dum scelerati illi suæ libidini tēpus obseruant
accommodum & opportunum, accidit, ut Su-
fanna nihil suspiciās mali, pro quotidiano mo-
re suo, duabus comitata pedisequis, ad se la-
uandum abiret in coniugis sui pomarium: si-
quidem ingens iam ætus erat. Cum uerò nul-
lus illic esset, præter duos nefarios illos senes,
de quibus Sufanna nesciebat: quippe qui sese
in hortis abdiderant, obseruaturi Sufannam,
si illuc ueniret, & quid illa rei in pomario face-
ret: ipsa uerò se solam putans, pedisequis iu-
bet, ut oleum, unguenta, atque smegma adfe-
rant;

Egressa est
iniquitas de
Babylone a
senioribus iu-
dicibus.

Confessi
sunt concu-
piscentiam
suam.

Claustrum
significat
mones usq̄
ad presby-
terum.

Erant uir be-
bilis in Ba-
bylone, et
nomen eius
Ioachim.

rant, dū se lauare cogitat, clausis primū hor-
torum portis. uerecundiæ enim suę prospectū
uolens, timebat ne quis illuc fortet fortuna
posset irrumpere. Et puellę quidem, ita ut ius-
sæ erant, conclusis omnibus pomarij portis,
per posticum quoddam de ipso egressæ sunt,
ea quæ pia Susanna mandarat allaturæ. neq;
enim his, de sceleratis presbyteris, quicquam
cōstabat: quippe qui ita sese abditos seruabāt,
ne à quoquā uideri possent. Postquam uerò
iam à sua hera pedisseque digressæ sunt, & Su-
fanna illic remansit sola. profiliunt cōtinuò sce-
lerati illi, & ad illam concurrentes, ut malis u-
rebantur incendijs, de stupro confestim eam
appellant, modis omnibus eam rogantes, ut
ipsis sui copiā faceret: id quod sine omni incō-
modo hac rei opportunitate facile posset. nā
soli hic fumus, aiebant: absq; arbitris res age-
tur. & portæ quidem pomarij probè clausæ
sunt, ne quis nos opprimat, de improuiso huc
irrupens. Et quando tanto tui amore arde-
mus, indignum certè fuerit, si recuses amanti-
bus obsequi, ac te nobis dare, ut nostro in te
amori fiat satis. Certè si te nobis hic inexorabi-
lem præbeas, neque supplices admittas, gra-
uissimum & tibi & toti domui tuæ cōciliabis
malum. siquidem concorditer, unoq; ore ad-
uersum te testificabimur, hic tecum adolescen-
tem quandam fuisse, cuius potiūdi gratia pe-
dissequas de pomario ablegaris. His alijs que
uerbis, modò rogitando, modò minitendo ca-
stæ femine animū oppugnarunt, sed non ex-
pugnarunt. Illa enim subita hac inuasiōe at-
tonita, altū ductis suspirijs ingemiscēs: Me
miseram, inquit, quantis ego hic undiq; præ-
mor angustijs. Nam siue hoc facio, uestroq; a-
mori obsequor, mors mihi impendet atq; præ-
stō est: siue recuso, atq; me illibatam seruo, nō
effugiam uestras manus, sceleratasq; calum-
nias. Præstiterit tamen, ut detrectando serua-
ta innocētia in uestras manus incidam, quā
ut nocens & adultera hoc mali in Domini cō-
spectu designem. Qua quidem rei ita perpensa,
illa altū clamare atq; quiritari, accurrere
cupiens qui opem ferrent, atq; horum uim a-
uerterent. Illi uerò cōtrā uociferari & constre-
pere. Et eorum alter quidem ad pomarij ia-
nuam accurrens, eam aperuit, introuenire de-
siderans quibus aperiret, Susannam in adulte-
rio hic esse deprehensam. At ubi domestici hūc
de pomario clamorem audierunt, euestigiō
per posticū in illud exiliunt, cognituri quid a-
geretur. quidq; clamor ille sibi uellet. Et post-
quam improbissimos senes de adulterio Su-
fannam calumniantes audierunt, mæsti ac plu-
rimū dolentes, magno pudore perfuni sunt.
Nam nihil tale unquam de Susanna auditum
erat: quippe quę castior erat, moribusq; per o-
mnia inculpatoribus, quā ut de ipsa menti-
ri quisquam auderet. Postero uerò die, post-
quam res tota iam urbe sparsa fuit, & cum po-
pulus persequendi iuris sui gratia, in ædes Ioa-
chimi iam de more conueniret, accesserunt &

omnium sceleratissimi presbyteri hi, nefaria
in miseram Susannam cogitantes. Toto nimit-
rum pectore in hoc erant, ut Susannam inno-
centem, adulterij criminatam, turpi morte de
medio tollerent. Itaque effronte, infandaque
audacia, uniuersa illa populi corona circum-
stante: Adducite huc, inquit, in iudicium Su-
fannam, Helchiæ filiam, Iochimi uxorem.
Non sunt reueriti scilicet boni hi iudices, per-
sonam diuitis. Emisissis itaque satellitibus, ac-
cersita Susanna est, innocēs ad nocētissimos,
pia ad impijssimos, pudica & casta ad impu-
dicissimos, omnique luxu perditos. Quæ inte-
quissimorum iudicum iussu obtemperans,
multū pudefacta, ac miserè tremēs, unā cum
optimis parentibus ac dulcissimis liberis, ac
omnibus sibi cognatis ad eos accedit, iam ca-
pitis sui causam dictura apud iudices, quos si-
bi accusatores habebat, & iniquissimos. Por-
rò Susanna, cum delicata admodum ac tene-
ra, & supra modum formosa, in iudicium ue-
nisset obuelata, conscelerati hi iudices, ut eius
pulchritudine suos oculos pascere, ac impu-
rum animum eius aspectu explerent, cōtinuò
iubent eam retegī, atq; omnium oculis se con-
spiciendam dare: id quod omnes qui ipsam cō-
tingebant, simul & omnes quotquot eam no-
rant, ubertim flebant, multoque dolore ac ge-
mitu contuebantur. Et hic nefarij iudices in
media populi turba exurgēs, innocentis ca-
piti nocētissimas suas imponunt manus, in-
reuerendo facinus confirmaturi, quod falsō
adeo miseræ obijciebant. At illa multis lachri-
mis oculos perfusa nitentes, defixis stabat in
cælum luminibus, ut quæ in Deo, cæli Domi-
no, spem omnē suam haberet repositam. Per-
iuri uerò presbyteri iusiurandum daturi, in
hunc modum dixerunt: Cum nos in hortis so-
li deambularem, hæc cum duabus pedisse-
quis illuc introgressa est. Et callida quidem
hæc, cum has clausis horrorum ianuis aman-
dasset, uenit ad eam iuuenis quidam, qui sese
illic in latebris abdiderat, & cum ipsa concu-
buit: nos uerò qui horrorum in angulo subsi-
stentes scelus hoc contuebamur, tandem ad i-
psos accurrimus, & rei nefariæ indulgentes ui-
dimus. Illum uerò, quod uiribus præstabat, illi
nequiuimus comprehendere, sed aperta ianua
sibi consulens aufugit. Dum uerò hanc præ-
hensam super eo rogamus, quis nā adolescēs
ille esset, modis omnibus id aperire recusat.
Cuius quidem rei nos sub conspectu Domini
Dei nostri hic testes sumus. Cum autē omnis
circumstantium cōuentus ac multitudo, huic
seniorum ac uiuorum iudicum testimonio cre-
deret: innocens Susanna, nullo sibi inficiandi
loco relicto, capitis damnata est. Quæ neq; à
parōtib; neq; ab ullis cognatorum suorum,
auxilij quicquam adferri posse cōspiciens, ad
Dominum Deum conuersa, clara uoce ipsum
inuocans, in hunc modum locuta est: Deus æ-
terne ac immortalis, inquit, cui nihil abditum
est, aut occultum, etiam res omnes antequam
fiant,

Cum autem
egressæ es-
sent puella.

Angustie
sum mihi
undiq;

Postquam
senes locuti
sunt, erubue-
runt serui
uehemētē.

Susanna e-
rat delicata
nimis, &
pulchra
etc.

illum quidē
non quia
mus compre-
hendere.

Deum eter-
ne, qui ab-
ditum
cognitum

stant, cognitās habens. Quanquam suo periu-
 rio hi homines fallant, te certe non fallunt, qui
 scis eos falsum contra me tulisse testimonium,
 adeo ut moriendum innocenti mihi sit: quæ
 omnium istorum, quæ isti ex composito, desti-
 nataq; malitia de me confingunt, atque falso
 testantur, nihil planè cõmisi, ac ne cogitavi qui-
 dem. Tu Deus innocentia meæ testis es, atq;
 uindex eris. Dominus autem Deus, qui suo-
 rum preces nunquam negligit, neque auerfa-
 tur, hanc Susannæ suæ orationem respexit, at-
 que exaudiuit. Nam cum iam ad supplicij lo-
 cum lapidibus obruenda educeretur, excita-
 uit animum iuuenis cuiusdam adolescentis,
 cui Danieli nomen erat, qui sublata de circum-
 curstante multitudine uoce sua, perquam cla-
 re & altum exclamauit, se à fundendo inno-
 centis huius sanguine infontem esse ac mun-
 dum: ut qui iniustæ horum sententia non sub-
 scriberet. Ad quem quidem clamorem, dum
 uniuersa populi multitudo se ad ipsum cõuer-
 tit, interrogans quid iste clamor, taliaq; eius
 uerba quæ profundeabat, sibi uellent, quorum-
 ue spectarent: ille animosè admodum iam in-
 ter omnes consistens medius: Ita ne, inquit,
 frusti atque amentes estis, uiri Israelitæ, ut ci-
 tra rei disquisitionem, nudis tantummodo ho-
 rum dictis credentes, Israelitidum capitis dam-
 netis, rei ueritate nihil comperta? Redite in-
 curiam, exactius omni de re cognituri. Nam
 nisi me fallit omne meum iudiciũ, uiri illi pres-
 byteri, atque causæ iudices, falsum in hanc di-
 xerunt testimonium. Itaque ad hanc adole-
 scentis uocem, tota simul multitudo, cõtinuò
 retrò trahebatur, ac festinanter se ad curiam re-
 cipiebat. Cunctos enim pereuntis Susannæ mi-
 serescibat, ut cuius probitatem haberent cog-
 nitissimam, & abundè spectatam. Cum uerò
 iam reditum esset in curiam, uiri seniores
 desse iubent Danielem, atque eum inter ipsos
 considerare, ut qui ex uero sententiam ferret: si-
 quidem Deus ei senile hoc munus tradidisset.
 & Daniel certè hic nihil tergiversatus, iussit ut
 alter ab altero longiusculè disungeretur: quip-
 pe qui eos seorsum super hac sua accusatione
 esset examinaturus. Vbi uerò separatim iam
 suo uterque stetit loco, alterum ipsorum ad se
 euocans: Sceleratissime ueterator, inquit, nũc
 tandem se produnt tua peccata, omnisq; tua
 iniquitas & malitia: quæ antehac iniustus iudi-
 cius exercendis commisisti, quando munerum
 gratia, aut alijs nescio quibus affectibus du-
 ctus, infontes malè multasti, & oppressisti,
 fontes uicissim liberans & absoluens, id quod
 à Domino Deo sedulo adeo prohibitum nos-
 sti, ac uetitum, ut ne iustum atque infontem in-
 terficiamus. Sed age, quando hoc tu facinus te-
 uidisse asseueras, tamq; religioso id iuramen-
 to confirmas: dic mihi, qua nam sub arbore
 horum concubitus uideris. Ille uerò incun-
 ctanter lentiscum nominat. Tum Daniel hoc
 mendacio commotior: Rectè ac splendide in-
 tuum ipsius caput mendacium hoc mentiris,

inquit, summo tuo malo: siquidem ange-
 lus Domini diuinitus sibi mandato tradito,
 mendacem te dissecabit medium. Et Daniel
 quidem ut ementitæ horum calumnia omni-
 bus liquido constarent, hoc dimisso, iussit ad-
 duci alterum illum. & huic quidem ante se cõ-
 stituto: Tu Chananæi seminis, inquit, & mini-
 me Iudaici generis, innocentis formæ forma
 te decepit, atque in hoc mali pertraxit: siqui-
 dem mala fuisti captus libidine, quæ tibi ani-
 mum uiciauit, & peruertit. Et ad hũc quidem
 modum egistis cum filiabus Israeliticis, quæ
 præ metu uestrum cõgressum passæ sunt, dum
 grauibus minis perterritæ, quò se uerterent,
 nescierunt. Verum hæc Iudaicæ uirtutis incul-
 patissima uirago, Deum metuens magis quam
 uos, uestris conatibus restitit, neque uestram
 impuritatem passæ est, aut admisit. Sed dic ob-
 secro mihi, quando tam obfirmatum in hac
 perdenda habes animum: sub cuius generis
 arbore deprehendisti illos unã cubantes? Et
 ille quidem hac quæstione irretitus, Sub prinò,
 inquit. Itaque dum ex uariantibus horum re-
 sponsis sese scelerata horum calumnia aperit:
 Et tu, inquit Daniel, rectè ac splendide hæc in-
 tuum ipsius caput mentiris, magno tuo malo
 has aduersus innocentem technas commen-
 tus: angelus enim Domini, cuius oculos latè-
 re non potuisti, stricto gladio te manet, qui te
 medium diffindat, atque ambos uos malè pro
 uestra malitia perdat. Hic omnis illa circum-
 stantis populi multitudo in altum sublatis uo-
 cibus, mirum in modum gauisa est: simul om-
 nes Deum collaudantes, ut qui in se sperantes
 non destitueret, atque eos seruaret. Et insur-
 gentes in duos hos presbyteros, iam per Da-
 nielem tam dilucidis argumentis periurij reui-
 ctos, eadè illos pœna ex Mosaicæ legis præscri-
 pto dånarunt, atq; perdiderunt, quã per caluniã
 miseræ Susannæ tam malitiosè intenderat. Atq;
 ita quidem illò die uindicatus continuò fuit
 innocentis Susannæ innoxius sanguis, cui qui-
 dem cum omnes hæc liberationem plurimum
 gratularentur, tum maxime uerò de ea gauisi
 atque lætati sunt pij parentes, Helchias cum
 sua uxore, Susannæ matre: qui cum ipsius mari-
 to Ioachimo, multo mærore ferè consumpro
 ac emortuo, simul & cum omnibus cognatis,
 immortales Domino Deo egerunt gratias,
 super admiranda hac innocentis Susannæ re-
 demptione: quodq; nullum probrosam faci-
 nus in ipsa inuentum esset, quod honestissimæ
 familiæ turpitudini ac dehonestamento esse
 posset. Itaque Daniel ex hoc tam præclaro fá-
 cto, magnæ apud populum ab illo die autori-
 tatis fuit, in magna habitus gratia & gloria.

Exclamauit
 itaq; omnis
 cœtus uoce
 magna

CAPVT XIII.

Belis historia.

POST hæc uerò, expugnata per Cyrum Ba-
 bylone, atque impio Balthasare interfe-
 cto, ita ut iam ad Persas & Medos monar-
 chia deuolueretur: tandem & Medorum re-
 ge Astyage mortuo, successit in ipsius locũ, ac

x 2 Medo-

Reuertimini
 ad iudicium,
 quia falsum
 testimonium
 locuti sunt.
 Quæretis
 aliter malo-
 rum, nũc ue-
 strum, pec-
 cata uia.
 Rectè menti-
 tur in ca-
 pite suo

Erat idolu apud Baby lonios nomi ne Bel.

Medorum regnū Cyrus Persa, Aftyagis ex fi-
 lia nepos. Hic uerò iam solus rerū omniū po-
 titus, Danielem eximie charū, multoq; in ho-
 nore habuit, adeò ut is conuictor & multo fa-
 miliariſſimus ei fuerit, ſupra omnes etiam a-
 micos alios dilectus illi & gratus. Porro ſimu-
 lacrum quoddam tunc Babylonijſ fuit, nomi-
 ne Bel. hoc enim ſuo patri Belo conſtituerat,
 atq; dedicarat rex Ninus. Singulis uerò die-
 bus in hoc ſimulachrum ex regia benignitate
 impendebantur ſimile duodecim artabæ (ca-
 pit autem menſura hæc ſextarios ſeptuaginta
 duos) Huc accedebant præter oues quadragin-
 ta, ſex uini metretæ. tantoq; in honore hoc ſi-
 mulacrū fuit, ut & rex ipſe illud coleret: nullū
 omittens diem, quin in templum ſe conferēs,
 ſingulis diebus illud ueneraretur, atq; adora-
 ret. Daniel uerò cum ſpretis idolis omnibus,
 ſolum ſuum Deum inuocaret atque adora-
 ret, nullos agnoſcens deos alios: percontatus
 tandem ipſum eſt rex, quid cauſæ eſſet, quòd
 Belum ipſum tanto omnibus in honore habi-
 tū, non ueneraretur, neq; ullū ei haberet hono-
 rem? Et ille quidē ſine inuolucris hic ingenuè
 regi reſpondens, negauit ſe colere ſimulacra
 manufacta: Sed ueneror, inquit, atque adoro
 Deum uerum ac uiuum, per quem & cælum
 & terra condita ſunt, quiq; omnium rerum
 humana: um principatum tenens, cuncta ſuo
 arbitratu moderatur ac dirigit. Et tu de Belo,
 inquit rex, quid ſentis? An ne Deus ipſe uiuus
 ac uerus eſt? Certè præ oculis uides, quantum
 ille quotidie & edat & bibat, quæ ſanè certa ui-
 ta: argumenta ſunt. Ad quæ quidē uerba ſubri-
 denti ore reſpondens Daniel: Ne erres, ô rex,
 inquit, neq; iſtiusmodi quicquam tibi perſua-
 de. Hic enim enim intrinſecus luteus ſit, & ex-
 trinſecus æreus, nihil quicquam nec edit, nec
 bibit, quantum uis multus hic abſumatur cibus,
 atq; potus etiam. Itaq; rex ira percitus, omnes
 Beli ſacerdotes acceſſit atq; cõuocat, ſuper ci-
 bis his qui conſumebantur, certior fieri uolēs.
 ubi uerò iam cõueniſſent: Niſi mihi dixeritis,
 inquit, quis ſumptum hunc conſumat, de om-
 nium ueſtrū uita actū eſt: neq; enim hic tene-
 ri uolo dubius. Si uerò per Belum abſumi hæc
 docueritis, moriendum erit Danieli, qui Beli
 numē nihil moratus, de eo malè loquitur; atq;
 ipſi obtrectat. Et hæc quidē conditionem cõri-
 nud accipiēs Daniel: Fiat, inquit, ira ut iubes,
 ô rex: neq; enim hanc legē detrecto. Porro Be-
 lus hic ſacerdotes habebat ſeptuaginta, qui
 præter ipſorum uxores ac liberos hoſce cibos
 abſumebāt. Poſtquam ergo Daniel unus, ad-
 uerſus tantam multitudinem hoc certamen ſu-
 ſcepit, rex unā cū Daniele Beli huius templū
 ingreſſus eſt, ubi ſacerdotes ipſi iuſta cū reue-
 rentia regem allocuti: Ecce, dicebant, nos de
 templo foras concedimus. Tu uerò, ô rex, de
 more hic cibus appoſitis ac uino inuſo, tem-
 pli oſtium claudito, atq; adeò, ne quid metuas
 doli, annulo tuo ſignatorio illud obſignato.
 quòd ſi mane rediēs nō comperias ab ipſo Be-

Non ne ui- detur tibi eſ- ſe Bel uiuēs Deus?

lo abſumpta omnia, non recuſamus perimi, ac
 morte pœnas luere. Contra uerò, ſi aduerſus
 Beli numen, atque nos mentitus deprehende-
 tur Daniel, necabitur ipſe. Erant autem ſecle-
 rati illi hac ratione audēiores ac ſecuri, quòd
 clandestinum quendam ſub menſa habebant
 aditum, per quem aſſidue ad abſumenda illa
 introibant. Sed non eſt conſilium, neque ulla
 ſapientia contra Dominum. Nam illis de tem-
 plo digreſſis, cum iam rex Belo omnia appo-
 ſuiſſet, cūctaque probè curata eſſent, inſiſit Da-
 niel ſamulis ſuis, ut allatis cineribus, totius tē-
 pli ſolum illis conſpergerent: id que, præter
 unum regem, nemine præſente. Quod ubi ac-
 curatum fuit, ocluſa per ipſos ianua eſt, & re-
 gio annulo ea obſignata, ſuam quiſq; diſceſ-
 runt uiam. Neſarij uerò ſacerdotes illi, iam de
 uictoria aduerſus Danielem ſecuri, ſuo more
 de nocte uenerunt, unā cum uxoribus ac libe-
 ris: & omnia Belo appoſita perederunt, atque
 ebiberunt. Rex uerò cognoscendæ ueritatis
 auidus, primo diluculo ſurgens, cum Daniele
 ad templum approperebat. Et ocluſas etiam
 num, atque obſignatas uidens ianuas: Salua-
 ne, inquit, ô Daniel, ſigna ſunt? Annuit Da-
 niel, conſitens ſalua illa eſſe & illaſa. Et ſimul
 ac ianua aperta fuit, continuò rex appoſitam
 Belo menſam conſpexit omni cibo uacua.
 Vnde altum ſublata uoce clamar: Magnum ue-
 rum que Deum eſſe Belum, neq; ullum in ip-
 ſo dolum eſſe. Porro Daniel clamorem hunc
 regium ridens, pallio ipſum prehendiſt, atque
 ab introitu retinet: & templi ſolum quod cine-
 ribus conſperſerant, ipſum intueri iubet, ro-
 gans quæ nam hæc pedum ueſtigia eſſent, quæ
 cineri cernebant impreſſa. Et reſpondens rex,
 ueſtigia ſe dixit uidere uiroꝝ, mulierum &
 pueroꝝ. Qua ſanè re animaduerſa, commo-
 tus rex, ſacerdotes ipſos unā cum uxoribus
 ac liberis comprehendit. Ex quibus ut de clan-
 deſtino cognouit introitu, per quem templū
 ingreſſi, ea quæ Belo apponebantur, perede-
 rant atque ebibeant, tradidit eos necandos:
 Belum ipſum permittens libidini Danielis,
 per quem & ipſe & templum eius deſtructa
 ſunt atque ſubuerſa. Fuit autem ſub id tem-
 poris magnus quidam eodem in loco dra-
 quem Babylonicus populus multo in hono-
 re habens, perquam ſedulò colebat, atque ue-
 nerabatur. quem uulgi errore deceptus rex,
 cum Danieli oſtenderet: Num & hunc, inquit,
 dicēs eſſe æreum, aut luteum? Nam certè uiuit,
 editque ac bibit. Manifeſtior enim hæc res eſt,
 quam ut negari poſſit, hunc non eſſe deum ui-
 uum. Itaque hunc adorato, atque colito. Da-
 niel uerò rege audito, Dominum Deum ſuum
 ſe adorare, atque unum ipſum ſe colere dixit,
 ut qui ſolus eſſet Deus uerus ac uiuus. Sed tu
 Domine mi rex, inquit, fac mihi poteſtatem
 perdendi draconis huius, & ego abſque gla-
 dio, ac ſine ſuſte, ac telo omni, eum tibi con-
 ſciam, ac perimam. Quod ubi per regem
 conſeſſum eſt, atq; licuit, ad perdendum dra-
 conem

Contemne- bāt autem quia ſecurū ſub menſa abſconditū introitum

Magnus eſt Bel, & non eſt apud de- doliſ quæſi- quam.

Et erat dra- co magnus in loco illa

nem se accingens Daniel, sumpsit picem, seuū
& pilos: quæ mixta ille coxit, atque collique-
cit. Porro ubi rursus hæc congelarant, atq;
nonnihil induruerant, confectas hinc offas
draconi in os immisit: quo quidem cibo, cum
draco uelut præsentissimo ueneno diruptus
esset, insultans Babylonis Daniel: Ecce uestra
numina, inquit, ac deum uestrum uiuū, quem
studiosè adeo coluistis atque adorastis. Et Ba-
bylonij quidem huius contumeliæ impatien-
tes, sua numina omnia in hūc modum per Da-
nielem deperdi indignè adeo tulerunt, ut con-
spiratione facta, aduersus regem ipsum inur-
rexerint, propalam dicentes regem per Danie-
lem seductum, iam prorsus Iudæum esse fa-
ctum: quippe qui Belum aboleuisset, ac draco-
nem etiam interemisset, sacerdotibus etiā om-
nibus occisis ac crucidatis. Itaque congloba-
ti magno numero regem aggressi, postulant
sibi dedit Danielem, de quo horum omnium
uindictam sumant, atque deorum suorum ui-
cem ulciscantur, nisi rex ipse unā cum domo sua
tota continuo perimi atque disperire mallet.
Porro rex frementis populi uim pertimescēs,
neq; uidens qua uia tumultuantis uulgi ira se-
dari possit, coactus est eis Danielē dedit. quē
illi acceptū euestigio indicta causa ad specum
leonum abripiunt, inq; illum ipsum immittūt,
deuorandum nimirum à leonibus, quos spe-
cus ipse septem habebat; inter quos ille egit ro-
tos sex dies. Dabantur autem ex more leoni-
bus his septem singulis diebus duo mācipio-
rum corpora, & oues itidem duæ. Verūm
post Danielem in specum coniectum nihil il-
lis datum est, ut tanto auidius Danielem deuo-
rarent. Sed in Iudæa regione propheta qui-
dam fuit, cui Habacuc nomen erat. Hic autem

nir colonus cum esset, edulium quoddā, quod
intrito in catinum pane parauerat, rus defere-
bat, ad messorum suos. Et angelus Domini ad
hunc delapsus, ac ipsum alloquens, iussit ei id-
ipsum prandij quod illic ad manum atque pa-
ratum habebat, deferre Babylonem ad Danie-
lem, in leonum specum agentem. Obstupefas-
ctus autem super hoc angeli mandato Habac-
cuc: Domine, inquit, Babylonem nunquam ui-
di: & qua uia ego specum illum inuenero, de
quo nihil quicquam scio? Hic angelus capitis
sui uertice eumprehendens, de coma capitis
sui suspensum defert eum impetu spiritus sui
Babylonem, constituens eum ad ipsum leo-
num specum: ubi cum Habacuc ipse clamita-
ret, Daniel Daniel, accipe missum tibi à Domi-
no Deo hoc prandium: exhilaratus Daniel, I-
ta ne Domine Deus, inquit, tu adhuc de me cogi-
tas? non derelinquens, qui te obseruant atq;
adamant. Et hoc locutus, surrexit, & diuini-
tus missum sibi cibum, multa cum gratiarum
actione comedit. Ipse uero Domini angelus
prophetam Habacuc confestim in suum repo-
suit locum. Rex uero qui super hoc Danielis
casu plurimum indoluit, septimo die ad lugen-
dum ipsum uenit: qui cum ad specum accessis-
set propius, & Danielem illæsum atque inco-
lumem conspexisset inter leones ipsos cōfide-
re medium, altum sublata uoce clamauit: Ma-
gnus es Domine Deus Danielis, neq; est præ-
ter te, inquit, Deus alius, qui ullo modo tibi
conferatur. Et nihil moratus, statim de specu
eum extrahi curauit: & necis autores, qui in
hoc discrimen Danielē induxerant, in specum
deturbari: qui protinus, præsentē ad-
huc rege, discerpti à leonibus
sunt, atq; deuorati.

Apprehedit
eum angelus
Domini in
uertice eius.

x 3

FINIS PARAPHRASEON IN
Danielē.

E R R A T V M.

Pagina 207. uersu 63. Corrige: conspurcarunt, quam etiam.

Et dixit Da-
niel: Ecce
quem celebra-
tis.

Disserunt ei
dantur leo-
num.

BASILEAE, EX OFFICINA IO.
ANNIS OPORINI, ANNO SALVTIS HV M L
na M. D. LVIII. Mense
Augusto.

LEBENSERZÄHLEN

Der Kaiserlichen Akademie der Wissenschaften

in Wien

Index

1. Band	1-100
2. Band	101-200
3. Band	201-300
4. Band	301-400
5. Band	401-500
6. Band	501-600
7. Band	601-700
8. Band	701-800
9. Band	801-900
10. Band	901-1000

Verlag der Kaiserlichen Akademie der Wissenschaften

in Wien, 1850

PARAPHRASES IN
Duodecim Prophetas quos
Minores uocant:
uidelicet,

Oseam.	Ioelem.
Amos.	Abadiam.
Ionam.	Micheam.
Naum.	Habacuk.
Sophoniam.	Haggæum.
Zachariam.	Malachiam.

I T E M,

In sapientiam Salomonis.

*Authore IOANNE TOSARRIO
Aquiloniano.*

Cum Cæs. Maiest. gratia & priuilegio
ad decennium.

*BASILEAE, PER IOAN-
nem Oporinum.*

PARAPHRASES IN

Duodecim Prophetas duos

Minores vocant

videlicet

- | | |
|-----------|---------|
| Joel. | Oseam. |
| Abdiem. | Amos. |
| Michiam. | Joanam. |
| Habacuc. | Nam. |
| Aggeum. | Ezraem. |
| Malaciam. | Nachum. |

In sapientiam Salomonis.

Imprimatur

Imprimatur

Imprimatur

IOANNES TOSARRIUS AQUILOVICA-

NVS D. G. TRANQVILLO DIETRICH, IN

Oryssopolitanorum republica Senato-
rio uiro S.



O LES, mi TRANQVILLE, non rarò, pro tua ingenuitate & candore, apud me deplorare infelicitatem huius nostri seculi, quòd multis adeò festis, atq; tam uarijs super uera religione controuersijs distractù atq; lacerum, nullis comitijs, colloquijs aut sessionibus, atq; adeò ne patrum quidem Concilio iam semel atq; iterum coactò, ad iustam concordiam, ueramque unionem reduci potest. Verùm enim uero si tecum pro tua perspicacitate diligentiusculè perpèdas, mi frater, quanta sit prima sui facie ipsius sacræ Scripturæ pugnantia, unde dissidia hæc omnia sedari atq; componi oportet: minus admiraberis, atque deplorare etiam desines. Non ne præ oculis uides mi Trâquille, quàm sint diuersa hominum ingenia, dum alij uerè pietatis studiosi sunt, alij superstitiones? & alij rursus apertè scelerati, aut ingenio malo prauoque ad omnia? Et quomodo quæso eiusmodi uerè inter se conueniant? Nulla profectò est communio luci cum tenebris, neque Christo cum Belial. Diximus aliàs còpluacula de Scripturis, extremo sui cortice longum latumque discrepantibus: ut interim taceam, eam hominum contetiosorum deprauatis ingenijs quoquoersum ita torqueri ac protrahi, ut uerè Christianum pectus meritò horreat, atque multis suspirijs inde altum ingemiscat. Confer mihi, quod Matth. 5. legimus, Quisquis irascitur fratri suo temerè, obnoxius erit iudicio: cum eo quod Ecclesiastes septimo capite habet, Melior est ira risu, quia per tristitiam uultus corrigitur animus delinquentis. Lex iubet, honorare ac diligere parentes: Christus autem Dñs non admittit discipulos, nisi qui patrem & matrem oderint: atq; adeò uult ut renunciando omnib. propriam etiam animam odij habeamus. Ioelis secundo, iubemur conuerti ad Dominum ex toto corde, in ieiunio, fletu, & planctu: Esaias uero quinquagesimo octauo, Nolite (exclamat) ieiunare, sicut usque in hunc diem. Num istud est ieiunium quod ego elegi, ut homo per diem sese affligat, &c. Quis, inquit Paulus, potest resistere uoluntati eius? Rom. 9. Diuus autem Stephanus contrà in Actis dicit, Scribas & Phariseos duos ceruice, atque corde incircumcisos, semper restitisse spiritui sancto. Omnia, inquit Propheta regius, quæcunq; uoluit, fecit. & item apud Esaiam: Consiliū meum stabit, & omnis uoluntas mea fiet. Contrà uerò Dominus, quum toties Hierusalem congregare uellet, ueluti gallina congregat pullos suos sub alis, illa recusauit & noluit. Si ex operib. aut lege est iustitia, inquit Paulus, Christus frustra mortuus est. Galat. 2. Non ne prima fronte huic contrariū est illud D. Iacobi, cap. 2: Videtis quòd ex operibus iustificetur homo. Et iterū: Abraham non ne ex factis iustificatus est, quando obtulit Isaac filium suum? Contrarium habes Rom. 4: Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet quod gloriatur, sed non apud Deum, &c. docetque Abrahamo imputatam ex fide iusticiam, ante circumcisionem, atque adeò ante natum Isaacum. promittentis enim sermo de Isaac adhuc nascituro erat, quum stellarum innumera multitude cõmonstrata diceret, Sic erit semen tuum. quod cum ille Deo crederet, imputatum est illi ad iusticiam, &c. Sed quorsum attinet hoc controuersiarum pelagus altius ingredi? Abundè, mi Trâquille, uides, ipsas Scripturas nobis sacrosanctas extero sui cortice ex diametro nonnūquam inter se discrepare, ac inuicem pugnare. Et quid quæso fiet, ubi Scriptura per se nimium pugnat, pugnacibus ac contentiosis torquetur ac diuellitur animis? Nihil sanè, quàm ut nimium altercando amittatur ipsa ueritas. Componi tamen ecclesiasticas oportet controuersias, inquires, ex diuinis Scripturis, idque animis pijs, doctis, ac uerè Christianis, per uiros tum candidos, tum sapientes. Rectè, mi Tranquille, censet. Sed hic me malè habet prius illud seculum, Socraticum uidelicet, quod nostro aliquanto felicius, neque ita inueteratè malum fuisse creditur: & tunc quidem uirum bonum & sapientem uix repperit unum, Millibus è multis hominum consultus Apollo. Quid autem nunc, quum singulatim omnia singulis ferè momentis per præceps dilabū

tur in peius? infatuauit enim Deus sapientiam mundi huius: aut, ut apertius loquar, ultronei aberramus in deuia: neque est qui de semitis antiquis uel cogitet unquam: tantum abest, ut stans super uiam sedulo interroget, aut diligentiuscule requirat. Nemo igitur est hodie qui faciat bonum, ne unus quidem: omnes deflexerunt simul, & inuitiles facti sunt: ita ut meritisimo iure soli sapienti Deo Paulus transcribat omnem gloriam, &c. Hactenus igitur Scripturarum liber omni carni clausus est, atque adeo signaculis septem obfirmatus. Vnde & nobis condolens angelus exclamat in Apocalypsi, Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius? Sed uicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, ut aperiat librum hunc, & soluat septem signacula eius. Hic leo Christus Dominus est, deinde & hi qui Christo Domino conformes sunt in afflictionibus, & qui sub cruce (nusquam enim alibi Paracliti schola est) atque adeo è supernis docentur per ueram unctionem in spiritu sancto. hos in Apocalypsi & Ezechiele signatos Dei seruos nominari legimus, nota nimirum T, hoc est crucis & afflictionis, frontibus suis insignitos: hi sunt, qui & uita & moribus referunt Christum, & ferèdis afflictionibus ipsum uerè expriment. hos meritisimo iure *theodidactos* nominaueris, & aperiendo libro in Christo idoneos. habent enim arrabonem spiritus, habet & cœlitus unctionem illam quæ ipsos doceat omnia: habent Paraclitum ductorem, & inoperantem spiritum sanctum. Porro qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei, hi præstant uoluntatem Patris: cuius uoluntati quicumque obtèperarit, is citra hallucinationè clarè cognoscet de doctrina, utrum ex Deo sit, an ex hominibus: Ioan. 7. Tunc enim auferitur ab oculis nostris uelamen (hoc est, literaria illa in Scripturis obtenebratio) & aperit sese splendor spiritus, ac æternæ charitatis, ueræque concordie fulgor. Apud huiusmodi renatos homines clauis Dauid est, & ferendarum afflictionum ferula, quæ uexatis dat intellectum. Sic Psal. 119. Bonum est mihi Domine, quòd humiliaris me, nimirum ut ea uia discam mandata tua. Sed enim non nisi in modestis ac uerè humiliatis pectoribus, requiescit ille spiritus Domini: ut pote quæ tremant sermones ipsius, ipsumque candidè meruant ac reuerentur, ex intimis penetralibus animi, absque omni fuce. Cæterum ut de Scripturis, hoc est uerè magni maximi Dei oraculis commodiuscule intelligèdis, adhuc semel tecum, mi Tranquille, paulo latius agam: opere precium fuerit uidere, quæ nam hæc septem signacula sint, per quæ omni carni Scripturarum liber parum apertus, immò arctè cõsignatus est. Omnium autem signaculorum clauis humilians ille Dei Spiritus est, animi demissionem atque omnem admodò modestiam assatim docens. Hic est ille Spiritus, qui aperuit Apostolorum mentem, ut Scripturas intelligerent: quas superbi, arrogantes, misereque ut sibi uidebantur oculati Scribæ intelligendo nihil intelligebant. Huius autem Spiritus septem dona siue uirtutes, Esaiæ undecimo descriptas habemus, quæ si in nobis esse comperiatur (ita ut in germanis Christi membris concedet) nullo sanè aut quàm minimo labore signaculis omnibus ordine referatis, librum uidebimus apertum, & intellectu facilem. sic enim edisseruit propheta: Quiescat super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & adimplebit eum spiritus timoris Domini. Atqui cum hoc septiformi ueri Dei spiritu ex diametro pugnat septiformis Sathanæ spiritus, qui septem his signaculis, hoc est, septiformi uirtute sua, imò nequitia potius, aut callida detorsione, scripturas Dei sic nobis distubat, intricat, atque conuoluit, ut nemo, quantumuis in speciem disertus, & ad miraculum usque doctus appareat, commodè eas intelligere possit, aut citra spiritum assequi. Quod ut clarum faciamus, age cum re ipsa cominus congregiamur.

Primum igitur sigillu, siue primu Sathanæ obstaculu, timor est, quo nobis ab hominibus seruiliter nimis & anxie timemus, res sanè multo pessima: quippe quæ timorem magni Dei, qui uerè sapientiæ unicu est & laudabile initiu, sceleratè nobis excutit atque repellit. Alter certè alteru non patitur. ubicuque homo timetur, illic Deus ipse, Dei que laudabile uerbum contènitur, parui sit, nihil que timetur. Cæterum quado iam in Christo renatus, Christum Dñm suum sequi meditatur, per uiam cruciariam (quæ resta in cœlum semita est) baptisma suum expleturus, paulo mox ad intercludendam hanc uiam sese offert nimis hominum timor, ac sæua tyrannis, ita ut ad ueri Dei noticiã, sanctum que eius timorè admodum pauci perueniant: unde tamen nobis, uti diximus, ueræ & solidæ sapientiæ initium est. hic nos miselli homunciones, tamen clamitet Dñs, non timendos qui occidit corpus, &c. metuimus tamen, circumspectantes tremebundi, num de fama, opibus, aut uita

uita periclitandum nobis sit. Magna sanè hæc trabs est, magnū inquam in quod impingimus repagulum, & grate profectò huius libri signaculum: quò sit, ut ad libertatem spiritus, atque purissimam ipsam illam filiorum Dei agnitionem, quæ uita æterna est, pauci admodum pertingere ualeant. Verùm enim uero postquam omnem seruillem timorem foràs eiecerimus, iam noua quadam metamorphosi innouamur. deinde omnibus quæ possidemus renunciandum: abneganda uxor, agri, domus, frater, soror, & nati dulces, exoptatiq; parentes, quin & propria etiam anima, si diuina condiscere uelimus, & scripturas Dei non pro humano timore intelligere ac interpretari: id quod mundus, nihil ad regnum Dei doctus, assolet, uolens ferulam Christi subterfugere, &c. Atqui diuinas Scripturas oportet perstare integras ac illæsas, idq; in spiritu sancto, iuxta energiticam sententiam, aut uoluntatem magni Dei. Et quid quæso tractant illæ? num humana, aut politica? minutula sunt hæc, mi Tranquille. Quid igitur? num philosophica? indigna hæc, & subinde uana. Quid ergo? de perferèda cruce, de anima per patientiam possidenda, de linquendis simul omnibus, patre, matre, uxore, filijs, domo, agris, sed & propria etiam uita odio prosequenda, si uelimus Christi esse, adèd ut uix ulla apud Euangelistas sit sententia crebrius repetita, quemadmodū nec inculcatu etiam magis necessaria. nam hæc ubi desunt, nō est quod de Paraceto aut Christi schola gloriemur: liquidè nullo nisi sic affectos ille admittit discipulos. Hoc itaq; uerè forte & præualidū signaculum in primis disrumpatur & faceffat oportet: hoc est, timor ille carnalis, qui ex amissione bonorum temporalium, aut periculo uitæ amittendæ nobis suboritur, de intimis animi medullis abijciendus uenit, & in perpetuum exilium proscribendus, ut diuino timori locus sit, primumq; libri signaculum nobis aperiatur. Magnæ igitur molis est, humanū timorem citra simulationem ponere: deinde & castum, purum, uerumq; ueri Dei timorem candidè totoq; pectore imbibere. nam quatenus timor Dei imbibitur, eatenus hominum timor, & primum huius libri signaculum disrumpitur atque aperitur, & succrescit in nobis cœlestis sapientiæ initium. Prouer. 1. Psal. 110. Eccles. 1.

Secundus dæmon, qui & unguibus & dentibus hunc librum occlusum detinet, aut (ut, sicut incœpimus, ita & porro loquamur) signaculum huius libri secundum, humana sapientia est, & carnalis industria (eheu miseros nos) præforte sanè signaculum: quippe quo supra uerum Dei spiritum docendi arripit prouinciam homo, seque in ipsa humanitatis & Euangelicæ regenerationis schola callidè insinuans, uel ipsi Paraceto, præcipuo inquam atque excellentissimo nostro gymnasiarchæ, gloriabundus præfert. uult enim pro sua uoluntate, ac theologico imperio, potissimum sua audiri consilia, atq; laudari propriæ carnis commenta, quæ pro sui cerebri iudicio torquet aut retorquet, quocunq; libuerit. at hæc carnalis & mundana sapientia, quum Deo inimicissima, maximeque sit contraria, nihil minus quàm genuinum Dei uerbum, aut ueram Paraceti sapientiam assequi, capere, aut intelligere potest. unde & secundum libri huius signaculū est, quod quidem signaculum leo ille de tribu Iuda, Christus inquam Dominus noster, pro nobis facilè confringet & disrumpet: si modò primitus omnem humanam nostram & carnalem sapientiam, quam ex arbore scientiæ boni & mali paulatim desumpsimus, ex imo stomacho, & cordium nostrorum penetralibus, fideliter, lubenter, & sedulò egurgitauerimus, nihil quicquam reseruantes scientiarum humanarum. tametsi enim carnī & sanguini bonus uideatur hic fructus, sitq; aspectu delectabilis, adeoq; & saporis optimi: quicunq; tamen ex eo comederit, morte morietur. Dediscenda igitur nobis singularitè omnia quæ carni & sanguini præclara uidentur, & multis expetenda uigilijs, tametsi nos uel in heroum etiam numero tandè constituendos polliceantur: Genes. 3. dediscenda inquam, donec omnibus mundanis, proinde & infantibus scientijs quisquiliarū instar abiectis, ἀναρραβήται iudicemur, & mūdo deliri: ut uel sic cum Paulo Tarsense (qui & ipse multa scientia præclarus extitit) tandem regeniti, tanquam modò nati infantes, lac illud non corporis, sed animi, quod dolū nescit, iam bene purgato stomacho affectemus: tunc tandem carni & sanguini nihil cognitus Paracetus, ueræ tamen scholæ uerus gymnasiarcha, prima cœlestis sapientiæ in nobis fundamenta ponet: deinde & per gradus ad altiora ducturus, donec adolescamus in adultam plenitudinis ætatem, & cum Paulo cæterisque Apostolicis uiris dijudicemus omnia, ipsi uerò à nemine dijudicemur. Habes discrimen, mi Tranquille, inter eos qui semper discentes, nunquam ad agnitionem ueritatis perueniunt: & eos, qui dediscentes carnalia, ad altiora tandè peruē

niunt, quàm quæ potest oculus humanus uidere: & ad excellètiorem harmoniã, quàm potest aurium auditus percipere: 4. Esd. 10. Quisquis igitur uolet sapere cœlestia, is mudo puereſcat, immò & ſtulteſcat oportet. 1. Corin. 3. ut ne quid ſciamus, loquamur aut faciamus, quàm quod gymnafarcha ille noſter præcipuus, Paracletus inquam, aut cœleſtis conſolator in nobis loquitur, docet, uult, ſcit & facit: idque tẽpore noſtri ſabbathi, quo nos totos Domino relinquimus, uouemus & dedicamus. Hinc eſt quòd Paracletus in ſchola Domini, quæ ſupra arctam portam eſt, ſub crucis uexillo ſuos doceat, quo ſapienter quidem huius ſeculi grauiter offenduntur, quum in Chriſto ſapientibus uirtus & ſapientia Dei ſit. Et cur non crucis uocetur, quando uniuerſæ carni moleſtum, graue, atque contrarium eſt? Quocunque enim Chriſtus, Dei uerbum, & Paracletus utriuſque ſapientia, ingreditur, illic humanam omnem ſapientiam exire & diſcurrere oportet: immò ut uiuas, moriendum illic (quæ quidem carni & ſanguini acerba admodum mors eſt) uerum enim uero iam exurgente, atque ſeſe ruruſum attollente in nobis Chriſto, uiuendum glorioſiſſimè. Sed quid hiſce uerborum inuolucris dictum uolumus? Hoc unum, ſed tamen uerè magnum, quòd mundus ſuapte ſapientia, quæ (teſtante Scriptura) animalis eſt, & tantum non diabolica, Chriſtũ Dominum noſtrum ita ut eſt medullitũs, aut uerbum eius energiticè, hoc eſt in ſpiritu & ueritate cognoſcere non poteſt: ſtultitia enim illi ſunt, aut ſcandalum. 1. Corin. 1. Quare & hoc ſecundum ſignaculum, ſapientiam nimirum humanam, auulſam, diſruptam & amotam oportet: quòd ipſum, quoniam omnes humanas uires excedit, citra omnem hallucinationem Paracleti gymnafarchæ noſtri laudabile opus eſt. Hic enim ipſus ille eſt, qui in nobis, per omnia inſcijs, & mundo deliris, paulatim ſapere, intelligere, & profunda etiam Dei perſcrutari facit. Sed ſunt quædam progymnaſmata, in quibus ſedulò præexerceri nos oportet. Satagendum eſt enim primitũs (docente Paulo) ut ſimilibus conſentiamus, & ſucceſcentibus alijs luberter decreſcamus, atque ad eò ſimplicitatis uiam candidè ſequamur, & fideliter in ambulatione noſtra terreſtria, quæ ſunt ſuper terram. Per hanc cruciariam uiam in Paracleti gymnafium iter eſt: quòd quum ſuper arctam portam ſit (quæ carni & ſanguini non eſt peruia) commodiſſimè tamen eiufmodi regeneratis uiris patet, & ad Elyſios campos uiam aperit, ubi planicies floribus, & colliculi omnes roſis ac lilijs florent. Cæterum quandiu in hac uia cruciaria, aut porta carni & ſanguini nimis quàm anguſta hæremus, num conſolatione nobis opus eſt? Admodum planè. Atqui in conſolationibus præcipuum paracleti præceptoris noſtri dogma conſiſtit. Sed quid? Certè extra hoc gymnaſium, uexatio deſperationem ſubinde facit: ſed in hoc gymnaſio dat intellectum, cœleſtiorem facit interioris hominis cogitatum, ſerpentinam prudentiam adfert, & docet quomodo circumſpectè oporteat ambulare. ſed & exclamare nos facit cum Pſalmographo: Bonum eſt mihi Domine, quia humiliasti me, &c. Sic mi Tranquille, ſic iam tunc theodidacti inſtrui mur, induiti uirtute ex alto: tandem uerò ſignaculum hoc, alioqui infrangibile, ultrò ſe diſſindit, egreditur ſapientia illa mortifera, quæ arboris ſciẽtiæ boni & mali fructus eſt. Spiritus inquam malus: introuenit ſpiritus ille ſapientiæ Dei bonus, ita ut poſtmodum mundus nihil quicquam nobis placeat: utpote qui ſecus multo, immò ex diametro aliter quàm ille, afficiamur: omnem mundi huius ſapientiam, iudicium, iuſticiam, ſtudia ſanctimonix, & erga deos religionis cultum: ſtultitiam eſſe, colluſionem, iniquitatem & ſuperſtitionem, certo certius nobis perſuaſum habentes. Hinc propediem ſit, ut mundus nobis oneri, moleſta ſarcina, atque ſanguinaria etiam crux ſit, & nos uiciſſim mundo: Galat. capite ſexto.

Tertiam uerò libri huius, aut diuinarum Scripturarum ſignaculum, interpretatio eſt humana, ſiue ſcientia inflans, quæ omninò nihil, aut quàm minimum ædificat. adeò ut nequaquam mihi à recto ſcopo aberraffe uideatur, qui dicere conſueuit, Humanæ ingenia, & quæ literaliter tantum inſtituta ſunt, etiamſi præclariffimè ad uerbum ferè uniuerſa Biblia recensere poſſint, nihil amplius efficere in tractandis diuinarum oraculorum myſterijs, quàm poſſet Crispus ille Saluſtius, aut Marcus Tullius Cicero: quinimò tenebras offundunt potius, quàm ut lucem aliquam induxerint. de terra enim quum ſint, terrena loquuntur: & quum regeneratione careant, non poſſunt aſſequi, qualiter, & quomodo ſpiritualiter omnia dijudicentur. Interim tamen quiſquilias eorum, & inania commenta mundus maximè approbat, & pia recenſet. habent enim ſubinde

subinde speciem quandam pietatis & sapientiæ, per superstitionem ac humilitatem animi, usq; ad læsionem etiam, aut ceremoniales mortificationes corporis: sed nihil præ eo quòd solidum illud, fidele, energiticum, & spirituale est. Hinc enim cum regeneratione subsequitur carnis & sanguinis laudabilis & uera mortificatio. Atque hæc demum plausibilis est & spiritualis Scripturarum interpretatio, si nos Christo, non hypocritis conformes faciat. Et ubi sic eas intellexerimus (quod certè neutiquã fieri potest, nisi sub Paracleta sumus edocti) tunc ultrò sese tertium signaculum aperit, ita ut cogniturus sis quidnam Deus uelit, per quem & omnia resupinatè intelliges, ac spiritualiter dijudicabis, etiam profunda Dei mysteria, tu uerò à nemine dijudicaberis. 1. Corinth. 2. 1. Pet. 3. dūmodo in humilitate & candore spiritus perstiteris, non deficiens neque ad dextram, neque ad sinistram. Attende igitur, quia Paracletus disertos admodum facit discipulos, & quicum pio Dauide singulatim omnia rectius intellexerint, quàm senes & presbyteri, quicquid eos docere præsumant. Etenim solidū exercitium, aut energitica crucis Christi experientia, hanc spiritualementem in nobis scientiam aut Paracleti dogma luculenter corroborat, & inducit in semitas iusticiæ. In paucis uexati, in multis commodius sapimus: & ò uerè beatos nos, si per ignem & aquam Paracleti, optimi gymnasiarchæ nostri, dogma in finem usq; sequuti fuerimus. Porro gloriosi concionatores, aut docti scribæ, qui sua omnia partim ex litera scripturæ, partim de proprio cerebro cōminiscuntur, nihil profectò aliud agunt, quàm si cæci cæcos ducerent, immò abducerent potius in foueam. Si rationem quæris, hæc omnium est certissima ratio: quia extra uiam cruciariam, & ab hominibus sua condiscunt, & iisdem commatibus eadem quoq; docent alios: unde & infallibiliter sequitur, tam doctores quàm discipulos carnalium hominum commentis suffultos, nihil aliud quàm occidentem literam sapere. Verùm enim uero aqua quam ex humanis hauriunt lacunis, quum turbida sit & limosa, humanum ingenium nec purgat, nec abluit, quin potius impurat & coinquinat: & signaculum hoc tertium, quod per se forte & prædurum est, confirmat uerius quàm infirmat. Attamen dirumpi & abesse oportet, nisi diuinorum oraculorum librum perpetuò circumferre uoles clausum & obfiguratum.

Signaculum libri quartum, humani consilij spiritus est, per quem quis undelibet studeat ac uenatur sibi consulere ad inueniendam uiam, qua possit utrobique claudicare, & quibusuis uentis prouehi: ita ut & Deo & mundo, luci & tenebris, Christo & Beelial excusatius aliquanto possit & feliciter famulari, atque etiam cum magnatum gratia inseruire mammoni. Magna hic mole studetur, nullisq; sudoribus parcitur, ut saltem qualicunq; persuasione, aut uerisimilitudine obhubilatiore constare possit credatur communitio Christi & mundi: in hoc dies noctesq; inuigilatur. quin & Scripturam hic quoque in consilium adhibent, quam nondum in Christo renati, & qui tantum infantem literam callent, intelligere aut interpretari etiam præsumunt: quum ne audire quidem possint citra grande offendiculum, si quis alius sub Paracleta discipulus rupta, siliqua medullam eruerit, & de spiritualibus spiritualiter incœperit edisserere: tam contemptim habent, & despiciunt, quod ex ipsorum pharetris non depromitur. Quinimò, tametsi Christus uel hodie etiam præsens præsentibus illis loquatur & doceat (quemadmodum citra omnem controuersiam in finem usque & dicit & docet, & confirmat, unà cum Paracleta, qui eiusmodi etiam testimonium dedit Apostolis omnibus) nempe amicitiam huius mundi inimicitiam esse Dei, & Omnium mundanorum hominum sapientiam Deo esse stultitiam, & quæ alia sunt eiusdem commatis plura: mox detorquebunt, implicabunt, circumuoluent, & quasi imminuēt, exautorareque satagent, & Christi, & omnium Apostolorum uerba, frigidis suis glossis & commenticijs interpretationibus: hoc est, humanis & perniciosis consilijs, quæ etiam, ut pestilentiora sint, atque efficacius noceant, adducunt interdum pessimè distortas ex obfigurato libro Scripturas, quibus uidetur sua confirmare uelle, atq; communire, &c. Porro Christus Dominus, ueri consilij magnus angelus, hortatur & iubet suos: hoc est, renatos sub Paracleta discipulos, ut mortificent membra sua terrestria, ut tollant crucem suã, abnegēt semetipsos, unà cum domo, agris, patre, matre, uxore & liberis. Quid enim? nunquid aliud est quòd possit homo dare pro cōmutatione animæ suæ? Expedi igitur citra omnē hallucinationē, prædictis omnib. renūciare, quàm aut factis aut animo relinquere authorē uitæ, qui & corpus potest occidere, & animã cōijcere in gehennam.

Hisce paraclēti discipulis ex professo obnititur Sathan sceleratis atque adeo peruersis
 consilijs, immo consiliabilis suis, hoc quartum libri signaculum gnauiter obfirmans:
 idque tum maxime, quum iam incipiat sua singulatim omnia Scripturis etiam fulcire,
 sed scripturis nihil prorsus intellectis. addit tamen cerussam: hoc est, persuasibilia huma-
 nae sapientiae uerba (quibus assatim pollet) ut uel sic tandem euanidas suas doctrinas cō-
 decorasse uideri possit: & quos ne sic quidem ad se potest pellicere, magnis certe promissis
 allicit: quae si parum etiam efficiunt, adiungit & minas & anathemata. Summa, nihil
 non tentat & retentat, si quo modo obscurare possit consiliū Dei, & impedire ut ne un-
 quam signaculum hoc quartum nobis aperiatur. Hic iam ē diuersis sectis diuersimode
 torquetur, discerpitur, atque misere conuellitur Scriptura, secumque (ut praediximus)
 pugnae litera in praelum protruditur, utramque partem in utriusque gratiam defensu-
 ra. quare & utrinque etiam frequentiusculē peccatur, quum utrinque secta ferē semper,
 raro ueritas introducatur. Ad eiusmodi consilia propensissimus est uniuersus Scribarū
 & principum, Phariseorumque numerus: huc etiam confluunt omnes sapientes & di-
 sputatores seculi huius, qui quum ex multijugis consilijs suis multum profecisse uideri
 uolunt, magis retrogradi fiunt, & paulatim dilabuntur in peius, usque adeo ut Euange-
 lium & simplex Christi ueritas in mille ferē sectas iam nunc pro dolor diuisa uideri pos-
 sit. Rectē igitur Paulus: Si quis uidetur contentiosus esse, nos huiusmodi consuetudinē
 non habemus, neque ecclesia Dei. Porro quod non is solidē & cum ueritate uincat, pe-
 nes quem uictoria hominibus stare uidetur, minutulo quodam, sed uerē aureo ad Sopi-
 patrem epistolio Dionysius Areopagita dilucidē admodum docet in hunc modum: No-
 li hoc putare uictoriam, uenerande Sospater, si in eam religionē seu opinionē, quae mala
 esse uidetur, inueheris: neque enim eam si uel grauitē & uerē coarguas, continuo Sopi-
 patri quoque uera erit opinio. fieri etenim potest, ut & te & alios inter multa quae falsa &
 euidētia sunt, unum illud quod est apertum uerumque lateat. neque enim si quid ruti-
 lum non sit, iam necessariō candidū erit: nec si quis non equus, necessariō iam homo est.
 Quare (si mihi obtemperaueris) desistes aduersus alios dicere: ceterum ita pro ueritate lo-
 quēris, ut quae dicuntur, argui, refelliq; non possint: Vale. Attende, quia citra omnem
 contentionem sacra tractanda sunt, ut modestia nostra nota sit omnibus: & inter nos e-
 tiam, quum partiales uideamur, crescat charitas. Consilium igitur Spiritus, in ostensio-
 ne Spiritus consistit, & uirtute Dei. Sathanæ uerō consilium, immo conciliabulum uole-
 bam dicere, in pugnae litera, & persuasibilib. humanae sapientiae uerbis. Inueniuntur
 illis aliquot latibula, duriora aliquot loca, subobscura enigmata, aut setruosiora mysteria,
 quae aut sinistorsum malē detorquent, aut futilib. quibusdam cōmentis misere comma-
 culant: quibus irrefragabiliter sua constabiliuisse gloriose iactat, & Io triumphē canūt,
 in quamcunque uelint partem uictoriam torquentes. Quid autem? certē delirus hic
 mundus eiusmodi consilium, Dei ueri consilium & uocat & credit: quum sit Sathanæ,
 sub omni cubito puluinos molliter suffulciens. nam qui huius consilij proceres sunt &
 antesignani, manifestō crucem fugitāt: ne somniantes quidem, quod crux Christianos
 deceat, quin & Veneri & Baccho potius quam Christo militent. quod si neutri, certē Plu-
 tonis sunt mancipia, aut inuidiosē mali. Summa, nihil minus intelligunt, quam Chri-
 stum & crucem indiuisim habitare in iisdem aedibus. Quod si hoc uerum esse ex Scri-
 pturis urgeas, consentiunt fortasse: sed hac lege, ut relinquunt crucifixum plebeijs, ipsi
 cum satrapis aut gloriosum aut nullum malunt. O duram & uerē lamentabilem Eccle-
 siae nostrae conditionē. Sed digni sumus hisce tam palpabilib. tenebris. somnia enim ma-
 luimus, quam uerbū Dei efficax: hypocrisin, quam ueritatē: umbras, quam lucem: mā-
 mona, quam Christū. Quid enim? An nō & hodie eiusmodi Ecclesia toti ferē mūdo plau-
 sibilior & magis heroica uidetur, quae superficiali religione coruscat: hoc est, in qua sum-
 mus sacerdos hiacyntho, purpura & bysso insignitus sacrificat (sed & alia singulatim
 omnia Aaronicē concelebrantur in musicis modulationibus, in organis bene sonantib.
 & in cymbalis iubilationis: ut interim taceam tubas & tympanum, psalterium & citha-
 ram) quam uiua, uera, spiritualis & energitica, quae nudo Christi uerbo constat: in hac
 ramen medulla religionis est, & uerum Paraclēti gymnasium, in quo sathanica omnia
 dedocentur, & docentur diuina, iuxta uiuum & efficax uerbum Dei? In hoc gymnasio
 uerē reges efficitur, & sacerdotes, sed Christi. uncti enim unctioe quae docet omnem
 ueritatem, offerimus nosmetipsos Domino in hostiam uiuam & sanctam, dicentes cum
 Paulo:

Paulo: *Viuo ego, non iam ego, sed uiuit in me Christus. uitam enim quam nunc uiuo in carne, per fidem uiuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Galat. 2.* Utinam huiusmodi reges & sacerdotes multi essent in Ecclesia Dei. hi sunt, qui patrem & matrem, uxorem & liberos, propter excellentiam cognitionis Christi in regeneratione negligere possunt: sed & propriam etiam animam Deo & patri offerre in odorem bonae fragrantiae, &c. Est igitur solida & immaculata religio, sic nos omniaq; nostra in Deo diligere, ut extra eum negligere possimus, & tantum non contemnere: consolari uiduas & orphanos, claudos & mutilos in afflictionibus suis, inter humiles nosmetipsos demittere, & immaculatos seruare à mundo & omnibus pompis eius: hoc, hoc inquam si fecerimus, uiuemus. talis enim est consummatissima, iuxta Christum Dominum, religio, confirmata in Paracliti dogmate: cuius testes sunt & Apostoli, & Apostolici uiri omnes, &c. Faxit Dominus, ut hoc quartum signaculum citò nobis aperiatur: neglectisque mundanorum consilijs, Paraclitica sequamur.

Quintum libri signaculum, humana fortitudo, ingenij iactantia, inanium titulorum gloriatio, & fucata, hoc est, Pharisaica in lege uirtus appellari potest. hæc autem singula nobis obueniunt, aut succreuere in animis nostris, ex semine arboris scientiae boni & mali, quod certè antiqui serpentis mortiferum uenenum est: & illud quidem in obnubilatis nostris per transgressionem animis, malus ille seminauit, nobis dormientibus. & hoc est præcipuum, quòd sese in sathana & eius membris, non solum diuinæ in renatis fortitudini ex diametro opponit, & obnixè repugnat, sed & omnibus etiam alijs Dei donis quàm inimicissimè se præbet. Et quid amplius? Certè hic sathan omnem huius mundi & sceleratorum principum tyrannidem, in Christo renatis obijcit, & per eosdem crudeliter minitatur, urget & instat: quemadmodum regem Assyriorum per Rapsacem ducem suum fecisse legimus. sic enim proclamat ad pium regem Ezechiam, & omnes ciues eius: *Hæc dicit magnus rex Assyriorum, Quæ est ista fiducia, qua niteris? &c. Quod si dixeritis, in Domino Deo nostro habemus fiduciam, &c. certè huius abstulistis excelsa & altaria, quæ multa fuerunt & præclara, tantum in Hierusalem uolentes adorare, &c. Transite igitur ad Dñm meum regem Assyriorum, & comedet unusquisque de uinea sua, & de ficu sua, &c. Nò uos seducat Ezechias: nequaquàm enim poterit uos eruere de manu mea, neq; fiduciã uobis tribuat super Dñm dicens: Eruens liberabit nos Dominus, &c. Hæc iuxta corticem literæ, aut historiæ superficiem, completa sunt, 4. Reg. 18. uerùm enim uero in subtegmine, aut iuxta Spiritum, etiamnum hodie implentur. Eiusdem ferè commatis est, quod apud Daniele 7. 8 & 9. capitibus, atque in Apocalypsi decimo tertio legimus, quum inquit: *Quis potest resistere bestiae, & pugnare cum ea? &c. datum est ei os loquens magna, &c. Et aperuit os suum in conuicia, ut conuicijs afficeret nomè Dei, & tabernaculum eius, & eos qui in cælis habitant, &c. Datum est illi facere bellum cum sanctis, & uincere eos: & data est illi potestas in omnem tribum & populum, &c. Hinc pusilli & magni clamitant, Ecce totus mundus adorat bestiam, & imaginem eius, quid tu extra omnes alios moliris? quum adequatus illi uix puluis nominari merearis, & umbra. nihil quicquam proficies: nulli usui erit opera tua, nisi quòd te is perditum, & tuos, &c. Hic, hic sanctorum tolerantia est opus, & longanimitas patientia, quibus citra dubium tandem in Christo Domino uincemus cum gloria. Assumamus igitur uniuersam armaturam Dei, ut possimus resistere in die malo, & omnibus peractis stare, &c. Ephe. 6. Sistamus nos, & obluetumur in fortitudine & uirtute Dei. Nemo hic uincitur, nisi uolens: non est tradenda uictoria inimico, quum maior existat qui pro nobis stet, & is propensus sit ad occurrendum. Huius igitur robore innixi, persuasissimum habeamus, quòd ne pilus quidem capiti nostro periturus sit, citra eius beneplacitum: Plal. 37. Esa. 12 & 49. Etiam si uniuersus mundus cum suis principibus & sathana deierint in nostrum interitum: Job. 1. Matth. 10. Luc. 21. 1. Corinth. 10, &c. Hoc itaq; quintum libri signaculum, utpote humana fortitudo, ingenij gloriatio, inanium titulorum iactantia, & Pharisaica in lege uirtus, Paraclito inoperatore dirumpi & abijci oportet, & ab animis nostris ferid alienari: priusquam ex uirtute magni Dei, & fortitudine antesignani nostri Christi Domini, regenerati, puri, candidi, sancti efficiamur, & uerè fortes spiritu, corpore & animo, nihil quicquam timentes sathanicam huius mundi fortitudinem, aut sublestam uirtutem bestiae: parati nosmetipsos offerre hostiam uiuam, in odorem bonae fragrantiae, si ita usus postularit, aut necessitas.**

Sextum signaculum, quo liber Scripturarum obfignatus, atque firmiter etiam occlusus detinetur, Ars, hoc est, scientia, uel potius astutia humana est, quæ sese diuinæ arti atque scientiæ semper aduersam præbet, aut reluctatricem. Hæc est illa scientia, quæ ex serpētis antiqui ueneno pectoribus nostris afflatam, hæreditario iure circumferimus, donec renascamur: ueluti & de carnali gloriatione inanium titulorum in quinto signaculo, non nihil etiam delibauimus. Primus enim generis nostri author Adamus, quum infeliciter audius esset cognoscendi boni & mali, arrepto pomo uitam sperans, mortem deuorauit. Hæc scientia nonnunquam Scripturis etiam, aut flosculis prophetarum exornata, præscientia Dei sese uenditat: sed omnib. Dei donis sub specie pietatis abutitur. nihil enim pura quum sit, omnia simul impurat atque coinquinat, peruerit ac conuellit. Atqui ars diuina, & quæ de supernis est scientia, in hoc laudandæ ueniunt, quod quinque præcedentia Dei dona commode in nobis disponere, & decenter digerere norint: ne quam rem neglectim aggrediamur, aut carnaliter donis Dei, hoc est, bono eius spiritu abutamur: quin potius artem illam quæ in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis est, & astutissimam illam callidè disputantium scientiam, quæ uel Sathanam ipsum in angelum lucis trāsfiguraturæ uideri possint, & offaciant & persentiscunt: adeoq; & sextum Sathanæ repagulum, & nocentissimum libri huius signaculum iuante Domino diripiunt. postmodum uerò distribuunt Dei dona secundum proportionem fidei, iusto ordine: dicenda tacendaq; callent, nec proijciunt margaritas porcis, neq; sacra (ueluti mundus) faciunt præposterè: qui priusquàm mactarit, bouem excoriat, Hierem. 1. 3. 33: Mala. 2. Humana uerò ratio, aut carnalis scientia nullum seruat modum: sed nec temporis nec loci commode satis rationem habet. Currit quidem, sed non uocatus: uenit, sed ante uel post Deum: unde & fures facit, & latrones potius, quàm ex regeneratione Euangelicos sollicitus est erga plurima, sed omnia perperam: seminat inter spinas, in petrosa, & secus uiam. studet sanare, quod uulneratum nondum est: & quod uerè contractum est, nec fouet, nec oleo inungit, nec obligat. Docet, priusquam didicerit: quod sanctum est, obijcit canibus: Quod contemptibile est, primarium iudicat: & quod præcipuum, negligit: filiis panem subducēs, siliqua enutrire iubet. Quare & hoc sextum libri signaculum, non nisi per diuinam artem & paracleticam scientiam ablatum & discussum oportet. qui habet aures ad audiendum, audiat. Hoc dictum cupimus, mi Tranquille, satagendum omnibus modis, ut humanæ scientiæ turgidus ille atque gloriosus spiritus, qui uniuersum ferè orbem hæctenus in præcipitium abducit, per Paracleti doctrinā animis nostris medullitūs extirpetur atq; euellatur: euulsus, in barathrum obliuionis & perpetuas annihilationis tenebras abijciatur. est enim cū pestilēs, tum contagiosissimus. Expedi igitur optime Tranquille, expedi inquam, & unice profectò expedi, hunc inflatū mundanarū artium & scientiarum spiritum, eiectum, & in profundissima inferni ablegatum: deinde uerò & Dei spiritum, aut Paracleti dogma, eius loco intro missum. alioqui hoc obstante signaculo, nunquam Scripturas intellexerimus. Quemadmodum enim humanas artes, & qualescunque scientias humanitūs docemur, & incognitæ professiones paulatim nobis instillantur: ita & scientia diuina pectoribus nostris diuinitūs inseritur, & ueluti uis de fonte uitales aquæ scaturiuut in uitam æternam. Est enim hæc scientia è supernis descendens à patre luminum, pacifica, longanimis, plena miserationum & bonorum fructuum, citra fucum aut hypocrisin, neque à quoquam dijudicatur. Contra tierò humana scientia inflata est, temeraria, uaga & uasta, immitis, inquieta, elata, fastigiosa, terrestrium contentionum ac rixarum plena, &c. Atqui scientia diuina, quæ sub Paracleto diuinarum artium magistro fideliter addiscitur, nouit magna maximi Dei mysteria, perspicit mentem atque animum Dei, nouit rebus omnibus suo iusto tempore, & iustis rerū modulis uti, docta & rem agere & omittere, & loquendi atq; tacendi opportunitates obseruans. confidit enim, & prorsus pēdet ex Deo, qui per ipsam omnia & inchoat & perficit, &c. Helias in ipso persequutionis seruore, quando uerbum Domini contempni fuit, retē ac scienter tacuit: quin & Christus Dominus, atque aded Apostoli omnes & tacendi & loquendi tempora obseruauere, omnemq; aut agēdæ aut omittendæ rei opportunitatem, &c. Est itaque scientia Dei ubilibet opportuna, & bene commoda: humana uerò tandem nobis in requiem Domini patefet aditus: fiat, fiat.

Septimum libri signaculū impietas est, uita nimirū illa secundum mundum appri-

mē

mè laudabilis & præclara, elegans etiam atq; beata. Porrò hoc signaculum, si priora illa omnia aperta ac repulsa sint, ultrò colliquescit, ita ut impietas omnis illa hypocritica ac serpentis antiqui semen in nobis penitus emoriatur, atque adedò spiritus ille præ cæteris omnibus callidus, ac iuxta seculū mundi huius affatim industrius è nobis aufugiat atq; dispellatur, dum nos interim in ipsam illam uerā requiem, nostri nimirum abnegatione & pietatem omnem, confugio excipimur: iamq; in ipso Euangelico & uiuo Christi Domini nostri libro, uirtute agni (qui solus repertus est dignus accipere librum, & aperire signacula eius) recluso ac dilucido uidemus, intelligimus, ac legimus, quis Deus noster sit, & quid uelit aut requirat. Quin & Christus ipse (qui liber ac uerbum uitæ est) tam cōmodè nobis tunc ante oculos ponitur, quasi speculum quoddam, in quo quàm dilucidissimè absque parabolarum inuolucro, omnem Dei uoluntatem, omne Patris beneplacitum contemplemur: ita ut iam nihil quicquam scire, sapere, aut facere sciamus, quàm iusta, simul uera, ac pia omnia: nihil aliud crepantes quàm Deum, atque per Deum, aut in Deo, omnia. ita fit, ut tandem nobis corruat atque emoriatur omnis impietas, ueluti flos agri. Habes, mi Tranquille, iam septem illa libri signacula, nostra qualicumq; narratione descripta. Dei autem optimi maximi spiritus sic in nobis inualescat, ut ad omne opus bonum instructi, septiformem hanc Sathanę uirtutem feliciter superemus, atq; fortiter cum sanctis omnibus deuincamus: Amen. Mittimus autem tuæ pietati nostras has in minores Prophetas elucubrationes, aut (si sic mauis) Paraphrases, quas tibi (quando sacrarum literarum studiosissimus, atque earundem sagacissimus perscrutator) dicatas ita uolumus, ut eas iam putes non amplius nostras, sed uerè tuas, ac tibi esse proprias. Vnde si quis nos calūniari uolet, & ijs quæ per nos candido profectò zelo scripta sunt, incōsideratius oblatrare: tu pro disertā tuā facundia blaterones omnes cohibe atq; coerce: non minus id tua interesse cogitans, cui res dicata est, quàm nostra, qui eam conscripsimus, atque conscriptam tibi tradidimus. Dominus Deus te seruet.

Vale, 11. Calendas Septembris, Anno sesquimillesimo quingentesimo tertio.

AD LECTOREM.

Ipsis cum scriptis nostra hæc conferto propheta,

Quisquis legens hinc iudicas.

Nil parit humanum pectus per cuncta probandum,

Sed improbè ne quid nimis.

Oratos igitur uolumus doctosq, piosq,

Quis uirgula est censoria:

Ut grauius uitium si quod mea scripta tenebunt,

Illinc piè scribant pio.

Ipsus sed uates quid sancto numine spiret,

Ante omnia id perpendito.

Sano palato hæc cuncta probabitis,

Sed sola quæ sunt sana mi tenebitis:

Prophetias Scriptura non sinit sacra

Contemnier, nec spiritus extinguiet.

Lector lege hæc, & iudica,

Nam auro omni inest sua scoria:

Hanc abijce, atque aurum uidens

Sinu tuo prudens lege.

PARAPHRASIS IN OSEAM PRO-
PHETAM, AVTORE IOANNE TO-
sarrío Aquilouicano.

Verbum Domini quod cum Osea filio Beeri factum est, idq; regnantibus in Iuda Osa, Iothan, Achas & Hezechia: in Israelitico uerò regno, Hieroboam filio Ioas rege sceleratissimo, ac idololatriæ summè studiofo.

CAPVT PRIMVM.



DOMINVS 10
Deus indolescens de populi sui perditione & interitu, q; ab ipso deficientes, in idololatria impiorum regū suorum tam præfractè constantes es-

sent, multis uarijsq; modis eos ad bonam frugem, atq; suæ legis, uerq; religionis obseruatione reuocare conatus est: nunc quidem per hos, nūc per prophetas alios: immittēs etiam in eos pestē, gladiū, annonæ caritatē, multaq; mala alia. Quum autem omnem pius Dominus luderet operam, idq; principum, & maximè impiorum sacerdotū culpa: per hos enim fiebat, ut rex uetaret Israelitas sacrificatum abire Hierosolyma, utq; omnes ex decem tribub. 30 sibi subditos (reliquas enim duas in uera religione seruabat rex Iudah) cogeret ad rem diuinam in Dan & Bethel præstandam: siquidem per Scripturā, nouamq; adhuc patrū traditionem cognorant, locum hunc aliquando fuisse sacrum, & ab ipso patriarcha Iacob (qui angelos illic uiderat per scalam descendentes & ascendentes) Domino dicatum, ut in quo uerè esset Dominus: miserum uerò uulgus, quāuis uideret locum illum olim quidem sacrum, mo 40 scholatria & multa improborum sacerdotum impuritate nunc scēdissimè prophanatum, atque hac de causā eum uiris cordatioribus & prophetis omnibus execratum planè & abominabilem, uitæ tamen suæ hic conseruandæ amantior, edicto paruit regio potius quàm diuinæ legi, quæ extra Hierusalem uetabat quēquam sacrificare (ita ut hodie quoq; nō nisi in cœlesti & supera Hierusalem, omnis nostra oblatio, holocaustū, uictima & propitiatio est) 50 Dominus itaque pertæsus tandem curæ, ac studij sui hætenus inanis, ueluti reb. desperatis, extrema atque diuortium synagogæ illius cogitās, in animum induxit ipsis mittere Oseam, uirum prophetam: si fortē is, pro sui nominis etymo, seruare adhuc eos, atq; in ueram uiam posset reducere. Cum quo ubi primū uer-

ba facere instituit, continuo eum iussit uxore ducere fornicariam, aut meretricem, ex qua & liberos susciperet fornicarios: significās nimirum, Israeliticum populum sua idololatria scēdissimè fornicari, atque à Domino deficere. Is autē dicto audiens (nam quis scelus iudicet, quod præcipit Dominus?) abiit, atq; duxit meretricem quandam Gomer nomine, filiam Di blaijm: ex qua grauida quum filium suscepisset, iussit Dominus pueri nomen uocari Iezrael, nam non multo post tēpore certum erat Domino, uindictam sumere de domo Israelitici regis Iehu, atq; regnum Israeliticum tantū non deperdere ac delere: idq; ob septuaginta filios regis Achab, in ciuitate Iezrael interfectos. Statuerat inquam Dominus per id tēpus omne robur Israelitici regni, propter commissā in ualle Iezrael prorsus contere. Porro postquam Gomer secundò impregnata, filiam peperit, iussus est Oseas eam uocare Loruhamā, quasi Latina lingua aliquā uoces Inclementiam: quippe quod Dominus inclemēter ac citra misericordiam omnem in regnum Israeliticum defæuire decreuisset, non amplius regni illius, aut incolarum eius miserturus, sed radicitus potius eos extirpaturus. Verūm domum Iudah nondum se reiecturum prædicabat, ut quos per Dominū Deum suum, à quo non ita adhuc defecerant, seruaturus esset, omni illa Assyriaci exercitus multitudine per angelum una nocte interempta: non quidem per arcum, gladium, reliquumq; belli apparatus, equos nimirum & equites, sed diuino suo numine. Ablactata autem hac Loruhamā, rursum concepit Gomer, & peperit filium, quem Dominus uocatū uoluit Loammī: Nam uos, inquit Dominus, populus meus non estis: id quod ex indito hoc nomine constare uolo, quod interpretatum sonat, Non estis populus meus: unde nec ego uester futurus sum Dominus, rex, uindex & defensor: tamen tanta multitudine futuri sitis, ut uel cum immensa ac innumerabili maris harena certare possitis. Nō enim populi multitudinē, ualidastq; uires spectat Dominus: sed succurrit pusilli potius gregis infirmitati, mores ubilibet spectans pios & se dignos. Porro qui nunc reijculi sunt & contēpti, audientes passim quod nō sint populus meus: illi ipsi adhuc audiēt, audient inquā, sed & reuera tandem comperient, quod sint filij Dei uiuentis. Et quorū uitam mundus censet insaniam, & finem sine honore: hos tandē complures mirabūtur inter filios Dei optimi maximi computatos. Tunc uerò & filij Iudah, quibus cordi erit confiteri Domino, sed & filij etiam Israel, uisa uoluntate diuina ad lucstandum parati, unā congregabuntur, atque

Principium loquendi Dominum in Osee.

Voca nomē eius, non populus meus.

Congregabuntur filij Iuda.

B consti-

constituent sibi principem unum, regem nimirum Christum Iesum Dominum. Coalescet enim tunc uetus illud duodecim tribuum schisma, nec erunt amplius gentes duae in duo regna diuisae: sed ut Iesum unicum sibi constituat regem, ita & duodecim illae ex Israel prognatae tribus, una quoque atque concorditer cum omnibus pijs gentibus. hoc est, spiritu Israelitis (quas duodenaria Apostolorum piscatura habet latissime dispersas) ascensurae sunt e terra, caelestia meditantibus: utpote qui in Assyriorum Babyloniorum uel terra captiui detineri nolint amplius. Erit enim tunc magnus dies Iezrael, longe quidem gloriosior, quam dum rex Iehu de occisis septuaginta filijs regis triumphauit. Tunc enim non una tantum domus Achab, sed idololatricae simul omnes concident in Iezrael: nimirum propter disseminacionem eorum qui ex quatuor mundi angulis congregabuntur, ad gloriosissimum Christi Domini regnum, quod, omni expulsa iniquitate, sola inhabitabit iustitia.

CAPVT II.

Appellate fratres uestros, uestro ingenio non ita dissimiles, tamen pro meo illos adhuc agnosco populo: alloquimini inquam sorores uestras, duas illas tribus Iudaicas, non sua iustitia, sed mea misericordia etiam saluas. Contendite cum matre uestra synagoga, siue malignantiu ecclesia. Contendite inquam: nihil enim iubente Deo aduersus matrem hanc illicitum est. siquidem ipsa non est mihi uxor, neque ego sum ei maritus. Missas faciat a facie sua, quas cum idolis exercet, fornicationes, atque ab uberibus sua reiciat adulteria: nequando ad nudum denestitam sic toti terrarum orbi eam exhibeam, qualis fuit olim quum nasceretur, adhuc a matre rubens, ac undique sordida. Aut ne desoletur ueluti desertum, & fiat ut terra torrida & exarida, ubi una cum matre siti necentur etiam filij ipsius: siquidem nihil aliud quam filij fornicarij sunt, quorum mater multa fornicatione ignominiosissimam suam reddit uitam. nam propalam dicit, se sua idola amatores suos consequaturam: siquidem ab ipsis & panem suum accipit, & aquam, lanam item & linum, oleum ac potum suum: quasi uero aliquid dare possint suis cultoribus idola, quae ne sese quidem a casu, gladio, ac incendio tueri possunt. Propterea ecce ego obsepio uiam eius spinis, ita sepem constructurus, ut suas semitas non sit inuentura. Non enim potietur ueteribus illis ex sua idololatria commodis. Sectabitur quidem pro ueteri more suos amatores, sed non potietur eis: nulla ex eis sentiet commoda. Quaret tamen eos, etiam si non inueniat aut potietur. Tandem uero de me ueluti postliminio cogitans: Eia, inquiet, uadam ac reuertar ad maritum meum priorem, quia tunc mihi bene fuit, pro eo quod nunc est. Atqui misera & stolidi haec, in praesentiarum prohi dolor nondum agnoscit, ea quae suis amatoribus ac suae idololatriae accepta refert, a me sibi esse collata: frumentum

Propter
hoc, ecce e-
go sepem
uiam tuam
spinis.

uidelicet, mustum ac oleum, ex mea benignitate nascentia. Quin & ego argentum ei & aurum multiplicavi, unde suos exornauit amatores: unde ipsi Baal inquam consecit statuam. Tam itaque ingrata, & omnis meae benignitatis ignara cum sit, aggrediar tandem eam, & ubi commodum mihi uidebitur, frumentum meum redaccipiam: adeo ut ne granum quidem diuini uerbi, aut scripturae uiuida illi relicturus sim. Quin auferam potius & mustum quoque meum, quod cum meis meo in regno bibo nouum: nouum inquam & uere nectareum, quod ueteres utres nequaquam possunt. Lanam item meam, & linum meum, quae dedi ad obtinenda eius uerenda. Nam quid eius iniquitatem, atque iniuste facta obregat, atque colonestet, praeter meam iustitiam: quando eius iustitias est cernere, ut praeter nos menstruatae immundos. Certum nunc eius stultitiam praeculis omnium amatorum eius prodam, quibus eam propinabo deridendam. Sed non erit ullus amator tam potens, qui eam meis ex manibus abripiat. Faciam autem, ne quid amplius gaudeat de solennitatibus nouilunijs, & sabbatis, aut ullo ipsis recepto festo. Quin & uinea atque ficeta eius desolaturus sum, quae ab amatoribus suis se recepisse iactitat. Commutabo autem ea in syluam, ubi agrestes bestiae ipsis uentis atque ficis uescantur. Vltionem autem de illa sumpturus sum, memor dierum illorum, quibus ipsi Baal suffitum facere consuevit, in aure sua, ac monilibus, reliquoque muliebri modo se comparans & adornans: quippe quae suos amatores sectaretur, mei profus oblita. Abducetur autem ad Assyrios captiua, ubi de ipsius solennitatibus, nouilunijs ac sabbatibus nihil nouerunt: & terra ipsius relinquetur deserta, ac feris inhabitanda. Sed ecce, ecce inquam, ego sic abductam pelliciam tandem, adeoque & recordari faciam Domini Dei sui: atque eo inducam etiam, ut abeat in solitudinem potius, quam ut inter fornicarios illos suos illusores habitare perseueret. Unde & ibi ei loquar, ac facturus sum quae animum ipsi permoueant: nimirum flumina ipsi exiccaturus, per quae abeat in Azareth, regionem nemini antea inhabitatam. Deinde autem ei uinea rursus daturus sum, ac ficeta, & uallem Achor in portam spei, macerorem nimirum ipsorum, cuiusmodi & olim expugnata Hierichunte, furti causa pertulerunt, in gaudium ac spem bonam ipsis commutaturus. Siquidem fluminibus ita transitu praebentibus, laetum canet: ut olim quum primum eam ducerem, atque mihi adiungebam: quum inquam exiccato mari rubro, ascendit e terra Aegypti. Futurum autem tunc est, ut me maritum suum uocet, non amplius me suum Baal uocatura. Nam nomina Baalim sic exosa habeo, ut illa ab ipsorum ore ita sim remoturus, ut ne mentio quidem ulla de ipsis futura sit. Eo autem tempore faciam, ne quid ipsis obsint aut noceant, neque agrestes bestiae, neque uolucres caeli, neque terrae reptilia. Nec ullus tunc in terra

Visitabo sa-
per eam
dies Baal-
alim.

ra arcuum aut gladiorum usus erit: sed quietè
in utramque aures dormientibus, pacis plena
erunt omnia. Nam ducturus eam mihi tunc
rursus sum in sponsam, nunquam repudiandam.
Ducturus inquam te mihi sum rursus in spon-
sam iustam, ac me dignam, idq; misericorditer
ac benignè. Ducam te mihi in sponsam probã,
ac datã fidei seruantem: siquidẽ me solum co-
gnosces esse Dominum. Futurum autem tunc
est, ut me habeatis modis omnibus propitiũ,
ac fauentem. Ego enim me facilem atque ac-
commodum præbebo cælis. Et cæli sua com-
moditate iuuabunt terram: terra uicissim mo-
dis omnibus sese præbebit serendo frumento,
musto & oleo, quæ usui atq; bono futura sunt
Iezraeli, populo nimirum meo huc illuc disper-
so. Tunc autem passim disseminabo mihi eam
in terra, miserurus ipsi Loruhamã, cui multis
iam seculis immisericordem me præstiti. Et di-
cam ad Loammi, ad populum inquam illum
quem uix quisquam censet meum, quod meus
sit populus: & ipsi uicissim me suum cogno-
scent Dominum & patronum.

C A P V T I I I.

Hicce rebus ita gestis, insit mihi rursus
Dominus ut abire, utq; eandẽ mulierẽ,
adulteram inquam, atque cum suis amatorib;
etiamnum rem habentem, diligerem, ira ut ipse
Dominus synagogam diligit Israeliticam: quæ
postquam Aegypto educta, atq; adeo lege in
monte Sinai accepta, Domino Deo nupsit: re-
spicit tamen, ebrietati atq; lasciuia sese dedens,
ad deos alienos. At Dominus, qui eam magno
emptam habet, non potest eius obliuisci, quã-
tumuis illa & sui obliuiscatur, & Doñi. Nactus
eam mihi sum, inquit Dominus, quindecim ar-
gentis, decimoquinto nimirum die mensis
Nisan, quo de manu Pharaonis eos eripui: &
sesquichoro aut quadragintaquinque modijs
hordei, quippe qui quadragesimoquinto die
legem meam tradidi eis in Oreb. Pepigi autẽ
cum ea, quod multis diebus me maneret, nul-
la idolorum fornicatione aut adulterio coin-
quinata. Id quod etiamnũ hodie passim in Iu-
daico populo uidere est. Quin & ego tecũ non
ero, non fruẽris, aiebã, me marito: adhuc enim
uelamen oculis eorum obiectum manet. Nam
filij Israel multis sedebũt annis absque rege &
absque principe, nõ habituri iustum Dei cul-
tum, nec etiam cultum idololatricũ. Auehen-
tur enim ad Assyrios, atque dispergentur inter
gentes: quarum plenitudo ubi ad Dominum
intrauerit, tandem reuertentur & quærent Do-
minum Deum suum, atque Dauidicam illam
sobolem, suum regem: quem, ut Dominum, in
nouissimo dierum anxie etiam ac sedulo cul-
turi sunt.

C A P V T I I I I.

CAeterũ agite filij Israel, auscultate quid
uobis iam nunc loquatur Dñs. Habet enim
Dominus, quod cum omnibus terrę in-
colis loquat, Nemini quippe omnino nunc tu

rõ fidas: neminẽ prorsus alterius miseret, neq;
enim quisquam est qui Deum uerè norit. Sed
alius alium execramini, inuicem metimini, oc-
ciditis, furamini, atque adulterijs exactuatis,
ita ut de lege mea planè actum sit. Nam homi-
cidiorum nullus est neque finis, neq; modus.
Hac itaque de causa desolabitur tandem terra,
& quotquot eam inhabitant, unã cum ipsis be-
stijs, ac cæli uolucris, deperdentur: adeo ut
nec piscibus id impunè futurum sst, quin mo-
riantur, quibus tamen olim diluuij temporib;
parciturum fuit. Eo enim prauitatis uentum est,
ut nemo alium iudicet, nec quisquam sit qui a-
lium reprehendat. Hæ autem sacerdotum erãt
partes: atqui nunc populus alioqui plus satis
sceleratus, sceleratissimis ferè sacerdotibus ius-
tior est, atq; ipsos meritò condemnat. Impin-
ges itaque clara luce: atque adeo ipse quoque
propheta, quem uidentem quis uocet, ueluti de
tenebrosa nocte, impinget tecum, ita ut olim
per Mosen uobis minitatus sum. Quare & ma-
trem tuam, synagogam illam malignantiũ, sue-
cidam. Immo populus meus iam periit, atque
succisus abundè est, quum inscius adeo sit, ser-
uandaq; legis meæ ignarus. Cæterum tu, tu
inquam qui hætenus præminere uideri uo-
luisti, postquam repulisti scientiam, repellã &
ego te, ne sacerdos mihi sis. Oportuerat enim
te ipsi terræ salem esse, & tua potissimum labia
custodire scientiam, & legem meam requiri de
ruo ore. Sed quoniam legem meam neglexisti,
ego uicissim filios tuos negligã, minimumq;
eos curaturus sum. Quo maiore illi fuerũt nu-
mero, hoc grauius ab eis peccatum est. Decue-
rat certè ex tanta multitudine uel aliquot esse,
qui rectius saperent, atque in ueram uiam po-
pulum reducerent. Sed quid fiet terræ, infatua-
to etiam sale? Hinc itaq; omne ipsorum decus
ac gloriam commutaturus sum in dedecus &
ignominiam. Comedunt quidem piacula po-
puli: sed hinc fit, ut de peccãtib; gaudeant po-
tius, quã doleant ac ingemiscant. Futurum
ergo est, ut inter sacerdotes & promiscuũ uul-
gus nullum sit futurum discrimen. Nam quod
tam prauè, tamq; sceleratè suam uitã instituũt,
propediem uindicaturus sum, repensurus eis
id ipsum quod student ac quærunt. Comedent
enim, sed non saturabuntur: gignendis liberis
operã dabunt, sed nulla eis succrescet soboles:
idq; non alia de causa, nisi quod Dominum, o-
misso ipsius præcepto, dereliquerint. Fornica-
tio, & uinum aut mustum, amentes faciũt, ac
stolidos. Populus itaq; meus dum fornicatio-
ni sese dedit, atque ebrietati, amenti ac stolido
similis, idolum ficulneũ consulit: nimirum sci-
pionem suum, quo cæcorum more tæret ac in-
quirat uiam. Certè animus ille fornicãdi adeo
studiosus, abduxit eos in deuium. Nam à Deo
suo, quem unice quæsitus oportebat, per for-
nicationes suas defecerunt ad idola: quibus in
ipsis montium uerticibus præ meis oculis fa-
ciunt sacra, & in collibus suffitum. Quin & sub

Quia tu sci-
entiam repu-
listi, repel-
lam te.

Fornicatio
& uinum
& ebrietas
auferũt cor.

Sponsa te
mihi in
pium.

Poliam mi-
hi quin-
con argen-
tis.

quercubus, therebinthis & populis, in umbra sacrificatum est idolis. Non quidem, quod me cœlitis cuncta uidentē reuererentur: sed quod harum arborum umbra iucunda esset, & comoda. Hanc ob rem prostituent sese filia uestra, & sponsa uestra deuirginata erunt, atq; adultera. Neque ego de filiabus uestris ob hanc noxiam uindictant sum sumpturus, aut in spōsas uestras hanc ob rem animaduersurus. Nam culpa omnis potissimum in parentibus atque maritis hæret, qui in meretricum gratiam, relictis uxoribus ac filiabus, cum scortis sacrificarunt. Populus itaque quod non intelligat, tantaq; stulticia & impietate à me se auerrat, uapilabit, uariaq; sentiet incommoda. Sed heus tu, ô Israel, siquidē omnino cum idolis fornicari gaudes, atq; licitū hoc tibi puras, ne delinquat Iuda, nec eodem stultitiæ duas saltem reliquas tribus (puffillum certē præ uobis gregem) pertrahas. Caue tibi ô Iudah, qui cognita ueritate lege, nominis mei confessione gaudes, ne in Galgalam proficiscaris, aut ascendas in Bethel, domum Dei scilicet: quam uerius Bethauen, hoc est, omnis iniquitatis domum, uocaueris, quando illic tribus illę Israelicæ decem aureos suos adorant uirulos. Neque iuretis, sic admissa idololatria, uiuere Dominum, atq; regnare ipsum: nam nulla uacca, nullus bos aratri iugum excutiens, tam rebellem se suo præbet hero, atq; Israel se præbet Domino, legem ipsius detrectando. Dominus itaque eos tandem oberrare sinet, ueluti agnos qui in uasta oberrant solitudine. Proh scelus indignum, & ô uerē execrandam Ephraicæ gentis conditionem, Ephraicæ inquam gentis: Israelis enim nomine, iam nunc eos penitus indignos iudico, qui uero ac uiuo cœli terręq; conditore neglecto, cum simulachris, uitulis nimirum aureis, scelestissimē adulteratur: id quod ab Israele, cuius nomen referre uolūt, haudquaquam didicerūt. Ille enim ex Mesopotamia in Betheladiens, totam suam domū ab idolis illinc allatis sedulo repurgauit. Valeāt itaque ô Iudah fratres tui idololatraz, neque te illis admisceas. Nihil prohi sunt principes eorum: horū enim culpa potissimum ad omne malum prouunt, ij enim continēter cum suis idolis fornicantur, muneraq; diligūt: adeo ut multo cum dedecore, nunquam non populo occinant de muneribus adferendis. Sed profectō temerē faciunt, omnemq; operam ludunt: quippe quos sua sacra, ac honor idolis habitus, tandem pudæfactura sint, & spe quæstus uberioris adhuc frustratura.

CAPVT V.

Cordi esto uobis hoc, ô sacerdotes, & credulas aures arrigite. Imò quotquot ex decem tribubus Israelitę estis, ad hoc attēdite: maximē uerō q de domo estis regia, ad regis præscriptū atque edicta uerius urgentes populum quam Dei. Vnde & ad uos potissimum id quod loquar attinet. Nam in monte Mizpah,

& itē ad Galilææ terminos in monte Thabor, insidias molimini ijs qui ad diuinę legis mandatum Hierosolyma iter faciunt, in conuallibus, ac speluncis secretioribus eorūdem uitę insidiantes. Vgh scelus indignum. Atqui ego uos, ego in quā uos simul omnes hoc dedocurus sum: non dormitaturus perpetuō ad mei nominis iniuriam, qua regis uestri idololatraz tyrannidem constabilire conamini. Satis noui Ephraitas, per suę stirpis regem iam ferociores: immō omnes uos, quotquot Israelitici huius regni estis, perspectos iam pridē habeo, & cognitos. Ephraicæ enim fornicamini sectando atque erigendo idola, quibus ipsis & reliqui Israelitę, uobis ita uolētib; atque edicto serio mandantibus, sese polluant ac commaculant. Quæ igitur malē faciunt, peiusq; in assuetudinem trahunt, non sinent ut ad Deum suum reuertantur. Nam ipse eorum animus totus est in fornicationibus, atq; colendis idolis, & Dominum ne nouerunt quidem. Omnis itaq; Israelitarum gloria, decus & maiestas, uertet sese in ignominiam, dedecus & reiectamentū: idq; præ ipsorum oculis. Ephraiticus enim ille decē tribuum populus, propter iniquitatem suam impinget ac corruet. Quin & Iuda, duarum tribuum populus, quem in præsentiarum præ Israele pium adhuc censeo, tandem quoque scelerestius impinget, ac pœnas dabit. Cum gregibus itaque & multitudine armentorum suorū uenient quæsituri Dominum, ut qui holocausto matis ac immolatis pecudibus ipsum placare uolent. Sed certē non poterit ea uia placari, aut inueniri: quippe qui hæc ipsa eorum studia rifiurus sit potius, quam comprobaturus. subdit enim atque separauit se ab eis, animo ab illis prorsus alieno factus. Quid in causa sit, rogitas: Domino fuerunt perfidi, degeneres, atq; peregrinos progignentes liberos, ex feminis gētilibus atq; idololatris. Consumet itaq; eos breuissimum quidem, & quasi unius mensis tempusculum, unā cum tota ipsorū terra, quæ desolabitur, atque uasta iacebit. Clangite bucina in Gabaa, resonet tuba in Rhama, & quotquot alia ciuitates estis inter Beniaminitas, ut terrore concussi fratres uestri respiscant. Imò in ipsa Bethauen, fratrum uestrorum scelerato templo, canite clasicum: adiacet enim uobis non ita procul à tergo, olim quidem domus Dei, siue Bethel uocata: nūc uerō fons idololatraz, & omnis iniquitatis est. Quare & Ephraicæ terra desolabitur, ac deserta relinquetur, quando eos hanc impietatem dedocebo: atq; in tribubus his Israeliticis me ostendam mea uerba præstare, neque temerē me hæctenus eis minitatum fuisse. Porro principes Iuda, ut ne suam causam prorsus iustam putent, non satis æquos se præbent Israelitis, ut quorum terminos inuadunt, ac sibi occupant: non tam mei cultus promouēdi gratia, quem etiam sic promotum nolo, quam ut suam rem adaugeant, id quod sedulo præcepi ne quis faceret. Proinde

Ego scio Ephraim, & Israel nō est absconditū à me.

Nolite ire in Galgala.

In Dominū præuicari sunt, quæstus alios alienos genuerunt.

de nisi desistant, sensuri sunt & hi, quam ego hoc indignè ac grauius ferā: quādo iram meā in ipsos profundam, uelut aquā. Ephraïticus ceterè populus per ipsos duro iudicio pressus, grauiā passus est, idē non immeritò: siquidem omīssa immaculata lege Dei, ausi fuerunt ex sordibus sine præscripto humano uiuere, atq; aureos adorare uitulos. Vnde & ego posthac futurus sum Ephraïtico populo uelut tinea, quæ ipsos atterat, exedat, & deperdat. Et domum Iuda non obliuiscar: ero enim illi quoq; ueluti putredo, qua quicquid adhuc integrum perstat, ac sanum, paulatim tamen computrescit ac deperit. Et Ephraïticus quidē populus abundē iam uidet suum languorem, & quantū ipsi malum impēdeat: neq; Iudaicum regnum hic prorsus est cæcum. Ephraïtę enim profecti ad Assyrios, illorum auxilium quærunt. Atq; idem conatur Iuda, missis legatis ad regem Iarab. Ceterū ille non poterit seruare uos, neque uobis imminentem ex me plagam curaturus est. Nam ego Ephraïtico populo futurus sum, ut leo quispiam, modis omnib. in eos desecuturus: & domui Iuda ero ueluti leonis catulus. Ego, ego in quā eos persequare, ac discerpam: in ipsos grassabor, ac ipsos auferā, & non erit qui eos eripiat. Vadam ac reuertar in locū meum, ubi quierē & ex animi mei sententia cōmoraturus sum, donec desolentur, atque me querant. Id quod non nisi in tribulatione sua facturi sunt, primo diluculo tunc consurgētes.

C A P V T V I.

Venite, inquit, eia uiri fratres, uenite & reuertamur ad Dñm: qui ut nos reliquit discerpēdos, ita & discerptos sanabit. Ut percussit, ita & curaturus & obligaturus nos est. Intra biduū, aut triduum, quā celerrimē inquam, eō rem deducet, ut extra uite periculum sit. Immo tertio die decumbēdi sine facto, nos nite ac sanitati plenē restituet: ita ut unā cum ipso, propitio nimirū Deo, uicturi simus. Tūc discussis omnium errorū nebulis, liquidō cognoscemus, quē sequamur: quippe à maximo ad minimum usque, Dominum simul omnes cognituri sumus, qui sese uelut aurora ipsa cōspiciendum dabit, ac proferet: uenturus nobis ita exoptatus, & modis omnibus desideratus, ut pluuia uel imber serotinus, qui terram si ferrius aliquanto complueret, iam seges esset exarida atq; corrupta. Quid faciā tibi ò Ephraim, decem tribuum multitudine tibi placēs? Quid inquam faciā tibi, quod non abundē hactenus fecit? Quid faciā & tibi ò Iuda? qui diuisis à uobis fratrib. duæ tantum tribus estis, persistentes quidem in cultu mei uero: ceterum misericordia siue probitas uestra nihil (proh dolor) cōstans est, sed ut nubes, aut ut matutinus ros se habet, qui ipso diluculo exoriens continuo disparet. Propterea succidi atq; abstuli uobis pseudopphetas, uerbis oris mei eos occidens: idē, ut iudicia ex uobis procederent dilucida, recta & bona. Misericordiam enim, &

mutuum inter nos amorem doceri, atq; etiam præstari uolo: quippe qui hæc pluris multo facio quā sacrificia. Et ut Deum aliquis cognoscat, omnibus holocaustomatis mihi præponderat: siquidem mei noticia iustificatur homo, id quod basis ac fundamētum omnīs uirtutis est. alioqui & holocaustomata uestra abominationi mihi sunt, & nauseæ. Verū pseudoppheta illi, ad exemplum primi parentis, pactā legem transgrediuntur, proprii quæstus gratia secus docentes: id quod illis apud me crimini datur, qui pro singulari atque eximia pietate, omni crimine uacare, & miseris confugio esse debuerant. Sed nunc Rahamoth sacerdotalis ciuitas, in monte Galaad extructa, quæ ius asyli habet, atq; mortem commertitis refugij ciuitatē esse oportebat, prorsus iniquę agentium atque sanguinaria ciuitas est. Ipso- rum fuerat, mortem cōmeritos seruare: at nūc innocentes occidunt. Nam sicut latrones uirū aliquem expectant, quem iugulent: sic se sacerdotum habet collegium. Vnanimiter enim omnes illos in uia interimendos cēsant, quotquot execrabilem illam moscholatriam fugiētes, Hierosolyma abeunt. Abominanda certē huiusmodi inter ipsos conspiratio facta est. Itaque in domo Israel horrenda multa uideo. Nihil enim aliud, quā maxime sanguinarij idololatę sunt cum suis uitulis, per Hieroboā Ephraïticę tribus regē turpiter adeo & incon- sultē erectis. Per hos enim torum Israeliticum regnum se contaminauit. Quin & Iudaicus etiam populus, qui uerum mei cultum Hierosolymis præstare solet, unā cum Beniamitis, confito nunc arbusto, ad idololatriam quoq; defecit: idē, quando captiuum populum meum reducturus eram.

C A P V T V I I.

Quoniam populū Israeliticū grauius nimis afflictum, ac ferē consumptū sanarem, idē per Hieroboā filiū Ioas, cuius uirtute ipsis restituti sunt sui termini ab Emath usq; ad mare solitudinis: tū uel maxime sese prodidit iniquitas ipsorum, quā ex Ephraïticę tribus primo suo rege imbiberāt: simul & malicia Samarię. Siquidem multa illic cædes tunc facta est, adeo ut ne regibus quidem ipsis pepercerint: quibus mentiti, nullam seruauerunt fidem. Vnde nec intra ciuitatem ipsam à furibus, & clancularijs corycais, neque etiam extra muros per apertos ac manifestarios hostes quicquam illis securum fuit, aut tutum. Ceterum ne secum cogitent, quod ueterem omnem ipsorum maliciam, ac patrum ipsorum iniquitatē recorder, iam iam abominandis undique scatent malis, quæ præsentī hoc die mihi ob oculos ueniunt, magna adeo & grauiā, ut ferri non possint. Malicia & praua conspiratione regem exhilarant, qui gaudet eos ita esse concordēs in moscholatria. Et fallaci suo cōsilio, quo prohibēt ad Deum adorandum Hierosolyma contendere, gaudio item afficiunt ipsos principes, ac

Misericordiam uolui, & non sacrificium.

In domo Israel uidi horrendū.

In malitia sua letificauerūt regē.

Et ego quæ tinea Ephraim, & quæ putredo domui Iuda.

Sciēmus, se quæ uisus, & cognoscimus, cum Domini.

regni primores. Hi enim simul omnes quoque magno cum ardore, relicta uera Domini religione, cum erectis sibi uitulis mœchantur: non minore certè feruore, quàm furnus quispiam à pistore succensus, à quo ille ne latè qui dem pedem discedit, in ciuitatem aut in publicum abiens: sed neque cessat à cômiscenda illic farina, donec ea tota simul fermètetur. Non secus ipsis habet suæ idololatriæ studium. Quodie regem hunc nostrum suo regno inaugura uerunt, pleno uini utre ac spumantibus auri pateris eum inebriauerunt, ut inde in infirmitatem inciderit, atque morbum sibi contraxerit. Extendit enim & ipse manum suam ad epotandum uinum, cum illuforibus, ac diuinæ legis contemptoribus. Nam hic corde ram fuerunt feruido, ueluti fornax aliqua, dum regi ac primoribus sic insidiantur amore hoc improbo, & consilio tam stulto. Quod dum multa sedulitate de nocte secū expendunt, uelut pistor ad furnum excubans, & de igne suo sollicitus: manè simulac surgunt, sic incenduntur, ut ignis furnarius, qui iam plenè emicuit, & conflagratur. Omnes enim sua malitia sic incalescunt, quemadmodum fornax inardescit. Vnde & iudices suos deuorant, atque in mortem adducunt. Non ne complures eorum reges intercepti sunt breui adeò temporis curriculo? Primū quidem, postquam uix septem mensibus regnauit, interfectus est Zacharias rex à Sellum. Et hic regno potitus unū tantum mensem, interficitur à Manahen, cuius crudelissima tyrānis fuit. Et interim uix unum quempiam inuenias, qui me inuocet, atque ad me confugiat. Sed Ephraïticus ille populus, ut ne pacè ineat cum fratribus & sororibus suis, duabus inquam illis iam pridem inconsultè derelictis tribub. potius fœdera sancit cum sceleratis gentibus, ipsis nimirū Assyrijs, unde & facti sunt uelut panis depfititius, quem dum serius uertis, adustione corrumpitur. Alieni itaque robur eius, regni nimirum diuitias, exedunt: dum munera grandia exactionibus parta, dātur Assyrio. At illi non animaduertunt sic frāgi suas uires, & sese uelut adustione corruptos, ac canescentes, minus reddi ualidos. Gloria itaque Israelis, omnisque Israelitici populi felicitas, qua hactenus floruerunt, ante ipsorum oculos deflorescet, atque interibit. Idque, quòd Dominū Deū suum in omnibus hisce miserijs non quæserunt, neque ad ipsum confugerūt, potius quàm ad Assyrium. Factus autem nunc est Ephraïticus hic populus, ut errabunda atque inops consilij columba. Huc illuc quidem cursitant, modò ad Aegyptios, modò ad Assyrios: cæterum quum profecti, rem suam se constabilisse putabunt, expādā ego aduersum eos rete meum, non aliter eos deiecturus, quàm zuceps quispiam eas quas capit uolucres. Et tunc quidem eos ad eum castigaturus sum modum, ut ceteri siue ipsorum synagogæ olim sum minitatus, dum uetui ne in Aegyptum redirent. Væ autē

illis, quòd à me recefferint. Nā quòd mihi peccant adeò, deuastationis causa ipsis futurum est. Ego quidē eos non semel redemi: sed quasi iam abbreviata manus mea esset, de me diffidunt. Nihil ex animo, sed primoribus tantum ad me clamitant labijs, eiulantes quidem in cubilibus suis: sed super amisso frumento ac musto tantummodo dolent. De me uerò nihil laborant, ubilibet & perpetuò mihi rebelles, nec de me cogitantes. Erudiui quidem, atque castigauit eos aliquando, corroborans ipsorum brachia. Sed hæc mea beneficia illi finistrè interpretantur, quasi malè ipsis fecerim. Reuertentur itaque, atque conuertent se, sed non ad altissimū, uerū ad Aegyptium. id quod malè cedit ipsis. Erunt enim eis Aegyptij ut arcus dolosus, qui dum in neruum abit, suum herum, uulnerat. Nam principes eorum, quia linguis contumeliosus sunt, & procacibus, gladio interimentur, magna cum ignominia & subsannatione tractandi apud Aegyptios: unde stultè nimis auxilium sperant.

CAPVT VIII.

Ad moue ori tuo tubā, qua populū ad capeffenda arma, ad arma, ad arma inquam conuoces. nam hostis pari uelocitate, & simili etiā rapacitate, qua aquila, irruet in domū Domini: idque nulla alia de causa, nisi quòd fœdus meum transgressi, legem meam soluerunt. Miserè admodum me in clamabunt, Deum suum me uocantes: dicturi quoque quòd ex Israele prognati me cognoscant. Quòd si uerum esset, adhæssissent utique mihi. At nunc Israeliticus hic populus me sibi bonum & commodum cõtempnit, & dereliquit. Vnde & dignos iudico, quos malus & incommodus hostis persequatur. Constituerunt sibi regem Hieroboam, sed non ex meo consilio. Constituerūt inquam eū principem, sed me nihil hoc comprobante. Ex argento, atque etiam auro suo idola sibi fecerunt, ac statuas: digni certè, qui omnibus diuitijs spolientur. Abominatur, atque cõtemptu te habet tuus uitulus ò Samaria: & furor meus incandescit in Israelitas, qui te incolūt, ac metropolim habēt. Quando tandē (age dic quæso) quando tandem studebunt innocentia ac probitati? An ignoratis quòd ex Israelitarum opibus conflatus est uitulus uester? & ab artifice fabro confectus? Hinc facile colligi potest, eum non esse Deum. Immo ipse Samaritanis tanto in honore habitus uitulus, abibit in frusta, & confringetur. Porro Israelitæ ut uentum seminauerunt, ita & turbinem merent, ex idololatriæ ac reliquorum malefactorum semete messem facturi minimè bonam. Seges ipsorum non germinabit, neque fructum ullum mēsis tempore proferet. Et ut maximè aliquid proferat, id hostes ipsi deuorabunt atque deglutient. Israelitæ exedentur, atque deglutientur: & deturbati suis sedibus, inter gentes tam habebuntur contempti, ut matella aliqua fœtēs ac reijcula. Postquam uerò ad Assyrium conserderunt,

Omnes calesfacti sunt quasi cli-banus.

Humiliabitur superbia Israelis in facie eius.

Ego erudiui eos, et cõfortauit brachia eorum.

Ipsi regnauerunt, et non ex me.

Factus est in nationibus ut uas inmundum.

derunt, facti sunt ut onager solitarius, ac omni auxilio destitutus: adeo ut ipsos eo inducant, ut mercede magnisq; muneribus sibi amicos comparent, ac emant. Certè quòd gentes, siue Assyrios tanta cum cura conducunt, atque ipsorum amicitiam emunt, nihil ipsis profuturum est. Simul enim omnes abijciam. Et propter onus, siue exactiones regis atq; principum suorum, dolebunt non nihil: sed magis ac magis inualescētibus inter ipsos Assyrijs, sentient quàm incòmodum sit ipsorū iugum præ meo. Hæc autè mala ferent omnia, quòd Ephraiticus ille populus multa adeo sibi extruxit altaria, in quibus ad explendam insatiabilem sacerdotum auaritiam, pro expiandis peccatis oblationes faciunt. Scripsi quidem eis legis meæ eximia, quòd unica oblatione perfecti fiant, quotquot sanctificatur: & quòd sacrificiū laudis atq; eucharistias glorificet me. Sed hæc, ut quæ nihil ad ipsos attineret, habita sunt eis. sacrificia donorū à me acceptorū sacrificat: carnem nimirum quam ipsi comedat, & unde sese exhilarent: atq; eos mihi gratos esse oportebat. Sed dum mihi superbe offerre malunt, quàm grataer me dona agnoscere, suo uentri sacra faciunt uerius quàm mihi. Dominus hisce rebus non gaudet, neq; afficitur. Vnde & nunc recordabitur iniquitatis eorū, & de peccato ipsorum sumet uindictam. Reuertentur enim in Aegyptum, illinc quæsituri auxilium, siquidem Israeliticus hic populus, creatoris sui planè oblitus est: de cuius præcepto nihil cogitans, extruxit delubra atque aras innumeras. Quin & Iudaicus ille duarū tribuum populus, Dño non satis fidens, multas etiam facit urbes munitas. Quare & in eius ciuitates ignè quoq; missurus sum, qui superbas ipsorum domos comburat, & conficiat.

CAPVT IX.

Mittite laticiam uestram uos Israelite, neq; exultate, aut quicquã uos in messe exhilarate, ut gentes quæ deos suos sedulo ac indiuulsum colūt. Nam uos à Deo uestro, non ficalneo ullo, aut lapideo, cuiusmodi gētes uenerantur, sed à uerè uiuo Deo fornicado, ac stultas colendo, defecistis. In omnibus frumenti areis, ubicunq; spes quæstus affulsit, dilexistis lucrum illud meretricium, atq; idololatricum. Propter ubertatem inquam terræ, ac areas frumeto plenas, accuratius coluistis idola uestra, illis ubertatem omnem acceptã ferentes. Hinc itaque fiet, ut neq; area uos pascat, neq; torcular. mustū enim eos frustrabitur. Non habitabunt diutius in terra Dñi, neq; enim feret eos amplius, sed euomet eos in Aegyptū & in Assyriam: ubi polluti & immundi, polluta & immunda comedant. Non libabunt Dño uini libamina, quippe quæ ab immundis profecta nihil profuerint, nihilq; Deo fuerint grata. Sacrificia autem eorum erunt eis ut panis lugerium, quos ab epulis Dñi lex abarceat. Nam quisquis panem illum comedit, cõtaminat sese: est enim

panis eorū, ut qui in funere editur. Non igitur ingredientur in latam illam domum Dñi, neq; habitabunt in tabernaculo eius. Quid autem facietis in die solēni, quo plurimū soletis gaudere & exultare? Quid in die Dño Deo singulis mensib. & hebdomadis sacro, qui hilaritati dicatus est? Ecce, propter deuatã ubilibet terrã huc illuc abibunt. Morientur in Aegypto, & illic à Memphitis sepeliētur. Domos quas ex argento suo construxerunt speciosissimas ac superbas, has hæreditabit succrescens in eis gramin & urtica. Lappa in quã succrescet in ipsorū domibus. Dies uindictæ adsunt: adsunt in quã dies perfoluendæ talionis. Israelitæ cognoscēt, cognoscent inquam stultū prophetam ac furibundum, uirum uanum, ac uētī campū, nihilq; solidi docētē: idq; propter multam ipsorum iniquitatē, ac multū inter ipsos odium. Ephraiticus enim & idololatricus ille populus cōstituit sibi specularorē prophetã, cum specularore Dei mei Mose: & hic quidem singulis annis ter Hierosolyma eūdum esse præcipit, id quod ille uetat, reipublicæ Israeliticæ consulens scilicet. Et factus est super omnes ipsorum uias ut laqueus aucupis, quo oēs pios Hierosolymam euntes irretiat. Ille autē domum Dñi odit, unde & Israelem se abstinere cogit. Crassè nimirum erratum est. Sceleratè enim adeo agitur, ut olim in Gabaa: ubi propter stupris enecatã Leuitæ uxorem, de tribu Beniaminea uiginti quinq; uirorū milia interfecta sunt, remanētibus tantū ex ea tribu sexcentis. Nūc itaq; quãdo & horum intolerabilia facta sunt, recordabitur Dñs iniquitatis eorū, atq; uindictam sumet de ipsorū peccato, summaq; ingratitudine. Inueni primū hūc populū Israeliticū gratum adeo mihi, ac si uiator quispiam sitibundus reperiat uuas in deserto. Et patres quidē ipsorū non minore sum prosequutus amore, quàm si famelicus quispiã ficus uideat, in summa prognatos arbore. Caterū ipsi, quantocūq; etiã amore eos tractarim, ingressi sunt ad impurissimum Moabitarū idolū Baalpeor, separantes sese à me ad idololatriã, cuius meritò ipsos pudeat: unde & abominabiles facti sunt, ita ut abominãda dilexerint. Ephraiticus hic populus ut auis auolabit: & filij eorū, quos parentū oportebat esse gloriã, aut à partu continuo moriētur, aut in ipso matris utero, aut statim à cõceptu per abortionē eiiciētur. Si uerò cõtingat ullos ab ipsis enutrirī liberos, sedulo accurabone in uiros euadāt. Nã neq; illis bene esse poterit, postquã ego ab eis recessero. Memini me ali quãdo uidere populū Ephraiticū summè gloriosum, atq; multo florentissimū, nõ secus q̃ si Tyrū uidisses, amœnissimo in loco speciosissimã ac florentissimã ciuitatē. Caterū nūc ita habitura se est res Ephraítica, ut non grauatim uel ad interfectorē carnificē, pducturi suos sint liberos. unde & Dñm precatus aliquãdo fui, ut uuluam ipsis daret abortientē, & ubera exicca atq; arida, nimirū ut aut nulli eis nascerent filij,

Aegyptus
cõgregabit
eos, Mēphis
sepeliet eos.

Quasi uuas
in deserto
inueni Is-
rael.

Da eis uul-
uam sine li-
beris, & u-
bera aren-
tia.

Non recor-
dabitur in-
iquitas eo-
rum.

Non liba-
bunt Domi-
no uinum.

aut ut nati continuo siti elanguerent, atq; emoreretur. Quata est omnis eorum malicia in Galgala olim designata? Quam infeliciter cadit, quod ibi me spernentes, regem sibi constitui uoluerunt: id quod alta mihi manet mente repositum. Hoc enim nomine, atq; ob tunc designatum malum, eos adhuc odi, ac parum charos habeo. Et propter malefacta ipsorum alia, multo plura & maxima, e domo mea eos expellam, non amplius eos dilecturus. Nam omnes eorum principes, ac uiri optimates a me deficient, atq; sese mihi rebelles praestant. Ephraimiticus itaque populus percutietur, & radix eorum quasi fulmine ista exarescet, ita ut nullos amplius fructus prolaturi sint. Ut maximè uero filios progignat, quos habet liberos charissimos interficiam. Deus certè meus, eo quod ipsi non obediunt, abijciat eos, & oberrabunt inter gentes uagi & miseri.

CAPVT X.

Populus Israeliticus se habet ad morè uitae uacuae ac sterilis, cuius aut nullus, aut parū probus est fructus. Qui cum multus fructus nasceretur, bonis Dei donis abutens, multa quoq; extruxit altaria. Cum terrae ipsorum pulchre omnia succederent, pulchras quoque confecerunt statuas, nullam diuinæ legis rationem habentes. Cor planè a Deo alienum eis est, unde & desolabuntur. Per Assyrios confringentur arae ipsorum, atque deuastabuntur ipsorum statuae, quas nec homines nec Deum morari apparant. Nam & nunc dicunt, nihil sibi rege opus esse: nec Dominum se morari, quod regem ipsis olim constituerim. Rex enim quorū sum conducit nobis? Loquuti uero pleraque sunt, iureiurando ea confirmantes, ac fœdus sanctissimum ferientes, quod a ueritate statuti sint, & iudicio uero. Sed ij, ut quibus nihil sanctum est, eadem illa non praestant. Nam in locum iudicij ac æquitatis progerminauit atq;

Vaccas Bethauen coluerunt habitatores Samariae.

succrescit passim uis, & manifesta tyrannis, ut uenenatae herbae in agrorum sulcis. Propter uitulas in Bethel, uel (ut ueriore nomine locū uocem) in Bethauen erectas, pauebunt Israelitae omnes, qui frequentant suam metropolin Samariam. Populus enim Samaritanus super uitulo lugebit, simul & sacerdotes eius, qui de eo exultare sunt soliti: idq; propter quæstū, gloriāq; eius, ubi ea ab ipso demigrarint, atque intermortua erunt. Quin & ipsemet uitulus, quem iam Dei loco colitis, aut sub cuius imagine Deū Opt. Max. adoratis, deferetur in Assyriam, ubi regi Iareb detur muneri. Pudendus ac sceleratus ille uitulus, cui suam gloriam dari non fert Dominus, erit Ephraimitico populo causa pudendae & ignominiosae captiuitatis. Populus inquam Israeliticus inconsulta sua consilia tunc cognoscens, multo suffundetur pudore. Nam ipse etiam Samariae, siue totius Israelitici populi rex interibit, ueluti spuma: quae summis iactata aquis, tandem defluentibus illis litri haeret, ac pedibus proteritur. Et scelerata

illa excelsa Bethauen, per qua Israeliticus populus in peccatum inductus fuit, flaccescet ac interibunt, ita ut in ipsorum aris spinæ simul & tribuli progerminaturi sint. Eo uero angustia tunc deuenient stulti moscholatra, ut montibus dicturi sint, Operite nos: & colles precaturi, ut super ipsos incidant, atque a facie furoris Domini ipsos abscondant. A diebus Gabaa, ubi nefanda adeo designata sunt scelera, peccata peccatis eorum cumlata sunt Israel. Ibi quidē constituerunt alij aduersus alios instructa acie. Et quos quæso iniquorum ac sceleratorum Gabaa sum non consumpsit praelium, atque deleuit? Certe hoc uobis exemplo fuisse, atque a malo deteruisset. Quando uero & hoc contemnit, neq; ad bonam frugem reduci potestis, corripiam atque exercebo uos pro mea libidine, ac scelerum uestrorum dignitate potius. Propter con duplicatam autem ipsorum iniquitatem con gregabuntur aduersus eos populi, multisq; ad uersum ipsos conscribetur exercitus. Ephraimiticus autem populus se habebit ut uitula tritura assueta, ac triturandi auida. Unde & ego pulchrum eius collum pertransiturus sum: & faciam ut more equi inscendatur, ac omni labore opprimatur. Iudaicus populus aranti simili erit: Iacobus uero, aut Israeliticus occabit. Laboratum est haecenus in agro idololatrico, & incultissimo. Resipiscite tandem, & seminate in agro bene culto, ubi euulsa scelerata uita zizania, iustam & bonam faciatis semetem: messe m collecturi multo optimam, ut cui Dominus benedixerit, ac fecerit bene. Ne pigearare, atque uitae meliori nos accingere. Est enim etiamnum tempus quærendi Dominum, qui inuentus, nos quid iustum sit doceat. Superioribus dieb. arastis impietatem, unde & iniquitatem mesuistis. fructum enim collecturi, ac esuri, frustrabimini spe uestra: idq; quia cōf debatis uestro illo uinēdi more sceleratissimo, multitudine etiam fortium uirorum uestrorū ferociore. Consurget autem tumultus in populo tuo: & quicquid inter uos munitarum ciuitatum est, ea deuastabuntur. quemadmodum Salmanasar tempore belli uastauit Betharbel, ubi propter infidiosam ipsorum impietatem neque feminis parcebatur, neque pueris, sed & matres simul cum suis infantibus perimebantur. Pari modo, nisi innocentibus infidari desistatis, & uobis faciet Bethel: id quae propter facta uestra, tam scelerata & enormia. Rex autem Israel, ne quid ex illo uobis speretis boni, in ipsa statim belli aurora, in primo inquam aduersus hostes congressu, continuo cadet, & perimetur.

Dicent montibus, Operite nos.

Seminate nobis in uita iusticia, et metite nobis in ore misericordiae.

CAPVT XI.

Qum adhuc puer esset Israel, & populus haud numerosus, singulari amore eum persequutus sum: atq; ut filium unice charū, ex Aegypto eum uocaui. Vocauerunt autē & prophetae eos: sed ijs nihil auscultant. Digressi sunt, sacra Baalim, & sculptrilib. suffutum facturi.

Asser rex et quoniam haerent

Dei

ri. Ego sanè Ephraicū hunc populum ingre-
 di docui, data lege meā ipsos instituens: nō ta-
 liter ulli faciens toto mundo nationi. Moses
 brachijs suis, totoq; pectore illos tulit. Verūm
 omnium beneficiorum obliti, non agnoscunt
 quōd eos sanauerim, atq; ex misera durāq; a-
 deo seruitute ipsos eduxerim. Funibus huma-
 nissimis eos traxi, nempe charitatis atq; bene-
 uolentiæ officijs: persequētem ipsos Phara-
 nem fluctibus submergendo, de die in nube, 10
 & de nocte in columna ignea me ipsis præsē-
 tem ostendendo. Factus certē sum eis, ut qui
 capistrum ē maxillis eorum admittit: intolerabi-
 li enim premebātur iugo. Ad hæc, neq; cibum
 illum eis deesse unquam passus sum, cœlitis
 eis manna depluens, atq; etiam coturnices,
 ut ne sub excussam iam iugum redirent ad Ae-
 gyptios. Cæterū Assyrius erit rex eorum,
 quādo tanta pertinacia ad me redire recusant.
 Gladius autem uibrabitur in urbes eorum, e- 20
 tiam pagos eorum consumpturus ac deuora-
 turus: idq; quōd tam inconsulta eorum sunt
 consilia. Populus enim meus propter rebello-
 nem aduersum me, cōsiliū planē inops est, atq;
 animi pendet. Prophetæ quidem reuocant eos
 ad altissimum, sed simul omnes prefracti man-
 nent, ita ut nemo uel caput ad clamantium uo-
 cem semel dignet̄ attollere. Quibus modis te
 exercebo, plebs Ephraica? Quibus uos mo- 30
 dis tractandos tradā, o Israeliticę tribus? Qui-
 bus, obsecro, uos exercebo modis? Itāne, ut A-
 dama & Gomorrhā? Deseruiam in uos, ut in
 Seboijm & Sodomam, igne sulphureo uos cœ-
 litis perdendo? Alio sanè in uos animo sum.
 Simul incalescit mihi pœnitudo, & uestri me
 miseret, ita ut non sim facturus pro ira mea fu-
 ribunda. Non enim possum animū meum in-
 ducere, ut ad interuentionem uos perdam.
 Nam ego Deus sum, uerax nimirum, & pro- 40
 missi seruans: non autem homo, uanus & in-
 constans. In medio itaque uestri sanctus, iuxta
 promissum meū, permanebo: futurus adhuc
 uester Deus, & uos meus populus. Non demi-
 grabo aliam in ciuitatem. Vnam enim Hierus-
 halem elegi: unica illa mea columba est, & a-
 mica. Ut maximè autem terrena Hierushalem
 diruatur, ita ut ne lapis quidem relinquatur su-
 per lapidem: Hierushalem ego nouam appa-
 rabo, quam simul omnes tribus relicta Sama-
 ria incolatis. Domino adhuc seruient, & ue- 50
 ræ ac nativæ oleæ aliquando inserentur. Res-
 iecti quidem sunt propter gentes: sed propter
 patres dilecti adhuc Domino sunt, qui illis col-
 ligendis ut leo quispiam per concionatores &
 prophetas rugiet. Ipsi enim rugiet: & qui
 ad occidentem sunt, pauebūt. Qui inquam in
 Aegypto sunt, pauide ac cum Domini timore
 accurrent. Et qui in Afsyriorū erunt terra, ad-
 uolabunt uolatu citissimo, in morem colum- 60
 barum. Exiccabuntur enim eis flumina, ita ut
 transeant per ea calceati. Erit enim uia residuo
 populo meo, qui superstes adhuc erit inter Af-

syrios: sicut fuit Israeli in die illa, quando ascen-
 dit de terra Aegypti: & cōstituum ipsos, ut su-
 as ipsorum domus inhabitēt, dicit Dominus.

CAPVT XII.

Ephraicū populus me abnegauit, do-
 mus inquam Israel dolose mecum egit:
 ita ut uitalis suis addictiores, prorsus à me ab-
 alienari animum. Verūm Iudaicum regnum
 adhuc cum Domino Deo dominatur, neque
 ita uerum Dei cultum reiecit. Sub pientissi-
 mo enim suo rege Ezechia, prophetis Dei
 sanctis, fideles adhuc sunt, eisq; auscultant. E-
 phraicū uerò populus pascit uentum, ac se-
 quitur euru: uana nimirū spe pascitur, qua ab
 Aegyptijs & Afsyrijs auxilia expectat. Quo-
 tidie adhuc spem uanam accumulans, quæ i-
 ipsos & frustrabitur, & deuastrabit. Cum Afsy-
 rio enim inierunt fœdus, & oleum muneri in
 Aegyptum mittitur: sed unde auxilium potis-
 simum sperat, illinc maximè eis omnis impen-
 det calamitas. Est quoq; Domino quod cum
 regno Iudaico exposulet, & unde Iacob, to-
 tum nimirum omnium tribuum duodenariū,
 obiurgeret. Iuxta suum uiuendi morem, atq; fa-
 cta ipsorum, reddet eis. In ipso matris utero,
 nondum natus, supplantauit fratrem suum: &
 fortitudine sua Dei uictor euasit, nolens eum
 dimittere, quin benedictionem extorqueret.
 Euasit itaque uictor angeli, atque preualuit ei:
 quippe qui fletit, atq; supplex ei factus sit. Ne-
 que satis Domino fuit, semel benedixisse Ia-
 cobo. nam etiam in Bethel, ubi eum inuenit,
 atq; primū colloqui cum eo cœpit, benedi-
 xit ei: estq; ibi locutus quæ ad nos attinent, ni-
 mirum de nobis quoque benedicendis. Certè
 Dominus Deus exercituum, ille inquam Do-
 minus, Israeli in mente ac perpetua fuisse me-
 moria. Porro tu, ad Dominum Deum tuū con-
 uersus, quietus esto. Quod æquum & iustum
 est obserua: & fidens semper Deo tuo, ipsum
 expecta. Chanangus mercator bilances sua
 manu tractabat dolosas, quæuis fraudare gau-
 dens, atq; opprimere: unde & merito oppres-
 sus, atq; sedibus suis pulsus est. Tu autem ne
 fueris istiusmodi. Ad hæc respondet Ephra-
 iticus populus, quōd uerè ditatus sit, iuxta ni-
 mirum uia, iuxta mensura, iustoq; pondere, &
 quōd ipse sibi magnas suapte uirtute pararit
 diuitias, easq; iustas: siquidem in omnibus i-
 psorum laboribus, ut sibi uidentur, non inue-
 nias in eis iniquitatem, quæ cuiquam crimi-
 ni detur. Quantumuis autem arroganter hæc
 loquatur, & sic sentiat: ego tamen sum Domi-
 nus Deus ipsius, qui ipsum eduxi de terra Ae-
 gypti: qui præterea eum inhabitare etiam fe-
 ci ædes præclaras, ac multo festiuissimas. Locu-
 tus quoque sum cum prophetis, qui ab iniqui-
 tate ipsos reuocarint: & multiplicauit illis uisio-
 nes, per quas populum ad optima quæq; indu-
 cerent. Et ministerio prophetarum etiam ua-
 rias, pposui parabolas siue similitudines, qui-
 bus falsum illum cultum Ephraicū, & reli-
 gionem

In utero sup-
 plantauit
 fratrem
 suum.

Veruntamē
 diues effe-
 ctus sum.

Asserit ipse
 rex eius,
 quoniam non
 ueritatē con-
 uerti.

Deus ego,
 & non
 homo.

*Seruiuit Is-
rael in uxore,
& in
uxore ser-
uauit,*

gionem idololatria coinquinatam detestaban-
tur. Non ne Galaad, unde uera doctrinam,
& omnem pietate proficisci oportebat, quan-
do sacerdotalis est ciuitas, ius asyli habet etiam
homicidis, totius iniquitatis parens est? Pro-
fecto frustra, quod pium est, illinc expectatur.
Ad hæc, in Galgala, sprete lege mea, immola-
uerunt boues. Quin & rotidem illis fuerunt al-
taria, quot lapidum acerui sunt, super sulcos
agrorum, qui ubilibet eruderantur. Non ne
& hoc multo notissimum est, quod Iacob pau-
per planè, cum baculo suo fugit in Syriæ regi-
onem, cedens furori fratris sui Esau? Et quod
illuc propter uxorem seruiert, atque pro uxore
obtinenda totos septem annos seruarit pecora?
Quid itaque se sua prudentia ditatum gloria-
bitur Ephraïticus hic populus? An non per pro-
phetam Moſen Dominus Israeliticum popu-
lum ascendere fecit ex Aegypto? per quem ua-
rijs in casibus, ac mille rerum periculis custo-
ditus est? Ephraïticus itaque populus sua moro-
sitate & arrogantia Domino Deo bilem mo-
uet. Nam & præter omnia hæc, occidunt quo-
que, qui uulino cultu spreto, Domini præcep-
to parere uolunt: sed hæc omnia in ipsorum
redundabunt capita. Grauioribus enim malis
& opprobrijs inuoluet eos Dominus ipsorum.

CAPVT XIII.

Olim quidem Ephraïtis loquentibus,
tremore correptus quilibet, ne hiscere
quidem audebat. Extulerant enim sese, ac re-
gnum planè possidebant in populo Israeli-
tico. Verum postquam à Domino descenden-
tes, cum Baal deliquerunt, eleuata prorsus il-
lorum authoritas est: neque plurius haberi cœ-
perunt, quam mortuus quisquam. Quin & ad-
huc pergunt peccare. Fecerunt enim sibi ex ar-
gento suo signum fusile. Vitulinæ figuræ idola
fecerunt, quæ nihil aliud quam opus artificum
sunt. His maleſanus populus supplicat: & ma-
ſtatis hominibus uitulos osculatur, adeoque &
cum ueneratione amplectitur. Interimunt homi-
nes, eosque pios ac innocentes, qui ueram ac
uiuam Dei habent imaginem: & uitulos pro
sua stultitia Dei loco habent, in imagines ficul-
neas Deo debitam gloriam transferentes. Pro-
pterea disperibunt ac euanescent ut nubes ma-
tutina, aut ut ros diluculo cõsurgens, atque con-
tinuo disparens. Similes erunt paleæ, quæ tur-
bine ex area propellitur. Pari omnino modo
suis sedibus eiſciendi, ut fumus, qui de fumo-
rio prouolans, continuo nullus uidetur. Ego
certè sum, atque esse debueram Dominus Deus
tuus, qui te eduxi de terra, & seruitute illa Aeg-
yptiaca: unde & Deum præter me nullum scires.
Siquidem præter me nullus est qui uos serua-
uerit, uel seruaturus sit. Ego sanè uos in desero,
in terra sitibunda illa, & arida, non sum auer-
ſatus, ubi alioqui & fame & siti pereundum fue-
rat: & induxi uos in terram melle & lacte exu-
berantissimam. Sed hic ut in præpinguib. suis
pascuis saturati sunt, saturati sunt inquam, &

*Immolate
homines, ui-
tulos ado-
rantes.*

*Saluator
non est præ-
ter me.*

continuo corde elato, atque arrogantiores fa-
cti, obliui sunt mei. Ero igitur eis ut ſauus in-
ſoſ leo: & sicut pardus, qui per uiam grassa-
tur, nemini parcens. Occursabo eis ut ferus ur-
ſus, orbatus carulis suis: & impium illum adi-
pem cordis eorum dirumpam, discerpentur
eos ibi non secus ac crudelissimus leo quispiam.
Bestijs agrestibus eos dabo discerpandos. Sic
te corrupit, atque huc malorum te inducit o Iſ-
rael, sceleratus ille uitulus tuus. Nam hunc nisi
coluiſſes, in me tuum fuisset auxilium, neque
ulli hostes tibi præualere potuissent. Cæterum
ubi nunc rex ille ueſter idololatra est? Seruet ille
uos in omnibus urbibus ueſtris. Iudices inquæ
ueſtri, & bonus ille rex, de quibus olim dixiſtis,
Da nobis regem, & principes, ubi nunc sunt?
Quin prodeunt nunc ad seruandum uos? Ira-
tus sanè, & cum stomacho dabam uobis regem.
Et nunc quidem cõmotior, atque ira grauiore
percitus, eum uobis auferam. Iniquitas autem mul-
ta adeo, & hoc tam indignum Ephraïtici populi
facinus, non potest non obuerſari animo meo.
Peccatum certè eius alta mente mihi manet
repositum. Hinc & parturientium dolores ei
obuenient, angustia nimirum longè maxima.
Filius autem ipse nihil sapiens erit, parentum
nimirum moribus responſurus. nam ut aborti-
uus iruet in mundum, atque continuo emorie-
tur. Quod ut sine inuolucro rotundis uerbis
proloquar: Maxima uos opprimet calamitas,
unde ut parturientes doleatis. Nascetur enim,
atque irruet in uos Aſſyrius hostis, quæ uos spe-
ratis ueſtri amantem fore filium: sed non diu
eum habituri estis filium. Siquidem is ſuorum
progenitorum ſimilis, non poterit uos ferre,
aut contueri. Vnde & captiuos ille uos abdu-
cet, multosque quam crudeliſſimè perimet. Si
uero adhæſiſſent mihi, & sese mihi fideles præ-
ſtitiffent, ac bonos, à ſepulchro tutatus fuiffem
eos: à morte inquam, omnique miseria eos
liberaſſem. Cæterum nunc o mors, uirus quod-
dam tibi addam, redditurus te peſtilentiorem,
ac magis noxiam. Et exciſio ſiue auidiore mor-
ſus, atque ſclerati huius populi internecio, ero
tibi o ſepulchrum, ita ut auidius ac ferocius poſt
hac plures deuores atque conſumas. Neque ulla
me iam ratione ſinam placari. Quod ſi contin-
gat Ephraïtas, pro patriarchæ Iſraelis iam mo-
rituri uaticinio, inter fratres ſuos adhuc ali-
quantisper creſcere ac multiplicari: uenturus
est eurus uentus ualidiſſimus, è deserto ascen-
dens, & exiccabit uenam eorum, & aridum atque
ſterilem reddet fontem ipsorum. Veniet in-
quam rex Aſſur, per quem perimantur, aut tra-
hantur in captiuitate. Ille diripiet theſaurum
omnis ſupelleſtilis precioſæ, nihilque illis fa-
ciet reliquum.

CAPVT XIII.

SAmaria cum ſuis inhabitatoribus deſola-
bitur: idque, quod de ſuo immorigeros præ-
bent, & rebelles. Gladijs ſtriſtis interimentur.
idque tanta cum crudelitate, ut & paruulos ene-
caruri

Dolores parturientis ueniunt ei.

Ero mors tua o mors.

catari sint, & mulieres grauidas dissecturi. Reuertere adhuc o Israel ad Dominum Deum tuum. Nam propter iniquitatem tuam in hoc proruis mala. Tollite uobiscum uerba precaria, atque orationes supplices, uitulos nimirum labiorum uestrorum: & reuertimini ad Dominum Deum, in hunc modum rogantes ipsum: Obtestamur Domine, & ex intimis animi penetralibus efflagitamus aniheli, Dimitte quæso nobis omnem iniquitatem nostram, & boni consule hanc nostram deprecationem. nam si miseros nos, miseret per incuriam deceptos denuo in gratiam assumpseris, certe pro uitalis nostris auriis, labiorum nostrorum tibi reddemus uitalis: perperuo te solum, solum inquam te inuocaturi, & modis omnibus laudaturi. Assyrius non erit nobis confugio. Non conscendemus equos, neque quicquam ex eis nobis sperabimus, ut illis opem nobis ferant Aegyptij: neque dicemus amplius ipsis manuum nostrarum operibus, quod dii nostri sint. Tu enim unus es, qui pupilli miseris: qui inquam eorum defensor, tutor ac patronus es, qui omni humano auxilio destituuntur. Siccine obsecratum oportuit? Siccine ex animo me inuocatum decerit? Quod si fieret, culpam omnem condonarem illis: sanaturus etiam eis, quicquid habent mali. Vltro etiam eos diligerem, nam indigna ratio mea in illos conuiesceret. Essem autem populo meo Israelitico ut ros placidissimus, &

ille germinaret ac succresceret ut liliū, agereturq; suas radices ut arbores Libani. Dilatarer se rami eius, filij nimirum & nepotes: decorq; eius esset quasi oleæ. Nomen item ei esset, quale est famosissimo uino in Libano prognato. Reuerterentur, in umbra laudatissimarum abietum, sub Dei tutela sessuri: & procrederet ut frumentum, & ut uitis summa cum boni nominis fragrantia germinarent. Fieret de eis ubilibet honorificentissima mentio, qualis sit & de uino Libani. Tunc diceret Ephraïticus hic populus: Quid mihi amplius cum idolis, ad nihil conducentibus? Nam ego inuocatus, eos exaudirem, id quod ficulnei dii non possunt: & ad eum respicerem, in omnem ueritatem ipsum inducens, ubi idola illa nihil neque uident, neque quicquam recte monent aut docent. Essem autem tibi o Israel, uelut abies gratissime uire scens: non quidem ut illa sine fructu. nam multus tibi ex me fructus esset, plurimumq; commodi. Quisquis sapit, intelliget hoc: & quisquis intelligit, hæc agnosceret: nimirum quod recte sunt uia Domini. Diuinæ enim consuetudinis est, populum suum castigare: non quidem ut ipsum perdat, sed ut ad bonam frugem ipsum reuocet, atque in suas uias reducat, in quibus iusti animo lubenti ambulant. Preuaricatores autem, & præfracti mali ac scelerati, in eis corruunt.

Conuertentur sedentes in umbra illius.

Paraphraseos Osee prophete finis.

IN IOELEM PROPHE TAM

PARAPHRASIS.

Verbum Domini quod super imminentibus malis præmonendo populo, factum est cum Ioel filio Phatuclis.

CAPVT PRIMVM.

QVANDO Israeliticus populus uarijs peccatis coinquinatus, per impios reges in cultu uitorum suorum constantem multa cum pertinacia perstitit, ita ut nullis cordationum atque precum uatum monitis auscultaret, sed idololatriam suam magis ac magis potius augetet atque constabiliret: uisum fuit Domino, uerberibus agere cum populo, quando uerbis nihil adeo profecit. Sed ut populi sui amantissimus est Dominus, multatq; erga ipsum misericordia, hoc sui animi decrerum aperuit seruo suo Ioeli, si forte per illum, urgentibus atque iam iam impendentibus malis, ad bonam frugem, atque in præscriptas à Domino uias, reduci possent. Ille uero de immittendis malis iam certior factus, & populo Dei male metuens, magno studio, & frequenti hominum corona cinctus, in hæc uerba prorupit. Audite hæc o senes, qui multam præteritarum rerum habetis memoriã: imò quot quot terram hanc inhabitatis, auribus hæc percipite, an simile quicquam uestra unquam ætate acci-

derit, aut etiã memoria siue etate parentum uestrorum. Colloquimini hac de re cum filijs uestris, & illi uicissim cum suis, & nepotes uestri cum generatione colloquatur altera. res enim digna est, cuius meminerint & nati natorum, & qui nascentur ab illis: magna nimirum, & hæcenus inaudita calamitas est, quæ terre imminet. Nam quatuor continuis annis uario insectorum genere annona deperdet: primū quidem per erucas, quæ si quid uobis faceret reliqui, id postero anno deperdetur per locustas: tertio uero anno corrumpet omnia bruchus: qui si quidquam uobis relinquat, id quarto anno exedet capite. Expergiscimini qui exiccandis poculis studeatis, atque ebrietati: Flete & eiulate inquam uos ænopota, idque super uino musto, quod ori uestro adimeat. Fortis enim atque innumera insectorum gens ascendet in terram uestram, quæ quidem non pro suorum corporum paruitate desquiescet, sed quam grauissimè cuncta deuastabit. dentes enim eius asiniles sunt leoninis: & molaribus suis quiduis conficiet ut leonum catuli. Hæc deuastatura est uites meas, & ad nudum decorticabit ficus meas, ita ut decorticate inalbescant, & emoriantur rami earum. Qui planctum facitis, ut super amisso marito, floridæ suæ ætatis cultore, adulescētula uidua, iam omni

Expergiscimini ebrii, & flete.

Ademus uobis labiorum nostrorum.

Audite hæc senes.

omni ornatu posito sacco uestesq; lugbres induta. De sacrificijs & libationibus etiam in ipsa domo Dei actum erit: unde & ipsis sacerdotibus ac Domini ministris quoq; est, quod merito lugeant. Agri deuastabuntur, humus lugebit, atq; ubilibet desolabitur: quod frumentum sic deuastetur, & sic excicetur mustum, & oleum deperdatur. Pudeat uos uestri laboris, o agricola: eiulate uos uinitores super tritico simul & hordeo. nam messis agri peritura 10 planè est, atq; nulla futura. Vites exarescent, & ficus exaridæ excidentur. Malo granatū item, & palma, atq; malus, & quicquid arborum agrestium est, cuncta simul emorientur. Exarescet inquam, quocunq; humanum palatū gauderet, aut quicquid hominis oculos afficeret, atq; oblectaret. Saccos itaq; induti uos sacerdotes, planctum facite: & quicunq; altario ministratis, eiulatu permouete Dominum. Ingre dimini domum Domini, atq; in saccis, in uili la 20 cerosq; uestitu ibi pernoctate, qui Deo meo ministratis. nam etiam in domo Dei uestri de sacrificijs & libaminibus actum erit: nō enim erit populo, quod aut sacrificent, aut libent. Indicite populo ieiunium, conuocate totam simul populi multitudinem, congregate simul omnes terrę incolas in domū Dei: id per quam sedulo accurate uos qui seniores estis, atq; authoritate ualeatis. Conueniant simul omnes ad deprecandum Dominum. Ah ah diem malum 30 & grauem. nam dies hic Domini propè adest, qui quasi cuncta uastaturus ab Omnipotente ueniet, ita ut nullū cuiquā sit effugium. Nonne nobis præ oculis nostris uictus deperit: atq; de domo Dei nostri omnis lætitia & exultatio deperditur? Grana ipsa, unde læta messis expectanda erat, sub ipsis agrorum glebis computrescunt: horrea diruuntur, apothecæ dissipantur, quando frumentum & annona omnis exaruit, ac nulla introuehitur. Quid tam miserum 40 gemunt animalia? Quid tam perturbata atque emaciata sunt pecorum armenta? nisi quod nulla inueniunt pascua. Imò ne gregis quidem pecudibus, capellis nimirū & agnis, inuenitur pabulum. Ad te itaque Domine mihi clamitandum est, quando tam inarida sunt pascua, quasi ignis ea consumpsisset: & arbores omnes sic affectæ, quasi flammis essent adustæ. Quin & animalia agrestia ad te glocitabunt, barrient, & ululabunt: quippe quæ excicatis 50 quarum riuis non habent quod bibant, & quasi igne adustis pascuis, nō inueniunt quod edant.

CAPVT II.

Quin & in Sion tubis clāgite, classicum canentes in monte mihi sancto ac dedicato, apud Hierosolymitanos meos, & quot quot regi Iudæ parent: idq; ita, ut omnes terrā istam incolentes horreant & contremiscant. Ad est enim dies Domini, & quidem propè admodum. Dies tenebrosus, & tristi caligine: dies 60 nubilus, & horredè obscurus uos obruet: idq; repente adeo, quemadmodum aurora sese ex-

pandit per mōtana. Populus in uos irruet multus adeo & fortis, ut à condito mundo non fu erit illi similis: neq; etiā postea futurus sit, dum seculum stabit. Incendio ante se cuncta uastabunt, & post se quicquid reliquerint flammis deperdent. Antè quā adueniāt, tam amœna, florida atque læta erit terra, ut uel cum horto Eden, ipso nimirum paradiso Domini, conferri possit. Postquam uerò grassati per terrā fuerint, erit ut uastum atque aridum desertum. Et non erit qui hos effugiat. nam similes planè erunt equis: quippe quos uelocitate nullus equus præuerterit. non minore enim celeritate ferentur, quā equites. Per iuga montium subfilient atq; ferentur, sicuti stridentes atq; crepantes quadrigæ: quemadmodum & resonat flamma incendij, dum consumit stipulas & framenta, ita nimirum, ut magno in exercitu, beneq; instructo, ipsa inter se arma concrepant. Ad horum conspectū contremiscent atq; horrebunt populi. & omnium uultus ponent gloriam suam, cristasq; suas demittent. Multa enim ac fortitudine in uos irruent: & ut uiri militares atq; bella docti, mœnia scandent. Sua quisque feretur uia, ita ut nemo unus alium remoraturus sit in semitis suis. Alter enim alterum non comprimet, suam quisq; currēt semitam. Et ut maxime in gladium incidant, atq; ab obfistente feriantur, non uulnerabuntur. Per urbem cursitabunt, ferentur per muros, inscendent domos: etiā per fenestras, ita ut fures asfolēt, in eas irruent. Antè hostis huius aduentum terra commouebitur, & cœli contremiscent, adeo ut sol & luna obtenebrandi sint, & stellæ splendorem suum retracturæ. Caterum Dominus præcedens, exercitū huic suo animum addet, ipsumq; reddet ferociorē. Siquidem magna admodum erunt castra eius, & ad eius iussa ac uoluntatem exequendum fortia, & expedita. Erit enim magnus dies ille Domini, multumq; terribilis: quem quis quæso ferat & sustineat? Verum etiam nunc adhuc ad respicientiam uos inuitans Dominus, Conuertimini toto ex animo ad me (clamitat) cum ieiunio, fletu & planctu: Disrumpite indurata atque occacata corda uestra, potius quā uestes ipsas. Conuertimini inquam ad Dominū Deum uestrū. Est enim facilis, misericors, longanimus & magnæ misericordiæ, quem concepti aduersus hominē malī citō pœnitet. Quis scit, si cōuertatur, ac mutato animo, propositi ipsam pœniteat: ita ut post se relinquat benedictionem, quā mala hæc omnia auertat, ita ut abundè uobis sacrificia & libamina Domino Deo uestro afferenda suppetant. Clangite tubis in Sion, indicite ut quisq; ieiunet. Conueniant cœtum, congregate populum: & conueniant sanctificati, puri, ac casti. Congregate & senes & iuuenes, atq; adeo ipsos etiam infantes, atq; etiamnum lætentes. Ne se oblectet in cubiculo suo sponsus cum sponsa sua, nec in thalamo suo se exhilaret cum suo sponso spōsa. Plorant inter

Accingite uos, & plāgite sacerdotes.

Ad te Domine clamo.

A facie eius cruciabantur populi.

Canite tubas in Sion, & effugate ieiunium.

inter templi uestibulum & altare sacerdotes, & quicumq; in sacris Domino ministrant. Implorant Domini misericordiam, atq; dicat: Eia Domine, parce populo tuo, ipsumq; respice, & ne exponas hereditatem tuam omnium opprobrijs & conuicijs, ita ut gētes nobis dominentur ac illudant. Quorsum enim spectat, si non ad sacrosancti nominis tui ignominiam, quod inter gentes dicturi sunt: Vbi nam nunc est, & quid ualeat Deus ipsorum? Sic inquam implorate ac deprecamini Dominum: & ipse zelo quodam erga terram suam commotus, populo suo parcat. Tunc autem respondebit Dominus, & respiscētī atq; ad se cōuerso populo dicit: Ecce ego mitto uobis frumentum & mustum & oleum, idq; ad saturitatem & abunde. Et non exponam uos amplius opprobrijs & conuicijs gentium. Aquilonarē quoq; exercitum illum locustarū a uobis dispellam, eiecturus eum ad terrā torridam & desertam. Facies eius erit ad mare orientale, & extrema acies siue finis eius ad mare occidentale erit. Multum autem exhalabit factorem, & computrescet, eo quod nimium fauierit. Ne quid iam timueris terra, quin potius exulta, gaude & letare: nam Dominus nūc bene admodū tibi facturus est. Ne quid timueritis quoq; ō iumenta agrestia: nam pasqua deserti uiuebunt, atq; quā pulcherrimē germinabunt. Arbores proferent fructus suos, uitis item & ficus perquā benignē ferent fructum. Filij quoq; Sion exultate, & letamini de Domino Deo uestro: quippē qui daturus uobis est iustum, uerum ac multo optimum doctorem, demissurus uobis ex doctore illō, bonā ac modis omnibus salutarem ac necessariam doctrinā, qua iusticiæ moribusq; pijs sic reuiuiscatis, ut terra siccitate ferē exarida ad pluuiam reuiuiscat diu dilatā & intermissam: aut ut seges, quæ plenispicis siti flaccescens, pluuia immissa ad iustam peruenit maturitatem & perfectionem: idq; perquā breui, quasi eodem mense & semetem facias, & messem. Tunc implebūtur area uestræ frumentō, & torcularia uestrā musto ac oleo redundabunt. Ex eius doctoris institutione bonis undiq; implebimini ōperibus, & uaria in proximos beneficentia. Tunc quicquid superioribus annis damni accepistis ex locusta, bruchō, campe & eruca, quæ multam meam ostenderunt fortitudinem, id omne uobis refarciā. Sic doctor ille iustus & uerus per denunciatum uobis euāgelium, sarciet quoq; ac delebit omnia uobis peccata & incommoda mala, quæ per sathanā, carnem & mundum accepimus: immaculati illius agni sanguine, cuncta repurgās, abluēs ac delens. Tunc sanē edetis, idq; ad saturitatem. Implebit enim sua iusticia esurientes Dominus, & laudabitis nomen Domini Dei uestri, ut qui multa mira uobis fecerit. Et populus hic laudatrice uoce meā iusticiam ac bonitatē celebrans, atq; certō persuaam sibi habens, nullō unquam seculo pu-

desiet. Tunc scietis, ait Dominus, quod sim in medio populi mei Israelitici: quodq; ego sim Dominus Deus uester, & nemo alius. Et futurum quidem est, ubi ad hanc mei cognitionem perueneritis, ut effundam spiritū meum super omnem carnem, in cuiusuis conditionis homines: & filij uestri, simul & filij uestrę prophetabunt: senes uestri somniabūt somnia: & qui apud uos erunt iuuenes, uidebunt uisiones. Quin & super eos, quos ex gentibus habebitis seruos & ancillas, effundam in illis diebus spiritum meum: & dabo prodigia tum in cælo supernē, tum in terrā infernē, sanguinem uidelicet & ignē. Impij enim gladijs perimentur, atq; adeo cœlitis immisso igne comburentur. unde tantus exurget uapor & fumus, ut sol obtenebrandus, & luna colore sanguineo offuscanda sit: idq; antequā ueniat dies Domini, magnus ille, & horribilis. Futurum est aut, ut omnis qui inuocauerit nomē Domini, euadat, & saluus fiat. Nam in monte Sion, siue in Hierusalem, in uera nimirū Domini Ecclesia, quæ sola diuini nominis uerā inuocationem nouit, erit salus & euasio, quæadmodum Dominus dixit: præterea etiam in superstitibus, quos Dominus pro sua bonitate dignabitur uocare.

C A P V T I I I.

NAm ecce in diebus illis, atq; eo in tempore, quo ex Iuda atq; Hierusalē captiuos reducturus sum, tum gentes omnes congregabo, deducturus eas in uallem Iosaphat, ubi olim Ammonitæ & Moabite cum filijs Seir Indam oppugnaturi, mutuis sese cōfecerunt uulneribus, ita ut interfectorū innumera illic iaceret multitudo: ibi certē mihi tūc erit quod cum ipsis gentibus exoptulem, de oppresso nimirū populo meo, & de hereditate mea quę inter Israelitas mihi est, quos inter gentes toto terrarum orbe huc illuc disperferunt, dispartientes inter se terram meam, atque de populo meo sortem mittētes: puerum uendentes pro concubitu meretricis, & puellam pro uino quod potarunt. Cæterū, quid quæso aduersum me uobis est, ō Tyre & Sidon? & quotquot frontem terræ Palestinæ habitatis? An ulla uos per me lacepsiti estis iniuria, q; in deuastanda urbe mea Romanis uos præbueritis socios? Ita ne talionē mihi redditis? Vos ne mihi, inquā? Nimis quā cito certē reddidero uestram illam talionem in caput uestrum. Quin & argentū & aurum meum diripuistis, & optima quæq; cimelia uestra intulistis in delubra uestra. Ad hæc, filios quoq; Iuda, & ciues Hierosolymitanos uēdidistis gentibus, ijsq; semotissimis, ut quā longissimē a terminis suis remoti, nunquam in terram suam redirent. Verūm ecce, ego ijs de locis in quæ uos eos uēdidistis, exuscito eos, & talionem uestram in caput uestrum rependo. Vendam enim & ego filios uestros, & quas habetis filias in manu filiorum Iudæ, qui eos rursum

Et erit post hæc, effundam spiritū meum super omnem carnem.

Apoc. 20.

Verūm quid uobis & mihi Tyrus et Sidō?

C sum

Ecce ego mitto uobis frumentum et uinum.

Clamate
hæc in gen-
tibus, sancti-
ficite bellū.

sum uendituri sunt Sabæis, atq; quàm longis-
simè à uobis disitis gētibus. Futurum autem
hoc esse, persuasissimum habete. Dñs enim
qui mentiri non potest, sic est locutus: Clam-
mitate hæc inter gentes, conscribite exercitū.
Suscitate uiros robustos & fortes. Accedant
atque conglomerent sese, quotquot militia
assueti, atq; bellum docti sunt. Ex uomeribus
uestris conficite uobis gladios, & ex falcibus
uestris læceas. Et qui inter uos debilis est, sum
pro animo sese irroboret, ac fortè dicat. Con-
globate uos inquam, atq; uenite omnes finiti-
mæ gentes. Instructa acie congregati consistite.
Illuc faciet Dominus, ut robustissimi quiq;
uestrum descendant, cadant & interimantur.
Accingant atque apparent se gentes, ascensu-
ræ in uallem Iosaphat, ubi mercedem suis fac-
tis dignam recipiant, qui populum meum
multo adeò tempore sibi tenuerunt tributa-
rium, deridiculo etiam eos habentes. nam ibi
fedebo, gentes omnes quæ circumiacent indi-
caturus. Immittite falcem, atque impias has
gentes, ut segetem bene maturam, demetite.
Venite atque descendite ad conculcandum eas,
more uuarum. Torcular enim plenum est:
inò torcularia ipsa exundant & profluunt, a-
deò est multa eorum malitia & improbitas.

Populi populi
in ualle
concisio-
nis.

Populi, populi, qui in uallem occisionis con-
gregabimini (dies enim Domini propè adest,
qui in ualle occisionis est futurus) durissima
sanè & abominanda uobis imminet, unde
meritò quis horreat. Nam & sol & luna ob-
tenebrescent, & stellæ ipsæ splendorem suum
sunt retracturæ. Ad hæc Dominus uelut inui-
ctissimus leo rugiet, ex Hierusalem daturus
uocem suam, ad quam & cæli & terra con-
tremiscant. Verùm populo suo Dominus re-
fugium erit, & filijs Israel fortitudo: dum in-
terim uestre uires flacessent, atque infirma-
buntur. Tunc tandem scietis, quòd ego sim 40

Dominus Deus uester, uestri amantissimus,
quanquam id multo tempore dissimulaue-
rim: & quòd habitem uobis præfens in Sion,
in monte mihi sancto. Tunc erit Hierusalè san-
cta, pura, & immaculata. nam hostes non am-
plius tunc transibunt per eam. Non concul-
cabitur tunc amplius à gētibus impuris & im-
mundis, ut quarum impleta tunc erunt tem-
pora. Vbicunq; tunc ueri habitabunt Israe-
litæ, ibi mons ille meus sanctus erit. Lapis e-
nim ille qui sine manibus de monte abscissus
est, fiet mons multo maximus, & occupabit
totum terrarum orbem: quem tunc pulsa om-
ni iniquitate, inhabitabit iusticia. Tunc mon-
tes profundent mustum, & colles fluent lacte,
simul & omnes riui Iuda. Fluent autem aqua
salutaris doctrinæ: & è domo Domini egre-
dietur fons, qui irrigaturus est uallè spinarū.
Huius nimirum uirtute interorientur sping
illè humani cordis asperæ & aridæ, & fiet ter-
ra fertilis & frugifera Domino. Aegyptus dis-
pereuntib. impijs desolata erit: inter hos enim
Ismaelite primi fuerunt hostes populi Dei. Et
Idumæa, quæ ultimos Israelitarum hostes pro-
tulit, cum terram Chanaan ingrederentur (ita
ut & nunc regnum quartæ bestie, ultimã cum
Israelitis geret similitudinem & inimicitiam) de-
serta erit, & solitaria. Idq; ut aio, quòd filios Iu-
da oppresserint, quodq; sanguinem innocen-
tem multum adeò, tanta cum tyrannide, in ter-
ra sua profuderint. Verùm Iuda in seculum
atq; perpetuò persistabit, & Hierusalem in æter-
num persistet. Et ad sanctificandam sue mun-
dandam terram, uindictã summam de sangui-
ne eorum, unde hactenus uindicta sumpta nõ
est, nam Dominus ipse sanctus & im-
maculatus, habitaturus est
in Sion.

Stillabunt
montes dul-
cedinem, et
colles fluent
lacte.

Finis prophetæ Ioelk.

IN AMOS PROPHETAM

PARAPHRASIS.

Hæc ea sunt, quæ Amos (qui ex primarijs pa-
storibus fuit ciuitatis Thecuz) præuidit de Israe-
le, super decem nimirum tribubus: idq; tempore O-
ziæ regis Iudæ, & tempore Hieroboam filij Ioas,
regis Israel, duobus annis ante terræ motum, quo
templi limina postes ac cardines ualido motu con-
cutiebantur, dum rex Ozias sacerdotio fungi cona-
tur: unde & increpante Azaria sacerdote le-
pra percussus est. Dicebat
autem:

CAPVT PRIMVM.

Super tri-
bus sceleri-
bus Da-
masci.



DOMINVS ut inuictus leo è
Sion rugiet, uocèq; suã per præ-
cones suos emissurus est ex
Hierusalem, durã adeò & mi-
nacem, ut pastorū pascua inde
lugeãt, & Carmeli uertex alio-

qui floridissimus inarescat. [Studio enim fuit
Domino Deo, populū suum modis omnib. à
moscholatria sua, cui malè addicti erāt, in ue-
ram uia reuocare: hic quidè per prophetã A-
mos, illic per Oseã eodem tempore uaticinan-
tem: ita ut Dñs nullum non mouerit lapidem,
quo respiscēs populus impendentē sibi capti-
uitatē Assyriacam declinaret. Ostendens uerò
propheta quæ Dñi bonitas sit, & quanta eius
longanimitas in sumenda de hominum pecca-
tis uindicta, quodq; in quartã usq; generatio-
nem eã procrastinet ac differat, sic dixisse ait
Dominū:] Tres præuaricationes Damasceno-
rum condonauero, ne in tertiã quidem ipsorū
generationē seuiens. Ceterū in quarta eis non
pepercero: eo q; populū meum Israeliticū, Ga-
laad incolentem, ferreis triturauerint tribulis.
Immittam itaq; ignem, hostem nimirū Assy-
rium,

tum, qui gladio & igne grassetur, in domū A-
 zael regis ipsorū, qui palatia filio ipsius Ben-
 hadad cōstrūctā deuoret & perdat. Vectes autē
 & repagula siue claufuras ciuitatis Damasce-
 nę, quam illi metropolim habent, in frustra cō-
 minuam: & quicunq; incolāt campum Auen,
 hos curabo disperdendos. Disperdā itē & illū
 de Betheden, qui illic sceptrū tenet regiū: pro
 uoluptate multa, magnā illi amaritudinem re-
 pendens. Nam populus ipse Damascus siue
 Syrus, trāsferetur captiuus Cyrenem, ad ipsos
 Assyrios, ait Dñs. Sic dixit Dñs: Tres praua-
 ricationes Gazeorū condonauero, ita ut tertie
 etiā generationi nō sim denegaturus ueniam.
 Ceterū quartę nō pepercero, eo quod plerōq;
 ē populo meo, cum deuastarent, profugos E-
 domitis, siue quartę bestię primatib. captos tra-
 diderint. Immittā ergo ignē, hostē nimirū gla-
 dio & igne sequentē, in murum Gaza, qui pala-
 tia, superbasq; ipsorū domus exedat & confu-
 mar. Incolas quoq; ex Azoto disperdendos cu-
 rabo: ab Ascalone item, qui illic sceptro potit
 regio. Pręterea obuertā manum meā etiam cō-
 tra Accarō, ut quicquid Palestinarū sordii, pri-
 marijs ciuitatib. deperditis, remanserit, ibi pe-
 reat, ait Dñs. Sic dixit Dominus: Tres praua-
 ricationes Tyriorū condonauero, ita ut tertia
 ipsorū generatio inuētura sit cōdonationem.
 Verūm quartę non cōdonauero, eo q; ex popu-
 lo meo ad se profugos, sceleratis quoq; Edo-
 mitis, quartę nimirum bestię principib. captos
 tradiderint: nihil recordati fœderis fraterni,
 qd inter se rex Israelis Salomō, & rex Tyriorū
 Hirā, multa cum beneuolētia sanxerūt. Immit-
 tam itaq; ignē, hostem nimirū Chaldeum flam-
 mis ferroq; potentē, in murū Tyriorū, q palatia,
 magnificasq; ipsorū edes consumat ac per-
 dat. Sic dixit Dñs: Tres pręuaricationes Edō
 condonauero, ne in tertiam quidem adhuc ge-
 nationē animaduerturus. Verūm quartę nō
 condonabū, eo quod fratrē suum gladio per-
 secutus sit, quodq; in prestanda misericordia
 corruptē adeo egerit. Perpetuo enim eius fu-
 ror eum diripuit, nec unquā furorē suū inter-
 misit. Immittā igit ignē, hostem nimirū Iudęū,
 & gladio & igne cuncta uastantē, in primariā
 Edomiticę gentis ciuitatem Theman, qui de-
 uoraturus etiā est palatia, ac superbas domos
 ciuitatis Bozre. Sic dixit Dñs: Tres pręuarica-
 tionēs Ammonitarū cōdonauero, ita ut tertię
 etiam generationi nihil imputaturus sim: sed
 quarta meritas luet pēnas, eo qd ad suos ter-
 minos latius extendendos, præclaras illas atq;
 iustar montium excelsas ciuitates Galaad, dis-
 secuerint, siue inter se dispartiti sint. Succēdam
 igitur ignem, præferocem nimirum hostem, in
 murum Rabbah, quæ Ammonitarum metro-
 polis est: & ille tempore belli, aut alioqui tur-
 bulento tēpore, palatia superbasq; eorum do-
 mos cum tumultu, uociferatione ac ueluti tur-
 bine quoddam deuorabit. Quin & rex eorum
 abducerur captiuus: rex ipse inquam, unā cū
 omnibus regni primoribus, ait Dominus,

Sic dixit Dominus: Tres pręuaricationes
 Moabitici populi condonauero, ne in ter-
 tiam quidem generationē sc̄uiturus. Ve-
 rum quartę nō pepercero, eo quod ossa regis
 Edom, filiū in quā Edomitici regis primogeni-
 tum, cunctis cōspicientibus, super ciuitatis sug-
 murū ad cinerem usq; combusserint. quā qui-
 dem immanitatem, & mores ita barbaros, ne
 Edomitico quidā populo impune fieri patiar.
 Vnde & immittā ignem, crudelem nimirū ho-
 stem, in Moab, qui palatia superbasq; ædificia
 Carioth, perdat & cōsumat, ita ut Moabiticus
 populis per tumultū ac hortatus bellicos, ca-
 nente nimirum classico, perimēdus sit. Faciam
 quoq; ut iudex, siue rex de medio eius excidat:
 & cunctos quidē principes eius, unā cum ipso
 interficiam, ait Dominus. Sic dixit Dominus:
 Tres pręuaricationes Iudęorū cōdonauero, ita
 ut tertie etiā generationi donāda sit uenia.
 Ceterū quartę nulla stat cōdonatio. idq; qd
 abiecta lege Dñi, statuta eius non serauerint.
 Seducti uerō sunt cōmentitijs idololatricisq;
 doctrinis suis, quas patres ipsorū sunt secuti,
 ex illis prorsus pendentes. nam Dominicę le-
 gis liber amissus, planē in obliuionē ipsis ue-
 nit. Immittā igitur ignē, hostem nimirū Baby-
 lonium Nabuchodonosorē, qui Hierosolymo-
 rum palatia ac domos cōsumat & perdat. Sic
 dixit Dñs: Tres pręuaricationes populi Israeli-
 tici cōdonauero, ne tertiā quidem generatio-
 nem malē tractaturus: uerūm quartę non sum
 condonaturus, eo quod argento, uili nimirū
 pecunia, atq; adeo duobus ferē calceis reijcu-
 lis, iustam pauperis causam uendāt, turpis lu-
 celli gratiā iniuste iudicantes. Pauperib. itaq;
 in terrā usq; capita deprimūt, & humiliū cau-
 sam reddunt deteriorē. Porrō quod omniū ad
 huc fœdissimū est, Et filius & pater cum eadē
 concumbūt puella: quo fit, ut polluat atq; ma-
 lē audiat nomē sanctū meum. Ad hæc, super ue-
 stimenta sibi oppignorata sese ad quamlibet
 aram demittentes, uinum bibunt ea pecunia
 emptū, quam per multas pauperi popello ex-
 torquēt, neq; in ipsa deorū suorum ede hæc fa-
 cere uerent. Me quidē authore, meaq; uirtute
 factū est, ut Amorrhæus, q triplo fortior erat
 Israele, ad ipsorū aduentū disperderetur: erat
 enim cedrina altitudine, & fortitudine planē
 querna, siue roborea. Fructus tamē eius super-
 nē, & infernē radices eius cōsumpti sunt. Peri-
 erūt in quā liberi, unā cum ipsis parentib. suis.
 Me itē authore ē terra Aegypti ascēdistis, qui
 & per desertū totos quadraginta annos uos
 deduxi, ut terrā Amorrhęi, gētis multo poten-
 tissimę, possideretis. Ad hæc, suscitauī quoq;
 ex filijs uestris qui prophetarēt, & uos de ob-
 seruanda lege mea cōmonerācerent, atq; uos
 quod iustū ac æquū est docerent. De iuuenib.
 item uestris, qui ipsa natura uoluptatis studio-
 siores sunt, dedi uobis qui Nazarci essent, mo-
 ribus per omnia inculpatis & castissimis. Ita-
 ne. ait Dñs, res haberō filij Israel. Ceterū uos

Super trib.
 sceleribus
 Iuda, et su-
 per quatuor
 non conuer-
 tam eum.

Ego sum,
 qui ascende-
 re uos feci
 de terra Aę-
 gypti.

Super tri-
 bus sceleri-
 bus Iri, et
 super qua-
 tuor non cō-
 uertā eum.

nihil quicquā hęc omnia morantes, propinat-
 stis Nazareis uinum, & uoluitis ut uobis pa-
 rērent potius quāmihi. Quomodo & pphē-
 tis mandastis, ne quid prophetarēt. Verūm nō
 impunē hęc feretis. Nam ecce, ego uos uestro
 in loco coarctō atq; cōstringo, quēadmodum
 coarctat atq; cōstringitur plaustrū aliquod fru-
 mēti manipulis refertū. hōc enim uento cōcus-
 sum, fridet altū, atq; ingemit. Ita & uobis sum-
 ma impēdet calamitas & angustia: unde ijs qui
 expediti atq; agili erūt corpore, nullū patebit
 estugium: neq; fortē quicquam inuerit sua for-
 titudo, unde & de robustissimorū quoq; uita
 aētū erit. Non subsistēt sagittarij: & qui pedib.
 ualent, cursuq; sibi cōsulere uolent, nō poterūt
 euadere. Nam ne equites quidē ulla uelocitate
 uiam inueniēt, qua euadant & seruetur. Porro
 qui inter fortes animo infractiore fuerit, neq;
 ita timido, is tūc temporis, ait Dñs, uel nudus
 studebit aufugere.

Peribit fu-
 ga à uelo-
 ce.

CAPVT III.

Vudite hāc, quam in uos Dñs tulit, sen-
 tentiā filij Israel: imō in totā illam duo-
 decim tribuū cognationē, quam ē terra
 Aegypti, ubi miserē infandumq; adeō oppri-
 mebimini, eduxit. Sic autē ea habet: Ex omnib.
 terrę cognationib. solos uos eligere dignatus
 sum, multa uariaq; uobis ostēdens signa & p-
 digia. Idcirco grauiores etiā super omnibus i-
 niquitatibus uestris, de uobis pēnas sumptu-
 rus sum. Prophetas meos aspernamini, quasi
 ego eis nō sim locutus: cū satis uideatis tamē,
 eos mecū ambulare, uitāq; iustā uiuere. Num
 ambulabūt duo unā, nisi ita pacti, & super in-
 eundo itinere collocuti fuerint? Scitote itaq;
 nō de suo ipsos loqui cerebro. Num leo in syl-
 ua rugiet, ubi ei prēda nō est? Et leonis catulus,
 brutū & irrationale animal, num uocē suam ē
 latibulo suo attollet, nisi qd apprehēderit? Ita
 & nō temerē esse, sed impendentē uobis cala-
 mitatē prauiderē prophetas, cogitate, qd ad-
 uersum uos sic rugiat & clamitēt. Num cadet
 auis super terrā in laqueū, ubi ipsi rete non est?
 Et expansum iam rete, an conuoluet illud ē ter-
 ra collectū, prius quā quicquā cāperit? Sic
 prophetam fingite aucupē, & prophetiā ipsius
 esse rete, quod uos, nisi respiscatis, irretiet atq;
 miserrimē exercebit. An citra populi pauorem
 in ciuitate clasicū canet, ita ut nō perturbent,
 commoueantur & exhorrescāt? An mali quic-
 quā in ciuitate acciderit, quod nō faciat Dñs,
 atq; ab ipso immittat? Certē nihil quicquā Do-
 minus facturū est, nisi secretū suū seruis suis
 pphetis reuelauerit, per quos ad respiscentiā
 uocent scelerati, & cōsolationē accipiant pij ac
 probi. Quis nō timeat ad leonis rugitū? Atqui
 Dñs Deus cum locutus sit, quis ausit eum con-
 temnere, atq; eo iubēte nō prophetare? Cura-
 te ut in palatijs Azoti hęc audiant inter Palēsti-
 nos, & itē in palatijs Aegyptiorū: & dicite, ut
 cōscriptis exercitib. ueniāt ad montana Sama-
 rig, multa in medio eius uisuri turpia & nefan-
 da, multamq; uim ac tyrannidem, qui miseros
 malē opprimūt. Nesciūt enim rectē agere, di-

Non faciet
 Dominus
 Deus uerbū,
 nisi reuela-
 uerit secre-
 tum suum.

cit Dñs. Recondunt in domibus suis, quā ra-
 pto atq; populi expilationib. parta sunt. Pro-
 pterea sic dixit Dominus Deus: Angustia, du-
 raq; uobis impendet calamitas. Hostis enim
 circūdaturus est terrā, atq; eam occupaturus.
 Porro tunc tibi fortitudo tua concidet atq; in-
 teribit, & domus tua diripietur atq; despolia-
 bit: id quod tu cōsueuisti facere alijs. Sic dixit
 Dñs: Quēadmodum pastor ex ore leonis, o-
 uem iam discerpentis, crus unum aut alterū e-
 ripit, aut extremā auriculā cartilaginē: nihilo
 felicius eripiet quispiam ex filijs Israel, qui in-
 habitant Samariā. Simul omnes enim perimē-
 tur, nisi fortē fortuna seruari cōtingat aliquem
 in angulo lecti, siue grabbati, ex infirmitate de-
 cumbentē. Audite, atq; unā mecū testes estote,
 ut de imminente hac calamitate domū Iacob
 pramoneatis, ait Dñs: ipse in quā Dñs, exerci-
 tuum Deus. Nam quādo ob prauaricationes
 & scelera Israelis pēnas de ipso sumpturus
 sum, tum quidem prestrenuē me uindicaturus
 sum de altaribus in Bethel cōstructis, ita ut am-
 putanda atq; disturbanda sint altaris cornua,
 atq; in terrā prorsus deturbāda. Tunc demolio-
 bor domū hyemalem simul & æstiuā, in quib.
 rex cum suis lasciuire cōsueuit: peribuntq; do-
 mus eburneæ, atq; adeō superbissimā quāq;
 domus, ait Dominus, scēdissimē disperdent.

CAPVT IIII.

Udite uerbū hoc uos heroīna, & mulie-
 res primariæ, uaccæ Bafan, & præpini-
 gues, quę habitatis in mōtanis Samariæ, quę
 pauperes opprimendo atq; egenos exugendo
 maritis uestris impiā hanc cantilenā perpetuō
 occinitis, dicentes: Adferte quomodo cunque
 quęsita, & oblectemus nos, atq; libemus. Dñs
 Deus iurauit per ædem sibi sacram, certissimō
 uobis hoc euenturū pollicēs, quod non diu e-
 rit. Siquidem tēpus iam adest, quo hinc pisciū
 in morē uncis auferemini, & filij siue nepotes
 uestri hamis piscatorijs, simul omnes aut inte-
 rimendi, aut abducēdi in captiuitatē. Tunc in-
 strumētis bellicis cōfractō ciuitatis uestre mu-
 ro per aperturas exhibitis, & altera alteri fietis
 obuia, gauisuræ quidē si extra muros uel in fi-
 meto aut stercoreario alicubi (ait Dñs) postero
 rum uitæ possetis cōsulere. Venite in Bethel,
 atq; prauaricamini cum idolis lasciuēdo. Cu-
 rate ut multa sit & magna prauaricatio uestra
 in Galgala. Strenuos uos præbete ad ritē co-
 lendos uestros uitulos. Adferte singulis dieb.
 summo mane sacrificia uestra, & tertio quoq;
 anno decimas uestras. Adolete sacrificia gra-
 tiarū actionis ex pane, ut lex iubet, fermētrato,
 & cōuocate populū ad solennitatē. Colloqui-
 mini inter uos de ultroneis oblationib. quas
 uitulis uestris offeratis: sic enim uultis, o filij
 Israel. Atq; hoc unū, me spreto, dicit Dñs, stu-
 dio uobis est. Ego quidē uos ad respiscentiā
 alliciens, dedi uobis in cūctis urbibus uestris
 dentes famelicos, ita ut ubiuis locorum fuerit
 annonę caritas & penuria: quippe qui cibo in-
 digueritis, nerum nō estis ad me reuersi, dicit
 Dominus.

Audite et cō-
 testamini in
 domo Iaco-
 cob.

Venite ad
 Bethel, et
 impię agite.

Leuit. 7.

Dominus. Prohibui quoque à uobis imbrem, quum mēsis tres adhuc mēses abesset: quę ariditate hac, maligna admodum facta est, & rara. Quod quidem ne forte fortuna fieri crederetis, demisi pluuiam super ciuitatem unam, & alterā non cōplui. Hęc quidē pars compluebat: & altera quę pluuiā non sensit, exarescebat. Abierūt itaque duę aut tres ciuitates, aquarum inopia laborātes, ad ciuitatē unam, ubi aquā biberēt: sed nō sunt exaturatę. Et interim de uestra idololatria, sceleratisq; morib. nihil remittētes, ne sic quidē ad me reuersi estis, dicit Dñs. Percussit uos uento urēte, atq; robiginē: omnē mouēs lapidē, si q; modo ad bonā frugem reduci possētis. Quum multos adornare nis hortos, uineas itē, ficeta & oliueta multa apparatus, ea omnia corrupit atq; comedit eruca: & ne sic quidē ad me reuersi estis, ait Dñs. In Aegyptiaco itinere, cū frumentatū abiretis in Aegyptū, immisi in uos pestē, qua cōplures interijit. Quin & iuuenes uestros gladio perimēdos dedi, abductis in captiuitatē equis uestris. Factaq; est illic cędes multa adeo, & cruenta, ut fortiorē castrorū uestrorū, quę cadauerib. undiq; scatebāt, ipse nares uestrę non tulerint. Et uos me cotēpto, pro pertinacia uestra nihil quicquā imminuistis de idololatria, & uita uestra sceleratissima: nec adhuc ad me reuersi estis, dicit Dñs. Subuertit uos, quemadmodū Deus olim subuertit Sodomā & Gomorrhā: siquidē facti estis numero quā paucaissimi, & ut torris ex incendio subductus. Et ne sic quidem, dum nihil nō facio ac molior, ad me reuersi estis, dicit Dñs. Agnosce, ô Israel, q; omnia hęc ego tibi facio, cūctaq; hęc mala per me tibi immittant. Quod quidē cū ita se habeat, stude mecū redire in gratiā, & prepara atq; cōpone te in occursum Dei tui: cuius iussis morigerū te prębēs, feliciter agas, & bene tibi sit. Nā ecce, dignus est cui totus inseruiat mūdus. Ipse enim facit mōtes, q; nemo suo loco mouerit. Facit & uentū, rem maximē mobilē, quē & nemo sistat. neq; tamen hic elatior est, ut hominē spernat: siquidē indicat hominē & quid faciendum ipsi sit, & qd omittendū. Facit & aurorā, & crepusculū: per illā hominē ad obeunda sua munitia excitans. Per hoc uerō admonens, ut se tradat quieti atq; dulci somno. Et uersat in terra excellēiore, hic nimirū inter nos, in terra Israelitica, quā sibi iūicē delegit. Nomen autē ei est, si suo ipsam nomine appellare uoles, DOMINVS DEVS EXERCITVVM: ut qui toti cęlorum exercitui, soli, lunę ac stellis omnib. imperet, ac nominatim eas cognitas habeat.

CAPIT. V.

Audite sententiā hanc, quam ego lamētabile de uobis fero, domus Israel. Virgo Israel, hæcenus inuicta, & prepotēs, deuincet atq; cōruet, nō amplius surrectura. Stirpitis enim deperdet. Humi prostrata iacebit, & non erit q; eam erigat. Sic enim dicit Dñs Deus: Ciuitas de qua egrediatq; prodire solēt homines mille, ea nongētis deperditis, reliquos seruari centū: & de qua uiri egrediebant centū,

ea deperditis nonaginta, domui Israel reliq; seruatura est decē. Tāta uobis clades imminet, & desolatio, nisi resipiscatis. Sed Dñs Deus, p genuina sua erga homines bonitate, sic adhuc dicit Domui Israel, ad pœnitentiā uos & bonā frugem inuitās: Querite me, inquit, & uiuetis, neq; huc malorū deuoluemini. Omissa idololatria, ne quæsieritis Bethel, neq; ueneritis Galgalam, neq; Beerschebah proficiſcamini, nam Galgala abducet captiua, & Bethel redibit in nihilū. Querite, inquā, Dñm, & uiuetis: ne quādo domū Ioseph (quo parente uos Ephraitę plurimū uobis placetis) ut ignis perripat atq; cōsumat, ita ut defuturus sit qui eum ipsi Bethel extinguat. Ne q; hostis inquā uos opprimat, cui resistendo simul omnes impares sitis. O sceleratos uiros, q; iudiciū in tyrannidē peruertitis, quouis absynthio amariorē: & iustitiam, omnis humanę felicitatis parentē, humili relinquitis, cōculcantes eā potius quā ut suffollatis. Qui arcturū facit, & Oriona, in omnem cęli militiā imperiū habēs: qui crassissimas noctis tenebras in clarū mane cōuertit, & rursum sub uesperā diē dat obtenebrescere in noctē: Qui marinas aquas salſas & amaras sursum trahit, rursum in terrę superficiem dulces eas refundens: cui nomē uel ipsis inferis tremēdum est, nō uis uastatori, per quē deuastabimini, robur addet aduersus robustū, atq; rebelare uolentē, ita ut uelis nolis uastator in munitiones uestras irrupturus sit. Si quis pro tribunali sedētes conatus fuit reprehēdere, hūc persecuti sunt odio: & integrē loquentē, atq; ex æquo & bono iudicare uolentē sunt abominati. Quia uerō pauperib. oneri fuitis, atq; eos iniquē adeo oppressistis, & cibum multo labore partū eis pręripuistis: ppter ea qdificabitis leuigatas superbasq; domos, sed nō inhabitabitis eas: plantabitis & amcēnissimas uineas, cęterū uinum ex eis nullū bibetis. Abundē enim noui multa uestra scelera, grauiq; crimina uestra. Quorū iusta causā est, acceptis muneribus uos his prębetis iniquos & aduersarios, pauperū ius pro tribunali peruertētes. Itaq; quisquis sapit, nūc temporis tacebit: siquidē tepus malū est, ita ut reprehendentē odio habeāt, & rectē sentientē abominent. Sectamini qd bonū est, & nō qd malū ac iniquū, & uiuetis uirā commodissimā: & Dñs Deus exercitū talem se uobis prębebit, qualem uel optare possētis. Odio habete eum q; malus est, & bonū ac rectē sentientē diligite: & pro tribunali ius dicturi, iudicate qd rectum est, & æquū. Dñs Deus ille exercitū, pro genuina sua bonitate fortassis miserabit ijs qui ex Ioseph, aut Ephraitico populo sunt reliqui. Sic autē dixit Dñs exercitū, ille inquā Dñs, quem nemo unquā impune cōtempſit: In omnib. plateis & ubilibet locorum erit plāctus, & omnib. uicis multo cum gemitu, altumq; ductis suspiriis clamabit Heu heu. Agricole uocabunt ad planctū, quippe quib. ex sua semēte nulla puentura est mēsis. Et q; quot lamētari norunt, iustā fatis habebūt plancti causam. Erit enim plāctus in omnibus

Loquentem perfecte abominati sunt.

In omnibus plateis plāctus.

Percussit uos uento urēte, et in aurum.

Vir de qua egrediebantur mille, reuertentur in ea centū.

uineis, ut quę steriles, minimumq; frugiferę futurę sint. nam trāsiens per medium tui, de omnibus qui iniquę egerunt, pœnas sumpturus sum. Vā ijs qui de die Dñi tam securi sunt, ut eum desiderent. Quorsum enim spectat, quod eum optatis? quasi latus ille uobis uerturus sit, & iucundus. Tenebrosus certe est, & non lucidus, nullā habēs qua quis euadat uiam: sed ex fumo in ignē, & ex Carybdi in Scyllā fuga est. Veluti si quis leonē fugiens, incidat in uisum: aut si quis domū ingressus, ubi manu sua ne cadat parieti innixus, mordeat à serpente. Nonne itaq; tenebrosus atque calamitosus est dies Dñi, minimeq; lucidus aut iucundus? Caliginosus in quā, atq; modis omnib; lugubris, & non splendidus est. Sed iam, scio, sacrificijs & holocaustis per diem festū me placare studebitis. Cetero ego odi atq; reieci festa uestra, neq; cepero odores atq; suffitus cœtuū uestrorum. Quod si holocausta & oblationes centuplo etiam plures mihi obtuleritis, nihil illis afficiat. Mali enim, & iniusti, nihil mihi boni feceritis. Vnde ad pacifica rerū uestrarū pinguiū ne semel quidē respexero. Aufer mihi multitudine carminū tuorum, quę mihi super oblationib; occinūt: nam cātica a secularū & organorū uestrorū nō audiam. Horū enim omnium satur sum, ut nausē mihi moueāt uerius, quā me demulceāt. Si uerō gratū mihi facere uelitis, in hoc incubite, ut id qd æquū ac bonū est, fluat instar aquę: & quę iusta sunt & recta, ut torrens rapidus. An sacrificia & oblationes mihi quadraginta illos in deserto annos obtulistis, atq; per ea placuistis potius, q̄ pietate & beneficentia in pximū: uociq; meę obediēdo? Atqui nūc p̄cepto meo immorigeri, portastis idolū regis uestri, cui inter reliqua cœli astra primas datis: & placētas, quas facitis reginę cœli atq; imaginib; uestris, stellis nimirū, quas uobis Deos fingitis. Hac de causa abducemini captiui longē quidē ultra Damascū, unde nulla in uestra regione redeūdi spes affulgeat. Quod ut ne de meo cerebro enatū putetis somniū, scirore sic dixisse Dñm, cuius nomen est DOMINVS DEVS EXERCITVVM, q̄s interim uos magno uestro malo deorum loco habetis.

CAPVT VI.

VAe quiete in mōte Sion degentibus, & q̄ fidūt atq; sibi placēt de mōte Samarię: q̄ primū quidē hereditario possidebant à gentib; sed tandē illis expulsis, deuenit ad eos domus Israel, idq; Dñi uirtute uerius q̄ suapte potentia ac robore. sed nimia certē Israelitarū ingratitude est. Transite in Calneh ad Babylosios, ut eā ciuitatē perlustretis, atq; plene cōspiciatis. Et p̄ficiscimini illinc Antiochiā magnā. Descēditē q̄q; in Gath Palęstinorū urbē. An ciuitates illę c̄ regna his meliora cēsebitis? An ampliorū ē terminus, termino uestro, imperēt atq; regnēt? Quis quęso honores atq; summā ingratitudinē ul quidē abesse credūt diē malū, si iniquitatis sedē fingūt, in qua dormiūt in lectis eburneis, auro

atq; argēto resplendentib; & in lectis suis sup̄ne stertētes, luxu diffuūt. Agnos comedunt egrege pinguiore, & uitulos ē medio saginarij delicatissimos. Canūt ad sonū ascaule, & ad alia instrumēta musica: existimātes se, ueluti Dauidē, organis musicis Deū demulcere: cum inuiderim, qd̄ Dauid fecit ad Dñm colendū, hi nō faciāt, nisi ad suā uoluptatē. Bibūt quoq; uinū preciosis de phialis, primarijs unguentis delibuti: neq; quicquā dolent super inopia & miseria fratrū suorū, quorū iam bona pars in captiuitatē abducta est. Propterea omnium primi abducenē hi captiui, & primi lugebūt, q̄ nūc se putant tutissimos, in lectis suis luxu diffuentes. Ut autē me serio loqui, atq; uos p̄monere sciat, Dñs Deus sic se facturū iurauit per animā suam: Ego (inquiēs) ille Dñs Deus exercitū, abominor sanctuariū Iacob, tēplum nimirū qd̄ Israelitę sacrosanctū habēt, & ades quoq; eorū odi. Tradā itaq; ciuitatē, & quicquid in ea est, in manū hostiū. Quod si cōtingat alicubi uel decē uiros uim hostilē subterfugere, atq; in domo alicubi latere, hi quoq; morient, grafsante nimirū peste. Et accipiet unū quęq; eorū aut patruus ipsius, aut auunculus, aut alioquī cognatus eius, ut ossa ē domo efferat. Et hic quędem suā offerēs operā ad efferenda cadauera, rogabit eum qui in penetralib; domus erit, nū plura sint illic efferenda cadauera? Qui respondens, nihil esse amplius: iubebit ut taceāt, neq; ita lamentent, quādo meritō hęc patiunt, quipē qui nominis Dñi nō fuerint recordari. Consciscendū itaq; erit. nam ecce Dñs decreuit, quādo nondū satis illi pœnarū datum est, domos maiores diffindere rimis, & minores scissuris, ut haber eius de terrę motu sentētia, per quem domus æstiuā pariter & hyemalis demoliant & cōcidant. An quis ferat equitē, se se cū equo in saxa p̄cipitantē: uel agricolam, qui iunctis bubus petrā suo aratro uelit p̄scindere? Ita neq; uos fert Dñs, qui iudiciū, per qd̄ miseris auxiliū p̄stari oportuit, conuertistis in uenenum, & merā tyrannidē: & fructū iusticię, qui pax est & lętitia, cōmutastis in absynthiū, in dolorē & amaritudinē. Interim uerō uobis plurimū placetis, atq; lętamini de re nihili: uobisque uide mini q̄ uestra fortitudine uobis regna adauxeritis, quādo Hieroboā filius Ioas, uestros uobis terminos restituit: id qd̄ non ipsius, sed diuina uerius uirtute factū cōstat. Sed ut hęc arrogantia uestra retundam: Ecce educo (ait Dñs Deus exercitū) aduersus uos, o domus Israel, gentem quę uos opprimat, atq; cuncta hęc rursus magno cū scēnore eripiat, ab introitu Antiochię quę in extremis terrę que strę sinibus est, usq; ad torrentē deserti, quod mare solitudinis est.

CAPVT VII.

DOminus Deus non ita dudū huiusmodi mihi ostēdit uisum, neq; uidebam ipsum fingentē locustas, quū gramen cordū, prius scilicet demessū, iam primū repulularer atq; succresceret. Atqui gramē illud cordū, prius à rege demessū fuit. Cum autē iam illud lo-

Odi et pro
ieci festiui-
tates ue-
stras.

dominus
mandauit
et percussit
domum ma-
iorem ru-
inis.

Qui comedi-
tis agnū de
grege, et ui-
tulos de me-
dio armēti

Quia ecce
Dominus
mandauit,
et percussit
domum ma-
iorem ru-
inis.

lud locustę cōsumerēt, factū est ut dixerim, Do-
 minūq; deprecatus sum, ut parceret, neq; quic-
 quā sequeret. Qui (inquā) consistet Jacob, cuius
 iam minor profapia est, q̄ ut possit diu durare:
 intelligebā em̄, gramē prius demessum, abdu-
 ctos iam in captiuitatē Israelitas esse, a Teglat
 phalassar Assyriorū rege: & iā succrescentē a-
 dolescentiā, sine iuuentutē per locustas consu-
 mi, qd aliud erat, q̄ Israelē funditis deperdere:
 Cum aut̄ hoc deprecarer, p̄cinituit Dñm sui in
 tituti, ita ut dixerit hoc non fore. Rursum hu-
 iusmodi uisum ostēdit mihi Dñs: nempe quod
 Dñs Deus plerōq; uocabat angelos, qui per
 ignē iudicata exequerent. Ignis aut̄ ille cōsum-
 pta abyssō magna, cōsumpsit & partem agri re-
 galis. Hinc colligebam, Dñm igne & sulphure
 Israelē uoluisse deperdere, ita ut olim perditę
 sunt Sodoma & Gomorrha. Rogauī itaq; atq;
 deprecatus sum Dñm, ut cessaret, neq; sic Isra-
 elem cōficeret: nō em̄ sic posse cōsistere Jacob,
 q̄ iam nō ita ualidus erat populus. Et p̄cinituit
 huius q̄q; Dñm, adeo ut nec hoc fore diceret.
 Tertiō uerō ostēdit mihi Dñs uisum hoc. Ecce
 Dñs stabat super murū, ad perpendiculum ex-
 amulsatim constructum, manu etiam sua per-
 pendiculū quoddam tenēs. Quem cum uide-
 rem, rogauit me: Ecquid ego uiderē? & respō-
 di, me uidere perpendiculum. Dixit itaq; mihi
 Dñs: Ecce, ego ad perpendiculū demetiar po-
 pulū meū Israeliticū. quicquid iustā æquitatē
 & rectitudinē non obtinet, deperdet. Nā nunc
 nō amplius eos p̄teriturus sum, nec eorū mi-
 ferturus. Et excelsa illa Isaac, a cuius obediē-
 tia nimis q̄ longē aberratum est, deustabunf.
 Et quę sibi Israeliticus populus in Bethel, Dan
 & Galgala cōstruxerunt sanctuaria, iacebūt de-
 solata, & habebunt neglectui. Consurgā enim
 gladio aduersus domū Hieroboā, filij Ioas: si-
 quidē huius filius Zacharias gladio perimet.
 Tunc misit Amasias primarius in Bethel sacer-
 dos, ad Hieroboā Israelitici populi regē, nun-
 cios accusatores, q̄ dicerēt, Amos in medio do-
 mus Israel, palām aduersus ipsum conspirare
 atq; cōiurasse, nec regionē posse omnia ipsius
 uerba ferre, ut qui nullis usus inuolucris aper-
 tē dixerit, regē Hieroboā gladio perimendū,
 & populū Israeliticū ē sua terra in captiuitatē
 abducendū. Vidēs uerō Amasias, se sua illa ac-
 cusationē apud regē parum p̄ficere, accessit i-
 psium Amos, atq; dixit ei: Heus tu uidēs, & uir
 p̄pheta, Facessa hinc, atq; profuge in terrā Iu-
 da, ubi pane exaturādus (uti pseudopphetę
 solent) uaticineris. Ceterū in Bethel ne quid
 amplius prophetes: quippe quę regis est pala-
 tiū, & curia regni. Amos uerō respōdens, Ama-
 się dixit, neq; p̄phetā se fuisse, neq; p̄phetę fi-
 liū, aut stirpe prophetica natū: Sed armētarius
 ego sum, inquit, ditior quidem q̄ qui propter
 fructū panis, aut uini calicem p̄phetę: siquidē
 sycōmoros, unde uel homines uiuāt, pecorib.
 meis colligere sum solitus. Dñs uerō me acce-
 pit, ubi pecora mea pascebā, & iussit ut abire,
 atq; cōtra ipsius populū Israeliticū uaticinarem.
 ad quā quidē rem nō ulro, ut pseudoprophe-

te solēt, me ingessi: sed obtempero p̄cipienti
 Dño. Proinde & tu audi, Dñi aduersum te sen-
 tentiā. Cum Dñs iubeat, tu me uetas, cōtra Isra-
 elem p̄phettare, neue qd cōtra domū Isaac uati-
 ciner. Propterea sic dixit Dñs, q̄ uxor tua inci-
 uitate hac cū hoste m̄chabit, tibiq; infida erit.
 Porro filij tui, & filij, gladio interibunt: & ter-
 ram tuā hostes in uarias partes dispartiet. Cæ-
 terū tu in captiuitatē abductus, in terra polluta
 & hostili morieris: siquidem totus Israel capti-
 uus ē terra sua abducentur. CAPVT VIII.

Viuismodi rursum uisum ostendit mihi
 Dñs Deus: nēpe canistrū quoddā, arti-
 uis fructib. plenū. Rogatus uerō a Do-
 mino, quid uiderē: respōdi, me uidere canistrū
 plenū cōtuis fructib. Ad hoc dixit mihi Dñs:
 Rem populi Israelitici planē ad internecionē
 spectare, atq; in forib. iā id esse, ut sicut p̄ma
 turi fructus decerpunt, atq; auidē deuorant,
 ita & Israelitę desolent atq; perdanf, ut quorū
 Dñs nō amplius sit miserturus. Tunc tēporis,
 ait Dñs Deus, ipsa tēpli cātica quę lęriciā habe-
 re cōsueuerunt, uertent in eiulatū & nēnias lu-
 gubres. Omnia em̄ circūcirca cadauerib. erunt
 plena. Vbiq; sic sequiet hostis, ut nemo usquā uel
 hircere sit ausurus. Audite hoc qui pauperes ex
 editis, atq; ut frustum panis deuoratis: & qui
 ad perdēdos ē terra miseros toto adeo pectore
 incumbitis, intra uos ipsos cogitātes de frumē
 to qd ex agris uestris colligitis, non uēdendo,
 antequā mēsis unus aut alter a messe p̄terie-
 rit: aut ubi terra, ita ut septimo q̄q; anno fit, cō-
 quieuerit. tū em̄ frumentū uestriū, p̄stituetes, ca-
 rius multo id uos uēdituros speratis: siquidem
 diminuta etiā mensura, sicuti q̄q; preciū augere
 studeris, & dolosis etiā stateris aut bilācib. pau-
 perib. imponere, ut argēto illo pauperum atq;
 egenorū agros ac uineta q̄ minimo, imō rei-
 culis ematis calceis, dū interim & uos q̄squi-
 lias frumētū uēditis. Dñs iurauit per tēplum, q̄
 Jacob sine Israeliticus populus superbit, nimi-
 ūq; sibi placet, se nunquā obliturū omnia il-
 lorum facta. An terra hoc nihil morabit? Cer-
 tē lugebit, q̄squis eā inhabitat. Tota em̄ quasi
 fluiūq; submerget, atq; ab hostib. numerosissi-
 mis cōculcabit: per q̄s sic inundabit atq; oppri-
 met, quēadmodū Nilus ipsam inundat Aegy-
 ptā. Est quoq; eodē tempore futurū, ait Dñs
 Deus, ut solē ipso etiā meridie occūbere factu-
 rus sim, utq; terra clara luce obtenebretur: erit
 inquā angustia inuitabilis. Vertā aut̄ festa ue-
 stra, quę uobis assolēt esse lęra & iucūda, in lu-
 ctū & m̄rorē, & omnē cantū uestriū in lamēra
 tionē & eiulatū: ita ut oēs ueste festiua ac gau-
 diorū posita, saccis suos lūbos circūdatari sint,
 uestes induti lugubres, etiā sua capita expilatu-
 ri, siue calua redditori. Faciā em̄ terrā ita undiq;
 m̄stā & lugubrē, ut ubi de morte lugef unige-
 niti. Neq; hūc dolorē lōginq; tēporis mi-
 nuet, sed supremus dies omniū futurus est a-
 marissimus. Ecce adest iā tēpus, inqt Dñs De-
 us, q̄ famē in terrā immissurus sum, nō quidē
 famē panis aut cibi cuiusquā, neq; sitim aqua
 restinguendā: sed hęc fames erit, ingēsęq; desi-
 derium

Ecce uocatur
 iudicium ad
 regem Do-
 minus Deus.

Insuper
 Misit Ama-
 sias sacer-
 dos Bethel
 ad Hierobo-
 am regem.

Iurauit Do-
 minus in sa-
 perbiam
 Jacob.

Emittam fa-
 mem in ter-
 ram.

deriū audiendi uerbū Dñi, quod iam spretis Dñi prophetis contēnitis, atq; audire recusat. Ceterū in captiuitatē abducti, urgēte fame hac recipient sese nnonulli à meridionali mari usq; ad mare magnum, qd occidētale est, & ab aquidone usq; ad orientē: per quatuor nimirū terrę angulos sursum deorsumq; cursitabunt, quęsituri uerbū Dñi, non tamē illud inueniēt. Tunc autē tēporis & uirgines pulchrę simul, & adolescentes quorū floridissima alioqui ætas est, prę siti cōtabelcent. Tunc inquā, qui ppriā quęrit statuere iustitiā, moribusq; erūt humano iudicio inculpatisimis, ignorātes Dei iustitiam quę ex fide est, operū iustitia non exaturabunt, ut qui iustitię Dei nō erūt subditi. Porro qui iurant, atq; prorsus pendent ex uitulis Samarię, felicia omnia precantes deo Dan, & nig qua Beersebah itur: hi perimētur atq; cadent, non amplius surrecturi.

CAPVT IX.

Vidi Dominum multa cum gloria supra templi aram consistentem, qui angelo cuidam iussit superum ostij limen sic concutere, ut postes ipsi, simul & omnia cōtre miscerent. Siquidē eos qui populi capita sunt, inquit, simul omnes in frustra cōcidam, atq; discerpā: & inferioris fortis homines interficiā gladio. Nō erit inter eos uel unus quispiā qui effugiat: neq; quisquā effugere connitens, poterit euadere. Quod si in sepulchris atq; apud inferos sese defoderint, etiā illinc manus mea eos toller. Et si summū conscēdant cælum, illinc eos deturbauerō: neq; quicquā pfererint, si in summis mōtis Carmeli caternis sese abscondiderint, inuentos illinc auferā atq; prodam. Imō si sese in ipso maris fundo celauerint, illic præcepro serpenti ut eos mordeat atq; corrodat. Si uerō hostib. suis se captiuos præbeant, atq; in terrā hostilē abducant captiui, illic gladio etiā præcepero, qui eos occidat: neq; enim possum eos æquis oculis aspicerē, & nō esse illis iniquior. Dñs autē Deus exercitū tāta uirtute est & potētia, ut ad eius contactū terrā diffluat: ita ut quotquot eam inhabitant, lugeant & ingemiscant. Tora itaq; ueluti flumio quodam calamitatib. submergent, neq; id leuiter & summa tantū superficie, uerū profundē aded, ut uel cum Nilo, Aegypti rapidissimo flumine, super profunditate certare possit. Qui in cælo sua cōstruit climata, & elemēta sua super terrā fundauit: qui sursum ducit aquas marinas male falsas, & rursus eas dulces in terrā refundit: cuius nomen est יְהוָה: quis quæso

hunc subterfugiat, & lateat? O stirps Israelitica: nonne ut Aethiopes, ac uilissima mea nos habere potui mācipia? ait Dominus: ut quos ē terra Aegypti, grauisima nimirū seruitute eduxi. An sic redemi Palæstinos ē Caphthor? & Syros ex Cyrene? quos in uestri gratiā nō sum dignatus reuocare, atque illinc reducere. Ecce oculi Dñi intenti sunt in regnū Israeliticum, quod peccatis undiq; scatet, unde & ē terra illud disperdet. Nō tamē prorsus & ad interuersionem domum Iacob cōteram, & cōsumam, ait Dominus. Nam ecce meo iussu domus Israel quolibet gentiū dispergetur, quemadmodū triticū uentilatur uanno: & nō cader lapillus, aut qui uilius pōderis siue probitatis est, in terram. Eiusmodi enim se conferent ad regnū Iudah, quando in monte Sion salus inuenienda est. Omnes uerō qui in populo meo facinorosi atq; præfacti idololatrae sunt, gladio interibunt: ij nimirū, qui sibi persuadent, nullum in se immittendum esse, ob sua peccata, malū. Tunc autē temporis, ubi impios perdidero, extruam tabernaculum David, iam dirutū: gloriosum nimirum Iudæorū regnū, cuius rimas opplebo, & ruinas restaurabo. Extrinam autē illud, ut tanta sit in gloria, quāta fuit olim, aut ullo unquā seculo: ita ut mei, & qui ex meo nomine uocantur (ait Dñs, cuncta hæc faciens) ex Edom, quartā ue bestia reliquos, atq; omnes planē gētes possessuri sint, atq; suo sub imperio habituri. Ecce, Futurū est tēpus, inquit Dominus, ut simul quis & aret & metat: uuas ad exprimendum uinū calcet, atq; cōferendis uitibus semen porter: ita ut montes musto destillaturi sint, & colles omnes ex uino futuri madii. Reducturus enim sum ē populo meo Israelitico captiuos, qui iam ultra Assyriam in Arsareth agit: unde exiccatis ad ipsorū aduentum fluminibus, redituri sunt in terrā suam, ubi urbes desolatas reedificent, atq; pulchrē repāratas inhabitēt: ubi uineas etiam plantent, earumq; uinum bibant: ut faciant item hortos omni deliciarum genere refertos, quibus fructus eorum. Plantabo autem eos tunc in terra sua, altum adeo, & tam firmē actis radicibus, ut non amplius ē terra sua, quam eis dedi, uel lendi sint, aut suis sedibus derubandi. Quod ut persuasissimum habeatis, scitote sic dixisse ipsum Dominum Deum uestrum: qui ut metiri nō uult, ita nec potest.

Finis Paraphraseon in Amos.

I N A B A D I A M P R O P H E T A M

P A R A P H R A S I S.

Que Abadias obuētura præuidit gēti Edomitice.

CAPVT PRIMVM.



ABADIAS propheta diuino afflatu cognitum habens, quod post tempora Esau, siue Edomitica huius seculi regna, tandem super domum Iacob Dei

regno locus foret: quid impijs cū imperio suo impio obuenturū tādem sit, suo hoc uaticinio prædicat, atq; præmonet: pijs omnib. spem suā suffulciēs, de Dñi regno, quod anxie desiderāt atq; expectāt. Nam ut Edom fuit Israeli in promissam terram tendenti hostis ultimus: ita & nunc, quos Danielis quarta bestia significat, nouissimi piorū hostes sunt, & aduersarij, ad quos

Si abierint in captiuitatem.

In die illa suscitabo tabernaculum David, quod cecidit.

4. Esdr. 15.

quos sunt uaticinium intēdens propheta, in hunc modum Dominum Deum locutum dicit populo Edomitico, hoc est, uerē piorum ecclesiarum persecutori ac hosti. Sermonem, o gens impia, a Domino audiuitis, nihil pro te facientem, unde tu merito lugeas, multoq; dolore cōtabescas. Imō iam ad gentes quasuis legatus missus est, qui ipsas in hortet, incitet & commoueat, ad prēlium contra uos ineundū.

Ecce constitui te paruum quidem, neq; ita magnarum uirium inter gentes: siquidem cōtempnissimus es, minimiq; habebis. tamē tanta tui cordis superbia est, ut te efferre ausis nō secus atq; solent ij, qui in munitis rupibus, excelsas constituerunt arces suas, unde non facile quisquam eos elegerit: ita & tu altis fidis montibus, tecum quidem cogitās, quis nam te illinc in terram deiceret? Si uel ut aquila locū tuum exaltaueris, altius quā ut humanus oculus assequatur: atq; adeo si inter ipsas cœli stellas nidum tuum collocaris, illinc te deturbanero atq; deiecerō, ait Dominus. Ipse enim excelsissimus, & supra omnem altitudinē est. Si fures ad te, si nocturni depopulatores (quum despoliaberis & deperderis) irrepererent, num supra quā fatis est & asportare possent, furarētur?

Et si uindemiatores ad te irrumpererent, depopulaturi uineam tuam, nonne racemos saltem aliquot dimitterēt? Verūm tibi nihil quicquā fiet reliqui. Quā peruestigabuntur, quęcunq; que habet Esau: Quāto studio perquirēt, quęcunq; ille habet abscondita? Omnes quos tibi confederatos habes, datā tibi fidem soluētes, uel ad extremos terrę terminos te sinēt abduci. Decipient enim te, & spe tibi ex illis cōcepta frustraberis, nam & ij quos credebas amicos, aduersum te cōsurgent, & inualescent. Imō illi ipsi qui panem tuum comedunt, sunt te prodituri. Unde certē parum intelligere eum constat. Non ne in die illo, quo illos deperdere staturui, eos qui inter Edomitas sapientia præstāt, deperditurus sum? inquit Dñs: omnia etiā mōtana Esau intelligētia & prudentia despoliās? animūq; ipsis adimens? Nam potentes tui Themanitarum, qui inter uos & potentissimi esse solent, & in bello ferocissimi, hi timebūt, eo quod cuiq; ex montanis Esau, proter designata per ipsos homicidia, interitus imminet, & exciditū.

Propter iniquitatē tuam in fratrem tuum Iacob, cui semper fuisti iniquior, suffunderis pudore, atq; in æternū extirpaberis, nunquam restituendus aut reparāndus. Eo in die cum ex aduersum stares, cum spectares calamitatē populi mei, tere eo spectaculo oblectās: in die inquam illo, quo hostes captiuū abducebāt Israelitici populi exercitū, cumq; inimici in portas eius irruerēt, atq; de Hierosolymis fortiebantur, tum quidem & tu uelut unus ex illis fuisti, harum calamitatū aspectu tuos pascens oculos, nihil quicquā populi mei misertus. Certē cum tam miserē frater tuus affligeretur, atq; e terra sua captiuus auheretur, tuę pietatis fuerat, hæc nō aspicere. Non lætatus fuisses de fi-

lijs Iuda, quando ipsi perierunt, & dura adeo falsi sunt: neq; superbē locutus fuisses conuiciādo, atq; opprobrijs fratres tuos incessendo, cum sic opprimerent. Si uel micā uerę pietatis habuisses, nō fuisses ingressus portam populi mei, cum ipsi conterebant, atq; miserē adeo exercebant. Ne aspicere quidē potuisses fratris calamitatē, quum cladem hæc sustinebat. Neq; manus certē tuas, id quod omnium sceleratissimum est, immisisses in ipsius substantiā, quum eo quidē rerū statu te ipsi augere decuerat, potius quā uel pilo uno imminuere. Et quid quid in biuio quoq; cōstiteris, ad interimēdum eos qui aufugerāt? Hoc ne te dignum fuit? Aliud certē suauisset, si qua tua fuisset in fratrem pietas: neq; ex eo superstitēs, in die tantę tamq; horrendę angustię, hostibus in manus tradidisses. Id quod pessimē certē tibi cessurum est, nam dies Domini propē adest tum tibi, tum omnibus gentibus, quę populum meū tam in dignis tractarunt modis. Quemadmodum tu fecisti, ita fiet tibi. Talio tibi in tuū recidet caput. De quo enim uos, qui confidētis in monte mihi sancto, bibistis poculo: de eodē bibēt Edomitarum, & omnes gentes per quas affligimini, nō quidem diem unū aut alterū, non ad prescripū annorum numerū, sed perpetuō ac iugiter. Bibent inquā atq; deperdent siue consumment sese, ita ut futuri sint quasi nunquam fuissent, tam nulla inter posteros de eis fiet mētio. In monte autē Sion erit euasio, ut qui sacro sanctus futurus sit: & domus Iacob, populus nimirum Israeliticus, reparatis illic ædib; horatis ac uinetis, possidebit possessiones suas. Tunc autē erit domus Iacob ut ignis, & domus Ioseph, duodecim nimirum tribus ipsarum, ut flamma, quibus nemo resistat aut obsit. Et domus Esau quę terrori esse solet, habebit sese instar stipularū, quas uorax flāma simul omnes succēdet atq; cōsumet, ita ut de domo Esau ne unus quidem superstes futurus sit. Quod ne cui incredibile uideat, sciat sic locutum esse ipsum Dominum. Tunc quidem qui ad austrum habitant, occupabunt atq; hæreditario iure possidebunt mōtana Esau, & campestria Palæstinorum: possessuri etiam agros Ephraimiticos, & agros Samariam circumiacētēs. Benjamin uero occupabit Galaaditicā regionē: & exercitus hic filiorum Israel, qui captiuus est abductus, omnia tenebit Chananæorum loca, ad Sareptam usq;: & qui captiuus abductus sunt in Babyloniorum ciuitatem Sapharad, occupabunt atq; tenebunt sibi ciuitates australes. Tunc ascendent in montem Sion iudices, qui seruando populo pio studeāt, iudicaturi atq; cōdemnaturi eos qui incolunt mōrana Esau, & quicquid toto terrarum orbe impiorum erit. Erit enim tunc Domini regnum, & inhabitabit terram, expulsa omni iniquitate, omnis iusticia.

Iuxta est dies Domini super omnes gentes.

Finis prophete Abadie.

P A R A

Rudium aut duntaxat.

Sifres ino trassent ad te, hilatruis pernoctem.

Propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob.

34
PARAPHRASIS IN PROPHE-
TAM IONAM.

CAPVT PRIMVM.

*Surge, uade
in Niniuen,
ciuitatem
grandem.*

DOMINVS Deus (qui non Iudaici tantū populi, sed omniū planē totius mūdi nationū & gentiū Deus ac Dominus est, quacunq; in gente se timentē ac inuocantē diligens atq; charum habens) uocationē gentiū, atq; Israelitici populi ob infanda sua scelera excacationē ac reiectionē, manifestare uolēs, fecit uerba cum Iona filio Amithai: iubēs eum surgere, atq; sese apparare ad proficiscendū Niniuen, in magnā illam Assyriorū ciuitatem, totius regni metro-
10 polin: idq; ut clamitaret, atq; deprādicaret in ea, malitiam ipsorū peruenisse ad Dominū, ne que ipsum eorū impia facta latere. Ionas uerō hanc legationē nō libenter recipiens, surrexit, & adornata fuga ē Domini conspectu studuit abire Tharsum: arbitratus nimirū se extra ter-
20 ram Israeliticā à spiritu prophetico fore liberum. Ascendit itaq; Ioppen, ciuitatem maritimam, ubi inuēta nauī quæ Tharsum uolebat, persoluto nauo, sese cōiecit in eam: ē Domini nimirū cōspectu, unā cum alijs abiturus Tharsum. Verūm Dominus (cuius iussa contem-
re, nemini unquam impune fuit) magnum in mare excitauit uentum, ita ut turbida horrendaq; in mari exorta sit tēpesta, adeo ut ingens de nauī periculum esset, necubi allisa, aut ui un-
30 darum nimirū cōquassata, contereretur. Remiges enim atq; ipsi nauitē plurimū timebant, & suum quisq; Deum sedulo in clamabāt. Quia uerō prāstabat rerum facere iacturā, quā ui-
tē, abiecerūt pleraq; quæ nauis uehebat, in mare, ut excusso onere nauis sese rectius aduersus undas posset atollere. Ionas uerō descēde-
rat ad carinē latus, ubi somno altiore pressus dormiebat. Proreta autē sursum ac deorsū cur-
sitans, cum huc illuc ferret, & iam iuxta eum a-
desset, excitato uiro, rogauit eū, num hoc sub-
40 casu posset somnos ducere? Surge, inquit, atque inuoca Deum tuū. Deus enim humili atque cōtrito corde inuocatus, nobis fortassis reddet placidior, minusq; cōmotus, ita ut non pereamus. Cum autē tempestas ipsa in crudesceret magis, quā se remitteret, cōsultarunt inter se de mittēda sorte, per quā scire, atq; ipsis posset innotescere, cuius culpa hoc mali paterentur, atq; scua adeo tempestate iactarent. Et
50 proiectis fortibus, cecidit fors super Ionā. Scire itaq; ab ipso uoluerunt, quid nā designasset Ionas flāgitij, ob qd hoc mali paterent, interrogantes ipsum, quid haberet Tharsum negocij? unde ueniret: quæ ipsius esset regio? aut quis eius populus? Dicit itaq; eis, se uirum esse Hebræum, qui nullis ex idolis ac peregrinis Dijs pendēs, unum cæli Dominū coleret, per quem & mare factum est, & arida. Porro uiri illi nauitē maximē timuerūt, rogantes ipsum,

*Miserunt
fortem, et ce-
cidit fors su-
per Ionam.*

cur hoc fecisset: iam enim cognouerant, atque ex ipso didicerant, quod ē Domini conspectu aufugeret. Non morantes uerō ad interrogata responsum, cum tempestas magis ac magis in crudesceret, interrogauerūt ipsum, quidnam ad sedandam tempestatem potissimū facturi essent, quo mare ipsis posset conuiescere, ac tranquillum fieri, quod iam uehementer ibat proruptum: Ille autē, unum se perire malens, quā sua culpa simul omnes periclitari: Spargite me in fluctus, inquit, uastoq; immergite ponto, sic enim uobis mare conuieuerit, & tempestas consopietur. nam abundē scio, quod mea unius culpa, tempestate hac spurca adeo iactemini. Viri autem nauitē hoc facinus abhorrentes, Ionam maluissent saluum, quā ita undis submersum: unde & per quā stre-
nuē remigando ad laborauerunt, si forte nauē in aridam possent reducere: sed parum hic co-
20 natus successit. nam mare aduerso flumine nimis ibat proruptum, atq; horrendum. Cum itaq; frustra remigando niterētur, clamitatum est ad Dominum: quem obnixē precati sunt, ut ne simul omnes per uirum hunc perirent, rogantes, ne sanguinē huius innocentē ipsis Dominus imputaret, quando quidem pro sua uoluntate ac beneplacito sic faceret. Acceptū itaq; Ionam, ex suā ipsius sententia abiecerunt in mare. Et mare quidem continuo destitit à
30 furore suo, & conuieuit. Porro uiri illi re hac tam stupenda conspecta, plurimum timuerūt, atque reueriti sunt Dominum. immolatu-
ros enim se Domino promittebant hostias, atq; nuncupabant ipsi uota.

CAPVT II.

Dominus autem, cui negociū hoc cordi fuit, magnū quendam piscem hic pręstō habuit, atq; paratum, qui exceptū Ionam deglutiret, atq; suo in uentre seruaret. Et Ionas quidem tres dies, totidemq; noctes
40 iacuit in piscis illius uisceribus reclusus. Et ex ipsis quidem piscis uisceribus Dominum Deum suum orauit, atq; dixit: Afflictus hac tantā calamitate inuocabo Dñm, & exaudiet me. E medio sepulchri, mortuus nimirum iam & sepultus, clamabo, & uocem meā exaudies. In
50 pfundum mare me abiiciendū dedisti, in mediū nimirū maris, ubi fluminibus immergor, atq; huc illuc deuoluor. Omnes fluctus atque procellæ tuæ me inuoluunt. Et ego quidem, quamuis ē conspectu oculorum tuorum abiectus mihi uidear, templum tamen tibi sanctum adhuc uisurus sum. Aqua summo uite periculo me circundant: abyssus undique me circumuallat, & alga capiti meo illigatur. Ad montium ima fundamenta descenderam, & terra suis uectibus me aeternū concluderet atque circumseperat. Tu tamen Domine Deus mi, cuius uirtutem nemo quisquam
dignē

*Remigabit
uiri ut reue-
terentur in
aridam.*

*Clamant in
tribulatio-
ne mea ad
Dominum.*

dignè satis depreciet, eduxisti me uiuum ex
fovea siue sepulchro, ubi alioqui pereundum
fuerat. Quum autè me animus meus defice-
ret, & animum iam desponderem, recordatus
randem sum Domini, ut qui nihil non posset:
& institui quidem hinc mihi petere auxilium,
& oratio mea ad Dominum in templum ipsi
sanctum peruenit, atque exaudita est. Homi-
num uulgus, qui pro sua uanitate mentiri non
uerentur, & gaudent fallere, misericordiam
siue beneficium aliquod sibi prestitum conti-
nuò negligunt atq; obliuiscuntur. Ego autem
laudatrice uoce tibi, mi Domine, immolabo:
quicquid uoui, bona fide prestaturus. Salus es
nim omnis à Domino est, cuius uirtute atq;
beneficio ego etiamnum uiuo. Dominus ue-
ro tandem iussit pisci, ut suo uentre reclusum
Ionam, euomeret in aridam.

CAPVT III.

Dominus uerò postquam hunc in mo-
dum Ionam exercuerat, iterum ipsum
allocutus est, iubès rursus ut surgeret,
atque sese appareret ad proficiscendum Nini-
uen, in magnam illam Assyriorum metropo-
lin, deprædicaturus, atque in ea exclamaturus
eum quem ex Domino sermonem audierat.
Ionas uerò superiore illa calamitate iam do-
ctior, surrexit, atque profectus est Niniuen,
quemadmodum Dominus ipsi præceperat.
Erat autem Niniue ciuitas admodum magna,
quam toto triduo uix perambules. Porro Io-
nas ubi cœpisset ciuitatem ingredi, completo
unius diei itinere, clamauit ac dixit: Adhuc
quadraginta dies fore, & tunc Niniue esse sub-
uertendam. Demirati hunc clamorè Niniuitæ
sunt: & audientes quàm ille ægrè ad hanc lega-
tionem potuisset adduci, obstupuerunt: & ue-
hementer conterriti, crediderunt Deo. & indi-
cto per totam ciuitatem ieiunio, à maximo in-
ter eos ad minimum usq; uestiti sunt saccis, ues-
tibusq; uilissimis: multusq; in ciuitate rumor
exortus est, atq; luctus, adeò ut rumor hic ad
regem peruenerit Niniues: qui & ipse post au-
ditam rem exurgens de folio suo, exutus deco-
ris sui uestimentis, sacco sese conuestiuit, atq;
desedit in cinere, omni fastu posito, summè se
se humilians. Proclamandum autem tota ci-
uitate curauit, ac iussu regis simul & magnatū
ipsius per Niniuen edicendum, ut neq; homi-
nes neq; iumenta neq; armenta neque greges
quicquam gustarent, neq; pascerentur, neque
aquam biberēt: sed induti saccis tum homines
tum iumenta, strenuè Deum inuocarēt, & se à
sua quisque uia mala conuerteret, atque eam
quam præ manibus haberet iniquitatem, mis-
sam faceret, ac resipisceret. Quis scit, aiebant, si
conuertatur, atque mutato animo Deum pœ-
niteat, ira ut furibunda sua ira posita, nostri mi-
sereatur, & non pereamus? Deus autem ut ui-
dit hanc ipsorum resipiscenciam, & ipsorum
facta, fructus nimirum pœnitentia dignos,

nempe quòd omisissis suis malis, pietati stu-
derent, ac moribus probatis, pœnituit ipsum
eius quod conceperat mali: quodq; se dix-
erat illis immisurum, id non immisit.

CAPVT IIIII.

Magnopere autem hæc res Ionæ displic-
uit. timuit enim, ne Dominus iam in
gratiam acceptis Assyrijs, Iudaicū po-
pulum desereret, aut parum iam erga illos affi-
ceretur. Indignè itaque hoc ferens, expostula-
uit cū Domino, ac dixit: Eia Domine, hoc ne
illud est, quod ego dixi, cum adhuc in mea uer-
sarer terra, atque egrè adduci potui ad hanc le-
gationem obeundam, adeò ut maturauerim è
tuo conspectu aufugere Tharsum? Noueram
enim te Deum esse clementem, misericordem,
longanimum, ac facile placabilem, multæ mi-
sericordiæ, & concepti aduersus homines ma-
li citò pœnitentem. Nunc itaq; Domine, quan-
do horum misertus, populum tuū his assump-
tis statuisti deserere: tolle quæso animā meā,
atque da ut emoriar: siquidem iam mori mi-
hi præstat, potius quàm uiuere. Dominus au-
tem respondit, interrogans, num hoc factum
tam ferret indignè & iracundè? Porro Ionas
è ciuitate digressus, confederat ad orientem ci-
uitatis: ubi sibi factò tuguriolo, desedit sub il-
lo in umbra, donec uideret, quid nam ciuitati
accideret. Dominus autem produxit cucurbi-
tam siue speciè quandam arboris hederaceæ,
quæ supra Ionam nimis quàm citò succrescēs,
capiti ipsius præbebat umbraculum: ipsumq;
à suo malo, feruore nimirum solis, defendit.
Vnde & Ionas ipse de cucurbita hac plurimū
gauius est. Sed Deus uicissim uermem quen-
dam produxit, cum aurora postero die illuce-
sceret: & hic exedit siue percussit illam Ionæ
cucurbitam, ita ut exaruerit. Factum quoq; est
oriens iam sole, ut Deus uentum produxerit
orientalem, bene magnum: & sol inualefcens,
caput Ionæ acrius ussit, ita ut nimio calore æ-
stuarit, ac mortem sibi rursus optarit. dicebat
enim, prestare sibi ut moreretur, quàm ut diu-
tius uiueret. Deus uerò dixit Ionæ, atq; huc in
modū rogauit eum: Adeo ne tu doles, & indi-
gnè hoc fers de exarida & emortua cucurbita?
Et respondit, se iniquè adeò ferre, ut uel mori
præeligeret. Tunc itaq; dixit ei Dominus: Te
quidem miseret cucurbitæ, cui nullum impen-
disti laborem: neq; enim tuo studio aut opera
exorta fuit, sed nocte una prognata, nocte i-
tem una periit. Et me non misereat Nini-
ues, magnæ adeò ciuitatis, in qua supra duo-
decim hominum myriades sunt, sic simplices
& innocentes, ut dextram suam à sinistra non
internoscant: ut interim de iumētis,
gregibus & armentis
taceam.

Tolle quæ-
so animam
meā à me.

Finis Paraphraseon in prophetam
Ionam.

PARA

Qui custo-
diant uani-
tas, fru-
stra miseri-
cordia sua
relinquunt.

Predica-
tionem ieiun-
ium, et ue-
stis sui sac-
cis.

PARAPHRASIS IN PROPHE-
TAM MICHEAM.

Verbum Domini quod factum est cum Michea
Morasthite, temporibus Iotham, Ahas & Eze-
chia, regum Iudæ. Quod quidem ille prævidit, atq;
obuenturum cognouit super Samariam, decem tri-
buum metropolin: & super Hieru-
salem, quam tribus duæ
frequentant.

CAPVT PRIMVM.

Audite po-
puli omnes,
& atten-
dat terra.

DOMINVS Deus populi sui I-
sraelitici improbitatem perra-
sus, uarijsq; eorum sceleribus
commotior, adeo ut de ultimo
eorū cogitaret excidio, quod
tam essent in cultu uitulorum
suorum afsidui & præfractè cōstantes, uoluit
eos suæ calamitatis per uiros prophetas, eosq;
uarios ac multos præmonere, si qua fortassis
uia ad bonam reuerſi frugem, Aſyriacam ca-
ptiuitatem, quam Dominus ipsis decreuerat,
declinare possent, & defugere. Et inter alios
quidem hunc suum ipsis misit Micheam, qui
& Oſeam & prophetam Amos in eodem ne-
gocio collegas habuit, & synchronos. Itaque
Micheas hic suum obiturus negocium: Audi-
te, inquit, populi simul omnes, siue ex regno
ſitis Iudaico, siue ex regno Israelitico. Atten-
tam te præbe terra, & quicumq; eam inhabita-
tis. Testor autem Dominum Deum, quod
nunc uos præmoneam, atq; ad respicientiam
inuitem, ut ne quid mihi imputari possit. Te-
stor, inquam, Dominum de templo suo ſan-
cto. Nam ecce Dominus è loco suo prodit, &
descendit calcaturus quicquid terra habet ex-
celsum & elatum. Montes autem sub eo lique-
ſcent, nulli enim reges nec uiri principes eum
sustinuerint: & ualles, nempe tenuioris fortu-
næ homines, sese diffident, atq; cordibus suis
conterentur: idq; ut cera ad cōspectum ignis,
aut ut aquæ per præceps diffusa. Accidet au-
tem id omne, propter præuaricationem Iacob:
propter peccata inquam domus Israel. Quis
uero culpāduſ est, primaq; fuit occasio, quod
præuaricatus fœdè adeo peccarit Iacob? non-
ne, per erectos suos uitulos, Samaria? Et quis
Iudam, duarum tribuum populum, eo indu-
xit, ut excelsa extruxerit? Non ne Hierusalem?
Redigam igitur Samariam in aceruum lapi-
dum, siue ruderum agrestium, totam ipsam di-
rururus, ita ut ex ea uineta fiant & oliueta. La-
pides autem eius dispergam per ualles, etiam
ima fundamenta eius reuelaturus: ita ut in al-
tissimis fundamentis ipsius, uix lapis super la-
pidem relinquendus sit. Omnia autē eius ſcul-
ptilia, quibus pro sua stultitia nunc magnum
adeo honorem habet, confringentur: & om-
nia eius anathemata, quibus ex suo tholo pen-
dentibus plurimum superbiunt, comburentur

igni. Omnia inquam idola eius uastabo: quip-
pe quæ ex idololatriæ anathematis collecta,
alteri rursus apud Aſyrios idolo in anathe-
mata cederēt & offerrentur. Hac quidem de
causā, quādo tam uasta populo imminet deſo-
lacio, plāxero, atq; merito eiulauero: & ut nul-
lum non moueā lapidem, despoliatus uesti-
bus meis iturus ſum nudus, facturus planctū
quasi draconis, & luctum quasi factus struthi-
onum. Draconibus enim ac uenenatis serpen-
tibus terra inhabitanda relinquetur. nam pla-
ga eius desperata atq; deplorata est, ut quam
nemo sanarit. nam & ad Iuda usque peruentu-
ra est, cuius omnes ciuitates munitas Aſyriæ
peruagabuntur. Perueniēt enim ad ipsam usq;
portam populi mei, populi inquam Hieroso-
lymitani. Ne resciscat hæc Gath Palæſtinorum
metropolis, qui super uestra calamitate gau-
ſuri fuerint. Ne itaq; multum adeo fleueritis,
quin potius ſterum diſſimulate, & propter do-
mos pagorum humiles atque in puluere con-
structas, inuoluite & uos pulueri. Demigrate
atque in captiuitatem abite, qui habitatis Sa-
phir, idq; manifestario cum pudore. nā qui in
Zaanān habitant, non egredientur ad plangē-
dum Bethhaezel, ullos ue pagos uicinos: pro-
pria enim calamitate plus satis grauabuntur.
Hostis uero à uobis deuictis accepturus est
impensas obſidionis & belli contra uos gesti,
ita ut hostili exercitui suū perſoluturi ſitis ſti-
pendium. De amiſſo bono dolebunt qui in-
colunt Maharoth: neque enim illi immunes,
aut ab hisce calamitatibus liberi erunt. ſiqui-
dem malum atque afflictio hæc immittetur à
Domino, ad ipsas usque portas Hierosolymo-
rum. Iungite dromedarios curribus, atque ad
demigrandum in captiuitatem uos apparate,
qui habitatis Lachis. Vos enim incolentibus
Sion primam dedistis peccandi occasionem. ſi-
quidem in Lachis, ante omnes urbes alias, in-
uenta sunt scelera idololatriæ Israelitice, ac re-
liquorum flagitiorum, quæ suo contagio uicia-
runt & Sion. Propterea dona mittes More-
ſchetgath, populo Palæſtino, qui aduerſus ho-
ſtem auxilio tibi ſint. Domus Achſib reges
Israel frustrabitur: ſiquidem speratū illinc au-
xilium nullum aſſequentur. Præterea autē ad-
huc & uobis hæredem adducam, qui habitat
tis Mareſah. Viſque ad Adollam aut perueniet
Aſyrius, qui quasi hæreditate tollat gloriam
omnem Israelitici populi, eiusq; terram possi-
deat. Decalua atq; tōde te ipsam, idq; propter
ciues filios tuos, quos tibi hæctenus in deli-
cijs habuiſti. Exue atque depone comam glo-
riæ tuæ ad morem aquilæ, quæ reiectis pennis
ac plumis ſuis nuda nonnunquā latitat. Latū
aut atq; magnum fac caluicium tuum. Jam nūc
enim cenſeri poſſunt filij tui, tenerè adeo ada-
mari

Super hoc
plangam et
ululaborum
dam ſſolue-
tus & nu-
dus.

Tumultus
quadrigæ
ſuperioris ad
bitanti La-
chis.

mati à te, tr ansmigrasse, atque in captiuitatem esse abducti.

C A P V T I I.

Væ ijs qui cogitant iniqua, & qui de nõ ste in ipsis cubilibus suis componunt malum, atq; technas confingunt: quibus miseros, ubi mane illuxerit, opprimant atque irretiant, siquidem id possunt, atq; penes ipsos est. Concupiscunt autem & capiuntur amore agrorum quorundam, & continuo eos rapiunt atq; occupant: sic & de domibus agunt, si quæ illis placeant. Opprimunt itaq; quemlibet, atq; domum suam ipsi adimunt: quemlibet inquam, opprimunt, inuadentes quicquid illi hereditate obuénit. Proinde Dominus sic dixit: Ecce aduersus familiam hanc tam uiolemam & iniquam, ego mali quiddam in mente habeo, id quod scelerata uestra colla non subterfugient, neq; amplius superbè adeo, tanto cum fastu incedetis: nam tempus uobis impendet calamitosum & triste. Abituri autem tunc estis in prouerbiu, eritisq; uulgi fabula. Lamentabitur autem lamentum, omnisq; cancio aut sermo erit lugubris. Lamentato autem conueremini, atq; modis omnibus uos dicitis esse deuastatos. Pars populi mei, dicitis, cecidit altera atq; tenet ab hoste. Quam remouerunt mihi rem meã omnem, ut ne unquam eam recuperem? Quam agros nostros inter se dispartiti sunt? Quia uerò manifestaria uirtutaq; tyrannide agros atque domos proximorum occupastis, idcirco non erit uobis filius aut nepos quispiam, qui diuisionis funiculo extenso, sortem ullam obtineat in certu siue populo Domini, quando ille populum suum captiuum aliquando reducturus est. Ne uaticinamini, aiebant, prophetis, non permittentes ut ipsis quicquam uaticinarentur atq; præmonerent, nisi uellent ignominia affici, atque turpiter tractari. O' que diceris domus Iacob, cum interim paternæ pbitatis ne micam quidem habeatis, an iam defecit, atque extinctus est spiritus Domini? An spiritum Domini plane emortuum creditis? Non ne prophetici spiritus opera sunt, ut futura præuideat atq; prænunciet? Non ne uerba meã probè agunt, & bene cum ijs qui recta incedunt uia? Cæterum populus meus qui uiam rectam non nouit, nõ ita dudum ut inimicus stabat ex aduersum alter alteri, tunicã simul & chlamydem auferèbant à transeuntibus, qui nihil suspicantes mali, è prelio reuertebantur. Tam est eorum tyrannis uiolenta, & id quidem extra ciuitatem. Porro intra ipsa mœnia uxores populi mei pauperes, è domibus, ubi sese cum marito & liberis pro sua tenuitate oblectare sunt solitæ, expulstis, ita ut ex eis prognati, ad perpetuo mihi honestum coniugium peruenire nequiverint. Surgite itaq; atq; hinc facefite in exilium & captiuitatem: nam terra hæc non fert uos amplius, neque datur uobis hic amplius conquiscescere, idq; propter immundiciã quã ipsam contaminastis, quæ eam etiam corrup-

pet corruptione bene forti, multoq; maxima. Utinam uentosus aliquis adesset, ac uaniloquus, qui populo huic mendacijs imponeret, pacem & felicitatem eis annuncians, ubi bellum imminet, & omnis calamitas. Qui uaticinaretur populo de uinõ & si cera, qui inquam, uaticinando in hunc modum ipsis concionaretur: Congregaturus sum te totum õ Iacob, congregaturus sum inquam, residuum Israelis, & quotquot in terras gentiũ abducti sunt, statuamq; illos unã, ut pecora Edomitica ciuitatis Boirah, & ut gregem in medio caule suæ: tantusq; eorum futurus est numerus, ut præ multitudine inter se tumultuaturi, aliusq; aliũ oppressuri sint. Exurget qui eos effringat & liberet, & transibunt hostium portam, atq; per eam egredientur deducente ac præcedente ipsos rege ipsorum: siquidem Dominus in prima ipsorum futurus est acie. Quam obuijs uicinis huiusmodi pseudopphetam exciperent, qui per prophetas Domini ueros tam ægrè ferunt præmoneri, ac sua tangi hulcera?

Congregãtione congregabo Iacob totum te.

C A P V T I I I.

Hæc autem cum ita se habeant, iusi capita Iacob, duces inquam, ac uiros primarios domus Israelitica audire & auscultare: Vestrum ne est scribere inquam, quid iustum sit? quid æquum & bonum? An interrim probos odio prosequimini, & malos ac flagitiosos diligitis, pellè ipsam uiris bonis diripietes, atq; adeo carnem etiam ipsam ab ossibus eorum. Profecto qui tanta tyrannide carnem populi mei comedunt, atq; pellem ipsorum eis diripiunt, idq; ad exugendam medullam contractis etiam ipsorum ossibus, quæ ut in ahenum immittenda conciderunt, aut sicut carnem immittendam in ollam. Hi uicissim quando Dominus in impios animaduersurus est, clamabunt ad Dominũ, sed nõ exaudiet eos: quippe qui tunc temporis faciem suam ab eis auertet, quemadmodum ipsi sua corrupentes studia, mali studuerunt esse potius, quam boni. Sic dixit Dominus de prophetis qui populum ipsius in errorem inducunt: Qui altera manu lapidem, & panem ostentant altera, quiq; aduersus eum qui nihil ipsis in os obiecerit, bellum continuò instruunt. Quia tam iniqua uestra sunt studia, & conatus tam improbi, idcirco nox lucida futura est, præ quod uisiones uestre & tenebræ non erunt tenebræ præ diuinationibus uestris, tanta erit excæcacio uestra. Sol enim ueritatis occumbet prophetis istis, & dies alioqui lucidissimus eis ob tenebrescet. Tunc itaq; pudefient, qui uident uisiones illas suas, & diuini erubescant, atq; simul omnes ora sua continebunt, non audentes quicquã uaticinari, postquam rerum euentus nihil respondebit, & deprehendent se nihil ueri dixisse, nec sibi uerbum Dei esse. Cæterum ego re uera fortitudine sum repletus, spiritu Domini, iudicio atque uirtute, idq; ut adnunciem ipsi Iacob scelus suum, Israelitis uide licet peccatum suum, ac mores improbos.

Hæc dicit Dominus super prophetas, qui sedebant populũ meum.

D inde

Despulsas sine uellatibus, sicut pars populi mei commouata est.

Surgite & ite, quæ non habetis hic requiem.

Qui aedificatis Sion in sanguinibus. Hierusalem in iniquitate.

inde audite hoc qui in domo Iacob summates estis, ac uiri principes, duces inquam domus Israel, qui quod æquum est non moramini, atque omne quod rectum ac iustum est, peruertitis. Qui ex opibus uis, summataque iniusticia partis, quas pauperes multo sudore ac sanguine suo conquirunt, domos uestras in Sion aedificatis, & in Hierusalem ex re iniquè congesta. Simul omnes defecerunt, neque quisquam sui meminit officij: nam qui inter Hierosolymos capita sunt, & uiri primates, munerum gratia ius dicunt, & sacerdotes eorum precio docent, & prophetae ipsi argenti gratia diuinant atque uaticinantur: & Domino scilicet innixi, nonne Dominus in medio nostrum est? inquit. Proinde securi estote aiunt, atque de Domino bene sperate. Quid enim dum ille pro nobis est, nobis acciderit mali? Propter hoc uestra culpa Sion ut ager arabitur, funditus deaustanda: & Hierusalem ex ruinis ac ædibus collapsis, nihil aliud erit, quam inconditus quidam lapidum aceruus: & mons domus Domini commutabitur in excelsa syluæ.

CAPVT IIII.

Futurum autem est in nouissimis diebus, ut montem domus Domini, quem iam dixi in excelsa syluæ commutandum, præparatum uideatis in uertice montium, altiorem cunctis collibus, ita ut populus undique ad ipsum confluat. Tunc enim gentes complures ibunt, atque alius alium inuitantes: Venite, dicent, ascendamus ad montem Domini, ad domum Dei Iacob, ut nos suas ille uias doceat, utque in eius semitis ambulemus, ex eius præcepto uiuaturi. Nam de Sion uelut totius mundi metropoli egredietur lex, ad quam quisque ueniat, ac suam uitam instituat: & uerbum Domini de Hierusalem. Ipse autem Dominus iudicabit inter populos multos, dirempturus quicquid usquam terrarum inter mortales dissidij ac controuersie erit: neque timebit gentes fortes, ac longè dissitas arguere atque increpare: idque ea modestia & dexteritate, ut nihil minus quam bellum, aut ulla inimicitia illinc enascitura sit. Constabunt enim tunc gladios suos in ligones, & ex hastis suis conficient falces. Neque enim gens aduersus gentem se obarmabit, aut gladium feret, neque rebus iam ubique terrarum pacatis, amplius condiscant artes bellicas: nerum quisque sub sua sedebit uite ac ficu, & sese oblectabit, & non erit qui quenquam exterreat. Quod quidem, ut uobis persuasissimum sit, scitote ex ipso ore Domini exercituum hoc esse profectum. Quia uero omnes populi ambulant, quisque in nomine Dei sui, quod modis omnibus promouere student & attollere: ambulemus & nos in nomine Dei nostri, sic nostram instituente uitam, ut illinc in æternum, aut si quid æternitate longius est, Dominus magnificat atque glorificetur. Tunc temporis ait Do-

Congregabo claudicantes, & eam quæ eiecerat.

diatam olim & malè afflictam, domo etiam excipiam. Faciam autem, ut quæ claudicabat, maneat reliqua: & ut illa procul reiecta atque eliminata, euadat in gentem magnam & robustam, nam Dominus super eos in monte Sion regnaturus est, ex eo quidem tempore usque in omne seculum. Tu autem turris gregis, arx populi mei Sion, quæ ipse solet inhabitare David, ad te usque perueniet: perueniet inquam, ad te usque dominium pristinum, regnum nimirum populi Hierosolymitani, quod totam simul occupabit terram. Et quorsum quæso attinet, ut sic uocifereris ac doleas, quasi omnia tibi sint desperatissima? An nullus tibi rex est, qui te liberet ac uindictam speres? eo quod te apprehenderit dolor & angustia, qualis est parturientium? Dole autem & ingemisce filia Sion, ut quæ parturit, idque de peccatis & sceleribus tuis. Per ea enim nunc è ciuitate expelleris, habitatura in agro Sennar: peruenies enim ad Babylonem usque, sed illinc aliquando liberaberis. Nam Dominus illinc te redimet è manu inimicorum tuorum. Quin & nunc gentes copulantes, super te quam affligendam uident, sese congregauerunt, dicentes quod impiè egeris, & quod propterea in Sion oculos suos pascent: uerum stolidæ illæ gentes nihil nouerunt, quid Dominus de ipsis cogitet atque decernat, neque intellexerunt quid ille caperet consilij. Congregauit enim eas ut manipulum in area excutiendum. Surge itaque tu, atque triturato è filia Sion, nam cornutum reddat ferreum, & ungulas tuas quibus gentes conteras, atque triturando comminuas, faciam tibi areas. multos enim populos comminues. Curabo autem ut id quo impiæ gentes maxime afficiuntur, dedices Domino, & diuitias earum Dominatori uniuersæ terræ. Nunc uero militandum tibi est, multaque ferenda calamitas, è filia militiæ. Iam iam obsidione premeris ab hostibus, qui uirga percutient maxillam iudicis in Israel: percutient inquam, potentiam iudicis Israelitici, quippe qui regem prostratis principibus captiuum abducet, idque quod peccata tua hæc commuerunt: sed prohibet tandem, atque nascetur qui uos liberet & restituat.

CAPVT V.

CAeterum tu Bethlehem Ephrata, parua quidem & nihil magno numero popululus es, præ millibus quæ in alijs sunt ciuitatibus Iuda. Ex te tamen, quantumuis parua & contempta, prodibit mihi qui sit dominator in Israel: genus autem ducet à primis & prisca seculi regibus. Propterea Dominus affligi sinet Israelitas, atque ubilibet dispergi, donec parturiens pariat hunc dominatorem. Tunc fratres eius reliqui, duæ nimirum tribus cum filijs Israel reuertentur, quesituri Dominum Deum suum: regnabit autem & pascet multo potentissimè, non quidem humano more, sed in sublimitate summa que gloria nominis Dei sui. Tunc habitabunt quidem securò, & quam lætissimè, quia nomen Domini tunc magnificentabitur.

bitur, plurimiq; fiet, ad extremos usque terræ terminos. ipse enim rex pacificus erit. Ut maxime Assyrius in terram nostram tunc ueniat, atq; ades nostras occupet, ac in eas irruat, erunt quos aduersus eū cōstituamus pastores quam plurimi, & complures uiri principes, qui iniuriam nobis illatam ulciscentes, gladio Assyriorum terram deperdant: & terram Nimrod, siue Babylonicam suis ipsorum gladijs. Eripiet itaque nos Dominator ille noster ab Assyrio, si in terram nostram irruerit, aut in fines nostros aduerit. Qui tunc ex Jacob supererūt, ij erunt in medio multorum populorum, sicut ros à Domino ad irrigandam terram demissus: & sicut imbres herbam humectantes, quæ neminem quenquam expectat, nec hominem moratur. Quæ tunc enim sunt populum inuocationem nominis Domini. Et sperabūt quidem omnes in uno Domino, & à regibus gentium non magis pendeunt, quam herba ipsa ac gramen pēdet ab homine, ut irrigetur. erūt inquam, qui ex Jacob inter gentes supererunt in medio populorum multorum, ut leo inter iumēta syluestria: & ut catulus leonis inter greges pecorum, qui si quem inuadat, proterat atq; discerpit, non est qui eripiat. Ipse neminē formidans, formidabilis erit omnibus. Manus tua, o Israel, hostibus tuis tunc præualebit, & omnes inimici tui excidentur. Fiet autem & hoc in die illa, dicit Dominus, ut è medio tui succidendos curem equos tuos, & quadrigas perdēdas: his enim aduersus hostes nihil opus erit, sed sola uirtute uerbi mei. Demoliar quoque præaltas atq; obmuratas ad eō urbes terræ uestre, destructurus quoq; cunctas munitiōnes tuas: his enim gentiū more male fidat aliquis. Auferā quoq; maleficos è manu tua, neq; sinam ut ullus inter uos locus detur diuinationibus, quæ ab astrologis, genethliacis, chiro-manticis, alijs uē id genus hominib. proficisci solent, nam ex me uno uos totos pendere uolo. Vnde & sculpilia uestra, cum omnibus quæ apud uos sunt statuis, excidam, ita ut non sitis amplius operi manuum uestrarum ullum honorem habituri, atq; in idololatriā prolapsuri. Eadem opera & lucos uestros euellam de medio uestri, urbes illas quæ lucos habuerunt euerfurus. nam furibundus, atq; multa ira percitus, uindictam sumam de gentibus, quæ non obediunt, atq; uerbo meo reclamauerunt.

C A P V T V I.

Audite quæso quid Dominus loquatur. Surge, inquit, mihi, & ex postulato cum moribus siue potentioribus, & audiāt uocem tuam colles, homines uē plebei; Audite itaq; uos primates & fortia terræ columna expositionem Domini: nam Dominus habet quod cum populo suo tam ingrato, atq; omnium beneficiorum immemore meritō ex postulet, & unde cum Israele non iniuria litiget & contendat. Age dic quæso popule mi, quid feci tibi? aut qua in re unquam molestus tibi fui, aut incōmodus? Responde mihi, quod

è terra Aegypti te eduxerim? atq; te è seruili cōditione in libertatem asseruerim? missis ante faciem tuam Mose, Aaronē & Maria: quorum altero quàm familiarissimē uti potuistis, & alterum ueluti fratris habuistis os. Et Mariam quidem, ut quæ doceret atq; instrueret mulierculas. Popule mi memineris quæso, neq; tibi excidat, quid Balac Moabitarum rex accersito Balaam, olim sit machinatus, & quid ei Balaam filius Beor responderit. Ille enim cum tibi studeret maledicere, mea uirtute benedicere tibi coactus est: ut aliquādo cognoscas, quāni æquū, tuiq; amantissimum, à Sethim usque ad Galgala, habueris Dominum. Hæc certē uos obliuisci, indignissimum est, cogitareq; conuenit de Domino placando, atq; hac ingratitude nis nota subterfugienda. Sed qua cum re, inquires, prodibo in conspectum Domini, placaturus cum potius quàm ut cum ipso contendam? Sternar Deo excelsio incuruus? prodibo ne sub conspectum eius cum holocaustis & uittulis anniculis? Num millibus arietum afficitur aut placatur Dominus? aut decies mille torrentibus olei? Num pro scelere meo daturus sum primogenitū meum? & pro peccato meo uentris mei fructum? Abundē, o homo, tibi indicatum est, quid uerè bonum sit, & quid à te Dominus desideret, nempe ut facias quod bonum & æquum est, ut studeas beneuolentia erga proximū, nihilq; præfactus sis & arrogas, atq; ut uitam teras Deo dignam. Vox Domini ad ciuitatem clamat, Hierosolymitanos, atque omnem Israeliticum populū ad pœnitentiam inuitas, ut omīssis sceleribus resipiscant, atq; pietati studeant. Certē quotquot sapiūt, nomen tuum Domine timebunt. Audite autem, quid nam uirgæ aut plagæ immineat, & quis eam constituat, atq; sese immisurum eam minitetur. Sunt ne adhuc in domo impij thesauri impij parti? & maligna atq; cōcisior mensura, quam ipse Dominus abominatur? Num eiusmodi ego sum, ut iustā censuero stateram impiam & iniustam, aut sacculum qui fraudulenta habet pōdera? Illi ne ciuitati ego parcā, ubi diuites abundant rebus iniquæ partis? & cuius incolæ loquuntur mēdacia, quippe quibus fraudulenta prorsus lingua in suo ore est? Tantum autem abest ut parcam, quod ipse ego te infirmabo percutiendo, propter peccata tua te deuastaturus, atq; uarijs modis diuexaturus. Comedes quidem, sed non saturaberis, imò totus humiliaberis atque deprimeris. Concumbes quidē cum uxore tua, sed illa nullos tibi pariet liberos. Et ut maximè liberos ex ea suscipias, eos daturus sum gladio, ita ut dolorem ex eis habiturus sis magis quàm lēticiā. Tu item seminabis, sed non metes: cōculcabis oliuam, uerū oleo ipso te nō inunges: cōculcabis & ex uite tua uuas, uerū uinum non bibes, neq; illinc exhilaraberis. Et hæc quidem feres omnia, quod omīssio mandato meo, sed alio ad eō custo distis præcepta siue edicta Amri, regis idololatræ, & quicquid fieri uoluit do-

Indicabo tibi
o homo quid
sit bonum

Comedes, et
non saturas
beris.

mus sceleratissimi regis Achab, prognati ex Amri. Ex horum præcepto & consilio, nulla mei neq; legis meæ ratione habita, fecistis pro uestra libidine quidlibet, ut tandem uos deuaftem, atque ciues ueftros toti mundo deridendos propinem. Quibuscunque igitur opprobrijs ullo seculo gentes populum meum soliti sunt incessere, ea simul omnia uobis erunt ferenda & deuoranda.

CAPVT VII.

HEi misero mihi, quandoquidem simile quiddam accidit mihi cum ijs qui colligunt, quod in messe per agros dispersum omittitur, spicilegium uidelicet facientes, aut qui racemationem faciunt in uindemia. tota certe uinea nullus botrus est, quem edas. Atqui primitias, siue pristinæ illius probitatis uiros animus meus desiderat. nam hoc genus botris animus meus exhilaresceret. Sed prohibet terra disperierit, nec est inter homines quisquam integer, qui æqui boniq; sit studiosus. Si mul omnes student effundendo sanguini, latrocinijs dediti potius, quam fraternæ charitatis studiosi. nam quisque uel fratrem studer in nastam illicere. Siue malefacere eos uoles, siue benefacere, manus semper ad munera oculatas habet. Princeps quidem postulat munera, neq; enim quicquam erubescit. Et iudex item munerum causa iudicat. Et qui post hos primas tenet, loquitur quoq; de muneribus, id quod ei cedit in perniciem animæ suæ. Tu tecum hic perpende, quanta omnium hic sit cæcitas. Hic quidem sic suam peritionem instituit: & accedit continuo alius quispiã, qui triplo amplius donandum censeat. Tanta nunc hominum auaritia est, tamq; inexplibilis habedi sitis. Qui inter eos est optimus, atq; pauperum causas defendendas suscipit, non minus molestus ac grauis illis est, quam si carduum tractet, aut palurum. Et quem æquisimum putes, is contexta ex spinis maceria spinosior, minusq; tractabilis est. Adest dies speculatorum tuorum, dies nimirum quo de his ita bonis uiris ego iudicẽ, atq; uindictam parem: & nunc quidem consilij inopes pudefiet, meritasq; mihi dabunt penas. Nusquam tuta fides est. Proinde nemo amico etiam suo credat, neq; uxor marito, neq; maritus uxori: imò apud uxorem etiam quæ tibi dormit in sinu, uide ut os tuum contineas, neque quicquam temerè loquaris. nam ut hæc sunt secula, filius nõ ueretur patrem suum contumelia afficere, atq; contemptim de eo loqui: neq; aduersus matrem suam insurgere ueretur filia, & aduersus focrum suam nurus: ita ut & eos homo inimicos habeat, qui domestici ipsius sunt. Ego autem, quando nihil apud homines tutum est, neq; scias quid cui possis credere, defixis in Dominum hæbebo oculos, expectans Deum qui me seruet, & ab omnibus calamitatibus liberet. Et certè Deus ipse meus me exaudiet, atque de me curabit. Caterum tu mea inimica Babylon, ne quid gestias, nimi

umq; læteris super me, quod me deuiceris, atq; conciderim: nam Hierusalem ego surrectura aliquando sum. Cum in tenebris, in multo more & animi angustia sedero, Dominus lux mea erit, & consolatio. Non enim me flagellat ut perimat, sed ut tadem me reddat illustriorem. Nunc uerò iram Domini feram, bene quidem commeritam, quippe quæ ei peccauerim: & id quidem tantisper, donec de causa mea in dicer, atq; pro me sententiam ferat, ex tenebris omni que angustia me in lucem educaturus: & gaudium, ita ut æquitatem eius uideam & cognoscam. Videbit hoc & inimica mea, sed tunc pudore suffusa conquiescet atque silebit: quæ alioqui solet mihi opprobriare, atq; dicere, Vbi est Dominus ille Deus tuus? Pascam autem tunc in illa oculos meos, animumq; expleffe iuuabit: pessundata enim nunc pedibus proteretur, ueluti lutum platearum. Quando autem Dominus dirutas iam macerías tuas restaurabit, tunc quidem nullum erit præscriptum tributarium, nam nullum tunc tributum pendetis gentium regibus: quin potius gentes omnes uobis erunt subiectæ, nam tunc ad te uenient, tibiq; in sortem cedet, quæ nunc habent Assyrii, ad munitas usq; ciuitates ipsorum: & quæcunq; à munitis Assyriorum ac Babyloniorum ciuitatibus sunt, usq; ad Euphratem: item quæcunq; sunt inter mare orientale, usq; ad mare occidentale, & inter montana australia usq; ad montana aquilonaria: possidebis, inquam, simul omnia. Tota namq; illa imperium gentium terra, quæ te affixerunt, desolata erit, repurganda nimirum ab impijs inhabitatoribus suis, quibus hæc omnia accidunt, ex factorum suorum fructibus. Tu uerò Domine, pascere sacrosancti uerbi tui pedo populum tuum, gregem tibi hæreditarium, ut uel in sylua securò habitent, in medio Carmeli. Pascant in Basan & in Galaad, lætissimis nimirum & uberrimis pascuis, ut olim superiori bus seculis. Pascam eos, inquit Dominus, ostensurus etiam eis mirabilia & stupenda, ut quodam ijs diebus cum è terra Aegypti egressi estis. Gentes quidem quæ uobis solent illudere, uidebunt hæc: & fortitudinis suæ, quæ ad uestram nulla futura est, eas pudebit, unde & conticescent, nec ijs qui inter ipsas arroganter loquuntur, amplius auscultabunt. Terræ puluerem lingent ut serpentes, uobis per omnia subiectæ: & ut terræ reptilia se ex ijs ubi claufe tenentur locis, proripient. Formidabunt enim Dominum Deum nostrum, etiam te timentes. Tunc quidem populus tuus suis sedibus restitutus: Quis, inquit, est deus tibi cõferendus, qui fers iniquitatem, & ad præuarcationem eorum quos ex hæreditate tua tibi habes reliquos, sic conuiues? Non seruas sanè furordium tuum perpetuò. Dominus enim misericordia tua gaudet, & delectatur beneficentia: unde & reuertetur, atque nostri tandem miserebitur, delens iniquitates nostras, atque in maris profunda

Perijt san-
ctus de terra,
& rectus in
hominibus
non est.

Dies specula-
tionis tuæ, ui-
sitatio tua
uenit.

Aspiciet ini-
mica mea, et
operietur co-
fusione.

Pasce popu-
lum tuum in
uirga iud.

hunda omnia peccata nostra proijciens. Fidem enim seruabit Iacob, siue populo suo Israelitico, & ex Abrahamo prognatis misericordiam,

patribus nostris iam multis retro seculis iurando promissam.

Finis Paraphraseon in prophetam Micheam.

IN PROPHETAM NAUM

PARAPHRASIS.

Libellus propheticus Naum Elcositæ, grauem aduersus Niniuem prophetiam continens.

CAPVT I.



DOMINVS non ferens amplius Assyriorum arrogantiam atq; omnimodā impietatem, ut quæ iam ad summū excreuisset, statuit Niniuem ipsorum metropolim, ac totius Assyriaci regni caput per Chaldæorum regē expugnare, atq; deperdere, ipsorumq; regnū ad Babylonios transferre. Cuius quidem rei ne se ignaros planè fuisse, & nihil præmonitos dicerent, non dedignatus est Dominus eis id per prophetam suum Naum significare, si fortassis ad respiscētiam adduci possent. Et ille quidem cū eis super hac re acturus: Deus, inquit, iniquè fert iniurias, & Dominus ultor est, ultor in quā est Dominus, & furore accēsus: quippe qui sese ulciscetur de hostibus suis, & illata sibi iniuriarum memor erit, aduersus inimicos suos. Longanimus est Dominus, atque præpotens, qui utcunq; nunc dissimulet atq; consilescat, hostes tamen suos non sinit impunitos: uerū inopinato atq; de improviso eos opprimit. nam uia Domini per turbīnē & procellam est: derepētē enim more turbīnis hostes suos, pellit ac disturbat, quod enim perniciosissimè currentib; equis excitata terrę puluis est, hoc eius pedibus uolitans nebula est. Statim enim ut increpitat mare, ipsum arefacit, omnesq; fluuios exiccet: Basan & Carmelus pascuæ alioqui iucundissimæ, eius iussu cōtinuò deformantur atq; flaccescunt, floridusq; deformatur Libanus: quin & montes ab ipso contremiscunt, & colles sese resoluunt. Terra exuritur ab illius conspectu, atq; adeò totus simul terrarū orbis, unā cum degentibus in eo. Quis itaq; eo incandescente substiterit? & in æstu furoris eius, quis queso durarit: siquidē ira ipsius etiā durissima quæq; liquefacit, ut ceram ignis, ita ut & silices ab eo dissoluātur. Rursum uero benignus admodū in suos est Dominus, & loco munitissimæ arcis in die angustię ac tribulationis, in se sperantes cognitos habēs, atq; defendens. Velut repentino quodā diluuiō, quo omnia inundantur, prorsum deletbit Niniuem, locū nimirum ac metropolim ipsius Assyrii: & efficiet ut tenebræ hostes illos suos persequantur & inuoluant, ita ut multa pressi angustia, & cōsiliij planè inopes, nullam uisuri sint euadendi uiam. Quid quæso consultatis inter uos, atq; cōtra Dominū machinamini? Semel cunctos uos deperdet Dominus, oborietur enim calamitas nō iteranda, ita ut iterū atq; iterum uos ferire nihil opus futurum sit: nā prorsus ad morē implicitarum, aut colligatarū ueriprium absumētur, & sicut culmus ad plenum torridus atq; bene exiccatus, idq; cum nihil rationale cogitātes comessando referti fuerint, & adprobē poti. Ex te ò Niniue profectus est, qui de expugnanda Hierosolyma cogitās, malum machinat Domino, cōsultor improbilissimus. Sic itaq; loquitur Dominus: Quantumuis alta securitate fruātur, & quantumuis fuerint multi, simul omnes attondebuntur atq; excidētur, & disperibunt. Affixi quidem te per hostem Assyrium, sed posthac quidē te per illum non affixam amplius, quippe qui uirgam eius tibi contringam, cunctaq; tua uinacula quibus ille te diuexauit dirumpam. Porro de te ò Sennacherib; mandauit Dominus, ut ne tuo ex nomine feratur amplius. Auferam autem è templō dei tui statuas, signaq; fustilia, & uertam illud in sepulchrū tuū, utpote in quo tu sis per proprios filios interficiēdus, id quod summè dedecoratum tibi erit, & ignominia indelebilis. Ecce, iā in mōtibus Israeliticis nūcius est, pedes eius per montana feruntur, qui adproperat annūciaturus læta, ac prædicaturus pacē, interfecto nimirum hoste Assyrio. Feriare nunc ò Iuda ferias tuas, festosq; dies multo cum gaudio tibi facito: hilarem atq; lubentem te præbe, & persolue nūc uota tua, quæ Domino in obsidione uouisti. Nam posthac te iniquus ille & sceleratus Assyrius nō amplius superabit, quippe qui totus iam confectus est & excisus.

10
20
30
40

Et nunc conteram uirgā eius de dorso tuo.

CAPVT II.

ASCENDIT conscripto aduersum te exercitū, ò Niniuita, dissipator quidam, qui nil tibi relinquet integrum. Custodi ergo perquam sedulo urbem munitā ac bene ualidam, lustra constitutis speculatorib; uias, obarmato lumbos, atq; modis omnibus instrue copias. nam Dominus posteris Iacob magnificentiam omnem restituet, pari atq; adeò maiore gloria, quā olim fuit magnificentia ipsius quem nunc direptores fœdissimè diripuerūt: adeò ut non fructus tantum & uuas decerpserint, uerum etiam propagines ipsas corruperint. Clypeus heroum illius resplendet, & uirī militares conuestierunt se purpura. Currus ipso expeditionis tempore se habebit instar facis ardentis, & abiegnæ hastæ contremiscent concussæ. Currus in uicis tumultuabuntur, & uolitant per plateas, ita ut aspectum præstaturi sint lampadum, & discurrent atq; ferentur more fulgurum. In mentem ueniet dissipatori huic de animādis heroibus suis, in uasione ipsa

Recordabitur fortium suorum, ruent in uincibus suis

D 3 dum

Deus emula
con ex ulci
fretu Do
minus.

Deus Do
minus ex cō
ferens in
tribules
tionis.

dum nimium festinat, prosternendis. Festinabunt enim ad transcendendum murum Niniues, quin & iam paratae sunt machinae, quibus muros perfringant & discutiant. Portae ad flumen sitae expugnabuntur atque patebunt hostibus, & palatium ipsum diruetur. Huzab autem Assyriorum regina imposta curru abducentur captiua: ancillae autem eius pedissequae, à quibus deduci solet, tunicae sua pectora palmis, imitabuntur gemitum turturum. Superioribus quidem diebus omni diuitiarum genere affluebat Niniue, non secus atque piscina aquis undique exundans: at nunc eò uentum est, ut ommissis opibus soli uitae suae consulant. Quos si quis reuocet, atque clamitando gradum sistere uolet, nemo est qui uel semel respiciat. Diripite igitur uos argentum ó Chaldaei, diripite aurum, nam repositarum opum nullus est finis. Opulentia eius charissimae quaeque cimelia superat, uacua euacua, euacuata ad lacerum usque est. sic enim apud Dominum de ipsa definita stat sententia. Cor ipsius liquefcit, genua labant, infirmatis lumbis omnes simul arma posuerunt, & faciem simul omnes demittunt. Vbi nam lustrum illud leonum, & leunculorum patina nunc est? inquit. Quo nam aufugit leo simul & leona? Vbi catuli illi leonini nunc sunt, quos nemo exterreat? Leo ille, inquam, qui rapiebat quantum suis catulis esset satis, & leonis suis alia animantia strangulabat, rapinis complens latibula sua, & lustra sua laceris animantibus. Haec uestra, ó Niniuite improbitas fuit, & immanitas, per quam infida & infesta uobis fecistis omnia. Sed eni me tibi, inquit Dominus exercituum, qui currus tuos omnes multo cum fumo, qui longe lateque uideatur, comburam, quando & leunculos tuos deuorabit gladius meus. Exterminabo enim lacerationem tuam, qua quiduis lacerare gaudes, & terra discerpere, ita ut non sis amplius praedaturus quenquam. Nec audietur amplius uox nuncij tui, qui ad deditiorem urbes ullas solliciter.

CAPVT III.

Heu urbem sanguinariam, innocentum cruore contaminatissimam, quae mendacis & imposturis undeliberat scateas, ac rapinis plena, nullum facit rapiendi finem neque modum. Crepitus flagelli in ea audietur, & sonitus stridentium rotarum, lasciuientium item equorum hinnitus, qui terram concutiant, & strepitus curruum subsilientium, ac clamor equitum suos equos inscendentium. Crepabunt in ea micantes gladij & hastae suis cuspidibus fulgurantes. Multum ibi interfectorum erit hominum, magnaque ubilibet uis cadauerum, quorum nullus adeo futurus est modus, ut ipsimet Niniuite per suorum corpora corruiant sint. Accident autem eis haec, propter multam fornicationem meretricis uenustae ac ueneficae, quae fornicationibus suis, formae suae ac rerum suarum praestantia, iocis & blanditijs, ueneficis item, philtris & carminibus malis quasuis ad se gentes, atque lucri auidas nationes pellicit,

En me tibi, ait Dominus exercituum, qui improbis tui iam pertusus, subductis tibi super faciem uestimentorum tuorum lacinijs, ostendam gentibus pudenda tua, & regnis omnibus quae designas foedissima, cum interim multa tamen mundicie ac morum probitate te uenditas. Inijciam autem in te sordes, & quiduis indudum, atque ludibrium te expositam facturus sum toti mundo spectaculum. Futurum autem est, quisquis sic exornatam atque adfectam te uiderit, ut retrocedens cum laticia obstupescendo dicat: Vastata est Niniue, quis commiserescet ei atque de ea morebit. Unde autem quaram qui te consolentur? Nam quod te spes hosti posse parem esse, id nihil plane est. Num tu fortiores populosa ciuitate No, quae sita inter flumina, aquis undique cingitur, cuius propugnaculum mare est, & à mari murus eius. Aethiopia eius fuit fortitudo, atque etiam Aegyptus: hinc enim plurimum habuit auxilij, ita ut populi adiutis nullus esset modus. Succurrebant autem ei & Africa quoque & Lybes, qui ipsi & tibi fortassis auxilio fuerint. Atqui illa tanto undique corroborata auxilio, captiua tamen abducta est, & infantes eius tota ubilibet ciuitate in omnium platarum angulis interfecti sunt, & de grauissimis in ea uiris hostes sortiti sunt, & quotquot in ea fuerunt magnates, compedibus fuerunt uincti. Tanta illic saeuitum fuit crudelitate, ut neque paruis parceretur, neque magnis, neque obscuro natis genere, neque claro. Et tu quidem eodem inebriata de poculo, latere concupisces atque tete abscondes: quin & tu ad hostem depellendum auxilium quaesitura es, sed nihil profuturum. Omnes enim munitiones tuas quas putas firmissimas, erunt similes ficibus, praecoces iam fructus habentibus, quae si concutiantur, decidunt fructus in os deuorantis: sic & munitiones tuae concussae, mox sunt corruiantur. Ecce, non ne & populum, qui alioquin tuorum loco esse posset, plane habes effeminatum atque nullius animi. Profecto non ea uis animis uestris erit, ut hostem excludatis, sed timore nimio conterriti, praedatis illi regionis uestrae portas, & nihilominus ignis obices uestris exedet atque consumet. Haurio tibi aquas ad apparandos lateres, quibus obfirmes atque obmunitas munitiones tuas, sicubi hiet, aut ruinam meditentur. Ingrederet lutum quod concules, subige argillam, unde lateres pares constituta fornace lateraria. Ut maxime autem haec facias, tamen deuorabit te ignis, & gladius te conficiet, eadem facilitate te consumpturus, quae bruchum. Multiplica autem te ad morem bruchorum, accersitis in auxilium tuum Aethiopijs. Multiplica quoque te ad morem locustarum, conuocatis Aegyptijs. Imò quorsum attinet, ut sic te multiplices, quando iam supra stellarum numerum adauxisti negotiatores tuos, qui ut bruchi grassati sunt, & auolauerunt. Comatuli tui perinde se habent ut locustae, & principes tui attelabos imitantur, qui tempore quidem matutino, & adhuc frigidulo in sepibus consistunt: sed quando

Vbi est habitaculum leonum, & patina sua catulorum leonum?

Haec ego ad te, dicit Dominus exercituum.

Et tu ergo inebriaris & eris despectus.

Cassiodorus tui quasi locustae.

sed quando exorto sole dies incalcescit, tum dis-
fugiant, ita ut nescias ubi confederint: ita & tui
illi comatuli ac male sani principes primo qui-
dem bello multa inter se cōspirabunt, sed pau-
lo post in captiuitatem abducentur. Pastores
tui, o rex Assyriæ, altum dormient, & cōsiliarij
tui, quorum multa apud re authoritas est, con-
siliij inopes conticescent, atq; quieti se dabunt.
Er miserum uulgus, ut suæ quisq; uitæ cōsulat,

per montana dispergetur, & nō erit qui disper-
sos recolligat. Fractura tua insanabilis planē
est: nullis enim serperastis nulla obuinctiōne
sarciri poterit, imō magis ac magis incrudescet
plaga tua. Quotquot uero de te audiēt, lati su-
per te manib. plaudent, atq; exultabūt: si quidē
nemo est, quē tua malitia non aliquando
afflixerit atq; diuexarit.

Finis Paraphraseon in Naum.

IN HABAAVC PROPHE TAM

PARAPHRASIS.

Gravis uisio, quā prouidit propheta Habacuc,
populo Dei ex Babylonijs obuenturam.

CAPVT I.

REVIDENS per spiritū pro-
pheticum Habacuc, quantā po-
pulus Dei cladē sentiret ab ho-
ste Babylónico, qui ipsum de-
perdit Hierosolymorū urbe,
atq; exusto templo, in duris: i-

mam abuecturus esset calamitatem, cum inte-
rim Iudaicus populus, quamuis non purus
criminis, centuplo tamen melior esset impijs
Chaldæis, indignē id ferens, uelut ex postula-
tionem cum Domino instituit. Quāto quæso
tempore, mi Domine clamitabo, inquit, atq;
opem tuam implorabo, dum interim tu quasi
surdus planē, me nō exaudias? Er uociferabor
ad te de iniuria, ac illata quam patimur ui, &
non seruabis? Quorsum attinet ut mihi multā
adeo iniquitatem populo tuo obuenturam o-
stendas? quodq; tātum molestiarum rerum, im-
manem adeo uasitatem, & iniuriam nō feren-
dam mihi præ oculis das conspiciendam? Imō
non defuit qui litem & contentiōne hic aduer-
sum me sustineret, suam contra nos causam iu-
stam esse contendens. Et hinc sanē fit, quōd lex
tua cōtemptui sit, atq; intermoriatur, & quōd
nō prodeat unquam rectum iustumq; iudiciū:
siquidem ut quisq; pessimus est, ita est fortuna-
tissimus, & impius omni parte cingit atq; op-
pimit iustum. Hinc fit, inquā, ut peruerta sint
hominū iudicia, & ut ij maximē laudentur atq;
palsim in precio sint, qui omnium sunt impijs-
simi atq; maximē scelerati. Videte atq; cir-
cumspicite quæ nam non inter uos solū, sed
& inter gentes unquam miranda atq; obitupe-
scenda olim facta sint. Admiramini atq; obitu-
pescite super ijs, quæ nunc uestra hac etate ob-
uenient: siquidem omnia superioribus seculis
usquā facta longē hæc superant. Rem enim ue-
stra etate facturus sum, inquit Dominus, quā
cum narrabitur, non credetis. nā ecce ego inci-
ro Chaldæos gentē crudelissimam, quæ citra
cōsiliū per præceptis planē sola sua fertur li-
bidine, nihil aliud cōtendēs, quā ut latius in
terra dominetur, atq; aliorum habitacula occu-
pet atq; possideat. Horribilis admodum, pluri-
mūq; terribilis populus est, quiduis pro suo
faciens arbitratu atq; libidine: qui quidē quan-
to futurus sit oneri, id nos senseritis, Equos ha-

bent pardis uelociōres, qui & acrius edaces
sunt, quā lupus quispiam sub uesperam, toto
die fame maceratus. Et equites quidē eorum
nimis quā multū erūt, quippe qui undelibet,
atq; remotissimis ex locis, ipsis aduēturi sunt.
Cæterū tu, ut ne cogites diu adhuc fore, pri-
usquam te opprimant: de repentē tibi adfuturi
sunt, ut pote qui uoluerint ad morē aquilæ iam
famescentis, quæ ad escam accelerat. Simul om-
nes propter rapinā, & ad inferēdam iniuriam,
uobis sub oculos ueniēt. Et quæ admodum eu-
rus ad coaceruandā harenā suo statu hinc illinc
ablatam, uehemens est: ita illi innumerā ex uo-
bis multitudinem abducturi sunt captiuam,
nec senū nec iuuenum, nec summā nec insti-
matum rationem habituri, nam & de regibus
ridebunt, & uiri principes futuri sunt illis ludī-
brio. Omnem quoq; ridebunt atq; contēnent
munitionem, ne ipsam quidem Hierusalē ma-
gni facturi, ut quam congesto puluere occupa-
turi sint. Qua quidē expugnata, animo flores
facti, supra modum scuiant, atque delinquent,
nihil enim neq; sacrum neque profanum tunc
ab illis tutum erit. Et quod omnium iniquissi-
mum est, hanc suam potentiam atq; de nobis
uictoriam, spreto Deo uiuo & uero, acceptam
referent deo suo. Non ne tu qui unus ue-
rus & uiuus Deus es, à primo principio quo
esse cœpimus, mihi Dominus fuisti & Deus
meus? mihi peculiaris ac sanctus? Non sic a-
cturus nobiscum es, ut moriamur. nam tu Do-
mine, hunc hostem nostrum constituisti, ut qui
tuam aduersum nos, exequatur sententiam,
per quem nimirum nos flagelles atque casti-
ges: fortis ad increpādum, ut bonæ frugis red-
damur. Mundior certē es oculis quā qui ma-
lum uideas, neq; etiam molestiam, aut illatam
ulli iniuriam contueri poteris. Qui sit itaque,
ut tam iniquē agentes tacitus conspicias, ubi
multo impijssimi ac sceleratissimi hostes, eos
qui longē iustiores ipsis sunt, diglutiant ac
perdunt. nam facturus es homines similes pi-
scibus maris, aut terræ reptilibus, quæ nullum
norunt dominum. Hostis itaque quasi hamo
quodam suo, quosuis sustollit, imō in sage-
nam suam simul omnes congregans, cōcludet
eos reti suo, pro libidine sua in quemlibet dese-
uies, & quocunq; uelit quemlibet abducēs: un-
de & latus exultabit atque gestiet, adeo ut
hac de causā sagenæ suæ facturus sit sacra, &

Nūquid non
tu à princi-
pio Domine
Deus meus?

si de somno excitari ipsam oporteat, & lapidi
muto ut se suscitet, quasi lapis quicquā aut au-
diat aut possit. An ille uos docebit, qua uia
hec mala liceat effugere? Ecce nihil aliud quam
deauratus aut deargentatus illic consistit, & res
est planē inanima, quæ neq; spiret neq; quic-
quam se commoueat. Porro Dominus noster,
Deus uerus & uiuus est in templo sibi sancto,
unde inuocatus semper suis certam adfert o-
pem. Et huic quidem tota terra conticescat, ita
ut ne hiscere quidem quisquam ausit, & meri-
tō ipsum honore omnes uenerentur.

C A P U T I I I.

Oratio Habacuc, ad numeros letorum car-
minum, quam Letistimē de-
cantanda.

Domine, audito sermone tuo, quo mul-
tam populo tuo calamitatem minita-
ris, & miseriam, timui ne populus tuus
illis oppressus, cōcideret ac periret: sed tu Do-
mine, is quos creasti, atq; in peculium tibi de-
legisti, ne nega opem tuam, sed in medio an-
norum quibus inter Babylonios exulandum
erit, in uita eos conseruato, & in medio anno-
rum, quando res uidebitur desperatissima, tūc
prestāda per te salutē illis notā facito: & tēpore
ira, misericordiæ tuæ recordator. Deus olim à
mōte Themā uenit, daturus populo legē suā,
& ille Israelitico populo sanctus, à monte Pha-
ran, qui Sinai cōtiguus est. Nō fecit taliter ulli
unq; nationi, adeo eximie charos habuit Iudæ-
os, ita quidē hec res habet. Operuit autem per
id temporis gloria eius cœlos, & de interfectis
regib; Pharaone, Sihon & Og, laudib; eius reso-
nabat tota terra. Splēdor ibi fuit lucidissimus,
cum de nocte in columna ignis suis præluce-
ret, atque ipsos præcederet. Nam radij ex ipso
profuserunt, unde multa lux profecta est. Ibi
quoq; absconditum robur eius fuit, arca nimi-
rum fortitudinis Domini. Ante faciem eius
præibat pestis, & febris ardens egrediebatur
ad pedes eius, quicquid in Aegypto primoge-
nitorum erat, perimens & consumens. Stabat
& metiebatur Chananeorum terram, circum-
circa prospexit eam, & gentes suo loco distur-
bavit. Tunc contriti sunt montes multo uetu-
tissimi, & colles antiquissimi post tot peracta
secula conciderunt. Reges inquam, & qui mul-
tis annis illic regnarant principes, suo tunc re-
gno ac uetustissimis sedibus pulsi sunt. Loco
eius pœnæ quam nos lueramus, octo annos
seruientes Chusan regi Mesopotamiæ, uidi ip-
sa tentoria regis Chusan per Othonielem iudi-
cem Israeliticum dissipata: turbabantur quo-
que tabernacula Madianitarum per Gedeonē.
Multis itaq; ac uarijs modis populum suum re-
demt Dominus, idem indubiē & nunc inter
Babylonios eis prestaturus, siquidem eius ius-
su flumina ipsa sistunt cursum suum, dum se de
populi sui inimicis ulciscatur Dominus. Neq;
enim fluminibus ipsis iratus est, neque contra
flumina defauit furor eius. An aduersum ma-

re excanduit ira tua, quando hostes Israelis in
eo demeristi? minime certē. Illa enim condu-
cunt populo tuo, atq; etiā irrigandæ terræ, quæ
aquis minime carere potest. Vnde & nūc con-
scēdisti equos tuos, atq; tuas quadrigas, nubes
nimirū, p quas pluuia terrā irrores, quæ saluti
atq; bono ipsi sit. Olim quādo perditō mūdo
impio, solos tuos uoluisti manere superstites,
dilucidē te manifestauit arcus tuus, quem tri-
bus Israel ad confirmandum sub iureiuran-
do sermonem tuum dedisti. Res est certissi-
ma. Fluuios ex arida produxisti terra, quum in
deserto populus tuus siti laboraret. Videbant
maiestatem tuam Israelitæ, cum descēderes in
montem Sinai, unde reliqui omnes montes fa-
cto tonitru cōtremiscebāt. Inundatio aquarū
transibat, profunda aqua resonabat, & summa
sele elcubabat. Sol & luna continebant se domi
in suo habitaculo, nihil enim horum splēdore
opus erat. Ibant enim Israelitæ ad lucem sagit-
tarum tuarum, radiorum nimirum qui de co-
lumna profulgebant ignea, & ad splendorē ful-
gurantis hastæ tuæ, columnæ uidelicet igneæ,
quæ populo prælucebat, ducatum illi præbēs.
Iratu ingressus es Chananeorum terram, &
furibundus impias illic gentes protriuisti, atq;
illinc expulisti. Quādo uerō hostes postea ad-
uersus Israelē insurrexerunt, egressus es ad
seruādum populum tuum, seruaturus eos per
Christum tuum, regem Dauid seruū tuum. Ca-
put siue colophonē ipsum domus impiorum
transfixisti, occiso Goliath funditis, ipsam Phi-
listæorum domum deuastans. Res multo ue-
rissima & bene nota est. Suo iugulasti gladio
caput exercituum eius, qui ut turbo de impro-
uio ueniebant, ad me disperdendum: gaudio
enim ac uoluptati eis fuit, pauperem ita occul-
tē deuorare. At nunc, conculcasti in mari e-
quos tuos, nubes scilicet, quibus tu uelut e-
quis ucheris: & has tibi detines in acruo a-
quarum multarum, in ipso nimirum mari, ita
ut nulli illinc ascendant uapores, unde gene-
rentur nubes, quæ terram compluant. Qua
quidem re cognita expauit continuo uenter
meus, ut qui famem atque annonæ caritatem
impēdere præsentiret. Vnde & labia mea cum
id rescuissē, contremuerunt: quin & ipsa
ossa mea computrescebant, atque incipiebant
flaccescere, & meo hoc in loco expauescebam,
ubi ex collecta sub diem angustie messe, quie-
tam sperabam saturitatem, cum interim ho-
stis ascenderet contra populum Israeliticum,
ad extirpandum ipsum. Ficus enim non flo-
rebit, neque fructus ullus proferet uitis: fal-
let & fectura oleæ, imò arua ipsa nihil pro-
ferent quod quis edat. Hostis enim simul om-
nia corrumpet atque deuastabit. nam, &
grex abripietur ex ouili, nec relinquetur ar-
mentum in stabulis. Ego uerō quantum-
uis calamitosa sint tempora, de Domino
tamen exultabo, atque bene sperabo, gau-
surus de Deo qui me seruet. nam Domi-
nus Deus fortitudo mea est, qui ruptis ho-
stium

Suscitans su-
scitabis arcu-
tuum.

Viam feci-
sti in mari
equis tuis.

Deum ad Au-
tem uenerit,
et factus
est nunc
Pharan.

Christum tuum,
regem Dauid seruū tuum.

domine
et factus
est nunc
Pharan.

stium laqueis & uinculis, pedes meos faciet ut ceruina uelocitate sint ad euadendū omne malum, unde liberatum in terra illa mea sublimi, in terra inquam, Israel me dabit uersari. In

ter ceteros psalmos meos detur & hic psalmus meus cantorum praefecto.

Finis Paraphraseon in prophetam Habacuc.

IN SOPHONIAN PROPHE TAM

PARAPHRASIS.

Verbum Domini, quod factum est tempore Iosiae, filij Ammon, regis Iuda, cum Sophonia, qui regia stirpe prognatus, filius fuit Cusi, filij Godoliae, filij Amariae, qui filius fuit pientissimi regis Ezechiae.

CAPVT I.

DOMINVS Deus non ferēs diutius improbitatem, ac impios Iudaici populi mores, indies magis ac magis in deterius placentes, adeo ut improborum malitia uindictam exposceret atque acceleraret, amplius eam interquiescere non sinēs: excitauit eis ex aula regia uirum prophetam claro stemmate, stirpe nimirum prognatum regia, qui super aduentantibus malis populū premonens, quid Domino de ipsis perdendis decrerū esset, significare uolēs, in hunc de ipsis locutus est modum: Deperdā, prius uniuersa e terra hac, ait Dominus, neque enim amplius impios eorum mores ferre possūm. Deperdam autem tum homines, tum iumenta, atque adeo ipsa etiā uolatilia caeli, unā cum piscibus maris quibus tamen diluuij tempore parcitum fuit. Tunc erit ubi impij impingant atque corruant, quando homines ex terra hac Israelitica extirpari curabō, ait Dominus, nam de illis perdendis unica mihi cura est, atque in illud unum incumbo. Extendam enim manum meam super Iuda, & super omnes ciues Hierosolymitanos, idque ut extirpē ex loco hoc reliquias Baal, quas summē exosas habeo: unde & nomē superstitiosorum istorum qui pullati incedunt, simul & sacerdotes Baaliticos, genus hominum sceleratissimum delebo: qui item super domorum recta procidunt ac procumbunt, adoraturi militiam caeli, unā cum illis quoque qui multa in ueneratione habent & Dominū & Malchiam, partim hinc pendentes, & partim illinc, ita ut utroque pede claudicātes, a Domino deficiant, nihilque rectē aut integrē incedant. Neque enim toto pectore querūt Dominum, imō uix quicquam ipsam morantur, tamen ipsi sibi uideantur seduli esse cultores Dei, in quibus uix quicquam desideres. Sed sileat, neque quisquam Domino Deo uel contrahiscat, ita ut se illi purgare conetur: nam dies Domini propē adest, quippe qui preparadum curauit sacrificium, segregatos iam illos habēs, quos destinauit mactandos: quin & paratos habet quos ad illud cōuocauit, & per quos illi mactentur. Futurum autem est in die huius quod Dominus apparauit sacrificij, ut uindicta sumatur de principibus ipsis ac regis filijs:

de omnibus itē ingenuis, ac claro genere natis, qui ut populū in sui admirationē rapiāt, exotico uestitus genere se conuestiunt. Sumetur tunc uindicta quoque de omnibus tribunarijs, coactoribus aut simili hominum genere, qui quasi re bene gesta gaudio gestiētes domum redeunt, dominorum suorū domos, rebus rapina & fraude partis, atque adeo ui extortis, impleturi. Tūc quidem temporis magnus & horrendus audietur clamor Hierosolymis, ad portā piscariam, & multus eiulatus ad scholam, quae secunda domus a regia est, & uaria multaque caedes ac interfectio in collibus ciuitati adiacentibus. Eiulate, atque planctum facite qui habitatis ad forum Machtes, siquidem omnis ille mercatorius populū perimetur: perimentur inquam, atque durissima quoque, ferent omnes illi diuites, argento magnisque suis opibus tantopere onusti. Nam tunc temporis certe oppido quam diligēter perscrutaturus sum totam Hierosolymorum urbem, ne quid me lateat aut subterfugiat: etiam lucernas adhibiturus, ne quid me usquam fallat in tenebris absfrusa, quippe qui de omnibus impijs in sua sculenta & impura impietate sic obstinatis, me statui tunc ulcisci. cogitant enim secum, quod Dominus ego neque benefactorus sim uiris bonis ac pijs, neque malefactorus impijs ipsis & sceleratis, id quod tunc sunt sensuri, magnoque suo malo docebuntur. Omnis enim eorum substantia, & quicquid fecerunt rei, diripietur, & domus eorum desolabuntur. Aedificauit quidem nunc domos, sed non inhabitabunt eas: plantant quoque uineas, sed nullum ex eis bibent uinum, id quod ita fore, multis adeo abhinc seculis, legis mea transgressoribus. minitatus sum. Ceterum nunc illis ea obuient, siquidem dies ille Domini magnus, multoque terribilissimus quam proximē iam adest. Quam proximē inquam, adest, & festinato simul omnes multo cum mōre opprimet: siquidem uox Domini, qui eo die insonabit, amara nimis est, & grauis, ualideque sese ut tonitru attollens. Dies ille, dies irae ac furoris est, dies summae angustiae, atque afflictionis multo maxima: dies est inquam, lōgē miserrimae calamitatis & desolationis, dies tenebrosus pariter & caliginosus, nubilus & obscurus, quo simul omnes consilij inopes futuri sitis. Tuba enim hoc die clascicuet, atque militē cōuocabit ad arma, ad arma, aduersus ciuitates munitas, & cōtra quaslibet arces atque turres excelsas: unde homines ipsi tanta preme di sunt angustia, eoque uerturi calamitatis ac miseriae, ut ambulaturi sint sicut caeci, nullā usquam inuenientes euadendi uiam, idque

Congregans congregabo omnia a facie terre.

Silete a facie Domini Dei, quia iuxta est dies Domini.

Scrutabor Hierusalem in lucernis.

Tribulabo homines, et ambulabunt ut caeci.

quia Domino peccauerunt, legem ipsius nihil morati. Effundetur itaque sanguis eorum non maiore cōmiseratione, quam si puluerem quis effundat, aut aquam limosam: & caro eorum non secus atque ipsa extremēta. Summum quidem bonum sibi solent constituere in diuitiis suis, undecumque illas coaceruantes: ceterum in hoc die irę ac furoris Domini, neque argētum neque aurum eorum liberare eos poterit. Nulla ratione, nullo quātumuis magno lytro uitam suam redemerint: nam Dominus igne furoris sui iam accessit totam terrā consumeret atque deuastabit, quippe qui præceps, atque citra omnē amplius delibationem faciet, ut de omnibus habitatoribus terrę huius actum sit.

CAPVT II.

Percurtamini atque excutite uos ipsos, quę uestra studia & facta sint considerantes: percurtamini uos, inquam, o gens inamabilis, neque à quoquam desiderari digna, idque antequam diei illius proferatur sententia, quę Domino de uobis iam statuta atque decretata est, per quam ut palea ab igne consumamini. Respicite, atque cognitam uitam prauam omittite, antequam uos furibunda illa ira Domini opprimat atque conficiat, antequam uos dies ille furoris Domini præueniat & anticipet. Ad solum cōfugite Dominum, quotquot in terra hac pauperes estis, quicquid id quod Dominus iussit, atque agēdum iudicauit, sedulo conati estis præstare. Studete iusticię atque beneficentię mutue, nemo sese inflatus efferat: sed alii quisque se præstantiorē existimet, si fortē uobis in die furoris Domini detur latere, atque malum declinare. Nam quod de circūiacentibus palatinis quisquā cogitet, quasi illinc liceat quicquam sperare auxilij, id planē nihil est: siquidē Gaza hosti cedēs deserta erit, & Afcalon deuastabitur: Azotios uerō aperto Marte clara luce expellent, & Accaron funditus deperdetur. **V**obis qui habitatis regionem maritimam populo militari atque bellico, & ne speretis uos planē fore liberos. Grauiā enim & horrenda uobis quoque impendent: siquidem sententia Domini contra uos fertur, o Canaan, & mercatores qui terram Palæstinā incolitis. Sic enim uos disturbabo atque disperdam, inquit Dominus, ut ne ullus quidem ciuis uobis maneat reliquus. Et regio illa maritima, quę nunc populo plena perstrepat actumultuatur, cedit tuguriolis, casis atque caulis pastorū, & effossis pecorum septis. Imō regio illa Palæstinorū cedit in hereditatem ijs qui ex domo Iuda post captiuitatem ipsorū erunt superstites & reliqui. Ibi pacentur, in domibus Afcalon accubabūt, ac sese reficient, nam Dominus Deus eorum, utcumque nunc in eos desequiat, respiciet tamen eos aliquando, & misertus eorum, captiuitatem ipsorum dissoluet. Audiui opprobria Moabici populi, & conuicia filiorum Ammon, quibus populo meo conuiciati sunt, & quę in illos probra coniecerint. Superbē enim nimis locuti sunt, & perquam temerē super deuasta-

ris populi mei terminis, id quod illis certē non cum risu abiturum est. Nam si uiuo ego, ait Dominus exercituum, Deus ille Israelis: Terra Moab erit ut Sodomā, & quam inhabitant filij Ammon ut Gomorrhā. Succrescent enim illic cardui & urtica, ita ut & sal illinc effodias: nam locus ille perpetuō sterilis erit, & desolatus. Qui uerō ex populo meo supererunt, deprædabuntur eos, atque ad eō possessuri sunt ipsos, atque eos habituri subditos & seruos. Et hoc quidem pro stulta sua ferēt superbia, uerbisque illis magnificis, quibus contumeliosē atque tanto cum fastu de populo Domini exercituum locuti sunt. Dominus autem magna sua uirtute, terribilem se illis præstabit, ubi omnes terrę illius deos cōminuerit atque disperdiderit. Tunc quidem undelibet locorum honorem Domino habituri, atque honoraria munerā missuri sunt, etiam illi qui gentium insulas inhabitant. Vos quoque Aethiopes, quantumuis longē hinc disita uestra sit regio, gladio etiam Domini interimemini, sicut & Ammonitæ atque Moabiticus ille populus. Dominus enim extēdet manum suam aquilonem uersus, ubi Assyriam uastabit: ipsam etiam desolaturus Ninuen, eam torridam redditurus, atque in uiam ut desertum, ubi nullus inhabitet, ita ut in medio eius pascantur atque accubent greges: imō ut bestię quę usquam terrarum inueniuntur, hominumque frequentiam fugitant: uelut ericius & onocrotalus illic commoraturę sint, in supero domuum ipsorum limine, quod illi superbe solent habere uermiculatum, & affabre exculptum. Garrient in fenestris ipsis auiculę, limen desolatum erit, ubi diruto domus tecto cedrina laquearia denudauerit. Tū quidem probris, conuicijs, omniumque contumelijs ac ludibrijs exposita erit Niniue. Hęc

Moab ut Sodomā eris.

Hęc est ciuitas gloriosa, habitans in confidentia.

CAPVT III.

Vae deſædatę & contaminatę, prædatrici que Hierosolymorum ciuitati, quę impurissima, atque omni scelerum genere coinquinatissima, rectē docentium uoci non auscultat: non suscipit castigationem, neque patitur se reprehendi. Non confidit Domino, Deo suo non adhæret, ipsum que profus deserit. Quos principes habet, rugientes leones uerius sunt, quam homines: & indices eius asimiles sunt lupis, qui sub uesperam (ubi totō die nihil deuorant) grauius famescētes, ne ossa quidem sibi in mane posterū reliqua faciūt: toti enim sunt in deuorando atque exugēdo populo. Prophetę uerō eius, futiles & nihili homines sunt, uiri profus scelerati, & uitę cōtaminatissimi. Porro sacerdotes, quo-

Quidam Do-

60

*Dominus iu-
stus in me-
dio eius, non
faceret ini-
quitatem.*

tes, quorum maximam decebat esse sanctimo-
niam, hi polluant atque dehonestant sanctua-
rium Domini, ut qui Domini legem contem-
nunt ac faciunt minimi. Dominus iustus ille
optimus max. medius inter eos est, elegit enim
sibi Hierusalem in habitationem. pudisset i-
gitur eos, neque egissent tam inique, quin po-
tius singulis diebus maritimo tempore iudi-
cium eius in lucem dedissent, ex eius uolunta-
te & prescripto per omnia uiuentes, idq; inde-
fesse: sed iniqui omni pudoreposito in omne
uetitum nefas ruunt. Succidi atq; disperdidi
gentes plerasq; quarum & firmissime arces de-
uastate sunt, & platee sic iacet desolata, ut non
sit qui eas pertranseat. nam uix unus quispiam
ex eis remansit, qui non sit interemptus: imo
totae inter gentes ciuitates sic sunt desolatae, ut
nemo sit, nemo inquam, unus qui eas inhabi-
tet. Cogitabam autem mecum, quod Hie-
rosolymitani horum malo doctiores facti, resi-
piscerent tandem, atq; me timerent, suscipien-
tes castigationem, atq; ei qui improbitatem ip-
sorum reprehenderet, auscultarent, ut ne sub-
uerterentur ipsorum habitacula, & ne omne
malum, quod ego decretum atq; paratum ha-
beo, ipsos opprimeret ac prorsus deperderet.
Ceterum illi antiquum obrinentes, primo di-
luculo surgunt, & in omnibus suis factis corru-
pti agunt, atq; scelerate. Propterea qui de pusil-
lo estis grege, expectate me, ait Dominus, ad
eum usq; diem quo exurgam, cogniturus quan-
tum quisq; praedatus sit, ut reddam unicuique
iuxta facta iura. nam ego feram sententiam de
congregandis gentibus, & de collectim disper-
dendis omnibus huius mundi regnis, effusurus
in eas indignationem meam, & omnem fu-
ribundam iram meam: quia furibundo atque
ardente meo zelo, tota consumetur terra, ita
ut omni impietate deleta, iusticia eam inhabi-
tet. Dabo enim tunc populis labium electum,
ut idololatria undiq; deleta, omnes nume Do-
mini inuocent, eiq; concorditer uno ore & ea-
dem mente seruiant. Tunc & illi ultra flumi-
na Aethiopiae mihi supplices, congregatio uideli-
cet illa ex meis, qui dispersi, atq; in Aethiopia abue-
sti illinc abierunt ad incolendam Arsamoth, adcur-
rent, atq; munera mihi adferent, multo mihi in
honore futuri, quippe, quos ex animo sim dile-
cturus. Tunc quidem o Hierusalem noua,
non pudebit te ullius facti tui, quo aduersum
me peccasti ac deliquisti: siquidem curaturus
tunc sum, ut de medio tui tollantur qui de ter-
ra illa laeta ac felici, tibiq; debita insolenter ex-

*Reddam po-
pulis labium
electum, ut
inuocet om-
nes in nomi-
ne Domini.*

ultant, quos tunc non feram ut pergant ampli-
us de monte mihi sancto superbiere & insolere:
sed solum in te reliquum seruabo popu-
lum afflictum, miserum & pauperem, qui om-
ni auxilio destituti, solum sperabunt in nomi-
ne Domini. Qui uero ex Israele supererunt, po-
pulus multo optimus erunt: non enim agent
iniquum, neq; loquentur mendacium, ut fallen-
do proximo studeant, neq; erit in ore ipsorum
lingua dolosa. Placide enim & securum pascen-
tur atq; accubabunt, & nemo erit qui eos exte-
reat, aut mali quippiam eis machinaturus sit.
Quin ouas, atq; multa laticia exclamas filia Si-
on? Quin iubilatis, laetate concinitis carmina
tribus Israel? Quin laetaris, & toto corde exul-
tas filia Hierusalem? Dominus remouit omnem
condemnationem tuam, multa te salute locuple-
tans. Euanidos reddidit omnes hostes tuos,
ita ut iam nihil sit, quod amplius metuas rex Is-
rael. Dominus in medio tui est, aduersus quem
non est qui uel mutire audeat: itaq; non est ut
posthac mali quippiam timeas. Tunc quidem
ipsa Hierusalem bono iubebitur esse animo,
manumq; exercere ualida & securam: nam Do-
minus Deus tuus, inquit, in medio tui est,
cuius inuisa uirtus est. Et qui solus uere po-
tens est, te seruabit, gauisurus super te multa le-
ticia. Silebit, neq; ullam unquam ueterum tuor-
um malorum mentionem faciet, idq; quod ex
animo te diligat cum ouatione, effusissimaq;
leticia de te gauisurus, atq; exultaturus. Quor-
um tuarum congregationis afflictum fuerunt, atq;
miseri oppressi, hos a tempore tuarum redemptio-
nis ad te conuocauit atq; collegi, idq; quod ex
te essent, & onus contumeliosum uariaq; con-
uicia & opprobria tulissent. Ecce ego in tem-
pore illo conficio atque deperdo omnes tuos
hostes, qui te ullo unquam tempore afflixerunt,
& seruabo congregationem populi mei, quan-
tum uis claudicantem ac debilem: & repudia-
tam rursus domo mea excipiam, non recorda-
turus amplius iniquitatis eorum, quin potius
illustres eos faciam & magni nominis ubi-
que terrarum ignominiosae a gentibus habiti
sunt. Eodem etiam tempore & uos mea domo
excipiam, siquidem inter omnes populos to-
tius terrae, qui plaustra conuiciorum & oppro-
briorum in uos solent congerere, magni no-
minis uos reddam & illustres, idq; cum ex uobis
captiuos praeculis uestris, inquit
Dominus, reduxero.

Finis Paraphraseon in Sophoniam.

IN HAGGAEVM PROPHE TAM

PARAPHRASIS.

Anno secundo Darij regis Persarum, mese sex-
to, primo die mensis factum est uerbum Domini
per Haggaeum prophetam cum Zerubabele filio,
sive nepote Saathielis duce iuda, & cum
Iesu filio iozedec, summo sacer-
dote in hunc modum.



CAPVT I.

QVANDO uos ueri principes,
totusq; simul populus non ni-
si uestra quaeritis atq; curatis
de Domino, eiusq; templo ali-
quando extruendo, ne cogi-
tantes quidem, atque prorsus
securi

*Lauda filia
Sion, iubilabis
filia Israel.*

*Ego interficiam
omnes qui afflixerunt
te.*

securi: dum interim suas quisq; ædes q̄ super-
 bisiimè extruit, atq; ædificās exornat, agrè &
 indignè id in uobis exercituū Dominus ferēs,
 sic me iussit loqui: Populus hic de me suo Do-
 mino parū cogitans, neq; eundem me multum
 moratus dicit nondum aduenisse tempus, tem-
 pus in quā, ut extruatur domus Domini: quam
 quidem rem uobis qui in populo primas tene-
 ris, in primis curæ esse decebat. Significat itaq;
 uobis Dominus, atq; per me in hunc uobis lo-
 quitur modum: Num opportūm & cōmo-
 dum satis tempus uobis est, ut domos uestras
 extruatis, quas inhabitetis laqueatas & undiq;
 exornatissimas, dum interim domus ista mea
 deserta relinquitur, neq; ei reparandæ quisquā
 manum admouet? Nunc itaq; sic uobis loqui-
 tur Dominus exercituū: Vobiscum expēdi-
 te quid uobis hætenus res uestræ succedant,
 prospere ne & ex animi uestri sententiā an po-
 tius nihil, sperè & infeliciter. Seminatis mul-
 tum, & parum est quod uobis datur inferre,
 dum ex bona semente malam facitis messem.
 Comeditis quidem, sed parcè, & non ad saturi-
 tatem: bibitis, sed non ad ebrietatem, ita ut li-
 ceat hilarescere: induitis, atq; conuestitis uos,
 sed tenuiter adeo, ut inde non concaliscatis.
 Porro qui suam operam alteri pacta mercede
 locat, is illinc nihil quoque ditior fit, perinde
 ac si mercedē ipsam mitat in sacculum pertu-
 sum, aut si pecunia ei sub manibus liqueat.
 Porro Dominus exercituū sic loquitur: Agi-
 te, iam rursus animaduertite, atque uobiscum
 expendite, quid nunc uobis res uestræ succes-
 suræ sint, si de extruenda domo mea cœperitis
 esse solliciti. Ascendite in montem Libanum,
 qui pulcherrimas habet cedros, ut illinc con-
 uehatis ligna, & aliunde reliquam isti negotio
 necessariam materiā, & ædificate mihi do-
 mum meam, ut de illa mihi placeam, ac me ip-
 sum omnibus gentibus reddam illustrem. Lar-
 gè seminantes respicitis ad multum, bonam
 sperantes messem, sed ea obuenit maligna &
 modica: qua quidem in domum illata, statu e-
 am dispersi, minimumq; uobis reliqui. Et qua
 quæso causa? ait Dominus exercituū. Pro-
 pter domū meam quæ deserta est, & neglectū
 habetur, dum interim uos curritis in suā quis-
 que domum. Hac quoq; de causa prohibitum
 est cælo, ne uos compluat neq; irroret: & ter-
 ræ, ne quem uobis fructum proferat. Immisi
 enim siccitatem in terram, & in montes: super
 triticum & mustum & oleum atque adeo super
 omnia quæ de terra proueniunt ac nascuntur,
 item super homines & super iumenta, & super
 omne opificium manuarium. Omnia enim ste-
 rilia sunt, neq; quicquam est unde rem faciās.
 Et Zerobabel filius Saalthielis, populi dux, i-
 tem & Iesus filius Iozedec, summus sacerdos,
 & omnis populus qui à captiuitate manserat
 residuus, audiuit uocem hæc Domini Dei sui,
 & uerba Haggæi prophætæ: & crediderunt, q̄
 Dominus Deus ipsorum eum misisset, qui su-
 per hæc rebus ipsos reprehenderet atq; admo-

neret. Vnde populus ipse culpabilem se agno-
 scens, & merito reprehensibilem, multo timo-
 re propter Dominum percussus est. Haggæus
 uerò hac in re Domini legatum agēs apud po-
 pulum, satisfactorius legationi suæ, ne quomo-
 do malè obitæ legationis accusari posset, locu-
 tus est populo in hūc modum: Ego uobiscum
 sum, ait Dominus, estisq; me experturi uobis
 bonum, clementem & cōmodum, ut qui nego-
 cia uestra secundaturus sim, & operibus ue-
 stris aspiraturus. Aduersariorum tyrannidem
 qui opus uestrum impediunt, nihil est quod ti-
 meatis: accingimini modò ad domum meam
 construendam. Dominus uerò ad hunc meum
 sermonem animum addidit Zerubabeli filio
 Saalthielis, duci Iudæ, & item Iesu filio Iozedec
 summo sacerdoti, simul & omni reliquo popu-
 lo, ita ut nihil morati uenerint, atq; sese com-
 posuerint, ad faciendum opus Domini, extru-
 turi uidelicet domum Domini exercituū Dei
 sui, idq; eodem mense quo ipsos huc inhorta-
 bar, nempe uigesimo quarto die mensis sexti,
 & anno Darij regis Persarum secundo.

CAPVT II.

Mense septimo, primo & uigesimo die
 mensis, cum iam extruendæ domus fun-
 damenta iacta essent, & parietes mu-
 rorum paulatim exurgerent, locutus est mihi
 Dominus, ac iussit me Zerubabelem filium Sa-
 althielis, ducem Iudæ, & Iesum filium Iozedec,
 summum sacerdotem, omnemq; populum re-
 liquum alloqui atq; interrogare: ecquis inter
 ipsos natus grandiores superstes essent, qui do-
 mum istam in sua priore uidisset gloria? Porro
 qualem uos eam nunc uidetis, non hæc uestro
 iudicio perinde est, inquam, ac si nihil esset: ita
 ut hæc ne comparanda quidem ad illam sit?
 Sed nunc animo te bono esse Zerobabel, neq;
 illum quicquam despondere iubet Dominus.
 Bono itē animo fac sis & tu Iesu fili Iozedec,
 sacerdos summe: neq; uos animum quicquam
 despōdeatis populus terræ, sic enim iubet Do-
 minus: Quandoquidem ego uobiscum sum,
 omnia uestra negocia fortunaturus, inquit
 Dominus, sedulo in hoc incumbite, ut id facia-
 tis quod uobiscum pactus sum, quando ex Ae-
 gypto egrediebamini, & spiritus meus persta-
 bit inter uos, ita ut in promissis meis nihil am-
 plius desideraturi sitis. Ne timueritis modò,
 atq; confidite: sic enim dixit Dominus exerci-
 tuū, Adhuc pusillum est, & ego cōmoueo cæ-
 lum & terram, mare & aridā, atq; omnes gen-
 tes rapiam in stuporem, siquidem omnium gen-
 tium huc adducetur desiderium. Quicquid illi
 habent preciosum & desiderabile, quodq; ip-
 sis omnium charissimū atq; desideratissimum
 est, huc adducetur: unde fiet, ut gloriosam red-
 dam domū hæc, inquit Dominus exercituū.
 An non ex mea sententiā meā mihi licebit ex-
 ornare domum? Meum est quicquid usquā est
 auri, meū item argērum est, quicquid usquam
 gentium est argenti, inquit Dominus. Vnde &
 gloria domus huius posterioris magna erit

Suscitauit
 Dominus spi-
 ritum Zoro-
 babel.

Adhuc unte
 modicū est,
 & ego com-
 mouebo cæ-
 lum et terrā

E præ

uolunt ne
 tempus
 domo
 edifico
 canda.

Et audiuit
 Zerobabel
 filius Saal-
 thiel, & Ie-
 sus filius Ioz-
 edec.

præ quod fuit illa prioris, ait Dominus exercituum. Locutus rursus mecum est Dominus quarto & uigesimo die noni mensis, anno Darij regis secundo, & iussit me exercituum ille Dominus sacerdotes interrogare quiddam, quod ad legem attinet, in hunc modum: Ecce tollat quispiam in lacinia uestimēti sui carnem immundā, & contingat iam illa sua lacinia uel panem uel pulmentum, uel uinum uel oleum uel quicquā quod edas, reddetur ne continuo & illud immundum? Sacerdotes uero ex quorum ore lex requirenda est, responderunt id non fore continuo immundum. Rogauit itaque eos rursus: Si homo quispiam immundus horum quicquam contingat, iam ne erit illud immundum? Respondentes uero illi, dixerunt, sic immundum fore. Respondi itaque eis, ac dixi: Sic esse populum istum, imo sic est gens ista coram me, ait Dominus, & sic omne opus manuum eorum, adeo ut & illud immundum sit quod ibi offerunt. Vos enim uestro quæstui studentes, de offerendo tantum curatis & solliciti estis, & interim dum in construēda domo mea pendent opera interrupta, & mandato hoc meo neglecto populus cessat, immundus planē mihi censetur, alioqui ipsa templi constructio esset ipsis quasi lacinia uestis, neque sic abominarer omnia ipsorum facta. Qui uiua Dei templa, quæ manum auxiliatricem desiderant, continent ac negligit, quomodo in ipso fuerit charitas? Sed date elemosynā, & ecce omnia uobis munda sunt. Carterum nunc uobiscum quæso expendite, & diem hunc cum superioribus conferte, antequam lapis lapidi in construendo templo Domini iungeretur, & nondū uel la templi fundamenta iacta erāt: cum nihil hic incæptum esset, uenit aliquis ad aceruum, unde se sperabat uiginti choros ablaturū, & abstitit uix decem. Venit ad torcular alius, unde se uini bathos expressurum putabat quinquaginta, & expressi fuerunt uiginti. Ariditate uos

Et nunc ponite corda uestra, à die hac & supra, antequam ponatur lapis super lapidē,

perculsi, rubigine & grandine, atque adeo male dixi omni operi manuum uestrarum, ut respisceretis, atque de me cogitaretis: sed non fuit, inquit Dominus, qui uos ad me conuerteret, & de domo mea reparanda commonefaceret. Expendite obsecro, uobiscum hunc diem, & qui subsequuntur, diem nimirū quartum & uigesimalium huius mēsis noni, quo fundamenta templi iacta sunt: uobiscum inquam perpendite, & bene animaduertite, non in se mē quod disseminaturi estis, adhuc in horreo est? Et uitis ficus, similiter & malogranatum, olea, & quicquid cæterarum arborū est, nonne sic affecta sunt, ut nulla earum adhuc fructum protulerit? Ab hoc die uobis benedicturus sum, & rem omnem uobis locupletaturus. Factum est autem uerbum Domini secundo ad Haggæum eodem illo die, nimirum quarto & uigesimo mensis, & Dominus me iussit hunc in modum dicere Zerobabeli duci Iuda: Tanta mea uirtus & potentia est, ut à me contremiscat & cælum & terra. Subuertam itaque solium omnia omnium gentilium, fortitudinem eorum dispersurus. Nam ut maximè repugnare, & mihi resistere uelint, nihil quicquam poterunt. Subuertam enim eorum currus, & quotquot eos conscendunt: concident quoque equi unā cum infessoribus suis. Ipsi semet conficient, unusquisque gladio fratris sui. Insurret regnum aduersus regnum, & gens contra gentem, & sese mutuo deperdent. Et tunc temporis, ait Dominus exercituum, accipiam te, o Zerubabel, fili Saalthielis, serue mi, ait Dominus, & tanto te in honore habebō, ut mihi futurus sis quasi si annulus signatorius. Te enim elegi, ait Dominus exercituum.

Finis paraphraseon in prophetam Haggæum.

IN ZACHARIAM PARAPHRASIS.

Verbum Domini quod factum est octauo mense, anno secundo Darij regis Persarum cum Zacharia filio Barachia, filij
Addo, in hunc modum.

CAPVT I.

DOSTQVAM Dominus Deus populū suum per Cyrum regem captiuitate Babylonica solutum, in sedes reduxit patrias, & complures eorum iam actis in Babylone radicibus, agrē illinc ad repetendam terram sacram reuelli possent: excitauit eis uirum prophetam

Zachariam, qui illinc eos reuocaret, ut possibilia in patriam reuerterentur, non inania fore uerba ipsis occlamitans, si qua grauiora Dominus ipsis minaretur. Exorsus itaque suum ad omnes uaticinium, Dominus, inquit, superioribus annis plurimum in patres uestros excanduit, propter quorum improbitatem & in Babylonem abducti fuistis. Voluit itaque hæc me uobis dicere, nempe quod Dominus exercituum sic uobis loquatur: Conuertite uos ad me, neque ita à me alienum habeatis animum, & cōuertam me ad uos, rectius erga uos quoque affectus, ait Dominus. Ne uero fueritis paternis moribus, per quos illi in grauissimum inciderunt exitium, nam & illos superioris seculi prophetae in clamabant, atque inuitabant ad

Ego mouebo cælum, & terra pariter & terram.

erat uel Dominus super patres uestris.

bant ad resipiscenciam, dicentes quod Dominus exercituum gauderet ipsos conuerti a prauo suæ uitæ instituto, & a factis suis malis, ac sceleratis. Verum boni illi uiri ad uoces eorum obsurdæ non audierunt, neque attenderunt mihi, ait Dominus. Atqui patres illi uestri ubi nunc sunt? Non ne pœnas dederunt suis factis dignas, quando aut peste, aut gladio, aut in ignominiosissima captiuitate interierunt? neque certe illorum gratia prophetis perpetuo in hac misera uita permanendum fuit? Quæ tamen ego eis minatus fueram atque decreueram, & seruis meis prophetis denuncianda illis commiseram, non ne ea omnia patres uestros inuoluerunt? ita ut tandem conuersi, & culpam suam agnoscentes dicerent, ita ut suis studijs ac sceleratè factis dignum erat, me eos exercuisse, non secus quam cogitaram atque ipsis prædixeram. Quarto & uigesimo die undecimi mensis (is autem est Sabbath) anno regis Darij secundo, factum est uerbum Domini cum Zacharia filio Barachie, filij Addo prophete, in hunc modum: Visione quãdam uidi de nocte, & ecce angelus quidam specie uirili conscenderat equum rufum: cum quo ubi huc illuc obequitasset, tandem constitit in myrteto quodam humiliori & decliui. Consequiebantur autem hunc alij quidam, insidentes equis rufis uarij coloribus, atque etiam albis. Admiratus autem horum conspectum, rogauit angelum meum, cui mei cura cõcredita est, ecquid isti sibi uellent? Et angelus quidem ille meus, cum quo mihi sermo erat, respondit mihi, quod ostensurus, atq; rem omnem mihi narraturus esset, cuius gratia hi adessent. Caterum angelus ille uirili specie, qui in myrteto consistebat, præueniens meum hunc angelum, respondit ac dixit mihi, hos esse quos Dominus misisset ad totam terram circumcirca obequitandam. Et illi quidem continuo responderunt angelo illi in myrteto consistenti, atque dixerunt, se iam totam terram percurrisse atq; obequitasse, & quod ea ubilibet inhabitaretur, quodq; quiete ubique in ea uiueretur. Horum autem oratione angelus ille Domini permotus: Eia Domine exercituum, inquit, quando destructa Babel, tota terra securò uiuitur, cunctaq; maria & terræ parent, quin miseris & tuæ terræ? Quis tandem finis erit, ut desinas Hierosolymis & reliquis in Iudaico populo urbibus, esse iniquior: abundè irarum est, certè non amplius quam septuaginta annos horum captiuitatem duraturam tua habet promissio, & hic iam annus septuagesimus est, quo liberatos illos condecet. Et Dominus respondit meo illi angelo, cui mecum sermo erat, id quod bonum erat & consolatorium. Itaque ille meus angelus exclamare iussit in hunc modum: Sic dicit ac loquitur uobis Dominus exercituum, Tenerrime & atque intimè amo Hierusalem & Sion, unde & plurimum excandescò atq; iratus sum

gentibus illis opulentis, atque quietam uiram agentibus. Ego quidem in populum meum leuiter excandui, at illa nimis inclementer, nimiq; seuitia mihi in castigandis meis auxiliata sunt. Propterea Dominus populi sui miserus, sic loquitur: Hierusalem post multam quam pertulit calamitatem, redijt mecum in gratiam: unde & domus mea, ait Dominus exercituum, rursus in ea reedificabitur, & perpendiculum reliquaq; instrumenta fabrilia in ipsa usui erunt. Ad hæc clamare quoque iussus sum in hunc modum: Hæc dicit Dominus exercituum, Tanta ciuitatum mearum felicitas erit, & tam in illis alba erunt omnia & prospera, ut præ felici rerum omnium successu fufius atq; latius extrudẽ sint. Tam est benefacturus, atque hunc in modum adhuc consolaturus Dominus Sion, tam que charam & electam sibi ostendet esse Hierusalem. Dum autem hæc aguntur, attollens ego oculos meos, uidi quatuor cornua. Rogauit itaq; angelum qui mecum loquebatur, quid nam hæc sibi uellent, ac significarent? Is autem respondens mihi: Hæc, inquit, sunt cornua que disturbauerunt Iuda, Israel, atque adeo ipsam etiam Hierusalem, regna nimirum gentium populo Dei inimica. Et hæc nobis colloquentibus, ostendit mihi Dominus quatuor fabros. Rogatus itaque a me angelus, quid nam facturi adessent illi? respondit, hæc cornua sese erexitse, atq; superbe nimium se gessisse, quippe quæ Indam euentilassent, atque crudeliter adeo exercuissent, ut nemo uel caput erigere potuerit: & fabros hos iam in hoc adesse, ut deterrent ea, atque ut cornua siue regna hæc gentium discuterent, quæ ad disturbandam terram Iuda sese erexerunt.

CAPVT II.

Sublatis autem oculis meis aliud quiddam rursus uidi, & ecce uir, in cuius manu funiculus erat menforius. Quem cum uiderem, rogauit ecquo abiret? iter enim habere uidebatur Hierosolyma uersus: respondens uerò dixit mihi, se uelle metiri ipsam Hierusalem, ut uideret quæ eius esset latitudo, atq; etiam quæ lōgitudo eius. Et ecce prodit angelus ille meus, cui mecum sermo erat. Huic alius ille angelus, qui in myrteto constiterat, obuiam progressus: Curre inquit, atque loquere puero isit in hunc modum, Quantumlibet nunc desolata uideatur Hierusalem, tamen tanta adhuc felicitate florebit, ut præ hominum ac iumentorum multitudine, quæ in ipsa erit, absque muro sit habitanda, idq; tuto ac securò. nam ego, ait Dominus, ero ipsi in circuitu murus igneus & inuictus, ita ut per me omnium suorum hostium uictrix, in magno honore habenda sit, & gloria. Heus heus, qui etiam num apud Babylonios commoramini, quin huc reditis? Fugite, inquit Dominus, de terra aquilonis, quæ Babel habet: siquidem sub quatuor cœli uentos uos dispersi, at nunc quemque

Leuauit oculos meos & uidi, & ecce quatuor cornua.

Abq; muro habitabitur Hierusalem.

E ad sua

W. per no
fimo, & ec
re ut ascen
em super
epitaphum.

Zelauit
Hierusalem
et Sion, &
in magno.

ad sua redire uolo, inquit Dominus. Agedum Sion, quæ adhuc filiabus Babylonicis cohabitata, quin illinc aufugistatq; teipfam seruas? Sic enim ait Dominus exercituum, nempe quod post gloriosam uictoriam, ac planè paratum iam triumphum me miserit ad gentes Babylonicas, quæ uos depredantur atque expilant, ut illinc uos educam. Non enim fert, ut uos amplius diuexent atq; despolient: siquidem quisquis uos tangit, is tangit pupillam oculi ipsius. Ne quid itaque timueritis: nam ecce ego extendam manum meam aduersum eos, & illi erunt uobis seruis suis spolio, idonei certè ac digni quos despolietis ac depredemini. Ita inferior uincet superiorem: & qui inualidus est, potentior. unde cognoscetis, quod Dominus me miserit. Ouato igitur ac letator filia Sion, quia ecce ego aduenio habitaturus medius inter uos, unde & multæ gentes tunc temporis adhærebunt mihi, quas & pro populo meo habiturus sum, nam medius, inquam, inter uos habitabo. Hinc itaque colliges, quod Dominus exercituum me ad te miserit, qui uos omnes huc conuocem & colligam. Nam Dominus hereditate obtinebit Iuda, pro sua nimirum in terra sancta, parte: & eximie electam atq; charam habebit Hierusalem. Silet, neq; uel mutire contra præsentem Dominum caro ulla audeat: quippe qui excubias seruatus, huc descendit de excelso sanctitatis suæ habitaculo.

Lauda & letare filia Sion, quia ecce ego uenio,

CAPVT III.

Post hæc uerò ostendit mihi rursus Dominus summum suum sacerdotem, stantem coram angelo Domini, quem inter myrteta uideram. Videbantur autem colloqui de extruendo templo. sed sathan aduersarius cum sua cohorte, stabat ad dexteram eius, ut ei aduersaretur, atque structuram impediret. Cæterum angelus ille Domini increpabat atque obiurgabat aduersarium, semel atque iterum imprecans ei obiurgatione & maledictionem Domini: quippe qui Hierusalem eximie electam haberet, & unice charam. Nam satis adhuc miseriarum & calamitarum est, inquit, quando hic uelut torris quispiam est, ex igne subtractus? Iesus autem captiuitatis sordibus nondum excussis, sordidioribus adhuc indutus erat uestibus, cum coram angelo staret: qui has in sacerdote Domini non ferens, iussit circumstantes se ministros, sordidiores uestes exutum, induere nouas. Quod cum sedulo factum esset, dixit ipsi Iesu: Vide, ita ut sordidiores uestes te nunc exui, ita & calamitatum tuarum tibi finem feci, conuestiando te uestimentis nouis & decoris. Iussit autem & diademam mundam mundum ac elegans imponi capiti eius, id quod fecerunt, adornantes eum per omnia ornatu pontificio: neque sic tamen digressus est angelus ille Domini, sed Iesum ipsum oppido diligenter instruxit, ac sui eum commonefecit officij, hunc in modum Dominum exercituum dicens, atq; hæc illi promittere asserens, nem-

Ponite diademam mundam super caput eius.

pe: Si ad præcepta mea uixeris, & a me tibi concredita prouincia, officio hoc tuo sacerdotali satisfeceris, populum meum ignorantem docendo, afflictum consolando, & sceleratum reprehendendo, & quæ tui officij sunt cætera: tunc etiam tu magno in honore habitus, inter meos iudicis fungèris officio, custodiendis atrijs meis præfectus: daboq; tibi ut inter hos apparitores meos hic me circumstantes, uniuerseris. Audi uerò & hoc Iesu sacerdos summe: Tu & amici tui qui habitant coram te, sacerdotalem quoq; prouinciam tecum accurantes, uiri portentosi estis, magnis atque portentosis rebus faciendis apti & idonei. nam ecce ego seruum meum iam succrescentem, ipsum nimirum Zerubabel adduco, qui pari seruore extruendi templi inardescit, quo & uos. Cæterum quod ad lapidem atinet, quem coram Iesu posui uelut specimen extruendi templi: in unico hoc lapide septem oculi sunt, oculi nimirum Domini, qui hoc ex lapide totam terram contemplantur & perspiciunt. Ecce ego, inquit Dominus, celo celaturam eius, atq; pulcherrimè eum exorno, ita ut & rotæ futurum templo est, cuius ornatus & elegantia hinc colligi poterit. Et eodè quidem tempore, remouebo omnem terræ huius calamitatem & miseriam, ita ut eodem quoq; tempore uocaturus sitis, inquit Dominus, suum quisq; amicū subter uitem & sub ficum suam, ubi securò uiuatis, lati & alacres.

Adducit seruum meum orientem.

CAPVT IIII.

Angelus autem ille meus, cui mecum sermo erat, non cōquieuit, me plenius adhuc de extruendo templo docere: unde reuersus excitauit me, ueluti si uirum aliquem de somno suo suscitaret atque expergeficias. Excitatum uerò me continuo rogauit, ecquid ego uiderem? & respondi, me uidere candelabrum prorsus aureum, cui & disculus erat in summo, qui destillantem ceram, aut defluens oleum posset excipere. nam super ipsum septem erant lucernæ, & suum cuiq; lucernæ infundibulum, quæ iacebant in summo candelabri, in ipsis nimirum disculis. Ad hæc, duæ etiam oleæ erant supra candelabrum, dependulas habentes baccas suas: altera quidem ad disculi dexteram, & altera ad eius sinistram. Rogauit itaque super his, ac dixi angelo cui mecum sermo erat: Quis nam hæc sibi uolūt Domine mihi quorsum hæc nobis spectat uisio? Ille autem pro singulari sua erga me beneuolentia & familiaritate: Ita ne ignoras, inquit, quid hæc sibi uelint? Cui, cum ignorare hoc me faterer, perquam benignè respondit atq; dixit mihi in hunc modum: Hoc est quod Dominus loquitur ad Zerubabel, & quod te uale illi denunciare, nimirum quod nullo cum exercitu, neque ui uilla, aut sua uirtute constructurus mihi sit templum: sed meo spiritu, meo consilio, & opera id fiet, cui nemo resisterit. Quis autem tu mons es, qui præ Zerubabele magnus tibi uideris, atq; ad impediendam structuram fortis & potens? In pla-

Non in exercitu, nec in robore, sed in spiritu meo.

In planiciem redigeris, ac nihil quicquam poteris. Er Zerubabel proferet lapidem primum, prima templi fundamenta collocaturus, cui multo cum clamore Gratia gratia acclamabitur, circumstante nimirum atque hoc uidente populo, qui incepto negotio precabuntur, ardentissimisq; uotis optabunt felicia omnia & prospera. Et Dominus quidem locutus est mihi in hunc modum: Manus Zerubabelis, ut uides, fundamenta iecerunt domus istius, quam significat candelabrum, quod uidisti, autem: & eiusdem manus eam tibi, constitutis ministris atq; omnibus alioqui necessarijs rebus, absoluent atque perficient, ita ut candelabrum uidisti suis disculis, lucernis, & infundibulis per omnia absolutum. Et scietis, quod Dominus me ad uos miserit, qui haec uobis uestra & laeta nunciem. Quis uero, ut diem paruarum consolationum, cum diem despiciat, cum totus undiq; populus laetabitur atq; exultabit, gaudio multo gestiens & exilijs, quod uideat lapidem illum stanneum in manu Zerubabelis, quem ille collocaturus est, ut prima templi fundamenta? Quod autem ad septem illos oculos attinet, ij oculi Domini sunt, qui totam terram quaqua patet, circumspiciunt, & perspicunt. Ut autem rem omnem plenè intelligerem, rogavi tandem de duabus oleis, ad dextram candelabri, & ad sinistram propendentibus, quid nam istae sibi uelleht? Aque adeo rogavi quoq; quid significarent nobis duae spicae olearum, quas uideram in medio torcularum aureorum, quae auruginosum atque purissimum exprimebant oleum. Et is quidem respondit mihi, interrogans num illud scirem? Et cum incertiam meam agnoscerem atq; faterer, dixit, per has significari duos uiros sacro oleo inunctos: Zerubabelem uidelicet regis loco habendum, & Iesum sacerdotem summum, qui totius tetrae Domino adstant atque ministrant.

C A P V T V.

Conuersus autem, sustuli oculos meos, & rursus aliam uidi uisionem: nam ecce, uolumen quoddam euolabat è templo, per ipsum templi uestibulum. Rogatus autem, quid uiderem? dixi, me uidere uolumen de templo euolans, uiginti cubitos longum, & decem cubitos latum: referens nimirum eandem longitudinem ac latitudinem, qua habet ipsum templi uestibulum. Cum autem de uolumine hoc mirarer, neq; quid sibi uellet intelligerem, dixit mihi meus ille angelus, hanc esse maledictionem siue condemnationem, quae ex hoc uolumine aut bulla denuncianda egreditur per totam terram, maximè uero aduersus pertinaces Iudaeos, & adhuc Babylone haerentes, qui hic omnes furti damnantur, & periurij: siquidem gloriae diuinæ per illos detrahitur, neq; datam Deo fidem seruant. Hac itaque uoluminis parte, quisquis furatur, condemnatus est. Et in altera uoluminis facie condemnatus quisquis peccat, ita ut priore parte condem-

natur furti reus. Emisi autem illud denunciandum, ait Dominus exercituum, ut per hoc omni furanti ac peieranti maledicatur: superueniet autem ac irruet in domum furis, & in domum mendaciter per nomen meum iurantis. Et ingressum in domum, in medio illius manebit atque commorabitur, ita ut eam totam, eius ligna atq; adeo lapides eius conficiat, Digni enim sunt scelerati illi, qui una cum rebus suis omnibus male perdantur. Egressus autem rursus est angelus ille cui mecum sermo erat, & sublatis oculis iussit me uidere atq; obseruare, quid nam esset quod nunc egredieretur. Ego uero rei ignarus, neque quid esset agnoscens, ab ipso id discere concupij. Dixit itaq; mihi, quod egrediebatur, mensuram esse: hanc quoq; esse dicens, unde quis cernat ac metiatur latetem tota terra cordium impietatem: maximè uero eorum qui apud Babylonios remanentes, tenebras captiuitatis praeferrunt luci salutis. Hac enim mensura remetitur Dominus impijs iuxta cogitationes cordium ipsorum, ac sua cuiq; studia. Et ecce, massa portabatur plumbea, & mulier quaedam sedebat iuxta eam in medio mensurae, quam meus ille angelus impietatem dicebat esse: & detrucebat eam in medium mensurae, imponens orificio ipsius lapidem plumbatum, necubi illa prospiceret, aut sese proderet. Sublatis autem rursus oculis meis, huc illuc circumspexi: & ecce prodibant duae mulieres, quarum altera uento agitabantur: erant autem eis alae quales ciconijs. habebant enim speciem pietatis, sed uim eius abnegarant. Haec leuauerunt mensuram ipsam inter terram & caelum, ita ut iam nihil haberet firmi neque solidi: ut est impietas omnis inconstans, & cito mobilis. Rogavi itaq; angelum qui mecum colloquebatur, quo nam istae deferrent mensuram istam? Et dixit mihi, eam asportari in Babylonem, ut hic repurgata terra, illic ei domus aedificaretur in terra Sennaar, ut ordinaretur ac relinqueretur ibi super basim suam, excolenda ibi à perfidis Iudaeis, qui illic remanere malunt, quam redire in terram Domini.

C A P V T V I.

Conuersus autem, & sublatis rursus oculis meis, uidi atque circumspexi: & ecce, prodibant quatuor quadrigae, idq; inter duos montes, eosq; aereos & inuictos. Et prima quidem quadriga equos habebat rufos, & quadriga secunda nigros: in tertia erant equi albi, & quartam protrahebant equi uarij colores & fortes. Rem itaq; conspectam nihil intelligens, interrogavi angelum illum meum qui mecum tam loquebatur familiariter, ecquid haec sibi uellent, ac nobis significarent? Angelus itaq; ille mihi respondens, dixit mihi: hos expeditissimos esse Dei ministros, qui uelocitate sua cum quatuor uentis caeli possent contendere: atq; illinc eos prodijisse, ubi coram totius terrae Domino perpetuo consistunt & apparent, primarij nimirum angeli Domini. In qua autem

E ; quadriga

Hæc est amphora egrediens.

Septem isti oculi sunt Domini, qui perspicunt in totam terram.

Isti sunt quatuor uentus caeli, qui egrediuntur.

quadriga equi erant nigri, hi proficisciebantur in terram aquilonarem ad Babylonios, ubi sceleratis hostibus formidini essent & terrori. Et albi hos sunt subsecuti, quippe qui beneuolos illinc eriperent, in terram Domini eos redurturi. Varij colores uerò profecti sunt ad terram australem, nimirum cum Persis acturi, per quos Babyloniorum uires contractæ erant. Fortes autem illi quæsierunt, si reliquam totam terram obequitare liceret, abituri uidelicet & ad orientem & ad occidentem. cuius rei potestas illis facta est, & totam terram obequitarunt. Accersit autem me angelus ille meus, & dixit mihi, quod per illos qui aquilonem uersus abierant, placata atque sedata esset ira atque indignatio Domini, ne quid amplius populum suum affligeret inter Babylonios. Dominus autem mihi locutus est, & dixit, accipiundū esse ab ijs qui è captiuitate diuites redierant, nempe ab Holdai, Tobia & Iedaia, unde regia apparari possent coronæ. Et tu, inquit, eodem tempore curato uenire, ut ingrediaris domum Iosif filij Sophonia. Hi omnes è Babylone huc reuersi sunt, re adhuc bona & lauta. Accipies itaque ab his argentum & aurum, ad apparandas coronas quæ imponantur capiti Iesu filij Iozedec, summi sacerdotis. Dices autem ei, sic dixisse, atque hoc ei significare Dominum exercituum, quod uir quidā sit, cui nomen est Zemah (quod si interpreteris, sonat german) nam sub hoc germinabit ac pulchre consurget templum Domini, quod extruendum est. Ipse quidem Iesus templum Domini extruet, & idem portabit egregiam atque gloriosam coronam, ut qui dominaturus sit in Zeruabelis folio. nam inter hos duos quam optime conueniet, atque nulla erit controuersia. Porro Helem, qui & Holdai uocatur, Tobias, Iedaia & Hen, siue Iosias, filius Sophonia, qui conficiendis coronis materiam suppeditabunt, hi ipsi, aut horum posterij, in perpetuam memoriam adseruabunt coronas in templo Domini, ut cum opportunū fuerit, iustus earum habeatur usus. Tunc etiam qui procul habitant in longè disitis regionibus, uenient, atque daturi sunt operam extruendo templo Domini. Et liquidò cognoscetis, quod Dominus exercituum me ad uos miserit. Hæc namque certò futura sunt, si modo uoci Domini Dei uestri sedulo audieritis.

CAPVT VII.

Factum est autem biennio post hæc, anno nimirum Darij regis quarto, ut uerbum Domini factum sit cum Zacharia, quarto die noni mensis. Is autem est Casleu, nostro serè respondens nouembri. Nam Sarasar & Regemelech, uiri inter eos qui Babylone remanserant primarij, unà cum uiris suis huius legationis comitibus, missi fuerunt in domum Dei, oraturi Dominum, utque oraculum Domini peterent, atque interrogaret sacerdotes, qui in domo Domini exercituum erant, simul & prophetas, num pro uetere captiuitatis more illic lugendum adhuc ipsis esset, atque quinto mense ob incensum

tunc templum & portas Hierosolymitanas ieiunandum, quemadmodum multis iam annis confueuerant. Cum autem hinc nihil doceret lex, neque ex præscripta lege sacerdotes quicquam respondere possent, locutus est mecum Dominus, iubens ut totius terræ populo, tum hic, tum etiam Babylone agenti, atque etiam ipsis sacerdotibus in hunc loquerer modum: Cum ieiunastis, & multum adeo luxistis, quinto quidem mense de templo & portis deuastatis, & septimo quidem propter interfectum optimum populi pauperis ducem Godoliam, an tunc quæso mihi tam sedulo ieiunastis? inquam ego: Non meo iussu, sed proprio consilio, & uestrae prudentia hæc excogitastis ieiunia. Porro cum comeditis & bibitis, non ne uos estis quibus edendo ac bibendo illinc bene fit: ita ut illinc nihil ad me, sed comoditas omnis ad uos perueniat? Caterum eò dementiæ uentum est, ut huiusmodi ieiunia (propositio de cerebro inuenta) puteris ea esse, quæ Dominus per superioris seculi prophetas clamitauit, atque uos facere uoluit, cum olim Hierusalem rebus omnibus saluis quieta & securam adhuc habitaretur, unam cum circumiacentibus ciuitatibus: cum, inquam, pars meridionalis atque campestris, non obualata neque murata, quietè incoleretur. Verbum autem Domini factum est cum Zacharia, quo ille iussus est populo dicere, Dominum exercituum hunc in modum ipsis locutum fuisse, atque hæc ipsum sedulo uoluisse, ut iudicium iudicarent uerū & iustum, nihil respiciendo personam: & ut misericordiam atque miserationes præstarent suo quisque fratri, mutua inter se beneuolentiæ ac beneficentiæ studètes: utque uiduas, pupillos, peregrinos ac miseros ab iniuria defenderet, potius quam ut eos opprimi paterentur: & ut ne cogitarent de suo quisque fratre suam mendam uindictam, sed eam omnem Dominus remitterent. Ceterum illi pro sua improbitate, recusarunt hæc clamitantibus prophetis attendere, contemptim humeros eis obuertentes, & aures suas, ne audirent, obturantes: corde enim fuerunt adamantino atque obduratissimo, ne legem, uerbaque illa audiret, quæ Dominus exercituum magno adeo spiritu, tantaque uehementia, per superioris seculi prophetas deprædicanda miserat. Unde & Dominus exercituum magna ira in ipsos excanduit, animoque uehementer fuit commoto. Itaque factum est ut quemadmodum clamauerat Dominus, & illi eum audire contempserant: sic tandem clamitarunt & illi, sed non audiui, & uicissim ad ipsorum clamores obsurdui, ait Dominus exercituum. Disturbauit enim eos inter omnes gentes ipsis incognitas, atque illis abductis terra desolata fuit, ita ut per eam neque transiret quisquam, neque rediret. Itaque terram alioqui amœnissimam, atque maxime desiderabilem, reddiderunt desolatam.

CAPVT VIII.

Factum est autem uerbum Domini exercituum cum Zacharia in hunc modum: Sic die

Sume à trās
migratione
ab Holdai et
à Tobia,
etc.

Cum ieiunastis
et plura
geretis, nō
quid ieiunastis
ieiunastis
mibi?

iudicium ue
non iudica
te, & miseri
cordiam &
miserationes
facite.

Sic dixit Dominus exercituum, iam populo suo placatus & amicus: Tenerrimè adamabam Sion, ut qui in uxorem suam nimis est zelotypus, unde & plurimum eius gratia hostibus ipsius infensus fui & iratus: siquidem Babylo- nios grauissima clade, maximisq; miseris op- pressit. Sic itaque dixit Dominus: Reuersus sum ad Sion, ut quæ mecum in gratiam redierit, unde & habiturus sum in medio Hieru- salæ, quæ mihi urbs erit bona & fidelis: & mōs Domini exercituum, mons erit sanctus, pu- rus & immaculatus, ad quem nihil immun- dum perueniat. Vnde & sic dixit Dominus ex- exercituum: Senes & anicula adhuc conside- bunt securò, & multa cum uoluptate in pla- teis Hierusalæ, ita ut futurus sit uiro scipio suus in manu sua, præ senio & ætate nimis proue- sta. Quin & plateas ciuitatis erit uidere plenas puerorum & puellarum, qui inter se in ipsis plateis colludant, cantillent, & choreas ducāt. Sic autem dixit Dominus exercituum: Cum hoc ijs qui eo tempore pauci supererunt, dif- ficile uidebitur, ideo ne & meis in oculis meo- ue iudicio id difficile erit? Sic dixit Domi- nus exercituum: Ecce ego conuoco atque ex toto terrarum orbe seruo populum meū, tum ab oriente tum ab occidente, & introducam eos ut rursus habitent in medio Hierusalæ, ciuitate mihi præ omnibus electa & chara: e- runt que mihi populus, & ego futurus sum e- is Deus fidelis atque multò optimus. Sic di- xit itaque Dominus exercituum: Bono ani- mo sitis, & strennuam nauate operam, quicun- que hæc ab ore prophetarum auditis: idq; hoc tempore iam felici ac læto, quo fundamenta domus Dei iacta sunt, templumq; cepit con- strui, & muri ipsi assurgere. multa enim sæli- citate nunc uos perfundam, & beabo. Nam si quid ante hos dies laboratum est, laboratum est frustra, & omnem lusistis operam, adeò ut & à iumentis ipsis laboratum sit frustra: nihil enim ex laboribus, quantumuis magnis & as- siduis, potuistis facere lucri. Si quis autem quòquam aut exuret, aut introiret, non erat unde gaudere posset, aut ut præ nimia animi angustia bene ualeret (infida enim & infesta erant homini omnia) incitabam enim omnes homines, unumquemq; in proximum suum. Atqui nunc, postquam agitur de domo mea extruenda, atque accepto in cordibus uestris Christi spiritu, templa Dei esse studetis, non sum facturus, ait Dominus exercituum, ijs qui ex populo hoc residui sunt, ita ut superioribus diebus feci. Nam in pace & felici rerum om- nium successu ac securitate seminabitur. Vitis profert fructum suum. & terra dabit prouen- tum suum bonum & uberem: & cæli dabunt rorem suum, quo cuncta lætificent. Omnia e- nim diligentibus Deum, adiumento erunt in bonum, etiamsi prima fronte secus uideatur. Omnia autem hæc faciam, ut ij possideant, qui ex populo hoc meo supersunt ac remanserunt. Futurum autem est, ô domus Iuda, & domus

Israel, sicut inter gentes execrationis fuistis e- xemplar, ita ut maledicturus alicui, soleat ei imprecari eadem mala, quæ patiebantur Iu- dæi: ita uos seruaturus, & modis omnibus uo- bis nunc benefacturus sum, ut pari modo be- nedictionis exemplar sitis futuri: ita ut qui bene precari cuiquam uolet, is ei precabitur eam felicitatem quæ uobis obuentura est. Ne quid timeatis, bono animo sitis, atque stren- nuam nauate operam. Sic enim dixit Domi- nus exercituum: Quemadmodum uobis de- creueram malefacere, cum mihi patres uestri superioribus diebus bilem mouerant, & ego citra omnem misericordiam in illos animad- uerti, atque defæuij: ita nunc mutata senten- tia, decreui Hierosolymis domuiq; Iuda mo- dis omnib. benefacere, ac me illis commodum ac bonum præbere. Ne timueritis. hæc au- tem ea sunt quæ uos uelim facere, id que ue- stro uerius commodo & bono, quàm meo. Ne mentiamini, neque fallatis alius alium, sed potius loquimini ueritatem unusquisque pro- ximo suo. Absit omnis simulatio & dolus ma- lus. Quod rectum est, iudiciumq; quod pa- cem faciat, & concordiam alat, iudicate pro tribunalibus uestris. Neque cogitetis in cor- dibus uestris, quisque proximo suo malum, neq; diligatis iuramentum mendax & falsum: nam omnia hæc ego odi atque abominor, ait Dominus. Et factum est uerbum Domini exercituum mecum in hunc modum. Sic dixit Dominus exercituum: Ieiunium mensis quar- ti, quod multo cum luctu ac mœrore seruare soleis, propter muros ciuitatis nonò eius die contractos atque perruptos: item ieiunium mensis quinti, quod de templo eius mensis decimo die incenso hæctenus seruastis: ad hæc ieiunium mensis septimi, quod de interem- pro optimo pauperum duce ac patrono Go- dolia fuit: pari modo & ieiunium mensis de- cimi, quod de sacerdotibus in domo Domini decimoseptimo huius mensis die interfectis, seruastis: hæc omnia uertentur domui Iu- da in gaudium & læticiam, & præclaras atq; iucundissimas solennitates. Ut olim hi uo- bis dies luctus fuerunt atq; mœroris, ita nunc gaudiorum ac læticiæ erunt. Fidei tantum & pacis amantes fueritis. Sic dixit Dominus ex- exercituum: Adhuc tempus futurum est, quo populi, & multarum ciuitatum inhabitatores uenturi sint, seseq; ad quærendum Dominum mutuo cohortaturi. Nam inhabitatores ciui- tatis unius ituri sunt ad alteram, inuitantes e- os ut quamprimùm properent, atque Domi- num deprecari studeant, quæsituri nimirum Dominum Deum exercituum, atque eius mi- nisterio totos se dedituri atque dicaturi. Et hic inuitatus continuo dicet, & se Hierosoly- ma iturus, adeò ut multa turba uentura sit, & gentes multò plurimæ ad Dominum exerci- tum Hierosolymis quærendum, & faciem il- lius deprecandam. Sic dixit Dominus exerci- tum. Tēpore illo quo uobis hæc cōtingent, tan-

Loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo.

Venient populi multi, et gentes roborentur ad quærendum Deum.

vocabitur Hierusalæ ciuitas ueritas & mōs Domini exercituum.

Sic autem uocatus di- citur spiritus & faciam.

to in honore & precio futurus est homo Iudaeus, ut decem ex gentibus homines, ex omni lingua, apprehensuri sint laciniam uiri Iudaei, dicentes se uobiscum uelle ire, ut qui auerint atq; cognorint Deum uobiscum esse.

CAPVT IX.

GRauis prophetia uerbi Dominici contra terram Hadrach, quae Idumaea est: & contra terram Damascenam, in quam huius uaticinij grauitas sese demittet atq; con-

Ecce Dominus possidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem eius:

quiescet: siquidem ad Dominum erit oculus hominum, omniumq; tribuum Israelis. nam simul omnes sese Domino dederunt atque dedicabunt, & Hierusalem quam latissime sese diffundet. Nam & Antiochia intra eius censebitur limites, item Tyrus quoq; & Sidon, quantum plurimum sapiant: siquidem Tyrus construxit sibi arces & moenia munitissima, coaceruauitq; sibi argentum ut puluerem: & aurum non pluris apud illos fuit habitum, quam lutum platearum, tara apud illos diuitiarum uis fuit. Sed ecce Dominus occupabit eam, & percutiet fortitudinem eius marinam: negociatores nimirum, ex quorum nauigatione & negotiatione tantis diuitijs inualescit. Et ipsa quidem igni consumenda, incendio conflagrabit: id quod Ascalon uidens timebit, ac male sibi metuet: similiter & Gaza, quae multo hinc dolore afficietur. Ad haec & Accaron, quam pudebit simul & pigebit haec contueri & aspicere. Rex enim Gaza interimetur, & Ascalon miserè & horrèdum adeo deuastabitur, ut nemo sit futurus qui eam uolet inhabitare. Azoti autem habitabunt spurij & abiectissimi quique hominum, quos Palaestini non amplius superbe derisuri sunt. Amouebo autem sanguines & sordes cuiusque ab ore eius, & abominationes ac tetra flagitia cuiusq; e dentibus ipsius, ut iustificati ore puro atq; mundo me inuocent atque depradicent. ita enim quem Dominus prius abominabatur, iam acceptus futurus est Domino Deo nostro, eritq; illustris & praclarus ut dux in Iuda: & Accaronita futurus est, ut olim Iebusaeus. Ero autem domui meae ad exercitum transeuntem ac redeuntem arcendum, loco castrorum, ita ut nemo quisquam illis uel pilo nociturus sit, neq; amplius ullis grauabuntur exactionibus: nam ita certo fore, his meis oculis uidi. Fac plurimum gestias atque exultes filia Sion, iubilatio, laetitia

Exulta satis filia Sion, iubilatio filia Hierusalem.

concinito carmina filia Hierusalem: nam ecce rex tuus iustificaturus impios, ueniet tibi iustus: & seruatus quidem ipse, suapte potentia fortis satis, & proprijs opibus abundè diues, ita ut exactionibus uos non sit grauaturus. Humilis enim est, & humilibus gaudet: unde & insidet asino, ac pullo ex asina prognato. Tunc confringam, ait Dominus, quadrigas bellicas Ephraimitici siue Israelitici populi, atque equos Hierosolymitanos, quibus belli tempore male soliti sunt fidere. Et arcus bellici simul omnes in frustra abibunt. nam Dominus Deus omnibus gentibus tunc pacem denunciaturus est,

& ditio regnumq; eius sese extendet à mari usque ad mare, & à flumine Euphrate usque ad ultimos terrae terminos. Etiam tu o Hierusalem tunc seruaberis. Propter sanguinem autem foederis tui in circuncisione initi & inchoati, & in agni immaculati sanguine absoluti, liberaui uinctos tuos, uarijs uitijs irretitos, ex desperatissimis malis. Reuertimini quoso ad urbem munitam, ueram Dei Ecclesiam, etiam ipsis inferorum portis superiorem, qui in spe haecenus desedistis uincti, atque uicij omnigenis irretiti. Hodie namq; ego, qui haec uobis praedico atque annuncio, duplo maiorem saelicitatem restituro, quam unquam uel optare potuistis. Iudam autem ego loco arcus habiturus sum, quem iam intendi: Ephraim uero loco pharetrae mihi erit, quam sagittis iam plenam habeo. Suscitabo enim filios tuos o Sion, uiros nimirum apostolicos, aduersus te, o Graecia, & ponam eos ut uiri potentis ac militaris gladium. Pugnaturi enim sunt, & gladio spiritus in uos delataturi multo fortissimè, nam Dominus cooperans, & sermonem ipsorum confirmans, super eos conspicietur: cuius iaculum exibat ut fulgur, quod nemo depellat. Dominus enim Deus uerbi sui tuba clanget, & occurfabit Graecis, mundana sua pietia inflatis, quasi australi quodam turbine, qui quiduis prosternit ac conuellit: neq; quicquam aduersus hos Domini milites, uiros apostolicos, poterunt. Nam Dominus exercituum, cuius inuicta uirtus & potentia est, proteget atque tuebitur eos, ita ut uel edendo atque per ocium, nullo labore deuicturi sint lapides illos reijculos & nihili homines, quantum uis humana sapientia turgeant, & sibi placeant. Edent inquam, & bibent, & quasi ebrj tumultuabuntur: & replebuntur sicut peluis, qua uictimarum sanguis solet excipi: & sicut fundebatur. Dominus autem Deus ipsorum, tamen in graues lupos incidet, seruabit tamen eos in die illa, non secus quam pastor diligens suas ouiculas tenerè adamas. Habet enim eos electissimos, atque maxime charos: non ut lapides ex funda reijculos, sed ut gemmas regia corona dignas, atque in terra Domini plurimi pendendas. Quanta uerè haec Dei futura est bonitas, & quanta eius pulchritudo & amoenitas? Faciet certè, ut tara suorum tunc sit futura felicitas, tantaq; rerum omnium copia & affluentia, ut super frumento cantaturi, Deumq; laudaturi sint iuuenes, & super multo uirgines.

CAPVT X.

Petite à Domino pluuiam serotinam, dum tempus est, quado turgescunt atque ad maturitatem approperantes spicae, eam uel maxime habent necessariam: hanc uos Dominum rogare uolo. Ipse enim coruscationes facit, daturus etiam largum imbrem, & unicuique herbam in agro suo. Ab ipso nobis proficiuntur omnia, quae nemo sapiens aliunde petet, de-

Extendi mihi bi Iuda quae si accaron im pleui Ephraim.

Conspiciet super eos.

de terra Domini.

ret, deficiendo ad idola. nam idola ipsa iniquitatem loquuntur, & diuini uident mendacia, per quæ fallantur, unde & uaria loquuntur somnia, uanè consolantur: unde & ipsorum mendacijs factum est, ut plerique Seruatorem aduenturum desperantes, ultro in captiuitatem demigrarint, relicta Hierosolyma Babylonem profecti, animum despondentes, atque miserè afflicti, sicut oues pastore destitutæ. Contra pastores siue primates illos exardescet mihi furor meus, & de fertidis illis hircis sua tantum curantibus, sumpturus aliquando sum uindictam. Hoc uobis persuasissimum esto, nam Dominus exercituum uisitaturus est gregem suum, domum nimirum Iuda, ut quos constituerit quasi in bello gloriosum sibi equum. Ex ipso erit domus columen, lapis nimirum angularis prodibit ex ipso, & clauus unde tota domus pendeat. Ex ipso arcus bellicus, qui totam domum defendat & protegat: quin & ex ipso prodibunt omnes simul exactores, qui mortificationem carnis exigentes, Domino domum construunt spirituales, & habebunt se ut qui in bello magno animo hostes conculcant in lutum platearum: & strenuè quidem pugnabunt, siquidem Dominus cum eis futurus est, ut qui cooperetur, atq; brachia illorum confirmet. Vnde & pudefient, quotquot consensu equis reniti uolent, & repugnare. Roborabo enim domum Iuda, & domum illam Ioseph, quæ decem tribuum est, seruabo, reducitur eos unde expulsi sunt: siquidem miseratus sum eorum, unde & in pristinum restituentur statum & gloriam, ueluti cum eos nõdum abiiceram. Ego enim, postquam dura adeo & multa passus sum, ero Deus illorum, atque exaudiam eos de tribulatione sua, me inuocantes. Habebit autem se Ephraimiticus populus more potèrum, & ut uiri heroes, & cor eorum lætabitur, non secus quàm si uino exhilarasset: id quod filij eorum uidentes, lætabuntur quoque, & cor ipsis de Domino Deo suo exultabit, atque gestiet. Sibilo eos accersam, congregaturus eos, qui iam toto terrarum orbe dispersi sedent: siquidem redemi eos, unde & multiplicabuntur, sicut olim multiplicati fuerunt, ad numerum arenæ maris. Seminabo enim eos, ita ut in populos coalescant: neq; mei obliuiscantur, quantumuis longè dissi, sed superstitites & incolumes adhuc unà cum suis filijs, modis omnibus reuerti studebunt. Reducam enim eos de terra Aegypti, & ex Assyria, atq; adeo Arsareth congregabo eos, adducturus eos in terram Galaad & Libanum: tantaq; eorum futura multitudo est, ut ægré inuenias locum illis satis amplum & magnum. Male tunc ageatur cum mari, quippe cuius fluctus percutientur atque sistentur, & omnia profunda fluminis exiccabuntur, ut detur populo meo transitus, sicut olim, quando eos eduxi de terra Aegypti. Tunc uerò Assyrius hanc tantâ populi mei gloriam conspiciens, desinet superbè ipsis conuictari, neque Aegyptij eos amplius

suo sceptro grauaturi sunt. Roborabo enim eos, atq; animum ipsis addam, ut de Domino Deo suo bene sperent, & sub eius nomine atq; tutela proficiscètur: sic ait Dominus, qui mentiri neq; uult neq; potest.

CAPVT XI.

Aperi Libane portas tuas, templum inquam Hierosolymitanum, quod ex cedris è Libano allatis constructum est.

Aperi portas atq; ostia tua, per quæ hostis Romanus ingressus, præstantissimas illas ex cedro trabes incendat, atq; te consumat. Eiula abies, & qui minore dignitate es: quoniam cedrus, cuius maxima est dignitas, corruet, atq; succidetur: primates inquam, & maximi quicq; uastabuntur. Proinde uos quercus in Basa nitidæ, uiri diuites & opulenti, ciulate & uos: nam saltus ille munitus, urbs nimirum Hierosolymorum, corruet atque deuastabitur. Vox pastorum eiulantium audietur in ea, quoniam templum illud eorum magnificentissimè constructum deuastabitur. Audietur quoque uox rugientium leonum, siue ferocientium magnatum: quoniam omne quod superbum habent & eximium, qui Iordanem accolunt, deuastabitur, atque illis præripietur. Dominus itaque Deus meus iussit me pascere pecora sub aduentum Romanorum, maçtationi destinata, quæ qui ea possident (dum sic Dei uoluntas est, neq; aliud meretur ipsorum impietas) nihil delinquendo occidant: ita ut & uendentium quilibet Domino benedicat, quod ex ipsis diuenditis sit ditatus. Imò sic in eos desinat, ut nec ex ipsis eorū pastoribus quisquam eis parcat. siquidem nec ego, ait Dominus, posthac parcam terræ huius habitatoribus, dum nihil ex eis boni sperare licet: unde ecce ego mutuo eos inter se committo, & trado homines unumquemq; in manum proximi sui, & in manum regis sui, ita ut intestino bello sese confecturi sint, & terram deuastaturi, quam ego quidem de manu eorum non eripiam, neque conabor quidem. Ego autem ex præcepto Domini pauca pecora hæc, maçtationi destinata, idq; propter pauperes gregis. Et accipi mihi duas uirgas: alteram regendis meis pauperibus, & alteram pascendis impijs, maçtationi destinatis. Et harum priorem uocaui Iucunditatem, ut qui iucundè atque animo benigno & mansueto agerem cum pauperibus gregis. Posteriores autem uocaui Dissipantes, uelut dissipaturus eos, & in totum terrarum orbem eos disperfurus: atque ita quidem duabus hisce uirgis instructis pauca pecora. Tandè uerò, cum diu satis eos pauissem, succidi & abstuli eis uno mense tria pastorum genera, nempe prophetas, reges & sacerdotes: nam miserè ab ipsis diuexabar, & illis de me erat nauſea. Dixi itaq; q; non amplius eos pascere, sed q; reiecta ipsorum cura, uarijs calamitatibus eos relinquere consumendos, peste nimirum: qua qui moritur, moriat: & quæ gladius interimit, interimatur. Porro q; tunc futuri sunt residui, fame sic dis-

Pasce pecora occisionis, quæ qui possederant, occidebant.

Et succidi tres pastores mense uno.

pastor meus est

Conseruabo domum Iuda, et domum Ioseph

Reducam eos de terra Aegypti, et de Assyria

erucien-

crutientur, ut quisque deuoret carnem proximi sui. Accepta itaque uirga mea iucunditate, confregi eam: eo quidem facto illis significans, quod irritum faceret foedus meum, cum omnibus populis initum, ne quis uidelicet Iudaico populo quicquam molestus esset. Caeterum hoc illo tempore factum est irritum, ita ut & gentibus potestatem fecerim illos affligendi atque inuadendi. Et inde quidem cognouerunt pauperes gregis, qui mei amantes, 10 mandato quoque meo seruando inuigilant, quod Domini hoc opus esset, & non fortuito immitteretur. Dixi autem eis, ut si uideretur ipsis, praestarent mihi mei laboris mercedem: siu fecus, ut sinerent, quippe qui de mercede praestanda parum laborarem. Illi uero appenderunt mercedem meam triginta argenteos: cuius rei indignitate Dominus commotior, iussit me eos proicere ad thesaurarium, magnificum & egregium uidelicet precium, quo illi 20 me aestimauerunt. & ego quidem, ita ut iussus eram facere, acceptos triginta argenteos proieci in domum Domini, ad thesaurarium: uirgam uero meam secundam, cui nomen erat Dissipantes, etiam confregi, idque ut fraternitatem quae inter Iudam & Israel est, dissiparem. Itaque praeter mansuetum & bonum pastorem illis ablatum, abstuli eis & reges siue iudices: quorum partes sunt, ut accurent ne quid prauarum controuersiarum & litium in 30 populo sit, ut sic uera constet fraternitas & pax publica. Tunc iussit mihi Dominus, ut uirgis his ueri pastoris contractis, adhuc sumerem pedum siue uirgam pastoris stulti & improbi. Quia ecce, ego suscito in terra pastorem, qui ea quae in grege inualida sunt, manca uel clauda, non uisitat: si quid non ita magni precij erit, & erraticum, id non quaeret: quod contractum aut uulneratum erit, non sanabit: quod languidum & imbecille est, ita 40 ut progredi non possit, id non portabit neque fouebit, sed solum carnes pinguiorum ouium edet, splendide ipsarum lana conuestitus, & earundem lacte nutritus: & ungulas ouium crudeliter nimis eas feriendo dissoluet ac conteret. O pastorem stultum & nihili, gregis sui desertorem: gladius imminet brachio eius, & oculo eius dextero. Omnis enim eius potentia gladio spiritus ei auferetur, qui & omne eius iudicium, omnia que eius consilia, quantumuis callida & uersuta, disturbabit, atque inualida reddet. Brachium enim & omne robur eius inarescet, & emoriatur. Et oculus eius dexter prorsus caligabit, nihilque uidebit: neque enim ullius erit iudicij.

Appenderit mercedem meam triginta argenteos.

O pastor et idolum, derelinquens gregem.

CAPVT XII

GRauis prophetia uerbi Dominici super populo Israelitico, quam ne quis diuinis uiribus superiorem putet, norit haec 60 ab ipso proficisci Domino, qui caelos extendit, atque terrae fundamenta iecit: per quem omnia uiuunt & spirant, qui format anhelitum

hominis in medio eius, ut spiret & respiret. Ille tatus & cunctipotens, ecce inquit, ego constituto Hierusalem omni circum habitanti populo, ut calicem uenenatum, unde quisquis biberit, morietur: ita & quisquis ciuitatem meam Hierusalem oppugnarit, in certam irruiturus est perniciem & mortem, quisquis ille fuerit. nam & Iudaeis quoque calix uenenatus erit, qui contra Hierusalem in obsidione erunt. Ponam autem per id temporis Hierusalem omnibus, cuiuscunque nationis gentibus, ut lapidem uehementer grauem, quem nemo nisi magno suo malo subleuare poterit. Quotquot autem hoc tentarint, ij prorsus conterentur, tamen omnes gentes terra aduersus inuictum hunc lapidem siue petram colligentur. Tunc uero temporis percutiam, ait Dominus, omnes eorum equos stupore, & qui conscendant, amentia, ita ut neque potentia neque consilio, quicquam ualitura sint. De domo uero Iuda ego curaturus sum, & ad eam respiciam, ita ut omnes gentium equos percussurus sim caecitate: duces uero Iuda, extra mœnia ad soluedam obsidionem in hostem irruentes, secum cogitabunt, quod ciues Hierosolymitani per Dominum Deum suum, quem intra mœnia manentes sedulo deprecaturi sunt, magno ipsi robori & auxilio erunt, unde & maiore animo & audentius pugnabunt. Ponam autem tunc duces Iuda, ut in medijs lignis ardentem caminum, & ut in medio manipuli ardentem lampadem, ut & ad dextram & ad sinistram omnes circumiacentes gentes exurant & conficiant, idque minimo labore, nullo que negotio. Certè Hierusalem, quantumuis mundus uniuersus obsistat & insanat, rursus habitabit suo in loco, nempe in Hierusalem, in loco ab aeterno per Dominum electo: Dominus uero seruuabit castra Iuda, foris pugnancia, non minore in honore & gloria, quam principio fuerunt, cum domi triumpharent: id que ne quid supra hos sese efferat domus Dauid, & ciues Hierosolymitani. Tunc pteget Dominus ciues Hierosolymitanos, atque supra quam credi possit, fortes eos reddet, & robustos. Futurum enim est, ut qui tunc temporis inter eos parum fortis, & imbellis esse censebitur, is erit sicut Dauid, qui parum ualidus fortissimum conficit Goliath. Et domus Dauid, siue uirorum fortium, erit sicut Deus: aut ipsis hostibus sicut angelus Dei, qui una nocte aliquando occidit ad muros Hierusalem cetum octoginta hostium milia. Tunc autem temporis in hoc incumbam, ut simul omnes gentes conteram, quotquot aduersum Hierusalem insurgent: nam super domum Dauid, & ciues Hierosolymitanos effundam spiritum, per quem mihi grati futuri sunt, multoque charissimi. Per quem & obnixè me precabuntur, ita ut eorum uota & preces cõtinuo sim exauditurus: sed prius aspicient ad me, quem confixerunt, crucifigentes filium illum mihi unigenitum, quem certè plangent, ita ut fieri consuevit, super unigenito, atque in-

Ponam Hierusalem lapidem cuiusdem oneris publici,

Habitabit Hierusalem rursus in loco suo in Hierusalem.

Aspicient ad me quæ confixerunt.

timè a

time ad amato filio. Amare inquam, multoq;
acerbissimè de eo lugebunt, quemadmodum
quis summa amaritudine & animi mœrore in
dolefcit super filio unice dilecto. Erit inquam,
tantus tunc inter Hierosolymitanos planctus,
quantus olim fuit planctus ille Hadadrem-
mon in campo Harmageddo, ubi ab Aegy-
ptio rege interfectus pientissimus rex Iofias,
summo omnium dolore & luctu plangeba-
tur. Planget enim tota ipsorum terra, sed que-
libet familia seorsim. Familia domus David
seorsim planget, & mulieres eorum seorsim: fa-
milia domus Nathan seorsim, & mulieres eo-
rum seorsim: familia domus Leui seorsim, sic
& mulieres eorum seorsim: item familia Simeï
seorsim, & mulieres eorum seorsim: pari mo-
do & quotquot reliquæ sunt familiæ lugebunt
atque plangebunt seorsim, & mulieres eorum
seorsim. Illinc autem luctus magnitudinem
collige, quod & prophetæ & sacerdotes de trās-
fosso Domino planctum facturi sint.

C A P V T X I I I

IN die illa erit domui David & incolis Hie-
rusalem, neris nimirum filijs cœlestis Hie-
rusalem, fons patulus ad expianda peccata,
& quasuis sordes, quantumuis immundas elu-
endum. Et tunc quidem deperdam, ait Domi-
nus exercituum, non solum ipsa simulachra
de terra, sed & ipsa eorum nomina, ita ut ne
memoria quidem eorum remansura sit. Quin
& pseudopphetas quoque, & immundum
spiritum, & quicquid gloriæ diuinæ contrari-
um est, de terra dispellam, adeo ut ubi quis
posthac prophetarit, dicturi sint ad ipsum con-
tinuo pater & mater, ipsi parentes eius, actum
esse de uita ipsius, quando quidem in nomine
Domini mendacium locutus est. Et tanto qui-
dem diuini nominis amore tenebuntur, ut ne
proprio quidem filio hoc sint condonaturi,
sed confodient eum, eo quod falso propheta-
uerit. Pudebit itaque unumquemque prophe-
tam suæ uisionis ac uaticinij, quod propheta-
rit: & non induentur amplius more uerorum
prophetarum, ouillis aut caprinis pellibus. ut
maiore cum autoritate mentiantur: uerum
quisque dicturus est, se non esse prophetam,
sed potius agricolam, ut qui ab incunabulis
ac prima pueritia factus sit pecoris pastor, ac
pascendi artem didicerit. Tunc rogabitur ex
eo, quid sibi uelint in manibus eius plagæ i-
stæ, & unde manus habeat duras & callosas?
Et dicet, se eas tulisse ex cœdibus sibi beneuolen-
tium, apud quos sedula opera uictum suum
exercet. Certo quidem hæc omnia futura sunt,
atque utinam hoc iam præ oculis uidere dare-
tur seculum: sed prius uerum illum ac opti-
mum pastorem, qui pro ouibus suis propriam
daturus est animam, percuti & interfici oportet.
Exurge itaque, atque uibrato te, ô gladi-
e super pastorem hunc, super uirum inquam mi-
hi socium, ac unice charum, de quo uno, ani-
mo meo complacitum est, ait Dominus exer-

cituum. Percute pastorem, ut oues dispergan-
tur, & manus mea curabit de paruulis, ne quis
eorum pereat. Tunc quidem totius terra, in-
quit Dominus, duæ partes succidentur, peri-
bunt atque emorientur, & tertia tantum rema-
nebit, quam ipsam ducturus sum per ignem,
exploraturus atq; eos repurgaturus more ar-
genti, & auri more eos probaturus, quod quis
citra scoriâ uult esse purum putum. Et ipse
quidem sic exploratus atq; perpurgatus, inuo-
cabit nomen meum, & ego non potero eum
non exaudire: dicam autem istiusmodi meum
esse populum, & ipsi uicissim agnoscent atque
dicent me Dominum Deum suum esse.

C A P V T X I I I I

ECce uenit Domino dies, quo ea quibus
tu spoliaberis, que Christi Domini ac re-
gis tui interfectrix es Hierusalem, in me-
dio tui, præ oculis uestris ab hostibus diuiden-
tur. nam congregaturus sum aduersus Hie-
rusalem quasuis gentes in præliū, quæ ciuitatem
ipsam obsidione prement atque obuallabunt,
& tandem quidem ea potientur. Expugnata
autem ea, & iam deuicta, multa patienter in-
fanda. diripientur enim domus eorum, & au-
feretur eis quicquid habent eximium, precio-
sum & desiderabile. Quin & mulieres & uir-
gines ipsorum uiolabuntur, neq; senibus tunc
parcetur neque pueris, neq; sacris neque pro-
phanis. Dimidium uero ciuitatis abducetur
in captiuitatem, ubi uilissimo precio ueni-
bunt, atque in seruitutem adigentur. Porro
quod occisis, aut iam in captiuitatem abductis
impijs, in ciuitate reliquum fiet, id ex ciuitate
ipsa non excindetur. nam Dominus hos ser-
uaturus, prodibit contra gentes illas, non
secus præliaturus cum eis, quam olim præliatus
fuit in die illo belli, quando rubri maris flucti-
bus, simul omnes perdidit Aegyptios. Nam
pedes eius tunc stabunt super montem oliua-
rum, qui ex aduersum Hierusalem est, ciuitati
ipsi ab oriente. Et mons ipse ad Domini ad-
uentum, sicut & olim cum daretur lex in mon-
te Sinai, scindetur medius in quatuor partes:
significans nimirum abolitis quatuor mundi
monarchijs, totius mundi imperiū penes Do-
minum esse, cui data omnis est potestas, tum
in cœlo tum in terra. Ut autem de monte ser-
monem meum persequar, is diffindetur, me-
dius ad orientem & ad occidentem, magna ad-
modum ualle. Ad hæc recedet dimidium eius
ad aquilonem, & dimidium ad meridiem. Fu-
gietis itaque ad uallem montium, siquidem ea
pertinet ad Azal usq;: neque cum minore ti-
more ac trepidatione fugietis, quam fugistis
olim, ob conspectum terræ motum, qui acci-
dit in diebus Ozia regis Iuda multo horrēdis-
simus. Quicquid altū & elatū est, tunc cōtere-
tur atq; humiliabitur: atq; tūc adfuturus est Do-
minus Deus meus, & omnes sancti eius ange-
li & quotquot pij sunt, ut habitet atq; uersen-
tur inter uos. Et erit tūc quidē tempus porten-
tosum,

Percute pas-
torem, &
dispergentur
oues.

Stabunt pe-
des eius in
die illa super
montem oli-
uarum.

disperdam
nomina id
omne de ter-
ra, & non
memorabuntur
nominibus.

10 osunt, quo multa præter naturæ ordinem ob-
 uenient: erit enim tempus, quo neq; lucidum
 planè erit, neq; tenebrosum. Non succedet die-
 es nocti, & diei nox: neq; luci tenebræ, & tene-
 bris lux. Sed ipse Dominus qui lux æterna est,
 illucescet omnibus. Vnus autem quidam dies
 obueniet, qui soli Domino notus est, adeo ut
 nec angeli Dei de eo sciant. Is autem neq; dies
 rectè uocari poterit, neque etiã nox: nam is
 præter naturæ ordinem sub uesperam illuce-
 scet. Egreduentur autem tunc ex Hierusalem
 aqua uiua, doctrinæ nimirum salutaris & ui-
 uificæ, quæ partim ad mare oriëntale, & partim
 ad mare posterius siue occidentale fluent, uni-
 uersum scilicet mundum irrigaturæ, neq; quic-
 quam erit, quod earum cursum inhibeat. neq;
 enim per æstatem inarescent, neq; hyeme con-
 gelabuntur. Deletis enim atq; deperditis mun-
 di regnis, Dominus ipse toto terrarû orbe rex
 erit. Neq; uerò tunc duo amplius populo Isra-
 elitico reges erunt, & regna duo, quæ regni di-
 uisio, & sceleratissimum duodecim tribuum
 schisma, sub rege factû est Roboamo: sed om-
 nium unus erit rex & Dominus, & nomen e-
 ius unum. Tota autem terra tunc benedicta e-
 rit, quippe quæ non montosa amplius, sed iam
 tota erit, sicut planities illa à Gabaa usq; ad Ri-
 mon, ad austrû Hierusalè, quæ exaltabitur: sub-
 limis atq; illustris erit, atq; suo in loco rursus
 à numerosissimo populo inhabitabitur, à por-
 ta Beniamin, usq; ad locum portæ primariæ,
 quæ ad orientem spectat. Et hinc rursus usq;
 ad portam angulorum: & ita porrò usque ad
 turrim Hannanael, ubi adseruari solent mille
 clypei: & illinc rursus usque torcularia regis.
 Quàm placidissimè autem in ea habitabunt:
 nam occidendi & persecutionis tãdem sine fac-
 to, habitabitur Hierusalem citra omne pericu-
 lum in altissimâ securitate. Hæc uerò pla-
 ga est, qua Dominus omnem illum populum
 qui contra Hierusalem pugnauerit, percussu-
 rus est. Neq; enim unquam impunè cuiquam
 fuit, quòd populum Dei diuexarit atq; afflixerit,
 sentient itaque & hi manum Domini, nam
 caro eorum contabescet atque computrescet,
 dum interim suis adhuc pedibus stabunt atq;
 ambulabunt. Cõputrescent item & oculi eo-
 rum in foraminibus suis, & lingua in ore ipso-
 rum: eritq; eorum grauissima afflictio. nam
 magna & horrenda erit inter ipsos plaga Do-
 mini: neq; enim alter alteri auxilio esse poterit,

In die illa exi-
 bunt aqua
 uiuæ de Hie-
 rusalem.

Hæc erit pla-
 ga, qua percu-
 ditur Domi-
 nus omnes
 gentes.

sed mutuis conflictationibus cadent, ita ut ap-
 prehensus aliquis sit manum amici sui, & ea
 unã cum amici manu præcideretur. Quin & im-
 pij aliquot Iudæi pugnaturi sunt contra Hie-
 rusalem: ciues uerò Hierosolymitani exhibunt,
 atq; colligent opes omnium gentium, quæ e-
 am circumiacent, abducturi domum aurum
 & argentum, similiter & magnam uim precio-
 sarum uestium, ac aliarum rerum. Neque enim
 erit quod ab equis, camelis, alijs ueiuentis,
 quib. opprimi possent, formident. nam eadem
 erit plaga equorum, mulorum, camelorum,
 asinorum & omnium iumentorum aliorum,
 quæ in castris illis erunt: nempe ut plaga ista ui-
 rorum, quibus caro, oculi, atq; lingua compu-
 trescent. Futurum est autem, rebus iam paca-
 tis, ut omnes ex uniuersis illis gentibus, quæ
 contra Hierusalem uenerant, residui, singulis
 annis ascensuri sint Hierosolyma, ad adoran-
 dum regem Domini exercituû, & ad celebra-
 dum festum tabernaculorum, festaq; carera.
 Quòd si qui ex indigenis terræ, Hierosolyma
 non ascenderint, regem Domini exercituum
 adoraturi, super hos nulla depluet pluuia.
 Quòd si populus Aegyptius non ascenderit at-
 que aduenerit, qui ob inundationem Nili, quo
 irrigantur, pluuia non ita moratur: si inquam,
 illi ad celebrandum festum tabernaculorum,
 reliquaq; duo festa non ascenderint, eandem
 sui peccati pœnam luent, atq; eadem ferent in-
 commoda quæ gentes aliæ, ad festum taberna-
 culorum non ascendentes. Quid enim uetet
 Dominum sistere & arefacere Nilû, per quem
 cœlitus nobis confertur pluuia, atq; omne bo-
 num. Tunc autem rebus omnibus pacatis,
 atq; multa in pace confidentibus Israelitis, de-
 dicabuntur equorum tintinabula ac phaleræ
 Domino, & fient ex eis lebetes in domo Do-
 mini: multi adeo sicut pelues corâ altari, qui-
 bus uictimarum sanguinem excipere sunt so-
 liti. Nam omnes lebetes, quos Hierosolymis,
 aut in uniuerso populo Iudaico inuenias, dedi-
 cabuntur quoque Domino exercituum: ut ue-
 nientes qui aliquid immolare uolent, paratos
 illic inueniant lebetes quos capiant, & in qui-
 bus coquant. Tanta autem rerum omnium
 ubertas erit, & abudantia, ut nemo futurus sit,
 qui re ulla egeat, aut auaritiæ studeat: un-
 de & nullus tûc amplius in domo Do-
 mini negociator futurus est, qui
 sordido lucro inhiet.

Finis Paraphræson in Zachariam.

IN MALACHIAM PARAPHRASIS.

Gravis expositulatio uerbi Domini cum Israele, per Malachiam.



CAPVT I.

DEVS opt. max. scelerati popu-
 li sui ingratitude, dum sem-
 per ad ingenium redeunt, ini-
 que serens: & maximè quidem

sacerdotum suorum, quos præ alijs pios esse
 condecebat, & probos, ac rudi plebecula om-
 ni morum probitate præluere, cõquerens su-
 per hac rei indignitate, Dilexi, atq; præ alijs to-
 tius mundi nationibus uos charos, ac peculia-
 riter mihi selectos habui, inquit. Qui hinc sa-
 nè colã

Omnes qui
 reliqui fuerunt
 de uniuersis
 gentibus, quæ
 uenerant con-
 tra Hierosolymam.

Hinc
 patet
 quod
 multi

Dilexi uos
 dicit Domi-
 nus: et dilexi
 stis, in quo
 dilexisti me.

in collaudandus uobis fuerat, & immortales ipsi per uos agende gratie. Sed pro impiissima uestra ingratitude duo hic responsatis Domino, interrogantes qua nam in re, & quibus argumētis suum illum uestri amorem doceat, atq; testatum reddat. Quæ obsecro blasphema & impia interrogatio hæc est? Non ne Esau Iacob germanus frater fuit? inquit Dominus. Atqui Iacob dilexi: Esau uero iisdem parentibus progenitum, & eodem partu editum, odio habui: quippe cuius montes desolatos reddidi, & hereditatem eius, ut eam inhabitent dracones deserti: cum interim uos restituti uestris sedibus, habitetis terrā multo fertilissimam, lacte nimirum & melle manantem. Ad hæc maledictionem Edomitarum perpetuam uolo, ita ut nunquam ipsis restituenda sint, unde eos abiici. Quare si cogitēt se destructos quidem ac deuastatos, sed quod denuo uelint restaurandis suis sedibus sese accingere, atq; colapsa reparare ac reedificare, sic quidem de eis dixit Dominus exercituum: Ipsi ædificabunt, at ego destruam. unde & regio ipsorum, regio uocabitur impia: & populus ipse censebitur populus, quē Dominus perpetuo derelictus sit. An non multo aliter uobiscum fecit Dominus, unde liquidō eius erga uos amore colligatis? Hanc quidē Edomitarum maledictionem præ oculis uestris uidetis, adeo ut quotidie eam deprecemini: gratias agētes Domino, ipsumq; super terra Israelitica uobis restituta magnifice laudantes, Dominum clementissimum & patrem piētissimum ipsum esse agnoscentes. Caterum filius honorat ac reueretur patrem suū, & famulus Dominum suum: si ergo pater ego sum, ubi honor mei est? Et si Dominus ego uobis sum, ubi mei timor est? ait Dominus exercituum. Neque id ipsi uulgo ac simplici plebeculæ, sed uobis loquor sacerdotibus: qui cum morum probitate alijs præluce re deberetis, omnium maximē nomen meum prophanatis atque despiciatis. Et interim quidem non pudet uos rogare, qua in re nomen meum despiciatis: cum abundē tamen sciatis, uos super altare meū offerre panē pollutum, ac parum bonum, potiora omnia uestræ mensæ seruantes. Quod si scire quoq; uelitis, quo pacto me polluatis atque profanetis: id inde fit, quod uobis uidemini de mensa Domini nō magnopere curandum esse. Qualiscūq; oblatio sit, quæ mihi offertur, digna censetur meo altari: quippe quæ illic comburenda sit, unde si quis cæcum quiddā offerat ad immolandum, non censetur malum. Quod si claudum quis offerat, & morbidum, bonum censetur, & non reijciendum. Sed offerte, quæso, illud homini, duci uestro. Bonam ne inibitis gratiam? Continuōne preces & uota uestra exaudiet? ait Dominus exercituum. Caterum nūc, agitedum deprecamini Deum, & miseretur scilicet uestri. Vestris sceleribus & improba auaritia uestra uobis hoc accidit, ut preces uestræ non exaudiantur. Itane ad quemlibet uestrum statim

respiret Dominus? atq; tam reijctas oblationes gratas haberet? Quis autem inter uos est, qui ostia atrij claudat, uetans huiusmodi sacrificia adduci, & ignē super altare meum incendi frustra, imō in uestram perniciem? nam nihil erga uos afficior, dicit Dominus exercituum. unde & nullum munus de uestra manu cupio aut uolo: siquidem ab ortu solis usq; ad occasum eius, magnū atq; multo in honore erit nomen meū, & ubilibet locorum nomini meo suffitus fiet, & oblatio munda ac integra: quia inter gentes, quas uobis reiectis mihi in populū assumpturus sum, maximi fiet nomen meū, inquit Dominus, quod uos pollutis atq; profanatis, cum uobis uidemini: atque ipsis factis dicitis, de mensa Domini non magnopere curandum esse: neq; uerbum eius, quod quidem ad escam attinet, ita magni pendendum. Et cum quidem oblationes uestras adducitis, mirum in modum uos ex ijs ferendis delassatos fingitis: & quasi pecus graue esset & pingue, ita illud in terrā anhelantes deijcitis: & nihil tam adducitis, nisi quod aut raptū, aut claudū, aut morbidum est. Atq; ita quidem oblationes uestras adducitis: placidōne animo, atque multa cum gratia, hæc mihi de manu uestra accipienda sunt inquit Dominus exercituum. Maledictus autem est dolosus, & huiusmodi hypocrita, qui cum est in grege suo aliquid masculum & eximium, uouet atque immolat Domino: quod corruptum est & reprobum, id quod honori meo derogat, atque maiestatem nominis mei eleuat. Nam rex magnus ego sum, ait Dominus exercituum, & nomen meum uenerandum atq; terribile est ipsis gētibus: licet uos, quibus uel maximē colendus eram, illud despiciatis atq; dehonestatis.

CAPVT II.

Nunc itaq; ad uos attinebat mandatum hoc, o sacerdotes. Vestrum enim est hic respiscere, atq; peccatum uestrum agnoscere. Nisi enim audieritis, atque in animum induxeritis nomen meum honestare, atque modis omnibus illud clarificare, dixit Dominus exercituum, maledicturus atq; pessimē uos tractaturus sum: pro meis in uos beneficijs, mala uobis repensurus. Quin & iam dudum mala uobis bonorum loco repēdo, quando nihil adeo hæc in animum uestrum inducitis, ac nihil profus me moramini. Ecce enim, corrumpto uobis semina uestra per agros dispersa, & inspergam uobis ipsa oblationum uestrarum excrementa in faciem uestram: excrementa illa inquam, quæ per festum solenne ad immolandum adducitis, quæ uos in se conuertent, atque scēdissimē summa cum ignominia commaculatos dehonestabunt. Et tunc quidem cognoscetis, quod magno uestri amore ad uos mandatum hoc miserim, ut pactum meum cum Leui initum persisteret, atq; ratum maneret. Neq; enim per me stat, quo minus id perftet: sed in uobis omnis hæret culpa, inquit Dominus exercituum. Pactum longæuitatis

Ab ortu enim solis usq; ad occasum, magnum est nomen meū.

Dispergam super uultū uestrum stercorem solentis tum uestrorum.

Non homo
tu patrem,
Esau uero
meū suum.

& pacis mihi fuit cum eo, quæ ipsa quidem ego ob mei timorem illi præstiti. Sic enim me timuit & reueritus est, ut mei timore contereretur atq; macresceret. Vera lex fuit in ore eius, quippe qui extra diuinam legem nihil præcepit, neq; docuerit. Et nihil iniquum, aut à Dei lege alienum in labijs eius inuentum est. In pace, & pulchre quietus, animo æquissimo mihi ministravit: & multos quidem, ea quæ rectè docebat, factis comprobando, ab iniquitate & scelerata sua uita retraxit. Labia enim sacerdotis, si suo uolet satisfacere officio, custodiēt scientiam, unde & in lege Domini nocte ac die meditabitur. nam legem quisq; requiret ex ore eius, quippe qui minister atq; legatus sit Domini exercituū. Vos uerò tota erratis uia: neq; enim legem meam nouistis, nec præstatis scientia & eruditione: unde & multis in lege offendiculo estis, in malum eos inducentes, unde patrens ille uester Leui multos retraxit. Itaq; non ego, sed uos irritum fecistis pactum cum Leui initum, inquit Dominus exercituum. Hinc itaq; & ego uos toti populo reddidi cōtemptibiles, atque abiectos pari modo, quo uos, id quod ego præcipio, aspernati estis, in ijs quæ ad legem atinent, personā spectantes, id quod sedulo adeo uobis est uetitum. Non ne omnibus nobis unus est pater, ita ut nemo alium iuste possit despiciere, ac alteri se præferre? Nonne & unus atq; idem Deus est, qui nos creauit? cuius legem omnibus seruaram decet. Cur ergo spernit quispiam fratrem suum, ac perfidè cum eo agit, uiolando pactum siue uinculum conjugale, à patribus nostris sanctè & religiosè obseruatum? Iudas spreuit atq; perfidè egit, & etiam inter Israelitas abominandè actum est, imò & in ipsa ciuitate Hierosolymorum. Nam Iudas profanauit sanctum Domini, legitimum nimirum coniugium, quo Dominus mirum in modum gaudet, & quo unice afficitur. Duxit enim sibi in uxorem filiam dei extranei: id quod cum lege mea planè pugnat. Proinde Dominus excindet uirum qui hoc fecerit, tum patrem tum filiū, è tentorijs Iacob: etiam sacerdotē ipsum, munus Domino exercituū offerentē. nā huius erat, rectius populam instituere, atq; à uijs hisce malis in ueram uiam reducere. Secundò & hoc facitis, quod introductis concubinis alienigenis, in ipsas uxores uestras nimis estis iniuri. Lachrymis enim, fletu, ac miserando clamore & eiulatu altare Domini opulent & circumstrepunt: unde non amplius uestram oblationem accepturus sum, neq; æquo animo quicquam de manu uestra accepturus. Quòd si causam queratis, ea in promptu est, nimirum quòd Dominus inuini inter te & adolescentiæ tuæ uxorem, quam tu despexisti, coniugij ueluti testis factus est: tu tamen non uereris perfidè cū ea agere, cum sit ipsa socia tua, & ex fœdere tibi coniunx legitima. Nullo certe maiorum uestrorum exemplo hæc facitis, qui in suas uxores magis cōsueuerunt esse p̄i. Obieceritis hic fortassis unum quandam ex-

Nūquid non pater omnium nostrum.

Dominus testificatus est inter te & uxorem puertatis tuæ.

cellētis ac magni spiritus uirum, nempe Abrahamum, qui præter quòd Saram uxorem habuit, etiam cum Agar concubuit. At nulla huius in uxorem impietas fuit & iniuria, qualis uos tenet. Sed quid obsecro Abrahamus ipse fecit? An studuit suæ libidini? & suas sectatus est concupiscentias? Imò quærebat semen Dei, semen illud à Domino Deo sibi promissum. Proinde uos caute, ne quid huius exempli uestram impietatem obuoluaris & excusetis: sed toto ex animo sedulam in hoc impendite operam, ne quis adolescentiæ suæ uxorem despiciat, & tam neglectui habeat. Porro si cui uestram uxor est, quam odio habeat, neque ferre possit, dimittat eam, inquit Dominus Deus Israel, & coniugio alterius uiri honestabitur. Vos igitur toto pectore caute, ne eas despiciatis, ne ue quicquam in ipsas sitis iniuri.

CAPVT III.

Perquam molesti estis Domino, blasphemis uestris sermonib; ipsumq; planè improbitate nimia delassatis: & interim quidē uobis ipsis sanctuli uidemini, rogitantes quæ nam in re ipsum delasseris. Quis obsecro ferat, atq; non delassetur, cum dicitis, quemlibet malefacientem Domino bonum censeris? atq; uiris improbis eum gaudere. nam si secus esset, Deus proferret iudicium suū, nec bene ita esset malis: & p̄ijs, atque ad legem Dei uiuentibus, non ita male ac miserè. Sed agitedum, meminisse uos condecet, quòd longanimitas hæc Dei bonitas impios ad pœnitentiam inuiter: & quòd lento gradu ad uindictam sui diuina procedit ira, tarditatemq; supplicij grauitate compensat. Nā ecce ego mitto angelū meum, qui uiam mihi paret, uerrat atq; emundet. Et ea parata, Dominus ille quem uos quaritis, angelus inquam fœderis ac testamenti noui, quē impensè adeo desideratis, mox ad tēplum suum uerturus est. Ecce iam uenit, neq; diu morabitur, dixit Dominus exercituū. Et hic quidem, quantum uis dormitare uobis uideatur, redditurus est unicuique secundum facta sua. Sed quis quæso ferat diem aduentus eius? Aut quis consistat, ubi ille apparuerit, in cuius conspectu non uiuificabitur ullus uiuens? Adfuturus enim est ut ignis probatorius, quo argyrocopi suum solent aurum aut argenti ab omni scoria repurgare: uel ut lauatiū smegma, qua sordes uestium eluuntur. sedebit enim ut qui argentum probat ac repurgat, purgatur filios Leui, quos ipse ut aurum aut ut argentū probabit, reprehensurus nimirum perquam acerbè & asperè Scribarum & Pharisæorum impietatem: qui nisi respiciant, aliud Leuitarum genus in ipsorum locum substituet, qui offerant Domino iusta & ipso digna sacrificia, hostias nimirū spirituales, fructum labiorum consentientium nomini eius. Et erit sacrificium Iuda & Hierusalem, tunc Domino gratum atq; acceptum, ut olim atq; multis ab hinc annis. Accedam autem ad uos iudicaturus, & ero contra maleficos, adulteros, per-

Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu Domini.

Accedam ad uos in iudicio, & ero testis uelox maleficis & adulteris.

uros, & qui mercenarij mercedē detinent: qui
 item uiduas & pupillos ui opprimunt, uelox
 ac bene prāmeditatus testis: item contra eos,
 qui nullo cum mei timore peregrini cau-
 sam peruertunt, dixit Dominus exercituum.
 apud quem tunc uidebitis, malis non impunē
 fore, quōd malefecerint, & iustos bonam rece-
 pturos suā pietatis mercedem. Ego enim Do-
 minus conso mihi, neque uestro more senten-
 tiam meam muto. Quicquid futurum dixi, id
 certo eueniet. Prādixerā uos in captiuitatem
 abducendos, sed non consumendos: id quod
 ita euenisse in confesso est. Et ex hac mea pro-
 missione huc reducti estis, & non consumpti:
 sed hinc parum grato erga me estis animo, ue-
 rum uestro more facitis atq; antiquum obtine-
 tis. Siquidem a diebus patrū uestrorum a meis
 institutis recessistis, atq; ea neglexistis: sed re-
 uertimini ad me, & ego reuertar ad uos, ait Do-
 minus exercituum. Cāterum & hic rogatis,
 qua in re, quomodo, aut qua uia reuerti uos
 oporteat. An iustum & æquum esse censetis,
 ut homo Deum despoliet? Sed non despolias-
 se me uos dicetis: uerūm agitedū, cogitate uo-
 bis, an bona satis fide persoluatis mini-
 stris meis decimas atq; primitias, alias uel obla-
 tiones uestras? Hac de re maledictione maledi-
 cti estis, & malis malē exercemini. Hic enim
 me despoliatis, atque furti apud me tenemini:
 quotquot uestrū estis. Proinde adferre suas
 quisq; decimas in domum thesaurariam, hor-
 reum nimirum sacerdotale, & cedere quod ha-
 ctenus rapitis sacerdotibus meis: atq; hic que-
 so de me periculū facite, inquit Dominus, an-
 nō ipsas cœli cataractas uobis aperturus sim,
 quiduis boni uel ex imo fundo, p̄fusissimē uo-
 bis demissurus? adeo ut non satis uobis uaso-
 rum futurum sit, ad tantā benedictionem exci-
 piendam. Auertam enim uobis locustas, bru-
 chum, & hoc genus deuorantia, ne uobis ter-
 ræ fructum corrumpant: nec ulla uobis in a-
 gro uitis erit sterilis, inquit Dominus exerci-
 tum. Tunc uerō gentes hanc tantam ferti-
 litatem & rerum copiam uidentes, beatos uos
 esse deprādicabunt, qui terram teneatis tā fer-
 tilem & amānam, inquit Dominus. Multis
 nimium ac blasphemis contra me uerbis agi-
 tis, inquit Dominus. Quōd si interrogetis,
 quid nam illud sit, quod contra ipsum locuti
 sitis, non ne dixistis, uanum esse, nec bonam a
 Domino retributionem eum habere, si quis
 Deum colat? Quorsum enim utile nobis fuit:
 aut quid ad nos peruenit emolumentum, quōd
 prācepta eius custodierimus? quodq; humili-
 ter ac submissē coram Domino exercituū uer-

fati sumus? Quin potius superbi ac improbil-
 simi quiq; nunc nobis censeri possunt beati-
 nam qui impiē agunt, domos habent undique
 auctissimas, rebusq; omnibus abundant. Imō
 & Deum ipsum tentare non sunt reueriti, & ta-
 men impunē tulerunt. uerūm qui Dominum
 timent, ab huiusmodi blasphemijs abhorren-
 tes, longē aliter rem interpretati sunt. Dixerūt
 enim illi inter se, ad suum quisq; amicū, quōd
 & attendat Dominus, & rem omnem satis au-
 diat atq; cernat, non omissurus uindictam im-
 piorum, quantumuis diu cesset atq; moretur.
 Et quōd ei in gratiam eorum qui Dominum
 timent, atque de eo cogitant, liber conscriptus
 sit, qui ei factorum omnium memoriam refri-
 cer: mercedem enim sui laboris a Domino ex-
 pectant abundē magnam. Profecto ij erunt
 mihi, inquit Dominus exercituum, peculium
 quoddam & felicissimus populus tunc tempo-
 ris, quando adero iudicaturus. Vnde & ipsis
 parcam, quemadmodum quis parcat filio suo
 se colēti, atq; sibi unice charo. Et tunc quidē in
 alia eritis sententia, & uidebitis quantum in-
 terfit inter iustum & impium: inter cultorem
 Dei, & inter non colentem ipsum.

*Scriptus est
 liber moni-
 menti corā
 eo timentib.
 Dominum.*

CAPVT IIII.

NAm ecce, quanquam uobis Dominus
 dormire profus, nimirūq; uobis cessa-
 re uideatur, dies ille aduenit, ardens
 quasi clibanus: & omnes superbi, & quotquot
 impiē agunt, erunt quasi stipula: aut fenū ex-
 aridum, nam diē illum qui appetit, citoq; uen-
 turus est, eos inflammaturum atque incendio
 consumpturum, dixit Dominus exercituum,
 adeo ut illos radicitus atq; profus sit deperi-
 turus. Cāterum uobis qui nomen meum ti-
 metis atq; reueremini, iustus exortietur sol, qui
 suis radijs salutē adferat, ueram nimirum re-
 demptionem & gaudium ineffabile. Egre-
 die mini enim, & procreseceris, atq; multiplicabi-
 ni sicut uituli saginarij. Tunc uos conculcabi-
 tis impios, uos quondam opprimere ac con-
 culcare solitos: erunt enim ut cinis sub plantis
 pedum uestrorum eo in die, quo ego iudico, di-
 xit Dominus. Sed interim memōte legis Mo-
 si serui mei, quam toti populo Israelis in Ho-
 reb mandauit: item statutorum, & eorū ad quæ
 iudicandum uobis est. Ecce ego mitto uobis
 Heliam prophetam illum meum, antequam di-
 niat: idq; ut conuertat & patrum corda cum
 filijs, & corda filiorum cum patribus suis, ne
 quando ueniā, & terrā simul omnem
 ad internecionem percutiam
 atq; deperdam.

*Ego mittam
 uobis Heliam
 prophetam,
 antequā ue-
 niat dies Do-
 mini.*

FINIS PARAPHRASEON IN DVODECIM PRO-
 phetas minores, auctore Ioanne Tosarrio Aquilouicano.

64
PARAPHRASIS IN SAPIENTIAM SALO-
MONIS, AVTORE IOANNE TOSARRIO
 A Q V I L O V I C A N O .

CAPVT I.



SALOMON rex uerè sapiens, ut qui sapientiam præ omnibus mūdi diuitijs ac honoribus electam, à Domino Deo cælitus obtinuerit, suprâ quàm ulli unquã mortalium contigit, cognitum, longoq; rerum usu compertum habens, quanti referat principes uiros esse pios ac bonos, qui mundi gubernaculis assidentes, omnem ferè promiscuã hominum multitudinem ad se imitãdos pertrahunt: atq; non secus suis moribus, atq; exemplo eos dirigunt, quàm ex huc aut illuc ducto clauo totam suam nauẽ gubernator nauicularius. Et populum ferè eiusmodi esse, qualis ipsorum rex est, ac ductor: quãdo uix fieri potest, ut malus dux bonos habeat comites. Appellans hic omnes terræ iudices, uiros primarios, ac quouis modo in eminentia aliqua cõstitutos, tum sacros tum profanos, ita ut apud imperatores, reges, duces, comites, & qualicūq; magistratu ac dignitate præstantes: item & ad pontifices, episcopos, abbates, uirosq; pastores atq; ecclesiasticas omnes, ex quo eius pertineat oratio. Diligite, inquit, iusticiam, qui orbis estis rectores, ac iudicatis terram. Ferè fit, ut qui dignitate ac potestate præcellitis, licere continuo uobis putetis quod lubet. Quæ res omnẽ parit iniusticiam, ac meram tyrandem: unde amplectẽdam hic nobis monet, uitam iustã ac rectam, & in subditos piã & bonam, ita ut Dei timentes, cognoscamus eum fandi atq; nefandi memorem, cunctaq; nostra facta cælitus eũ introspicere, iuxta quæ Dominus aliquando unicuiq; redditurus est. Ne cogitetis apud uos, nullũ esse deũ: aut si quis sit, eum nulla humanarum rerum cura teneri, ita ut malis impunè liceat esse malis, & quod pij incassum pietati studeãt: sed curate piè ac rectè de Domino sentire, ipsumq; animo sincero, simplici, ac omnibus huius mundi desiderijs defæcato querere. Nam ab his solis inuenit, qui abnegata omni impietate & mundanis cõcupiscentijs, ex eius bonitate & misericordia pendent, sine fũco studẽt iusticiæ, ac terredis Domini uijs. Etenim ijs qui ipsi fidũt, ita ut corda per fidẽ habeãt purificata, cõspiciendũ se præbet, ac familiariter notus cũ eis uersatur, in omnẽ eos inducens ueritatẽ ac iusticiam: uerũ cogitationes prauæ ac incredulæ, hæ mentis oculos obtenebrãtes, à Deo nos segregant, atq; in omnẽ inducunt errorẽ ac iniusticiã, ita ut & erret aliquis, & in errorem alios inducat. Sed qui spectata fide, ac uerè probus est, is iusta rectaq; uia incedens, insipientes, atq; à uero aberrantes redarguit, atq; in uia reducit. Nam qui animo tam doloso ac improbo sunt, ut de

uirtute locuti clunẽ agitãtes, bene loqui tantũ gaudeant, ne digitulo quidẽ eam attingentes: hi certè ueræ sapiẽtiæ nihil sunt capaces, ut quæ corpus peccatis adhuc seruũ inhabitare nolit, ac horreat. Spiritus enim sanctus, qui ueræ solidæq; disciplinæ unicus doctor est, refugit peccatus ita dolosum ac improbũ, procul se subducens ab eis qui cogitationib. uanis impulsũ, stultè adeo se à cognita ueritatis uia deflectunt, & itã in omne uitium sunt cerei. Nam hac eorum iniusticia dehonestaretur, atq; præter meritum malè audiens pudesceret: siquidem ad omnem humanitatem atq; comitatem cõpositus est sapientiæ spiritus, mōres inducens mansuetos, temperãtes ac benignos, & animũ lærum, tranquillum ac omnibus beneuolũ: unde & maledicum, sui ac suorũ contemptorẽ, à labiorum suorũ blasphemis conuicijs minimè absoluet. Nam Deus, quẽ nullis uerborum inuolucris quis fallat, cui & causam suã nemo intricet atq; obnubilet, scrutator renum illius est, cuncta eius desideria cognita habes: & perspicit etiam ad amulsim, quid corde quis cogitet ac statuat, assidue etiã auscultãt ea quæ lingua quis proloquitur. Nam spiritus Domini auribus ita longum extẽdit, ut totum terrarum orbem impleat: unde & id quod suo ambitu cuncta concludit atq; continet, nouit atq; intelligit, quid uox humana sonet ac loquatur. Quãobrem qui iniqua loquitur, minimè illum latet. Et iudiciũ illud, ubi de omni uerbo uano aut ocioso reddẽda ratio est, illum uelut ignotũ non præteribit: siquidem & de cogitationibus impiorũ accurata fiet inquisitio, adeo ut Dominus, quæ nũc in tenebris occulta sunt, illustraturus aliquando sit, & omnia prauorum cordium tãcita cõsilia patefacturus: ad quẽ & omnium sermonum eorum strepitus pertingit, ut hisce uidelicet, ceu certissimis animi indicijs, scelera eorũ detegantur atq; cõuincantur. Auris enim diuinæ benignitatis, quæ tenet ad eũ nos deamat, ut nullum in amore patiatu riualem, omnia audit, ita ut mussantium ac tacitè susurrantium etiã murmurilla illum ultorẽ non fugiãt. Fugite itaq; susurros, ac murmur inutile, atque ab obtrectationibus linguam abstinete. Nam obtrectatio, quantumuis clãcularia, nemini permanebit impunita. Caterũ os mēdax, quod falso alicui obtrectat, atq; per calũniam obesse studet, id animam in certã inducit mortẽ. Itaq; nolite quãso manifestum uobis exitiũ, ueluti data opera, cõciliare, nihil in uita pensi habentes, ac præstigijs huius mundi seducti. Neq; operibus propriarum manũ uestrarum, ueluti proprio iumẽto, uobis perniciẽ attrahite. Nam Deus, ut ne id uobis persuadeatis, mortẽ non fecit, neq; oblectatur interitu uiuentiũ: sed gauderet potius peccatorem respiscere, ac uita felicem

Diligite iusticiam qui iudicatis terram.

In maleuolã animam nõ introibit sapientia.

Quod continet omnia, scientiam habet uocis.

Os quod mēditur, occidit animam.

Deus mortẽ non fecit,

licem uiuere, quādo uniuersa per eum condita sunt, ut sint, non ut corrūpantur ac intereant. Nam prima illa mundi creatio, undecunq; intergra fuit in introitu, ac salutaris, ita ut nullum ea habuerit lethale uenenum: neq; tunc beata illa hominis immortalitas quicquam in terra hac norat de inferiorum regno. Iusta enim eius innocentia, morti nihil erat obnoxia: sed impij protoplasti, Domini Dei legem iam transgressi, dictis iuxta ac factis mortem sibi ipsis accersuerunt. Arbitrati enim boni ac mali sciētia eā sibi amicam fore, plurimumq; profuturam, sensim contabuerūt, atq; in mortem delapsi sunt: cum qua, postquam scēdus impij omnes iniēerunt, mundo huic terrestri per omnia dediti, dignos se esse testati sunt, qui mortis essent participes, eamq; obirent.

CAPVT II.

Impij enim nihil rectē ratiocinantes, atq; animam simul cum corpore interire credentes: Breuis, intra se inquit, ac mēore multaque miseris undiq; plena est uita nostra. Neque ullum usquam est inuenire pharmacum, quod mortem arceat. Porro post obitum semel mortem, quis obsecro agnitus est, qui ullo unquam tempore rediuiuus ab inferis ad nos redierit, quid ab hac uita de nobis agatur, docens & exponens? Certē ut fortuito ac temerē nati sumus, ita & post uitā exitam nullo erimus neque numero, neq; loco digni, perinde ac si nunquam in mundum prodijsemus. Spiritus enim uitalis, quo, dū uiuimus, per nares nostras spiramus ac respiramus, planē instar euanescentis fumi est: qui de fumario progressus, continuo disparet. Et mens nostra instar exiguæ scintillæ se habet, quam cordis agitatu conseruamus: quæ cum extinguitur, iam mortuum continuo corpus effertur, atq; elatum abit in cinerem: spiritus uero uitalis, ut mollis inanisque aer diffunditur. Quin & nomen nostrum, quod quisq; sibi gaudet relinquere bonum & honestum, id progressu temporis intermoritur quoq; atque in obliuionem uenit: ita ut pauculos post annos uix quisquam sit, apud quē rerum per nos cum laude gestarum, inuenias memoriam. Itaque elabitur atq; transit nobis uita nostra, ueluti aquilonibus celo pulsa nubecula, aut in morem nebulae, quæ radijs solaribus, ac solis calore grauata dissipatur, atq; euanescit. Aetas enim nostra, quid aliud quā umbra quædam est, quæ opinione citius transit, atque recedit? Et interim à morte nostra, nulla cuiquam spes est huc remeandi: quippe quæ obsignata, ac certa cuique statuta sit, constitutis nimirum nobis terminis, quos nemini præterire liceat: quare & nemini redire datum est. Agite igitur, & positis curis omnibus, fruamur præsentibus bonis: & rebus in nostrū usum creatis, utamur perquam alacriter atque certatim, non secus quā iuuenili ætate. Assatim nos preciosissimo quoque uino impleamus, atq; fragrantibus unguentis nos aspergamus, & corollis ex floribus uernis

consertis nos exornemus. Coronemus nos, inquam, rosarum caliculis, antequam emarcescant. Nemo nostrū, aut etiam eorum qui ad nos accedunt, exors sit nostræ luxuriæ, ut non aliqua parte illi per nos bene sit: & relinquamus ubique nostræ laticia trophæa ac signa. siquidem hæc una potissima pars nostra est, atq; adeo hæreditas, quæ sortitō nobis obuenit: extra quam nihil quicquam aliud habituri sumus. Et impium quidem hoc hominum genus, hac sua impia ac lasciuia uita parū adhuc contentum, de opprimendo præterea proximo cogitat, ac modis omnibus ei imponere: atq; adeo innocentem Christum Dominum, & quicumq; Christi sunt, in mortem inducere molitur. Per uim, inquit, atq; tyrannidem opprimamus pauperem & iustum: ne parcamus uiduæ, neq; senis reuereamur canos annosos. his enim facillē superiores fuerimus, atque nullo labore ab eis quiduis, quod luxum nostrum alat, extorsimus: quippe qui uim aduersus quoslibet pro lege iusticiæ habebimus. Siquidem quod imbecille, mundo contemptum ac reijciculum est, id neuitquam nobis conducere constat, ut lucro aut emolumento ullo nobis sit. Insiidemur itaq; atque structis rechinis circumueniamus iustū modis omnibus, nobis inutilem ac intractabilem. contrarius enim est, atq; oblatrat operibus nostris: à Mose quidem nos legem accepisse dicens: sed non esse inter nos unum quenquam, qui factis eam præstet. & quod grauius est, ex patre diabolo nos dicit esse natos, atque eius nos ingeniu in omnibus operibus nostris referre. Exprobrat enim nobis, quod & propter traditiones nostras diuinæ legis præuaricatores sumus. Errores etiam disciplinæ nostræ nobis obijciens, errare nos dicit, atq; scripturas nos non intelligere. Quibus quidem modis nos miserē traducit, omnemq; autoritatē nostram apud imperitum uulgus eleuat. Iactitat sese, ut qui Deum norit, nobis exprobrans, quod Deum dicamus patrem nostrū esse, quem tamen non cognoscamus: Sed ego, inquit, noui eum. Et si me nosse eū negare, similis uestri mendax essem. Sed ego, inquit, eum noui, & sermonem eius seruo. Quin & Domini Dei filiū se nominat, cui dicto dū reclamamus: Vos dicitis me blasphemare, inquit, q; me dixerim filiū Dei esse. Si nō facio opera patris mei, nolite credere mihi: si uero facio, & mihi nō credatis, saltē operibus credite: ut cognoscatis & credatis, q; pater in me est, & ego in eo. Certē in hoc natus, ac nobis immissus uideri potest, ut cogitationes nostras uulgo prodens, ubilibet nos iniquitatis traducat: unde sub conspectum nostrum eum ferre, neq; oculis æquis eum aspiciere possumus. siquidem uita eius, modis omnibus nostræ uitæ dissimilis est. Neq; eius uis quicquam cum nostro uiuendi more conuenit: siquidem ille nos pro scoria reputat, generationem prauam nos uocās, & adulterinam, uiperarumq; genimina: unde & à uis nostris non secus ab-

Circumueniamus iustū, quoniam inutilis est nobis.

Gratis nobis est, etiam ad uidentū.

Non ergo fruamur bonis que sunt.

stinet, atq; à sordidissimis inquinamentis. Si-
nitate illos, inquiens: nam cæcorum cæci duces
sunt, tenduntq; in interitum. Porro iustorum
extremum finem beatum ille censet, quãtum-
uis hic malè cum ipsis agi uideatur: & magni-
ficè atque arroganter admodum gloriatur se
Deum habere patrem, atq; ex eo se natum. Sed
uideamus obsecro, quàm sint uera quæ prædi-
cat: & experiamur, quæ nã in exitu eius illi sint
euentura. nam exitus acta aut probat, aut dam-
nat. Si enim iustus ille filius Dei est, adiutabit
atq; eripiet eum, liberaturus eum de manu ob-
stinentium, ac ipsi reluctantium. Sed omni cõtu-
melix ac tormentorũ genere exploremus eum,
ut discamus quàm futurus ille sit mansuetus
atq; æquanimis: atq; ita inquiramus ac tente-
mus eius patientiam ac tolerantiam. Turpiter
datq; morte eum condẽnemus: tum enim ex uer-
bis penitus hominẽ inspicere atq; pernoscere
licebit. Hęc illi secũ cogitarunt atq; statuerunt,
crassissimis implicati tenebris, ac tota uia errã-
tes. Excęcauit enim eos inuida sua malitia, qua
fit, ut de arcanis Dei, de Sacris scripturæ elo-
quijs nihil cognouerint, neq; innocẽtiæ præmi-
um ullum post hanc uitã sperandum putarint:
quippe qui nihil intellexerint, quo honore ani-
mæ inculpatq; ac scelerum omnium puræ, olim
afficientur: nimirum quod Deus creauit homi-
nẽ morti siue corruptioni minimè obnoxium,
sed ad suę ipsius naturæ imaginẽ immortalem
ac perpetuò uicturum. Nã quod ad mortis ty-
rannidẽ attinet, ea per diaboli inuidiã, qua ho-
minibus beatã hanc immortalitatem, unde ip-
se exciderat, inuidebat, orbẽ terrarum inuasit.
Et hanc quidẽ sectantur, atq; in ipsam incidit,
quicumq; illi per iniusticiam suam sunt addicti.

CAPVT III.

CAeterum iustorũ animę, quando illi Do-
minum uitæ autorẽ sunt sectati, in ma-
nu Dei sunt saluæ & incolumes: & fieri
non potest, ut eos ullus attingat cruciatus. Insi-
pientibus quidẽ, & ijs qui Domini uias igno-
rãt, uisi sunt interire ac emori: exitus eorũ exi-
stimatus est compluribus multo miserimus.
quodq; decurso uitæ spacio à nobis dura per-
tormẽta hinc decedunt, reputatur impijs cõtri-
tio planè, ac deploratissima subuersio: cũ tamẽ
illi felici pace fruãtur. Licet enim corã hominũ
oculis miserè sint excarnificati, ac grauissimis
supplicijs exerciti: spes tamen eorũ, quæ mini-
mè ipsos frustratur, absolutam ac felicissimam
habet immortalitatẽ. Paucis enim flagellis ac
plagis hic parumper castigati, innumeris olim
bonis felicitatibus remunerabũtur: siquidem
Dominus Deus uarijs modis eos exploratos,
inuenit se, beatoq; suo sodalitiõ dignos. Certè
explorauit atq; probauit eos, ueluti fuluũ spe-
ctatur in ignibus aurũ: & nulla inuenta in eis
scoria, ueluti oblationẽ gratissimi holocausto-
matis excepit eos. Itaq; cum tẽpus illud aderet,
quo Dominus Deus acta illorũ inspiciet ac re-
cognoscet, tũ præclari ac illustres miro splẽdo-
re fulgebunt. Certè iusti tunc sicut sol splende-

bunt in regno patris sui, fulgorẽ de se praben-
tes ueluti sãmarum scintillantia incẽdia, quæ
ferũtur per incensas leues stipulas. Itaq; quos
hic traxerunt impij, atq; calumniati sunt ad sua
tribunalia: ijdẽ tunc cõsident, ut de ipsis atq;
omnibus gẽtib. iudicet, populis uarijsq; mun-
di nationibus dominaturi. nã Dominus per-
petuum sibi in eis habiturus dominiũ atq; im-
perium est. Porro quisquis in eũ fiduciam col-
locat, ac uoluntati eius obtemporat, is certè ueri-
tatem intelliget. Et qui in ipso diligendo fide-
liter perseuerãt, indiuisim ei adhærebũt, nun-
quam ab eius consortio separãdi: quoniã gra-
tia & misericordia, omnesq; bonæ felicitates
manẽt sanctos eius, & summa cura electos su-
os fouebit atq; exhilaraturus est. Verum impij
incidẽt in pœnã prauis suis cogitationibus di-
gnã: idq; quod neglexerint, atq; aspernati sint
iustum, & quod à Domino uero ducẽ, ac om-
nis sapientiæ fonte descuerint. Atqui modis
omnibus miser is est, quisquis sapientiã ac di-
sciplinam nihili faciẽs, recta doceri recusat: ex-
tra quæ quicquid sperat impius, id uanũ ac ina-
ne est. Quare & omnes eius labores, & quic-
quid studet atq; conatur, absurdũ, atq; profusũ
infrugiferum est, ita ut omne quod molitur ac
laborat, inutile planè sit, & dãnosum etiã. Hinc
impiorũ uxores de maritorũ suorũ exemplo
uidere est uecordes & fatuas, & liberos eorum
prauos ac sceleratos, atq; adeo omnẽ eorũ po-
steritatem execrandã & abominabilem: ita ut
prẽ his beata mihi censenda sit sterilis ac imma-
culata, quæ per delictum nullo lecto cognito,
nullos tales, pduxit posteros. Huius enim fru-
diũ & labor infrugifera non erunt: siquidẽ fru-
ctum & mercedẽ se dignam accipiet, cum ani-
marũ aliquãdo fiet inspectio, atq; omnium re-
rum per corpus gestarum habebitur cognitio.
Pari modo & eunuchus horum collatione fe-
lix est, qui praua posteritate carens, manib. suis
nihil iniqui designauit, neq; mali quicquã con-
tra Dominũ meditatus est. Vnde & præmium
refert nõ pœnitendũ: siquidem præelectũ illud
fidei donũ dabitur ei, & fors ei obueniet in tẽ-
plo Dei q̃ maximè optabilis, nẽpe ut Deo rex
sit & sacerdos: siquidẽ bonos ac pios conatus
gloriosi ac inclyti fructus comitãtur, & prudẽ-
tix radix nõ emoritur, nec intercidit. Mœcho-
rum uerò filij instar partus abortiui se habent,
atq; parũ feliciter adolescentes, ueluti in herba
prẽcidũtur, ad maturã ætatem nõ pertingẽtes:
imò semen ex thoro illegitimo suscitãtũ, è me-
dio tolletur, atq; abolebitur. Nam ut maximè
grãdescant illi, atq; lãgæui euadãt, cõtempnim
atq; pro nihilo habentur, ita ut senectus eorũ
extremè abiecta sit & contẽpta. Si uerò præma-
turẽ mortẽ oppetant, nullã habebunt spẽ qua
fulciãtur: neq; in die iudicij, quãdo uidelicet de
ipforũ factis cognoscetur, ullũ inuenient sola-
tium. Itaq; iniqua generis propagatio, difficilẽ
ac durũ sortitur exitũ.

CAP. IIII.

Quare præstat cum uirtute sterilem per-
manere, & liberis omnibus orbum,
quã

Morte tur-
pissima cons-
demnemus
cum.

Impij autem
secundu quæ
cogitauerunt,
corruptionẽ
habebunt.

Tanquã du-
rum in for-
nace probas-
uit eos.

Bonorum e-
nim laborã
gloriosus est
fructus.

quàm iniqua & illegitima posteritatis propa-
gatione fecundū esse: siquidem qui in sterilita-
te hac sua uirtuti studet, ac iusticiæ prius cultor
est, huius apud Deum nunquam interibit me-
moria, quippe qui sua probitate & apud Deū
& apud homines innotescit. Vnde & piā hanc
orbitatem, dum adest, beatam existimant: & si
absit, modis omnibus censent expetendam, ut
quæ perpetuò corollis obuincta, ceu in pom-
pa triumphali, multo cum honore incedit, atq;
trophæū statuit: idq;, quod obtinuerit palmā,
ac fortiter certamen pudicitie decernat, extra
legitimum coniugij thorū nullum in delicto
lectum cognoscens alium. Porro numerosa il-
la posterorum turba, quæ ex impiorum proce-
dit fecunditate, inutilis planè erit, sponsi Pene-
lopes, nebulones Alcinoiq;, unde & ad nullā
bonam frugem perueniet. Et qui ex adulteri-
nis ac nothis propagantur stolonibus, haud al-
tè suas agent radices, neq; firmam basin aut so-
lidum fundamentum sibi facient, in quo persi-
stāt. Licet enim ramis suis aliquandiu pulchrè
florere uideātur, ita ut hominū oculis adlube-
scant, ac multum blandiantur: tamen quia nul-
lis, aut certè inualidis subnixi radicibus succe-
uerant, duriusculo uento cōtinuò cōcussabun-
tur, & à procelloso flabrorum impetu radici-
bus euellentur. Hic rami nōdum adulti defrin-
gentur, & fructus eorum prorsus inutiles eua-
dent, nōdum maturi scilicet, nec esui apti, imò
nulli prorsus usui, nec ullam ad rem idonei: si-
quidem ex iniquis somnis aut illegitimo tho-
ro procreati liberi, testes sunt nequitie aduer-
sus ipsos parentes suos, re ipsa conuincentes
eos suæ improbitatis, dum ad quæstionem ad-
hibiti examinantur. Iustus uerò si morte subi-
ta preoccupatus fuerit, nihil inde turbatur: sed
satur dierum, ac ueluti uiuendo delassatus, in-
uenit sibi refrigerium ac refocillationem. Ve-
neranda enim senectus non ex longo uitæ tem-
pore, aut annorum numero metienda est: si-
quidem prudentia hominibus canicies est, &
uita immaculata ac piè transacta, honore di-
gnā tribuit senectutem. Non tãti refert, quàm
diu uixeris, atque quàm rectè ac bene: porro
qui quis bene iustèq; uixit, is abundè diu uixis-
se semper censebitur. Quia itaq; Domino pla-
cuit, & in multa apud Deum gratia fuit, ita ut
charū eum habuerit, atq; dilexerit unicè, quid
mirum si hic inter sceleratos uiuentis ad bea-
tam immortalitatem transtulit? Raptus certè
dierentè hoc scelerato ex seculo est, ne multa
improbiorum malitia, inter quos uersandū illi
fuit, ingeniu eius immutaret, atq; in auia abue-
heret: ne ue dolus, mūdūq; huius pellaces illece-
bræ transuersum agerēt animā eius. Præstigiæ
enim & ludificationes improbitatis obliterāt
atq; obscurant bona, ne satis ea agnoscantur.
Quò dum concupiscentiæ irritamēta accedūt,
iam prorsus irretiunt, atq; de gradu deiiciūt a-
nimū simplicē. Itaq; repētina morte hinc demi-
grās iustus, haber unde gaudeat potius quàm
doleat. Quāuis enim fatale uitæ tēpus repēte il-
li exactū est, lōga tamē tempora, ac uitā longē

uā uixisse est cōsensus: siquidē hoc illi cōtigit,
quod anima illius Deo grata fuerit ac placita:
unde & ē medio iniquorū hominū, atq; cūctis
huius seculi malis ac uicijs eum tollere accele-
rauit. Vulgus uerò hominū cæcū, & intelligen-
tiæ exors, dum ista uidet, nihil intelligit, lōgēq;
aliter hanc rē ferè interpretatur. Neq; enim in
animū suū hoc inducere possunt, quod hac uia
gratia ac diuina benignitas erga sanctos eius
declaretur, quodq; electorū suorū saluti Deus
potissimū inuigilet. Porro iustus iam uita sua
functus ac mortuus, uita sua iustè ac piè acta,
impios uiuētes cōdemnat. Et iuuetus eius pia
ac sancta, quāuis in primo ætatis flore, ceu her-
ba uirescētī, celeriter ac præpropere præcisa sit,
iudicat decrepitā iniusti senectutem. Vident e-
nim mortē sapientis, qui ad diuinā legē suam
uitā instituit: sed nihil perpendūt neq; cogitāt,
quid de eo Deus decreuerit, aut cur in tutū Do-
minus illū reposuerit, ubi nulla iam ex parte pe-
riculum immineat, ac infestare ipsum queat. Vi-
dent, inquā, sed negligunt atq; pro nihilo ha-
bent; uerūm, erit ubi Dominus eos cōtemnat
ac irrideat, quando post hæc fædissimo lapsui
destinati erunt, & ad ludibriū perpetuum inter
mortuos propinādi: siquidem cum fragore ua-
cillabūdos stultos hos elidet, ac præcipites da-
bit, etiam ab imis fundamentis eos labefactu-
rus, & in locū extremè desolatum, in tenebras
nimirū extremas eos profligaturus, ubi mæro-
re ac luctu cōtabescant atq; discrucientur, om-
nisq; eorū memoria extinguat ac intereat. Et
tunc quidē uenient ex recordatione peccato-
rum suorum pauidi: & quæ commiserunt flagi-
tia, in faciem ipsos coarguent atq; damnabūt.

Condemnat
autem iustus
mortuus ui-
uus impior.

CAPVT V.

Verūm iusti per omnia securi ac hilares
stabunt tunc cū summa fiducia, ac dicen-
di libertate, in cōspectu ac facie eorum
qui ipsos afflixerunt, atq; diuexare sunt soliti:
quib; eorū labores reprobarunt ac reiecerunt,
cūctaq; ipsorū studia interturbarunt. Et uisus il-
lis, graui metu percellētur impij, atq; emota se-
rē mentis erunt, quod tam præter opinionem
suam in pijs salutem elucere uidebūt. Vnde &
agnita tandē ueritate, cum multo animi dolo-
re, magnaq; spiritus angustia ingemiscunt, atq;
altū ductis suspirijs dicent: Ira ne hi illi sunt,
quos olim derisui atq; contemptui habuimus,
& in parabolam conuiciationis, nihil ipsis indi-
gnū fieri posse putātes? Nos stulti ac stolidi ho-
rū uitā existimabamus insaniā, ac modis omni-
bus erroneā, & mortē ipsorum ignominiosissi-
mā, quādo alios incendio enecauimus, alios
præfocauimus aquis: alij rursus sua dicta per
iugulū retrahere coacti, in pegma educti, atq;
supplicationes nobis habēribus anteambulo-
nes præmissi mūdo spectacula ac ludibria facti
sunt, atq; alios alijs sexcentis excarnificauimus
modis. Atqui nūc coopratos eos uidemus in-
ter dilectissimos Dei filios, & sortem eorum
esse non cum diabolo ac angelis eius, ut nos
malè sani putaueramus, sed inter electos ac

Hi sunt quos
habuimus an-
liquando in-
derisum.

Lassati sumus in uia iniquitatis & perditionis.

sanctos Dei. Credebamus eos in errore esse, Ceterum nos a uera iustitia uia toto caelo errauimus, quando iustitiae ueritatis lumen nobis non luxit, dum illud non admisimus, ita ut sol ille uerus ac salutaris nobis exortus non fuerit: unde crassissimis in tenebris ambulantes, in semitis iniquitatis atque perditionis delassati sumus, & per uia planam itinera fumus ingressi, uia Domini non modo non cognoscere, sed & qui eam ingredi uoluerunt, prohibentes atque persequentes. Et quod tantum debet nobis nunc omnis illa superbia nostra? Quid ite iniuste partem diuitiae illae? omnibus non nostra opulencia, cui comes fuit animi ferocia? Quorsum conducitur cui usui est omnis ille superioris uitae strepitus? Certè ueluti umbra, simul omnia illa praeterierunt: & instar nunciij ad expedienda sua negotia, celeriter praetercurrentis: aut sicut nauis quae undas aquas permeat, nullum relinquens suae permeationis uestigium, ita ut non liceat inuenire prouectionis ipsius, quae per undas prouecta est, nullam semitam. Omnia, inquam, nostra illa disperierunt, atque euanida facta sunt, ita ut uia uis aerem peruolantis: quae dum prouolitat, nulla certa nota deprehendi potest, quae suum iter habuerit, sed conuerberatis ac motis alis rapitur per mollem, ac ut imperus sui hiulem aera, quem multa uolatus sui pernicitate de impetu diffundit, ita tamen ut nullum deinde itineris eius signum in aere animaduertas: aut ut telo ad scopum coniecto, diffusus aer in se statim redit, atque denuo concreuit, ut non agnoscas qua parte telum penetrauerit. Pari plane modo & nos nati, e medio sublatis sumus atque defecimus, neque uirtutis ullum uestigium posteritati ostendere licet: sed in uitis, uita quae nostra scelerata detriti sumus, & consumpti. Nam spes impij perinde se habet, tamquam instabilis & frustranea est, ut puluis, qui parui uentuli flatu auferit atque disperit: aut ueluti spuma marina, quam procella dissipat ac propellit: aut etiam sicut fumus, qui de fumario suo ascendens, per uentum diffusus statim euanescit ac disparet. Item ut & hospitis se habet memoria, qui unum tantum diem hospitio exceptus, rursus abire unde sit, ut memoria eius citò intermoriatur atque exolescat. Iusti contra in aeternum uiuent, suamque felicitatem habent firmam, ac uere stabilem: siquidem in Domino merces eorum est, & curat de eis altissimus. Quapropter accipient a Domino Deo suo ornamenta regia prorsus, nempe pulcherrimum e manu Domini diadema, cum reliquo apparatu uenustissimo. Neque enim armatura ulla hic opus erit: nam Dominus sua dextra eos protecturus est, & brachio suo illos ceu scuto propugnabit. Assumet atque induet se instructissimum armorum apparatus, nempe zelum suum furibundum: & armabit omnem creaturam ad sumendum de inimicis suis ultionem. Induet pro thorace iustitiam, & pro galea capiti suo circumponet iudicium sincerum ac incorruptum. Scutum accipiet inexpugnabile, nempe innocentiam suam sanctam. Et iram suam aspectam atque abscissam acuet sibi in rhomphaeam:

Spes impij tanquam lanugo est, quae a uento tollitur.

quin & uniuersus terrarum orbis manus auxiliare conferet, atque suas iunget copias, ut in debellandis uersanis illis Domino subsidio sit. Fulminum uero spicula solerter collimata, certo & inuitabili iactu in eos ferentur, & e nubibus ceu arcu probe tenso in scopum mittentur, ita ut & supera simul & infera sensuri sint inimica, & sibi infensa. Nam & grandines solito maiores toto passim caelo disiciuntur, tanquam ex animo adeo ira efferuescente, ut saxa etiam temere humo correpta in hostem coniciantur, ita ut sit ubi furor arma ministrat. Ad haec indignabitur aduersus eos, & exundans maris aqua, quae exastuans ipsos allidat, & conterat, fluminibus etiam saeuiter inundantibus: quae cum stabulis iumenta rapiant & perdant, collatis nimirum uiribus in hoc incumbentes, ut hostes facilius demergant, atque in exitium rapiant. Nam & uentus praualidus turbida tempestate aduersus eos insurget, qui ut procellosus turbo eos dissipabit: siquidem iniusticia, cuius tam latum nunc imperium est, eam uniuersam terram deuastatura est, & principum uita scelerata adeo, & impia, potentum sedes euertet, quas beneficentia atque in subditos misericordia firmatas decebat, & constantitas.

CAPVT VI.

Cum itaque haec ita se habeant, ac diuinae ueritatis hostibus tam dura ac horrenda obuentura sciamus, audite haec, o Reges, ac omnes uiri primates: audite inquam, atque intelligite. Condiscite quod iustum ac aequum est, uos uiri iudices, quibus quoquoque sum per omnes terrarum fines iuris dicendi ac persuadendi potestas est. Aures uestras ad haec arrigite, qui in promiscuum uulgus potestatem exercetis, & tyrannidem: & qui gloriamini, atque uobis placetis, iuueniliter ferocientes super multis uestrae curae concreditis populis: atque adeo qui tanta mundi sapientia turgitis, ut & ipsi Reipublicae mundanae primarij gubernatores, uobis clauum omnis bonae institutionis, una cum tota puppi ac prora cedant. Siquidem non uestrae uirtute huc dignitatis emeristis, uerum a Domino: a Domino inquam, traditum uobis imperium, & potestas omnis ab altissimo. quare & omnium factorum uestrorum illi reddenda erit ratio, quando in illa diligenti examine inquirere, cunctasque cogitationes, conatus & tacita cordium uestrorum consilia perscrutabitur. Nam cum regni ipsius administrati sitis, ita ut aequitatis uos deceat esse studiosissimos, non recte tamen iudicatis, neque legem obseruatis, neque ex diuina uoluntate, sanctoque eius consilio uitam uestram instituitis. Hunc corrumpit fauor, illum uiriat inuidens odium: alius muneribus excrucatur, ita ut corrupta apud uos sint omnia. Sed cogitate, quod is qui uobis hanc prouinciam concredidit, horribiliter & quidem citò uobis superueniet, rigide atque seuerè admodum de uobis qui in eminentia, & qui in summa erga eminentes auctoritate constituti estis, iudicaturus.

Vrma

Ut maxime uero qui infimæ sortis ac cōditio-
nis sunt, uenia digni cēseantur: uos tamen po-
tētiōres, qui rerum tenetis gubernacula, in cle-
mētiore atq; exactiore examinabimini inquisi-
tione: siquidem is qui omnīū Dominus est, ne-
minis uultum reformidabit, ut illi cōcedat, aut
de iure suo remittat: neq; ullius maiestātē reue-
rebitur, ut in alicuius gratiam remissius agat.
Quoniā paruum iuxta ac magnū ipse creauit,
omnīū ex æquo Dominus: unde & de omnib.
ex æquo cura illi est. Cæterū in uiros princi-
pes, in mundi sapientia illustres ac potētiōres,
quibus Reipub. gubernaculum conceditur,
exacta admodum & acris imminet disquisitio.
Ad uos igit̃ uiri reges ac principes, ad uos in-
quā, quicunq; aut cōsilio aut reipsa tyrānidem
exercetis, ac rerū potimini, orationē meā in si-
lūo, idēq; ut discatis sapientiā: qua ducere rectam
incedētēs uia, nusquam impingatis, aut in ui-
tū abripiamini. Nam quisquis sancta, fas ni-
mirum & æquū, sanctē atq; incorruptē seruauit,
hic sanctus, integer uitæ, scelerisq; purus cē-
sebit: & qui qd̃ iustū ac equū est docēt̃ sunt, atq;
in eo uersati, inueniēt̃ quod illic respōdeant, &
quo se excusent. Expetite igit̃ sermones meos,
atq; auidē illis inhiate, ut erudiāmini, atq; sapi-
entiam condiscatis: siquidē splendida, æterna
atq; immarcescibilis ea est, & facilē ac lubenter
seijs uidentam exhibet, qui ipsam mirātur ac
deamāt: nulloq; labore eā inuenit, quisquis eā
expetit & querit. Anteuertit enim eos qui ad se
aspirāt, ipsamq; cupiunt: ita ut ipsa quantūuis
fugere uideatur, se tamen cupiat antē uideri, ul-
trō se offerens, ut cognoscatur. Porro si quis es-
ius desiderio impulsus, manē surrexerit, qua-
rendo atq; huc illuc cursitādo, nihil defatigabi-
tur: inueniet enim illā assidētē foribus suis.
Nam illā animo uersari, exactiusq; de ea com-
mentari, absoluta prudentia est. Qui ergo ob
hanc obrinendam uigilauerit, citō admodum
querēdi sollicitudine liberabit̃, tam sibi illā in-
ueniēs obuiam: siquidē ipsa per plateas clami-
tat, atq; huc illuc fertur cuncta perlustrans, sicu-
bi aliquos inueniat se dignos, in triuijs palsim
ac cōpitris benignē illis apparens. nam in omni
animi meditatione sedatiōisq; cōsideratione il-
lia occurrit. Initium autē sapientiæ est, ingenua,
nihilq; fucata disciplinæ concupiscētia. Porro
disciplinæ cōcupiscētia, & accuratum studium,
dilectio est: dilectio uerō, est sedula & attenda-
mandatorū ipsius obseruatio. Et hæc mādato-
rū accurata obseruatio, felicitis immortalitatis
constabilitio est. Porro immortalitas efficit, ut
ad Deū quā proximē accedamus, utq; cū eo
uelut in unam coalescamus naturā. Itaq; desi-
deriū sapientiæ hominū ad regnum subuehit,
idēq; stabile, minimeq; fluxum & caducū. Proin-
de si thronis oblectamini & sceptris, rerūq; po-
tiri gaudetis, qui reges estis, atq; in populū im-
perium habetis: in precio habete sapientiā, ut
in æternū regnetis, imperiūq; uestri gubernacu-
la firma sint, & solida. Quid uerō sapientiæ sit,
& quomodo sit ab initio ante iacta mundi fun-

damenta creata, id proloquar, neque ulla my-
steria uos hic celabo, sed altius ab ipsis primor-
dijs, primoq; originis initio eā peruestigabo,
atq; cognitionē eius in lucem proferam. Neq;
cōmittam, ut hic ueritatem præteream, aut ut
cum eo qui tabescit inuidia, eadē uia ingredi-
ar. Candidiores certē meæ sunt ianua, quare
& cadidē sinceroq; animo irreferuatim cuncta
uobis impertiar: liuidus enim animus nihil
commune habet cum sapientia. Porro mul-
tudo sapientū, salus est orbis terrarum. Nam
sapientiā singula aut sarta recta seruātur, aut col-
lapsa prorsus pristino statui restituūtur. Qua-
re & rex cordatus ac prudēs, populi columen
& stabilimentum est, multaq; Reipub. firmitu-
do. Erudimini itaq; atq; sustinete doceri uer-
bis meis, & percipietis fructū luculentissimum,
magnoq; uobis commodo erit.

Rex sapiens,
stabilimentū
populi est.

CAPVT VII.

Svm quidē & ego homo mortalis, omnīū
uestrū similis, ab illo ortum trahens, qui
primus in rerum natura ex humo creatus
est: & pari modo ut uos, in utero matris meæ
caro effectus sum: circiter decem uerō mensū
spacio, accessu sanguinis in humanā formam
cōcreui, ex semine uidelicet uiri, patris mei, qui
somnia uoluptuario extimulatus, cum matre
congressus est. Idem quoque ego iam genitus,
traxi communem aerem, aura hac ueiciens æ-
therea, & in eiusdem generis terram decidi, ac
primam uocem similem omnium uagies emi-
si, a fletu uitam auspicatus. Et in fascijs ac cuna-
bulis enutritus sum: idēq; multa, ut fit, cura, ua-
rio uagitu ac ploratu. Neq; enim rex ullus ali-
ud habet sui ortus initium: sed siue reges, siue
inopes simus coloni, omnium unus ad uitam
introitus est, atq; idem omnibus exitus. Ideo
concepto in animum uoto, Dominū Deum
precatum sum, qui pro sua benignitate largitus
mihi est prudentiam, ita ut ab ipso inuocato
impetrauerim spiritum sapientiæ: quā quidem
ego pro sua dignitate, sceptris ac solijs regali-
bus præposui, luculentissimas, summasq; diui-
tias ad sapientiam collatas, nihil esse ducens.
Neq; ullos etiā tam preciosos noui lapides, ac
nobiles gemmas, quæ ulla sui parte huic con-
ferri possent: siquidem omne totius mundi au-
rū, præ sapientiā nihil aliud quā exigua qua-
dam arena, ac uilis de terra puluisculus est. Et
argentum non aliter se ad illā habet, quā sor-
didum lutum. Itaq; supra corporis sanitatem,
& formę præcellentiam dilexi eā. Vnde & propo-
sui, certoq; mecum statui, illā mihi habere pro-
luce: siquidem lumen eius occasum nescit, neq;
quietē aut dormitionē ullā recipit. Porro ubi
hāc obtinui, cōtinuō simul oēs bonę felicitates
quasi uno fasce colligatę mihi affluerunt. Na-
ctusq; sum p̃ manū eius splendidissimas opes,
atq; de omnib. his oppidō letatus, atq; exhila-
ratus fui, quoniā omnīū horū dux ac modera-
trix fuit ipsa sapientiā: atqui ego nesciebam, ex
hac ceu uiua radice, fonteq; præclarissimo om-
nia enasci ac promanare. Hanc itaque citra fu-
cum om-

Vnus introi-
tus est omnia
bus ad uitā,
& similis
exitus.

Indicatio de
reipub. in
hæc præ-
sunt.
Preoccupat
qui se concu-
piscunt, ut il-
los prior
dilectat.
Concupiscen-
tia hæc se-
piscit uedus
ad regnū
perpetuum.

cum omnem sinceriter didici, atque alijs uicissim candidè eam impertior, cumulatissimas eius opes (quando thesauri defossi nulla utilitas est) nihil celans aut occultans. Est enim hominibus thesaurus inexhaustus ac indeficiens, quo qui dignè utuntur, cum Domino Deo solidam, nunquamq; soluendam cōtrahunt amicitia, propter dona uidelicet disciplinae ei commendati, chari & accepti. Dedit autem mihi Dominus, ut animi sententiam, omne nimirum id quod animo meo concipio, luculenter ac iusto uerborum pōdere liceat exprimere, & ea mente cōcipere, animoq; meo uersare, quæ donis diuinitus mihi concessis digna sunt. Ipse enim sapientia dux est, & qui sapientes recta uia deducit, ac lapsabundos erigit. In manu enim illius, & nos & omnes orationes nostras, omnibusq; prudentia, agendarumq; rerum peritia. Ipse ille est, qui mihi certissimam omnium rerum tribuit notitiam: nimirum ut sciam mundi huius constitutionem, & elementorum omnium efficaciam. Ad hæc initium, finem, & medietatem tēporum, solstitiorū uicissitudines, quatuor partiū anni permutationes, annorum circulos, astrorum situs, animalium naturas ac ingenia, ferocitatem beluarum, uentorū impetus, & uanas ferè hominum ratiocinationes, plātarum siue herbarū discrimina, & radicum uires: breuiter, largitus mihi Dominus est, ut omnia manifesta iuxta & occulta cognoscam. Nam omnium artifex sapientia ea me docuit. Est enim spiritu sagaci, sancto, ipsa re unico, uirtute multiplici, subili, agili, perspicuo, impolluto, certo, innoxio, æqui boniq; studioso, acri, impauido, benefico, humano, stabili, ac minime lubrico, securo, omnipotente, cunctaq; uidente, & per omnes spiritus penetrabili: quantum illi sint rationis ac notionis diuinæ capaces, puri ac subtiles (siquidem omni motu mobilior est ipsa sapientia, quippe quæ permeat ac penetrat omnia, quantum uis à spissitudine aliena, idq; propter incredibilem suam puritatem. Est enim uapor, siue exhalatio diuinæ uirtutis, & sincera claraq; emanatio, quæ ex omnipotente, ceu uero fonte, in suos effluit. Itaq; nullum unquam inquinamentum in eam irrepit, aut in ipsam illabitur: siquidem radius ac splendor est æternæ lucis, & diuinæ uirtutis immaculatū speculum, ac uerā bonitatis illius imago. Et hæc quidem una ac sola cum sit, omnia potest, nullo auxilio extero indigens. Cūq; in se permaneat, innouat tamen atq; instaurat omnia: & per omnia omnium hominū genera singulis ætatibus in animas sanctas, ac à mundi huius desiderijs defæcatas se demittēs, amicos Dei ac prophetas facit. Siquidem Deus neminem amat, nisi cui contubernium ac sodalitiū est cum sapientia. Nam hæc (quando ea quæ uidentur, uix umbræ quædam sunt rerum inuisibilium) sole ipso speciosior est, superans etiam omnem astrorum sitū, quantum uis decentem, ornatum ac decorum: adeo ut si cum luce creata comparatur, priores ferat, ac potior cen-

Ipse & sapientia dux est, et sapientium emendator.

Vapor est uirtutis Dei, & emanatio quædam claritatis omnipotentis.

seatur, siquidem lucem excipit nox, sapientiam uerò nihil est quod obtenebret: ut quæ malitia omni, ipsoq; omnis malitiæ patre, ac tenebrarū principe superior sit, ac longè fortior.

CAPVT VIII.

Pertendit autē sapientia ab extremis perquam alacriter ad extrema, miro quodā robore cuncta perrumpens, ut cui nihil possit obsistere: & quocūq; accesserit, illic omnia probe disponit ac moderatur, cuncta benignè dispensans. Hanc itaq; à iuuentute mea amauit atq; exquisiui, studiūq; eam mihi ducere sponsam, captus amore pulchritudinis eius. Hæc nobilitatem generis illustrat, ac uerè gloriosam reddit, eo q; ueluti domesticā cum Deo agit consuetudinem, ipsoq; perquam familiariter utitur. Quare & omnium Dominus mores illius cognitos habēs, tanquā in unice sibi dilectum filium, in eam afficitur, plurimumq; eam diligit. Doctrina enim est disciplinae Dei, quippe quæ omnia uidelicet Dei mysteria callet, operumq; eius sedula sectatrix est, per omnia ex uoluntate ac præscripto Dei faciens: id ipsum quod rectè docet, bona fide præstans, totaq; uita exprimens. Porro si opulentia res est hac in uita tā expetibilis ac præclara: quid obsecro sapientia opulentius, quæ omnia operatur, ac quiduis potest, ita ut omnigenis opibus, ac luculentissimis diuitijs possessorem accumulet? Quod si prudentia quicquā operatur, ac aliquid ad parādas diuitias efficit: quid toto terrarum orbe ingeniosius, ac magis dexterius ueratile inuenias, quàm ipsa est sapientia? Et si cui chara iusticia est, certè conatus sapientiae uniuersi meræ uirtutes sunt. Docet enim temperantiam & prudentiam, iusticiam item & fortitudinē, ex quibus ueluti iusto cardine reliquæ uirtutes omnes pēdēt: adeo ut nihil in uita mortalib. cōringere posse utilius, ne mo sit qui ambigat. Imò, si quis multarum rerum experientiam desiderat, sapientia cuncta nouit superioribus seculis à primo initio facta: & quæ olim futura adhuc sunt, ea nō incertis cōiecturis perquam feliciter diuinat ac prædicat. Quin & uerborum strophas, uersutas nimirū & perplexas orationes, fraudulenta quædam ludificatione obliquas & intricatas, has illa nouit, ac probe intelligit: par etiam soluēdis quibusuis ænigmatis ac parabolis, quas pijs non grauatur eliquare & aperire: cum interim scelerosis, ne uidentes uideant, omnia per parabolas proponantur. Ad hæc præuidet quoq; signa & portēta, quid illa sibi uelint ac portentant intelligens: unde & euentus articulorum iuxta ac temporum in numero habet, ijs se parans ac attemperans. Deceui itaq; ac certo statui, hanc mihi in domesticā consuetudinem adiungere, maxime q; sciā illā mihi bonorū consiliorum fore autorem, atq; ad omne bonū instrigatricē, quodq; in rebus dubijs ac tristibus officij me admonebit, tædiōq; ac molestis curis leuabit. Per hanc uulgo innotescam, ac celebrem nominis existimationem habebō, consecutus

Labores illius magnas habent uirtutes.

Proposui ergo hanc ad ducere mibi ad conueniendum.

curus etiam apud seniores, quanquam iu-
 uenis ego sim, honorem ac uenerationem. Sa-
 gacem enim me deprehendent, ac propti & a-
 cuti consilij in iudicio: ita ut in cōspectu poten-
 tum ac magnatum omnibus admirationi sim-
 futurus. Tacētem me, donec in uerba prorump-
 am, sustinebunt, & loquenti mihi, arrectis au-
 ribus se se praebeunt attentissimos. Et si plura
 differere, fufusq; agere me contigerit, multa
 cum arrētionē silentes me perorātem audient,
 ita ut nemo quisquā me interpellaturus sit. Ad
 hęc, per sapentiā conlequar immortalitatem,
 ita ut aeternam mei memoriam apud posteros
 sim relicturus. Gubernabo per eam multa cum
 pace populos, & gentes mihi parebunt, atque
 subiectae erunt. Reges alioqui formidibiles,
 cum me audierint, pertimescent, ita ut terrori
 ipsi futurus sim: siquidē in magna hominum
 frequētia, ac multorū testimonio domi appare-
 bo bonus, ac moribus per quam cōmodis, & 20
 militiā strenuus ac metuendus. Ingressus ue-
 ro in aedes meas, conuiescā assidue. nam con-
 suetudo eius suauis ac comis, nullam habet a-
 cerbitatem aut amarulentiam, neq; conuictus
 eius ullam molestiam, dolorem aut tedium:
 sed omnigenam hilaritatem & gaudium, ita ut
 quibus cum ea omnem gratem libens uiuat, at-
 que obeat libens. Hęc autem cum mecum re-
 putarem, animoq; meo sedulo meditarer atq;
 uersārem, nimirum quod ex sapientiā affinita 30
 te liceret immortalē esse, & quod ex eius ami-
 ca familiaritate multae promanerent uolupta-
 tes bonae ac sinceræ, quodq; per opera manuū
 eius homini affluat opulentiā inexhausta, ac
 nunquam deficiens: quod item multam nanci-
 scitur prudentiam, quisquis cum ea familiaris
 uiuit, atq; quotidiano eius fruitur colloquio:
 in summa, quod summa illum gloria comita-
 tur, plurimusq; honos, cui quotidianos cum
 ipsa sermones cedere datur: non potui eā non 40
 amare, adeo ut ipsam deperiens, modis omni-
 bus ambiuerim, sursum deorsumq; curfitarim,
 querens qua potissimum uia illam mihi ascen-
 scerem, ac ueluti unice dilectam sponsam, mi-
 hi eam adiungerem. Nam ego quidem non
 inelegans puer eram, dextrae indolis, ac inge-
 nio probo bonoq; mentem nimirum fortitus
 minime malam. Vel potius, cum bonus essem
 ac probus, incidi in corpus per omnia inte-
 grum, ac nulla sui parte uiciatum aut deforma- 50
 tum: cum uero anima duerterem atq; uiderem,
 quod uoti mei hic compos fieri non possem,
 frustra q; laborarem ea potiri, nisi Deus eam
 mihi daret, atq; cōiungeret (quod ipsum qui-
 dem non contempnenda prudentiā pars erat,
 nosse nimirum, a quo donum hoc proficisci-
 tur) accessi benignissimum Dominū, quē toto
 ex animo in hunc modum precatus sum:

CAPVT IX.

Deus optime ac maxime, tu ille patrum
 nostrorum Deus, quibus tua benigni-
 tas locupletissimis promissionibus se-
 astrinxit: Tu Domine, inquā, qui in omnes te

inuocantes misericordia, multaq; beneficentia
 diues es, quib; uerbo tuo cuncta pro tua om-
 nipotentia condidisti, & ineffabili tua sapien-
 tia hominē cōstituisti, ut cunctis creaturis do-
 minetur, atq; in eas imperiū habeat, utq; mun-
 dū hunc sanctē ac iustē gubernet, ac animo re-
 cto ac sincero, quod iustum ac æquum est iudi-
 cet: da obsecro mihi, Domine, solj tui assidicē
 sapentiā, & ne me uelut inutilem, plus ex ordi-
 ne seruatorum tuorum dimoueas. siquidē quan-
 10 ne seruorum tuorum sum, uere tuus sum: tibi seruus, an-
 cilla uidelicet tuae filius, homo imbecillis ac
 breuis aui, multisq; circumdatus miserijs & æ-
 rumnis: & quod ad iudicij legumq; intelligen-
 tiam pertinet, multum certē tanto negotio im-
 par. Nam licet quis inter mortales absolute er-
 ruditionis atq; eximie prudentiæ sit, nisi adsit
 ei illa quae a te proficiscitur sapientia, pro nihi-
 lo reputabitur. Atqui tu, pro tuo erga me can-
 dore, elegisti me populo tuo regē, & filiorum
 ac filiarum tuarum iudicem. Iussisti item me ti-
 bi templum extruere in monte tibi sancto, ut
 qui familiariter in populo tuo uersari, ac ipsis
 innotescere uelles: ita ut & altare tibi manda-
 ris erigi in sacrosancta Hierosolymorum urbe
 tua, quam tibi delegisti inhabitandam: idē ad
 similitudinem habitaculi tui sancti, quod iam
 inde ab initio praepraeparaueras, quo & ab initio
 nihil antiquius habuisti & charius. Et hoc qui-
 dem non sine opera eius quae tecum sapientiā
 est, quae operum tuorum perita, ac tuum callēs
 ingenij, etiā tibi adfuit, cum orbem terrarum
 conderes: intelligēs nimirum, ac per omnia co-
 gnitum habens, quid tuis oculis placeat, adlu-
 bescat ac gratum sit: & quid item rectum sit,
 ac tuis mandatis dignum. Hanc mihi, quæso, 30
 demitte, Domine mi clemēs ac pie, de sacrosan-
 ctis caelis tuis, gloriosoq; tuae maiestatis solio.
 mitte inquam, eam mihi, ut assiduam mecum
 consuetudinem agens, conatus meos iuuet, &
 praesens mecum collaboret, ut eius ductu ac
 pijs monitis sciam, quid tibi potissimum pla-
 ceat ac gratum sit (siquidem illa nouit omnia,
 cunctaq; intelligit) unde & sapienter me diri-
 get in rebus agendis, ac regni a te mihi conre-
 diti administratione: seruabitq; me sua gloria,
 ne quid unquam cōmittā, quod ipsa indignū
 sit, ac eius claritatem obscuret. Qua uia fiet, ut
 quicquid ago, gratum sit & acceptum: utq; cau-
 sas populi tui penitius introspectas rectē diju-
 dicem ac discernā, patrisq; mei throno dignus
 inueniar. Et quis obsecro hominū est, qui ex-
 tra hanc cōsiliū Dei cognoscat? Aut qs sine illa
 cogitatu suo assequat, quid Deus uelit, quid
 gratū illi sit, & quo gaudeat? Ratiocinationes
 enim mortaliū, quib; nos quae Dei uolūtas sit,
 studemus assequi, miseræ sunt, parūq; habēt fir-
 mi ac solidi, cui tuto insistas, ita ut opiniones
 quoq; nostrae instabiles sunt & incertae. Nam
 corpus hoc nostrum corruptioni obnoxium
 60 degrauiat animā, ne se sursum attollat: & terre-
 nū hoc tabernaculū, mentē, ac illā diuinā par-
 ticulā auræ miserē deprimit, quāuis illa multa
 secum

Da mihi se-
 dium tuarū
 assidicem
 sapientiam.

Mitte illam
 de caelis sacro
 Elis tuis.

Corpus
 quod corrup-
 pitur, aggra-
 uat animā.

scribit me
 edentes re
 p. berrē.

per autem
 eam inge-
 nosit.

secum meditetur, atque anxie secum uerset ac uoluat. Porro cum uix ueluti cōsecturis quibusdam assequamur terrena, ea quæ ad manū sunt, nō nisi multo ac ingēri labore inueniamus, qui poterimus nostrapte uirtute cœlestia inuestigare, aut tuā Domine mentem, tuumq; cōsiliū cognoscere, nisi tu nobis largiaris illam tuam sapiētiā, sanctumq; tuum spiritum ē sublimi cœlitus emittas? Hoc sanē pacto, hominum uias correctas uiderimus, atq; ea ipsos condiscere, quæ tibi placita sunt & accepta, per sapiētiā nimirum incolumes futuri ac salui.

CAPVT X.

Hæc certē Adamum protoplastum, cuius ceu patris imperio mundus subiectus erat, ut præter quē toto terrarum orbe nemo esset alius: hunc, inquam, primum humani generis parentem sapientia seruauit, atq; salutis promisso à delicto erexit, in quod Domino Deo inobediens factus, transgresso mandato impegit: & erecto fortitudinē reddidit, quā faciliē omnibus creaturis dominari poterat. Porro impius ac sceleratus ille Cain, postquam ab hac desciiuit atque defecit, iræ sug impetu trāsuersim raptus fratricida factus est, atq; cum animo exasuiante, ac fraterna cede se conspurcante interiit. Cuius uitio, quia prauā planē ac sanguinariā ille producebat progeniem, cum aquarum diluuiū mundus inunda retur, cunctaq; iam essent corrupta ac deperdita, sapientia rursus res collapsas restaurauit, atque uindicauit ab interitu, postquam iustum Noā per uile arcæ lignum gubernasset, illisq; malis exemisset. Eadem hæc gentibus summo iniquitatis cōsensu confusis, atq; idololatria superstitione ubilibet terrarum inualescente, inuenit iustum Abrahamū, & custodiuit eum Deo inculpatū ac irreprehensibilem, filiali erga Deum affectu firmum eum conseruans, ac pulchrē fortem. Hæc item iustum ac probū uirum Lothi, Abrahami ex fratre nepotem, cum impij omnes Sodomitę funditus perderentur, malis exemisset: ita ut is ignē illum sulphureū cœlitus delapsus, atq; Pentapolim confumentem, eua ferit. In cuius sceleris testimoniū terra illa in solitudinem redacta, etiam nūm fumigar, tetrū exhalans odorem: ad hæc arbores fructus proferentes, quæ ob cœli intemperiem illic ad absolutam maturitatē peruenire nequeunt. Nonisimē statua salis, quæ in monentum animæ infidelis, uxoris nimirum Lothi incredulæ, ac Dei mādato immorigerę ibi consistit. Nam cum sapientiam Dei cōtempserint, ab ea deficientes, non solūm hoc damni acceperunt, quod boni ac honesti nullā habuerunt cognitionem: sed & dementissimæ suæ stultitiæ monumentum reliquerunt, quod posteris in hac uita documento atq; exemplo sit: unde fit, ut scelera ipsorum in quæ tam foedē prolapsi fuerunt, latere non possint. Sapientia contra, eos qui ipsam colunt, à malis ac æumnis omnibus liberat. ipsa enim iustum ac optimum uirum Iacob, iram fratris Esau longo e-

xilio declinante, in rectas deduxit semitas. Et in angelis per scalā sursum ac deorsum ascendētib. (ubi & præter alia pmissa addit Dominus, se ductorē illi ad futurum, quocunq; iter habere contingeret) ostendit illi regnū Dei, dans etiā ei sacrorum mysteriorū iustā cognitionem, cum exclamaret, uerē eo in loco Dominum esse: quin & ex laboribus suis eum ditauit, conatus eius omnes secundans, ac uberi prouenturē eius augēs ac multiplicans. Nam in auaritia siue fraude auunculi sui Laban, ac filiorum eius, qui uiribus potiores iustum Iacobū fraudare ac deprimere studebāt, adfuit pio uiro, ipsumq; miro artificio locupletauit. Custodiuit quoque, atq; curam illius habuit, ne in manus inimicorum incidere, liberum ac tutum eum reddens ab omnibus qui ipsi infidias struebāt, liberās nimirū ē manib. Laban, quādo tacitus cū uxoribus ac re sua omni aufererat: & cum fratrem eius Esau, quem malē metuebat, ex inimico prorsus amicum faceret. Ad hæc fortē in certamen illum induxit, quando cum angelo luctatus uiribus præualuit, benedictionemq; ei extorsit. & hoc quidē, ut cognosceret quod quauis re potentior sit religio sa pietas, quæ uera sapiētia est. Hæc iustum Ioseph Ismaelitis uiginti nūmis uenditū, non dereliquit, sed ab impio scelere quod fratres in ipsum pararāt, eum liberauit. Quin & cum ipso manus per fratres ligato, descendit in foueā: neq; in uinculis, biennialiq; carcere Aegypcio, in quē eum castitatis cōiecerat integritas, ipsum deseruit, tantisp̄ dū attulit scepra regni, & ius imperiumq; in eos qui tyrannidem in illum exercuerant: mendacesq; probauit illos, qui ipsum calumniati fuerant, uarijsq; conuicijs laceსsuērāt. Breuiter, donec claritatem æternā, ac nomen dedit gloriosissimum ac immortale, quod nullo unquā seculo intermoriatur. Eadem hæc populū Dei sanctū apud Aegypcios agentē, semen illud inculpatum ac pium, ex natione affligentium ac deprimētū illud liberauit, non ferens eam impiorum in iustos tyrannidem, quæ omnem masculam sobolē aquis submergere cogebatur. Quare Moſis serui Domini animam ingressa, restitit regibus alioqui metuendis, per signa & portenta complura, quibus mirum in modum afflixit Aegypcios: ita ut Pharaō tandem inuitus ac duriore uirga coactus, populū dimiserit, cum illa interim pijs mercedem laborum atq; ærumnarum suarū redderet, dux eis facta in uia incognita ac mirabili: siquidē interdiu fuit illis loco uelamenti, siue umbraculi: de nocte uerō uicem siderei splendoris suppleuit, lucida columna nubis eos præcedens ac deducens. Transuexit eos per mare rubrum, inauditō sanē ac modis omnibus obſtupendo miraculo: per multam adeo aquam eos traducens, cum ipsos hostes eorum subsequentes, iisdē continuo aquis demergeret, atq; prorsus conficeret, quos ipsos & ex in immensum profunda uoragine, in maris littora uelut euomuit atquo egurgitauit: ubi iusti ex his impiorū

Hæc iustum
à pereuntibus
impis liberauit.

Hæc profugum
iræ fratris iustum
deducit.

Hæc uenditum
iustum
non dereliquit.

rum mortuis cadaverib. opima retulerant spo-
lia, & manubias non pœnitendas: quare & sa-
cro sanctum nomē tuum iusto hymno siue car-
mine concelebrarunt, propugnatricem dexte-
ram tuam unanimiter laudantes, atq; ad astra
ferentes; siquidem sapientia hic mutorum ora
facunda reddidit, & infantium linguas diser-
tissimas.

CAPVT XI.

OMnia autem eorum opera direxit, ut
fausta ipsis essent ac prospera, idq; per
manum ad ministerium Moſis prophete
sancti. Iter enim fecerunt per solitudinē ua-
stam ac latā, quæ à nullis incolebatur; & in lo-
cis inaccesſis fixerunt sua tentoria: uim hostiū
suorum represserunt, & ulti sunt hostes suos
Amalechitas. Vbi uerò aquæ penuria laboran-
tes, siti pressi fuerunt, tuam continuò benigni-
tatem inuocarunt: dataq; illis aqua est, ex rupe
prærupta, & refocillamentum ac sedatio sitis
ex duro lapide. Per quæ enim pœnas luerant
hostes eorum Aegyptij, per hæc eadem cum a-
quæ inopia premerentur, hi beneficiū accepe-
runt: qua ex re illi cruciatum senserant ac do-
lorem, ea ipsa res his solatio fuit ac bono: quip-
pe qui pro fonte perennis fluij, sed ad expro-
bationem infanticidalis edicti, cruore sanio-
so iam turbati, ex insperato dedisti eis copio-
sam limpidamq; aquam: ostendens nimirum,
acſiti hac memoriā ipsis refricans, quomo-
do in regione Aegyptia aduersarios eorum in
sanguinem conuersa aqua excruciaſſes. Cum
enim siti hac ita tentarentur (quanquam ista
disciplina siue correptio ex misericordia profi-
cisceret) dilucide cognouerūt, atq; intelligere
ipsis datū esset, quāto pere per insensum tuum
iudicium impij illi excruciatu fuissent. Nā hos
ut pius pater admonendo probabas: illos ue-
rò tam malè de populo tuo meritos, ut rex se-
uerus ad damnationem in quæſtione habebas,
uarijsq; supplicijs discruciabas, ac tātum non
enecabas. Et euenit, ut absentes iuxta ac præ-
sentes diuexati sint & afflicti. duplex enim mœ-
ror ac gemitus eos corripuit, dum res retro-
actas memoria refricauerunt: siquidē & suis ma-
lis & alienis bonis cruciabantur. Nam post-
quam audierunt, Israelitas suo supplicio edo-
ctos atq; adiutos, qualis esset Dominus, liqui-
dò uiderunt, ac sensibus suis experti sunt. Et
quem olim in expositione infantum, quos lex
regia submergi statuerat, subsannādo negarāt,
neq; pro suo agnouerant: hunc eundem cum
per stupenda & multa adeò prodigia rerū om-
nium exitum uiderunt, summè admirati sunt,
cum nō eodem modo quo iusti eam sitim per-
petarentur. Pro insulis autē ac stultis eorum
cogitationibus, quas iniquè admodum suis a-
nimis conceperant, ita ut turpiter lapsi atq; se-
ducti bruta animalia serpentes & aquatici ge-
neris uiles bestiolas coluerant: immisisti in eos
magnam ferarum ac brutorum animaliu uim,
quæ cæco impetu obuia quæque inuadendo
perdebant: in uindictam nimirum sceleris ac

idolomanias ipſorum: ut uel hac uia discerēt,
per illa ipsa ferè aliquem puniri solere, per quæ
peccauit. Neq; enim omnipotens manus tua,
quæ mundum uniuersum ex inſormi materia
condidit, ad eam unquam angustiam redacta,
atq; uiribus ac consilio sic destituta fuit, quin
facilè in eos immitteres turbā urſorum, ac tru-
ces leones: aut tum primū cōditas immanes
ac ignora formæ beluas, quæ uel flammio-
mum anhelitum, uel fragorem uentilati fumi
spirarent, uel ex oculis horrendas scintillas ful-
gurum more eiacularentur: quarum quidem
non solum noxa ac pestis eos contereſcere pote-
rat ac subuertere, sed uel solus conspectus pa-
uore cūctos occidere. Quin & sine istis, nullo
labore, unico flatu simul omnes potuiſſes per-
dere, iusta tua uindicta eos perſequentē, ac po-
tenti tuo flatu eos diuentilante ac diſſipante:
sed pro inſerutabili sapientia tua, certa quadā
mensura, certo numero ac pondere certo, cun-
cta tua opera per quā decēter sine omni con-
fusione ordinata atq; disposita sunt. Nam plu-
rimū maximaq; posse, semper quidem penes
te est. nā robusto tuo brachio quis repugnet,
aut resistat? Certè uniuersus terrarum orbis
quantus quantus est, tanquam momentū, per
quod huc illuc inclinat trutina, est coram te: &
ut parua quædam roris guttula, quæ antelucā
no tempore in terram decidit. Atqui omnia
cum possis, omnium misereris, peccata homi-
num conuenter aspiciens, ut uel ea ratione
ad pœnitentiā ac respiscendum eos inuites
ac prouoces. diligis enim omnia, & nihil eorū
quæ condidisti, odio proſequeris ac fastidis.
Neq; enim quicquam eorum creauisti, si tibi
fuiſſent exosa. Porro nisi tu uelles, atq; ea dili-
geres, quī perdurarent? ac possent non dispe-
riri? Aut quo pacto quicquam conseruatum
fuiſſet, nisi id à te uocatum ac productū esset?
Parcis certè pro genuina bonitate omnibus,
quia tua sunt Domine: qui in id unice incum-
bis, ut omnium animæ uiuant ac feruentur.

CAPVT XII.

Spiritus enim tuus omnis corruptionis ne-
ſcius, ac immortalis est in omnibus, substi-
stendi & mouēdi initium ac finem eis con-
stituens. Per ipsum enim uiuimus, sumus &
mouemur: unde & eos qui delinquentes in ui-
tia impingunt, paulatim corripis: & in pec-
catis admonendo caſtigas, ut omiſſa malitia
ac prauitate, in te Domine omniē suā fiduciam
collocent. Etenim cum priscos illos terræ tuæ
sanctæ incolas, ob pœſſima ueneficiorum ſcele-
ra, & nefaria suā sacra dæmonibus præſtita o-
dio inſectareris, ut qui priorū liberorum
suorum immisericordiſſimi essent homicidæ,
tam impia & nefanda nece manus suas coin-
quinantes, quodq; hic intestiniuori essent, ac
humana carne suam ingluuiem explerent, ſim-
mul & cruentis dapibus ex ſclerato ſacrificio
deſumptis, fanatici ſacrifici facti thiaſorum,
propria manu non ſecus quā taurū aliquem
filios suos immolātes, qui hic omni auxilio ac

G commi-

Omnia in
mensura &
numero &
pondere di-
ſpoſuiſti.

quidam er-
rantes cole-
bunt muros
ſerpentes, et
bestias super
uacuas.

*Sed & his
tanquam ho-
minibus pe-
percisti.*

commiseratione destituebatur. Cum inquam, his de causis non leuiter commotus, per manus patrum nostrorum eos perdere decreuisses, ut terra apud te omnium sub sole terrarum prestantissima se dignos colonos acciperet, filios scilicet Dei, aut electum tuum populum: etiam his tam per omnia sceleratis ac nefarijs, uel eo solo nomine quod homines erant, pepercisti, uespas ueluti emissarios exercitui tuo premitens, ut paulatim tui eos excinderent, funditusq; euerterent: non quidem quod non posses iusta acie deuictos ac subiugatos impios illos in iustorum ac sancti populi tui potestatem redigere, aut immanibus belluis, aut dicto saeuo ac duriore ad unum omnes illos conrerere ac delere, sed iudicia tua pedetentim exequens, etiam sanguinarijs his libericidis poenitentis locum dare dignatus es. Abundè tamen sciens, quam modis omnibus prauum genus hominum esset, quod malitia ipsorum natua, atq; e matru uiscerib. ipsis educta esset, ita ut sententia immuradæ nulla amplius spes de illis esset reliqua. Semen enim erat à primo rerum exordio detestandum atq; execrabile. Atqui hanc peccandi impunitatē illis non concessisti, quod quæquam reuereris ac metueres. Quis enim tibi dicat, aut rogare te aufit, quid in quæquam agas ac facias: aut quis resistat, ac sese opponat tuo iudicio? Quis ue te accuset, ac de extinctis ac perditis gentibus, quas ipse creasti, tecum expostulet? Quis inquam, tibi uel sub oculis uenire aufit, ut impiorum hominum assertor sit, ac iniustissimam ipsorum causam defendat? Certè nemo Deus est, præter unum te, cui & de omnibus ex æquo cura est: qua sanè re factis declaras, ac testatum reddis, qd haud quaquam iniuste iudices. Quare neq; rex, neq; uul- 40 tus toto terrarum orbe tyrannus te tristiore uultu obtueri, aut contentiosè tecum agere poterit, quod quæquā punieris, aut in ullos durius animaduertes. Nam iustus cum sis, quam iustissime sanè cuncta administras ac gubernas. Porro eum qui nihil supplicij commeruit, aut mali dedit, hunc certè cōdemnare, à tua potentia summaq; æquitate alienissimum est. Siquidem potētia tua iusticiæ initium est, omnemq; iniustitiam exosam habet, atque execratur. Et quod latum adeo tuum imperium est, ut omnibus domineris, id efficit, ut omnibus miseraris ac parcas: ubi uerò non creditur, quam sit absoluta ac perfecta potentia tua, ibi ostensis uiribus robur tuū declaras, & temeritatem humanam his qui te norunt hac uia ac ratione ostendis. Cumq; in ipsam potētiā ius habes, ac dominium, in æquitate tamen iudicas, multaq; cum misericordia ac beneuolentia nos regis ac gubernas. Adest enim tibi non solum uelle, uerum etiam cum uolueris posse: & his tuis factis erudis ac doces populum tuū, quod iustum oporteat ad omnem humanitatem benignitatemq; esse compositum. Quin & hoc tua hac bonitate efficis, ut filij tui bonam semper de te spem concipiant, neque unquam de-

*Non est alius
Deus quam
tu.*

spondeant animum, postquam tanta indulgentia peccantibus poenitentia locum concedis. Si enim hostes filiorū tuorū, qui mortē sexcenties comeruerāt, tanta cautione, cura, deprecatione, ac sollicita melioris uitæ expectatione puniisti, ut deploratissimis etiā illis tempus dares & locū, quibus se à malitia subducere possent: nemini dubium est, quin filios tuos summa diligētia multaq; maturitate iudices, quorum patribus bonarum maximarumq; promissionum fœdera & adiurationes dedisti. Itaque ad nostram institutionem inimicos nostros mille modis cædis ac flagellas, nempe ut in iudicijs exercendis bonitatis tuæ memores, iustiq; imitatores simus: ut cum ipsi rei sumus & iudicamur atq; corripimur, misericordiam expectemus. Vnde & impios, qui inconfidērate insipienterq; uitam suam transegerunt, in abominando fictorum deorum cultu, per suas ipsorum abominationes, quales coluerant & adorarant, discruciaisti atq; puniisti: siquidem in uis errorū suorum diu nimis inerrauerunt, deos esse existimantes etiam ea animalia, quæ apud inimicos habebantur contempta & uilissima: in morem puerorum uidelicet, qui nihil sani sapiunt, opinione sua decepti. Quare etiam ueluti pueris ratione ac communi sensu planè carentibus, poenam talem ad ludibrium immisisti: uerum illi ludicra huiusmodi incitatione frustra admoniti, nihilq; prudentiores facti, seuerū ac Deo dignum iudicium sunt experti. Calamitatibus enim illis quibus indignabantur, cum ex inferrentur per ea animalia & feras, quas ipsi loco numinum habuerāt, his factum est, ut uerum Deum agnouerint, quem antea iudem negarāt. Itaq; in extremam inciderunt cōdemnationem, propterea quod cum Deum cognouerint, non ut Deum glorificauerunt, neq; grati fuerunt.

CAPVT XIII.

OMnes enim homines natura uani sunt ac nihili, quicumq; Dei cognitione carent ac uacui sunt: & qui ex bonis quæ humanis oculis subiecta uideri possunt, non possunt eum qui est (nempe unicum illum ac suapte uirtute existentem Deum) cognoscere ac intelligere, neque etiam dum adhibent curam, atque ad inspectanda opera intentos se prebent, ipsum rerum opificem agnoscere. Sed nescio quo spiritu ducti, arbitrati sunt aut ignē aut uentum, aut citatam aerem, aut globum aëstrorum, aut rapidam aquam, aut cæli luminaria deos esse, qui mundum gubernarent ac moderarentur. Atqui si harum rerum pulchritudine capti atque oblectati, deos ea esse existimarunt: certè hinc eos discere oportuit, quanto his præstantior sit earum Dominus atq; architectus: siquidem qui primus suam cuique rei pulchritudinem addidit, is omnia ista contulit ac creauit, quorum decore illi tantopere gaudent & oblectantur. Si uerò uirtute ac efficacia harum rerum in admirationem pertracti, ac ueluti percussi id fecerunt, nēpe quod diuino

*Vnde & illis
qui in uita
sua insensati
& inuicem
se uicere*

*Quorum & si
specie delati,
deos
putauerunt.*

diuino honore eas dignati sint, ratiocinentur inde, atque iustis argumentis colligant, quanto is qui ea ita instraxit ac parauit, uiribus sit potentior. Nam ex magnitudine pulchritudineq; rerum creaturarum spectatur atq; cognoscitur earundem conditor: idq; certa quadam proportione ac similitudinis congruentia, quæ ex creaturis elucet. Sed horum non ita grauis culpa est, neque in huiuscemodi est quod magno opere incusemus, quâdo malum hoc leuius est, & uenia dignum: siquidem hi errant, quærentes Deum, atq; inuenire eum studentes. Et cum in ipsis Dei operibus susq; deque iactati fuerint, ac singula indagarint, tandem ipsarum specie seducti, oculorum probationi credunt, eo quod pulchra adeo sunt quæ ab illis uidentur: quo fit rursus, ut hi quoq; ipsi, quando eò cognitionis penetrare potuerunt, non omnino uenia sint digni. Si enim tantum instellestu ualuerunt, ut diligenti animorum attentione obseruarint seculi huius æconomiam: quo tandem pacto omnium horum Dominum non multo citius ac facilius inuenerunt? At hi demum multo omnium miserrimi, maxime que deplorandi, ac uenia indigni sunt, qui spem suam in mortuis collocant, ac bene olim de rebus humanis meritos pro dijs uenerantur, colunt, ac inuocant: ita, ut propalam uitam, dulcedinem, spemq; suam appellent. imò deos uocant opera hominum manibus fabrefacta, ex auro nimirum aut argento, in quo artifex ipse se exercet, affabre illud sculpeo ac poliendo. Ad hæc brutorū animalium simulacra, aut inutilem lapidem, uetustateq; atq; antiqua manu elaboratum, uetustateq; sua commendatum, Dei uocabulo dignantur. Quid quod etiam faber lignarius syluam ingressus, arborem aliquam incidit, ac radicibus loco suo mouet: & tunc quidem omnem eius corticem principio quàm purissimè abradens, instrumentum aliquod ad uitæ ministerium utile, qua potest elegantia quàm decentissimè inde fabricat, præsemina cælaturæ ad coquendos cibos absumens, quibus coctis uentrem famelicum exaturet. Porro quod ex arbore hac reiectaneum est, & nulli rei idoneum, lignum scilicet prauum, contortum, & ex præcis ramis maximè nodosum, hoc bonus hic stuararius arripit, atque per ocium sedulo sculpsit: & post temporis interuallum, cum animus eius paulo remissior est, scitè umbratilem quãdam formam ligno huic præbet, ut opus rude iam sit, ac nihil adhuc politum: postea uerò aut humanam illi effigiem adfingit, aut bruto & uili alio qui animali illud afsimilat. Quod ubi probatione suæ artis minio ac fuco obliniuit, naturam quandam uiui corporis rubedinem illi inducens, iustisq; coloribus illud perpoliens, ita ut iam nullum in eo uicium animaduertas, quod non fuco aut colore aliquo obductum sit, iam se accingit ad construendam illi ædificiam ipso dignam. Et hanc bonus ille uir ad patrietem collocans, ualidis clauis adfingit, atque

confirmat, cautionem nimirum adhibens, ut secura consistat, neque delabi possit: ut qui probè sciat, simulacrum illud sibi ipsi auxilio esse non posse. Quid enim aliud est, quàm inanima atque stupida statua, alienæ opis indiga? Postea uerò si quando opum incrementa, nuptias fortunatas, & liberorum felicem procreationem rogare est animus, nihil pudet miserum ac stultum idololatram cum simulacro muto & inanimato uerba facere: pro corporis etiam incolumitate sanitatēq; id inuocans, quod ipsum infirmum est ac imbecille, putridum que lignum: uiramq; postulat ab eo quod mortuum est, & pro ope precatur rem quæ opis indignentissima est. Felix itē iter, faustamq; profectiōnem ab eo petit, quod pedum nullum usum habet, neque uel latum digitum se mouere potest, aut progredi. In summa, quod ad opificium & rationem uictus quærendi attinet, ut felix opificij successus sit, & quæstus bonus, hic manuū dexteritatem, & agendi facilitatem ab eo quærit, quod longè est ignauissimum, & ad omne opus manuarium iners, ac prorsus ineprum.

Non erubescit loqui eū illo qui sine anima est.

CAPVT XIII.

Rursum si quis idololatra huc illuc navigationem susceperit, & per sæuos ac infaenos maris fluctus iter sit habiturus, hic periculum extimescens ac perterritus inuocat putridius lignum, magisq; cariosum quàm ipsa nauis est qua uehitur, atque eidem uota nunc cupat. Et nauigium quidem excogitauit nimia uictus quæritandi auaritas, dum per mare pauperum fugitant, per saxa, per ignes: sed omnium architectrix sapientia id ipsum adorauit: & tua prouidentia pater omnipotens ac optime, omnis hæc nauigatio gubernatur ac regitur, qui uentorum omnium, serenitatum ac tempestatum cunstarum imperium habes ac Dominus es: qui dedisti & in mari uiam, & in sæuis fluctibus semitam tutam, declaras te quouis pacto hominem seruare posse, etiam si quis sine omni arte, ac nauigandi imperitis nauem conscendar, ac per undosum mare iter arripiat. Non uis tamē ut officia per sapientiam tuam nobis collata ac tradita, exercitio careant, ita ut prorsus ignaua sint ac infrugifera. Itaque fit, ut homines multo usu nauigandi pulchre periti, uitam suam exiguo admodum ligno ausint concredere, ubi coro semper tolluntur & austro: & pro celosum mare permensi, rate seruantur atque euadunt incolumes. Quin & olim, cum superbi gigantes diluuiō excinderentur, Noah, in quo uno restaurandi mundi spes residua mansit, in ratem confugiens, euitato aquarum alluuiō, mundo futuro semen reliquit genitale, unde nouus iam mundus procrearetur: id que, quod ratis ipsa tuæ sapientiæ manu gubernabatur. Et felix quidem lignum, honorificeq; de eo loquendum est, per quod iusticia ueracis uirtus exercetur, uictusq; uia iusta ac recta paratur: con-

Tua pater prouidentia ab initio eum Et gubernat.

Benedictum est lignum per quod iusticia fit.

trâ, quod in speciem idoli humana manu effigiatur, id modis omnibus detestandum atque execrandum est, unâ cum ipso suo artifice, qui illud parauit atq; exculpfit. Iste quidem, quod sceleratum idolum fabricatus sit: illud uerò, quia cum corruptibile, teredinumq; corrosioni sit obnoxium, Dei appellationem sortitum est. In pari enim apud Deum odio sunt, & impius & ipsa eius impietas, opus nimirum eius impiè ac contra quàm Deus præcipit confectum, siquidem id quod humanis manibus in huiusmodi usum impium confectum est, unâ cum eo qui confecit, penas dabit, atq; ad supplicia pertrahetur. Quamobrem & in idola gentium, quæ illæ tanta religione colunt & adorant, animaduertetur, atque de illis censura habebitur, eo quod à uero suo usu in rem abominandam degenerarunt, & uelut offendicula se habent, per quæ simplicium corda impingant, pedesq; parum sapientum illaqueentur, cum in longè alium usum à Deo in rerum naturam condita sint. Porro quod excogitata atque inuenta sunt idola, id primaria causa & origo est fornicationis ac defectiois à Deo, ita ut per illa inuenta, perniciosissima ueræ pietatis pestis, ac totius humanæ uitæ corruptela in mundum inuecta sit. Neque enim ab initio fuerunt, neque in æternam duratura sunt, quippe quæ inani ac stulta hominum ambitione in mundum irrepserunt: & quod breuis a-

30
deò æui homines essent, sunt excogitata. Pater enim aliquis, uir princeps ac præpotens, dum stultè ac tenere nimis adamatum filium, hac ex uita subita ac præmatura morte sublatum acerbo nimis dolore luget ac deplorat, expressa continuo aliqua eius imagine, eum qui tunc mortuus ac putre cadauer erat, nunc tanquam Deum in imagine hac colere cœpit: eiusq; colendi præscriptas ceremonias, ac certa sacra suis subditis tradidit, quibus uidelicet filio de-

40
mortuo diuinos honores deferrent. Qui mos impius, postquam progressu temporis paulatim in ualuit atque confirmatus est, tandem uelut inuiolabilis lex habitus est, & ab omnibus conseruatus. Quin & tyrannorum principumq; edictis sculptilia religiose coli mandatum fuit: siquidem quos de se bene meritos coram uenerari non poterant, eo quod procul inde semoti habitarent, ex facie eorum ad uiuum efficta, ac de longinquo aduecta, infigne

50
aliquod simulachrum regis colendi fabricarunt, quod euidenter regem ipsum referret, ita ut absentem non secus atque præsentem, ijs studiis aduarentur. Porro affectata artificis diligentia atque contentio, qua ille omnem suæ artis præcellentiam ostentare hic studet, ea sanè res ad intentiorem ac magis sedulum cultum homines imperitiores extimulat, atque incendit. Is enim tyranno siue principi placere ac gratificari uolens, summa ui artis totus in hoc fuit, ut quàm pulcherrimè eius similitudinè delinearet atq; effingeret, uim tantum non arti inferens, & suis eam affectibus seruire cogens,

Initium fornicationis est exquisitio idolorum.

Tyrannorum imperio colantur figmenta.

dum in efficti gratiam additiciam aliquid ad natiuam speciem accedit, quod spectantium oculos illiciat. Cæterum uulgus gratiose ac uenusto artificio, multaq; operis elegantia inescatum, eum qui paulo antè ut homo ac mortalis honorabatur, nunc non pro mortali habent, sed numen quoddam esse autumat summa religione colendum. Quæ sanè res multa

10
do, aut uitæ humanæ in insidias uersa est, dum hisce modis illaqueati homines, à summi Dei cultu, ac iusta ueri cognitione exorbitant. Dum enim acerbo istiusmodi luctui, uel tyrannorum edictis ad huc modum homines inseruiunt, incommunicabile nomè Dei, quod uni ac soli Deo uiuo ac uero competit, etiam saxi aut ligni adparant, quæ ex ægypto quadrilateroq; nomine Iouis uocabulo insignierunt, ut qui omnium uiuificans inuansq; pater sit. Neq; etiam satis illis fuit, ita circa Dei cognitionem errare: uerum etiam in magno ignorantie bello ac conflictu uitam trahentes, huiusmodi intolerabilia, ac propè deplorata mala, pacem uocant, uitamq; felicem ac bonam, nimirum dum parricidales ceremonias atque expiationes celebrant, in quibus sceleratissimi libericiq; proprios mactant filios, quos demonijs immolant: uel dum alia quædam clandestina sacra, uel insanas peregrinorum rituum commensationes, furibundisq; orgia agitant, in quibus neque uitam, neq; nuptias sanctas puras que custodiunt, dum alius alium aut incautum & insidijs exceptum de medio tollit, aut alioqui adulterando contristat & affligit: siquidem omnes illos mixtim detinet, ac plurimum occupauit malitia, iniusticiaq; summa: sanguis uidelicet, ac cædes, furtum ac dolus, incestus, perfidia, tumultus, peritium, bonorumq; omnium tumultuosa profligatio, accepti beneficij obliuio animorum inquinamentum, generandi immutata ratio, adeo ut natura tuam

40
corruptionem in rerum omnium, præcipue hominum procreatione, declarer, nuptiarum inordinatio: ita ut sancto matrimonio sua dignitas non constet, sed impurus cœlibatus populi columinibus potior uideatur, quàm sacrosancta nuptiæ. Fornicantur itaque, atque obscenissimam habent stuprorum consuetudinem. nullum enim crimen abest, facinusq; libidinis, postquam doctrinis demoniorum attendentes, naturalem sanctumq; fecundarum usum reliquerunt. Nefariorum enim idolorum nefarius cultus, omnis planè mali initium, causa atque finis est. Nam dum se hoc uesano idololatriæ ludo oblectant, aut in latitijs insaniunt, aut in diuinationibus mentiuntur, ac falsa uaticinantur, aut uiuunt iniuste nimis & prorsus sceleratè, aut præcipitanter ac temerè peierant. Freti enim eo, quod per simulachra inanimata ac ignaua, falsum iuramentum concipiunt, periurij sui noxam non expectant, neque metuunt, perinde ac si nemini iniurij fuerint. Cæterum dum sibi id sperant omnino impunè futurum, duplici nomine de eis

60
suppli-

Hæc fuit uita humane deceptio.

Insanorum idolorum cultura, omni mali causa est.

supplicium sumetur. Primò quidem, quòd idolo adherentes, malè de Deo senserint, atque ab ipso defecerint: secundò uerò, quòd per dolum cõtemptra iurifurandi religione, falsum iurauerint, proximum fraudando, ac multa iniuria afficièdo. Non enim potentiam hic spectamus eorum, per quos iuratum est: quæ sanè cum nulla sit, neminem punit: sed ultrix peccantium iusticia, de iniustorum ac periurorum huiusmodi præuacuatione ac scelere, grauem ac dignam sumit uindictam.

CAPVT XV.

Tu uerò Domine Deus noster, benignus, mansuetus ac seruàs promissi es, & multa animi lenitate ac misericordia cuncta dirigis atque gubernas. Nam & si errauimus, atque ut hominum infirmitas est, in peccatum aliquod impingimus, tui tamen sumus, atq; ad te confugimus, cognitum habentes, quæ tua sit uirtus, clementia, ac bonitas. Cæterum non peccabimus prudentes ac uolètes, cū sciamus, nos tibi curæ esse, atque in tuorum numerum nos esse cooptatos. Te enim nosse, solida atq; absoluta iusticia est, plenaq; mādatorum tuorū obseruatio, ac summa felicitas. Et scire quatu uirtute sis ac bonitate, radix est immortalitatis. siquidem nos tui notitiam habentes, quiq; in ueras, expressas que uirtutes tuas mentis aciem figimus, harum amore capti, in his animum nostrum pascimus ac oblectamus. Non deceperit, neq; in errorem nos pertraxerit malè artificiosum hominum figmentum, in summam mortalium perniciem excogitatum: aut infructuosus ac inutilis eorum labor, qui picturas umbratiles fingunt, imagines nimirum diuersis constantibus coloribus ac lineamentis: quarum omnium quidem species & aspectus, stultis libidinem excitat, uergitq; illis in opprobrium & ignominiam. Vnde nos quidem abhorremus, ac lōgè alio modo te conspiciamus, atq; tui aspectu oblectamur & gaudemus. Verum quibus malitia cordi est, ac te non nouerunt, hi desiderant atque requirunt mortuæ imaginis speciem, spiritu & uoce carentem: digni profectò, qui spe tam inani illudantur, quam sibi in ignauis ac inanimatis lignorum truncis reponunt: non solum autem illi qui idola hæc fabricant, exculpant ac poliunt, sed & omnes qui ea requirunt ac uenerantur. Nam & figulus aliquis gnauus & industrius, ubi udam argillam suam probè prescit, atq; subegit ex ea, rotæ suæ imposita, singula fingit in usum ac nostrum ministerium: & ex eadem massa illa lutea non solum uasa fingit, quæ nobis in usus atq; opera honesta seruiant, sed pleraq; item alia, quæ usum profusum diuersum suppeditent. Quis uerò horum omnium priuatus sit usus, iudicat atq; arbiter est ipse figulus. Sed & idem ille male feriat, ac impiè industrius, arte sua nonnunquam abutitur: nempe cū uinum deum aliquem, profusum reijsculum ac inutilem, ex eodem luto configurat: nihil cogitans quòd ipse non ita pridem è terra prognatus,

paulo post eodem rediturus sit, unde est assumptus, quando scilicet de debito animæ suæ mutuatiuè interpellabitur: auditurus illud stulto olim dictum, Hac nocte à te repetunt animam tuam. Certè hoc nihil ille curat, neq; illi in mentem quidem unquã uenit, quòd aliquãdo morbo correptus moriturus sit: & quòd uitæ summa breuis, spem eum uetet inchoare longam, cui ne momentum quidem uitæ certum est. Sed ille horum omnium securus, nihil aliud quam paria facere cum aurificibus & argentarijs contendit, nō secus ac si de palma aliqua certamen susceptum esset. Quin & fabros ærarios sedulo adæmulatur, gloriosum ac laudi sibi esse existimans, quòd adulterina ac falsa quæpiam numina fingit, per quæ miserum popellum fallat ac irretiat: cinis profectò ac uilis puluis huius cor æquat, si modò illis non est uilius. Et spes quam in idola illa sua reposita habet, quæ uis terra cõtempnenda magis est, ac reijscula: tota eius uita, ipso luto quod tractat, abiectior est, ac ignominiosior. Idq; quòd cum pro magni ingenij, mireq; industrio artifice se uēditet: non tamen cognoscat Deum sui factore, quiq; ipsi uiuidam inspirauit animam, ac spiritum uitale inflauit. Figulus uas fingit fictile, ac fictile illud uas non potest ipsum condere figulum: ita & Deus ipsum creauit figulū. Porro nemo sanctus, ac Deo sacratus adeò figulus est, qui Deum finxerit, nisi uanum profus, falsum, & inutilem. Sed hoc genus homines arbitrantur uitam nostram ludicrum quiddam esse: & rationem comparandi uictus, lucrosas siue questuosas quasdam esse nūdinās duxerunt: quippe qui asserunt, uictum undecunq; etiã ex malis artibus esse quærendū. Atqui hic supra omnes sibi conscius est, quòd peccet, atque iniquè agat, dū terrestri de materia fingit uasa ac sculptilia, quæ nullo negotio confringi ac comminui possunt. Sunt autem omnes isti inimici populi tui, qui tyrannide eum oppresserunt: miseri sunt profus, minusq; mentis habent, quam quinquennes pueri: imò non sapiunt, ut quidam ait, pueri instar bimuli, quòd stultè ac temerè adeò omnia gentiū idola deos esse existiment, quibus nec oculorum usus est ad uidendum, neq; nares ad respirandum, neq; ad audiendum aures: neq; ad palpandum, rem ue aliquam contrectandam, manuum digiti. Et ipsi quoq; pedes eorū, profus ignaui ac inualidi sunt, ad quæquã progrediendū: siquidē, qui ea fecit, is homo est. Et qui nō suapte uirtute uiuit, sed spiritū uitale aliūde mutuatus est, is ea formanit ac fabricatus est. Atqui nemo homo est, qui sibi, nedū Deo immortalis, similem possit facere Deum: sed ipse mortalis cū sit, nefarijs manibus suis, opus quoq; mortuarium conficit: quippe qui ipse præstantior suis numinibus sit, uel hoc saltem nomine, quòd ipse aliquando uixerit, illa uerò nunquam. Huc accedit, quòd & execranda, odiosissimaq; colunt animalia, crocodilum nimirum, & saturam serpentibus ibim, ubi & effigies sacri nitet aurea cercopithecii. Quæ omnia

Cinis enim est cor eius, & terra superuacua spes illius.

Omnia idola nationum deos estimant uerunt.

nosse enim consumpta iusticia est.

nia si spectes, quàm omni ratione ac clementia careant, & cum reliquis brutis ipsa conferras, inuenies certè hæc omnium uilissima ac deterrima. Neque enim aspectu pulchra hæc sunt, præ cæteris animantibus, ut formæ gratia in deos delecta sint: siquidem nihil planè egregium habent, ob quod eorum desiderio aliquis tangatur. Effugerunt enim Dei & laudem & benedictionem, ita ut præ cæteris animantibus execrata hæc sint, atq; abominada. 10

CAPVT XVI.

QVia itaque hac amentia fuerunt, ut huiusmodi tam que execranda animalia pro dijs colerent: hinc factum est, quod per res confimiles puniti sunt, nempe per multitudinem serarum, reptilium serpentum, noxiarumq; bestiarum, per quas discruciatii sunt, atque adeò extincti. Pro qua quidem impiorum punitione populum tuum perquam benignè tractas, innumeris eum accumulasti beneficijs, dum eis ad explendum famis appetitum, subministrasti escam coturnicum, nouum atq; inusitatum saporem ipsis præbentem: ita ut populi tui hostes Aegyptij, famelici, atque cibi appetentes, ob luem, per ranas quibus infestabantur, cibis immissam, etiam à necessario ciborum gustu ac esu auerterentur: cum interim tui, paulisper egestate, cibiq; inopia laborantes, noui atque exotici saporis escam assequerentur. Aequum enim erat, illos qui tantam in populum tuum exercuerant crudelitatem ac tyrannidem, egestate indeprecabili, quæq; intoleranda erat, affligi: & illam ipsam tuis tantum ostendi, ut uel sic cognoscerent, quantis in cruciatibus eorum inimici habiti fuissent: siquidem pari ratione sæua acrisq; serarum bestiarum rabies tuos hos inuasit, quando sinuoforum serpentum morsibus, in deserto, miserandum in morem quàm plurimi interfecti sunt. Verùm hæc tua ira non ita diuturna fuit, ut ad internecionem eos deleret: sed exiguo tempore, atque ad breuem admonitionem in hac rerum perturbatione fuerunt, quo commouerent, ac salutis symbolum haberent, utq; hac uia in memoriam præceptorum tuæ legis reuocarentur. Quisquis enim à serpente læsus, considerata benignitate tua, huc se conuertebat, non quidem per illud quod spectabat symbolum, à ueneno serpentis morfu incolumi- 50
tatem consequeretur: sed per te, qui omnium seruator unicus, uerus & potentissimus es. Et hæc ipsa re testatum reddidisti hostibus nostris, te illum esse, qui omnibus ex malis eripiat: dum hostes illos populi tui, locustarum ac muscarum non ita uenenati morsus interfecerunt, neque ullum remedium ad tuendam ipsorum uitam reperiretur. id que, quod digni erant, qui ab eiusmodi animalculis, siue insectis diuexati, enecarentur. At filios tuos, qui paterno à te animo castigantur, ne uirulentissimorum quidem draconum dentes, qui uenum suum eiuculantur, deuicerunt: siquidem

miser cordia tua, ineffabilisq; illa tua in populum tuum pietas, hisce malis occurrens, sanauit, atque incolumes eos præstitit. Nam hæc sola de causa aculeatis serpentum morsibus impetebantur, atque mox ab ea noxa liberabantur, ut oraculorum tuorum, sancteq; nimirum legis tuæ recordarentur, eamq; in memoriam reuocarent, quo in nullam profundam obliuionem impingentes, à tua beneficentia indi- uulsi ac inseparabiles permanerent: quippe quos non herba, neque malagma ullum curaret, sed tuus, tuus inquam Domine sermo, qui sanat omnia, cunctisq; medetur. Nam tu, uita iuxta ac necis potestatem habes, & ad portas inferas ducis, simul & reducis. Et homo quidem ira percitus, nonnunquam nefario scelere aliquem interficit, à quo cum egressus spiritus uitalis est, is illuc non reuertitur: permanet enim ille mortuus. non tamen perimit animam, quæ superstes est: nam corpus quidem occidere potest, uerùm in animam potest nihil, mancaq; illic omnis eius uirtus est. Tuam uerò manum, quæ ubi corpus occiderit, & animam in gehennam potest mittere, hæc fieri non potest ut quis effugiat. Impij enim cum apud Aegyptios se inficerentur te agnoscere, præ forti brachio tuo, uarijs modis casti atque flagellati sunt, inauditis nimirum pluujs & grandinibus, ac imbribus intolerandis, quos euitare nulla uia poterant, diuexati, fulgurumque ignibus consumpti. Et quod prodigiosissimum, ac præter omnem rei naturam est, ignis in aqua, sine grandine alioqui exinguent, maiore uirtute ac efficacia fuit: quippe qui hic magis ac magis inualecebat, mundus enim ipse, tota que rerum natura in istos propugnabat, atq; uicem eorum ulcisceretur. Nam flamma quidem ipsa aliquando sese remittebat, ut ne concremaret atq; absumeret bestias, aduersus impios immittas: ut uel sic præ oculis uiderent atque cognoscerent, se Dei iudicio exagitari. Et rursus, nonnunquam medijs in aquis ignis supra uires suas horridissima concipiebat incendia, ut uidelicet iniusta terra prouentus corrumpere, atque disperderet. Et omnium quidem horum malorum loco, angelorum cibo nimis quàm indulgenter pauisti populum tuum: ac panem iam paratum, & citra laborem ac negocium confectum cælestis illi misisti, qui omnigenam uoluptatem habebat, atque ad omnem saporem congruebat: siquidem destillatum illud manna, quod singulo die ipsis ita ad primam auroram in terram depluebat, specimen tuæ dulcedinis erga filios tuos nobis præbuit. Desiderio namque siue appetitui eius qui edebat, inseruiens, ad quemcunque ille uellet saporem, sese attemperabat. Porrò quod mireris quoque, nix, & demissa in impios congelata grandis, sustinebant uim ignis, neque deglaciata in liquorem soluebantur: ut præ oculis uiderent, atque cognoscerent, ignem hostium fructus perdere & absumere, dum & in grandine exstuat, atq; flammæ

Neq; herba,
neq; malagma
ma sanans
eos.

Qui enim con-
uersus est,
non per hoc
quod uide-
bat sanaba-
batur.

uocarentur. Quisquis enim à serpente læsus, considerata benignitate tua, huc se conuertebat, non quidem per illud quod spectabat symbolum, à ueneno serpentis morfu incolumi- 50
tatem consequeretur: sed per te, qui omnium seruator unicus, uerus & potentissimus es. Et hæc ipsa re testatum reddidisti hostibus nostris, te illum esse, qui omnibus ex malis eripiat: dum hostes illos populi tui, locustarum ac muscarum non ita uenenati morsus interfecerunt, neque ullum remedium ad tuendam ipsorum uitam reperiretur. id que, quod digni erant, qui ab eiusmodi animalculis, siue insectis diuexati, enecarentur. At filios tuos, qui paterno à te animo castigantur, ne uirulentissimorum quidem draconum dentes, qui uenum suum eiuculantur, deuicerunt: siquidem

Angelorum
esca nutritia
sibi populum
tuum.

flamas agit, & in pluuijs defulgurat: cum
 contra natiuæ suæ uirtutis obliuisceretur, ut iu-
 stis suppeteret quo alerentur. Creatura enim
 tibi suo creatori seruiens, intendit sese in ultio-
 nem aduersus iniquos & sceleratos. Et rursus
 remittit sese ad commoditates illorum, qui de
 tua bonitate pendentes, tibi confidunt. Quo-
 circa & manna illud, in omnia sese mutans sa-
 poris genera, benignitati tuæ, rerum omnium
 altrici inseruiebat, ad uoluntatem & deside-
 rium eorum qui indigebant, ac fame preme-
 bantur. Id que ut filij tui, quos eximie habes
 charos Domine, condiscerent, atque pro com-
 perto haberent, quod non prouentibus fru-
 ctuum uiuant atque alantur homines: sed uer-
 bo tuo eos conseruari, qui omnem fiduciam in
 te reijciunt. Porro quod impijs ab igne illo
 cuncta sic deuantante corruptum non erat, ne-
 que absumptum, id exiguo solis radio calefa-
 ctum, aperte liquefiebat: quo notum esset, con-
 gruere nobis, ut solem in agendis tibi gratijs
 anteuertamus. Quodq; sub lucis exortum te
 accedere ac deprecari debeamus, ne quam in-
 gratitudinis notam incurramus. Nam spes in-
 grati instar pruinæ hybernæ, continuo lique-
 fit, atque extabescit, diffluens instar aquæ,
 quæ nulli est usui.

CAPVT XVII.

Magna certe Domine sunt iudicia tua,
 & tibi reis intoleranda. Et quæ tu sta-
 tuisti atq; decreta habes, coniectu diffi-
 cilia, ita ut ea nemo augur, nemo hariolus
 peruestigare possit. Quare & rudes bonæ in-
 stitutionis animi, falsis & inanibus cogitatio-
 nibus hic decepti, frustrati sunt, nihilq; assecu-
 ti. Impij enim Aegyptij suspicati, atque falsis
 persuasionibus magorum suorum eo inducti,
 quod populum Dei sanctum sua tyrannide
 possent opprimere, uinculis crassissimam
 tenebrarum, longeq; noctis compedibus
 irretiti, suis in ædibus totum triduum desede-
 runt conclusi: Diuinæ prouidentia, quæ hæc
 de ipsis statuerat, extorres ac prorsus ignari. La-
 tere enim in claudestinis suis sceleribus, ac in-
 fidijs quas pijs struebant, se putantes, ceu ob-
 scuro lethæ uelamento oblectos, horrendo
 timore incusso, & spectrorum apparitione ex-
 pauesciti, huc illuc disiecti sunt, atque dispe-
 rierunt. Neque enim latebrarum recessus, in
 quibus sese attoniti abdiderant, eos à me-
 tu conseruare potuerunt: cum ipsos malè sibi
 conscios, terribiles circumsonarent strepitus,
 & imagines mœstæ, diris uulibus sese ipsis
 per tenebras illas offerrent, ipsorum que ocu-
 lis ingererent. Tenebrarum autem illarum tan-
 ta crassities erat, & inuicta adeo obscuritas, ut
 nullæ uis ignis, nullæ accensæ candela lumen
 eis præbere potuerint. Neque etiam astro-
 rum lucidæ flammæ horrendam ac stygiam
 illam noctem sustinebant irradiare. Translu-
 cebat illis tantum ultro oborta pyra quædam,
 quæ uisâ multum ipsis incutiebat metum,

Nam hoc tam insolito, nec unquam prius ui-
 so spectaculo exterriti, pro malè conscijs men-
 tibus suis existimabant multo deteriora im-
 minere, quàm spectarentur, atque in præsen-
 tiarum sentirentur ab ipsis. Itaque timent, pa-
 uidoq; gelatur pectore, nec tremulis possunt
 insistere plantis. Porro in hac rerum pertur-
 batione, prostratæ omnino iacuerunt magicæ
 artis illusiones & ludibria. Et omnis illa arro-
 gantia, qua ob uanam prudentiam tantopere
 ferocire soliti erant, iam summo cum dedecore
 & ignominia inuincibili, redarguta fuit ac
 refutata. Qui enim profitebantur se pauores
 & consternationes ex animo affecto posse de-
 pellere, hi ipsi ridiculo sui timore laborabant,
 ideo quod ipsos omnis sua uirtus ac ars desti-
 tueret, nihilq; omnino hic posset. Quamuis e-
 nim nullo alio terriculamento agitari fuissent,
 tamen uel solis reptilium quorundam, ac ue-
 natorum serpentum superuenientibus sibi-
 lis, in eum timorem rapiebantur, ut pauidi, tre-
 pidi que interirent: adeo ut ne aerem quidem,
 quem nusquam effugias, se intueri posse dice-
 rent. Tam pauida res est animus malè sibi con-
 scijs: id quod seipso teste, in his comprobatur,
 quos diri conscia facti Mens habet attonitos,
 & surdo uerberare cædit. Semper enim præsa-
 giendo anticipat atrociora, quæ ipsius con-
 scientiæ congruunt. Nihil enim est metus,
 quàm quod quis nihil habere auxilij se pro-
 dit, quo impietatem suam purget ac prætexat.
 Porro exigua illa auxilij expectatio, quæ in-
 tus animum obsidet ac lancinat, omnia in ma-
 ius accipit ac deterius, & grauiora (quàm re-
 uera sunt) de uiribus eius causæ quæ crucia-
 tum infert, suspicatur. Itaque illi cum noctem
 hanc uerè insuperabilem, atque ex insupera-
 bilis inferni penetralibus impios inuaden-
 tem, perpetuo somno transigerent: partim
 quidem spectrorum portentis exagitabantur,
 partim uerò animi deliquio collabebantur,
 ac ueluti elanguescebant: subitus enim illis at-
 que inexpectatus incubuit terror. Deinde
 quocunq; in loco quis erat, ibi collapsus re-
 tinebatur: neque per obscurissimas tenebras
 pedem loco mouere poterat, quasi in ferrato
 carcere conclusus. Nam siue quis agricola es-
 rat, aut contra pastor, siue eorum aliquis qui
 in solitudine uitam degunt, aut operas exer-
 cent, simul omnes opinione citius his tene-
 bris præoccupati, ineluctabilem illam perpe-
 tiebantur tenebrarum necessitatem: siquidem
 colligati erant. Aut enim uetus sibilans, aut cir-
 ca opacos arborum ramos modularis auium gar-
 ritus, aut impetus aquæ uiolenter fluētis aut im-
 manis fragor petrarum que in præceps deijciunt,
 aut uitulantium animalium insolentium ulula-
 tus, aut relisa ex montium concauitatibus E-
 cho, folium uel aliquod uento raptum, aut a-
 liud quantumuis leue ac nihili: horum om-
 nium unumquodque tantopere eos territa-

Semper præsumit seuæ perturbata conscientia.

Vna cathena tenebrarum erant omnes colligati.

*Non natiui
sunt bo-
mines.*

*Apparebat
aut illis ubi
lucet ignis.*

bar, ut animi deliquium passi sint, atq; profus oblitupescerent. Totus enim terrarum orbis undelibet serenus, claro illustrabatur lumine, ac sine omni caliginis impedimento in suo quisque continebatur officio. At super sceleratos hos populi sancti hostes grauissima hæc superextendebatur nox, imminētis uidelicet illius (quæ eos morientes exceptura erat) tenebrico fitatis imago. Et quod mireris, molestis grauibuscq; cogitationibus suis, maliq; sui conscientia, sibi ipsis longè grauiores ac molesti fuerūt, quàm tristissimæ illæ erant tenebræ.

CAP. XVIII.

AT interim dum illi miserè ad eò tristi hac caligine solidos tres dies discruciantur, sancto tuo populo maxima fuit lux: quorum lætas uoces inimici audientes, cum formam tamen ex ipsis nullam conspicerent, dolenter id tulerunt multo cum gemitu. Sed populus tuus partim se beatos prædicabant, quòd non eadem cum illis mala paterentur: partim uerò gratias Domino agebant, quòd antè læsi, ac innumeris incòmodis fracti, non uicissim quenam suorum inimicorum læderent, sed Deo iudice protegerentur, mala nulla sentientes: & ut ab illis seiungerentur, ac separatim possent agere, quia inimicè se contra ipsos gessissent, te deprecabantur. Itaq; pro tua bonitate, ardentem columnam ignoti itineris ducem, sed ueluti solem tamè innoxium honorificæ peregrinationis eis præbuiti. Et commeruerant quidem Aegyptij illi luce priuari, atq; densissimis tenebris incarcerari, qui filios tuos tantis, tamq; molestis curis & angustijs incarcerarant, multatq; ad eò tyrannide oppresserant, per quos futurum erat ut incorruptibile sacrosanctæ legis tuæ lumen seculo daretur. Cumq; illi id animo uersassent, ac iam deliberatum atq; decretum haberent, quo pacto sanctorum tuorum infantes aquis demersos necarent, uno infante Mose exposito, atq; mirè seruato, in argumentum correptionis, ultionisq; innumera liberorum multitudine illos exuisti, & in rapida uehementiq; maris Rubri aqua illos turmatim perdidisti. Tuis enim abeuntibus, & graui persecutione attritis, mare uiam fecit. Insequentes autem Aegyptios in se rediēs unda, submersit. Et patribus quidem nostris nox illa præindicata fuit, ut certò scientes, quibus fœderibus se concedidissent, bonum animum recipientes, alacritatem induerent. Expectauit itaque ex promisso populus tuus iustorum salutem, ac lætam ex Aegyptia seruitute liberationem, & inimicorū suorum interitum ipsis dignum ac bene commertum. Nam in quo aduersarios ultus es, atq; affixisti, in eo ipso nos simul ab Aegypto euocatos, gloria ac multa maiestate condecorasti. Clanculatis enim sacrificijs tibi litabant sancti, bonorum uirorum liberi. Et summa concordia, animorumq; alacritate Diuinum pactum inter sese constabilierunt, nimirum ut sancti unà inter se bona malatq; tolerarent & lætorum &

tristium inter se indiuisi forèt focij. Qui cum à patribus in Diuini nominis laudem compositos hymnos ac laudes modularentur, obstrepebat illis ex aduerso inconcinuus atq; inconditus clamor hostium. Et miserabilis eiulatus ac lamentatio eorum qui interfectos suos liberos lugebant, huc illuc quaqua uersum diffundebarur: hic enim nemini parcitum est, quando simili pœna dominus iuxta ac seruus afflicti sunt, siue reges siue inopes coloni, eandem planè calamitatē sunt perpessi. Pariter autem omnes ex uno atq; eodè mortis genere innumerā habuerūt mortuorum multitudinem, adeò ut sepeliendis extinctorum cadaueribus, superstitēs uiui non sufficerent: siquidem uno temporis momento, præclarissima eorum soboles primogenitura præcellens interfecta erat. Nam cum omnia quæ uiderant signa, propter magorum ueneficia, ceu incantamenta, spectata haberēt, in occisione primogenitorum suorum, quæ & in magos defæuiebat, coacti sunt populum, quem tam diu afflixerant, filium Dei esse cognoscere, gētem nimirum Deo eximie charam. tranquillo enim ac tacito silentio fouente omnia, & nocte intempesta, cum uidelicet illa ad medium sui itineris decurreret, omnipotens sermo tuus de cælo, ex regalibus solijs, ut seruus ac impetuusus bellator, in medium exitialis ac sceleratæ terræ Aegyptiæ defiliit, perquam alacriter gladium mandati tui præcutum, ac parendi nescium, secum deferens. Quo stricto ceu euaginato, omnia impleuit morte, interemptis omnibus primogenitis: siquidem ea magnitudine fuit, ut summo capite suo cælum contingens, pedibus tamen terram perambulare, supernè ac infernè cuncta morte complens. Hic extemplo somniorum terribiles uisus eos perturbauerunt, & terrores inexpectati inciderūt in ipsorum animos, omnis aduersus sanctum Dei populum tyrannidis sibi conscios: & alius alibi prostratus, ac semimortuus, causam cur moreretur, ac plaga hac ictus esset, indicabat. Nā somnia illa, quibus mirum in modum expauesciti erant, id ipsis paulo antè innuerant ac significarant: ita ut ex ijs hæc præfagire licuerit, ne scilicet nō præmoniti, & insciji perirent eius causæ, ob quam sic affligerentur. Et sic quidem actum cum impijs. Neque tamen negamus, quin & iusto inciderit aliquando mortis periculum. quando in deserto millibus aliquot deperditis, non semel plurimum conuassatus atque attritus populus est. Sed hæc Domini ira contriuo sedata fuit, neque ira in longum perseuerauit. statim enim uir inculpatis moribus, sacerdos Aaron, populi periclitantis propugnatorum se præbuit. Nam adferens secum sui officij arma, preces nimirum, incensi uirtutem propiciatoriæ, litauit Domino, atq; irā eius repressit, atq; extinxit, calamitati finem imponēs, hoc ipso facto abundè restatum reddens, se tuum esse ministrum: & deuicit quidem ille in hunc modum deuastatorem, qui in populum multa cæ

Digni quidē illi carere luce.

illa enim nox antè cognita est à patribus nostris.

Nec ad sepeliendum uisus sufficiebant.

Teligit autē tunc & inuictos tentatio mortis.

de incendio grassabatur, non quidem corporis robore, quo complures alij ei præcellerant: neque armorum vi, aut bellica uirtute, qua multis etiam inferior erat: sed uerbo, uerbo inquam, pijsq; precibus interfecit atq; demulsi, in memoriam nimirum Domino reducens iuramenta ac fœdera, olim cum patribus inita. Nam cum occisorum cadauera, iam acervatim alia super alia, passim collapsa ac prostrata iacerent, in medium se constituens, præcidit iram, eamq; extinxit, iter ad uiuos ei interrumpens ac intercludens: idq; quod in talarie eius amictu omnigenus erat ornatus, atque uniuersus mundus sacerdotalis, nimirum patrum eximium decus, in quadruplicata duodecim preciosissimorum lapidum sculptura. Quin & tua magnificentia ac maiestas eminebat in diademate capitis ipsius: his deuastator ille celsit, & hæc exhorruit. Et hæc quidem afflictiones, quibus premebantur, non tã erant ad perdendum planè eos, quàm ad incutiendam ipsis formidinem, unde Dominum timerent, ac reformidarent. Itaq; solū irę experimentum ac specimen satis illis erat.

C A P V T X I X.

ET ira quidem actum cum pijs est. At impijs ad finem usque implacabilis, ac miserendi nescia ira insitit, ipsosq; oppressit, Dominus enim abunde præuiderat atq; præcognorat, quid de ipsis futurū esset: nimirum quod postquam fecissent populo Dei potestatem de finibus ipsorum demigrandi, eosq; studiose ac sedulo deduxissent, paulo post mutato consilio, ac penitudine capti, infestis copijs eos persecuturi essent. Nam cum adhuc in ipso interfectorum primogenitorum suorum luctu essent, & ad sepulchra eorum applorarent, aliam continuo stultam atque amentem cogitationem deploratissimi homines sibi arripuerunt: quippe qui eos quos obnixè precantes e suis sinibus paulo antè reiecerant, hos nunc tanquam profugos hostili exercitu insectati sunt. Pertraxit autem eos ad istiusmodi exitum digna necessitas, casusq; nimirum magno ipsorum merito eis per diuinam prouidentiam destinatus. Qui omnium quæ acciderant, obliuionem continuo eorum mentibus iniecit, ut iustum cruciatuum suorum numerum impleant: nihilq; illis quod posset addi, deesset. Ad hæc ut populo tuo inauditum ac mirabile iter per incognitas uias ingrediente, illi nouum genus mortis reperirent: siquidem uniuersa creatura in suo quaque genere per præcepta tua commissæ sibi curæ deseruiens denuo reformabatur, quo uidelicet filij tui innoxij ac illæsi seruariantur. Nubes enim illa, castra tuorum nebula quadam inumbrabat, atq; ab hostium oculis sua obscuritate eximebat: & ubi antea semper aqua constiterat, ibi nunc exurgere uidebatur arida terræ facies. Ad hæc ex mari Rubro emicuit uia quàm expeditissima, omniprofus difficultate atq; impedimento carens, & ex undis procellosis ac mirè rapidis, herbife

rus ac uiriditate sua latissimus prognascebatur campus, per quē uniuersus populus tuus iter habuit summè felix ac prosperū, dum tuæ benignitatis manu protecti, mirabilia quædam conspexerunt in hostium perditione, atq; sui seruatione prodigia. Vnde plurimum gaudentes atque exhilarati, uelut alacriores equi hinnierunt: & ut agni lasciuisculi subsultarunt, te Domine liberator em suum collaudantes, qui inauditis adeo modis, eos ex omnibus periculis exemeras. Haud dum obliti enim erant, quæ, cum in terra Aegyptia inquilini essent, illic acciderant: horum enim recentior erat memoria, quàm ut exciderent. Quo pacto uidelicet pro fœtu pecorum, terra produxisset muscas & culices: & fluuius pro piscibus eructasset innumeram multitudinem ranarum. Postea uerò, & nouum auium genus uiderūt, eisq; potiti sunt, cum appetentia incitati, delicatiora postulabant edulia. Nam ad mulcendos atq; obuinciendos eorum animos, ascendeat è mari coturnix, non insuauis huius appetitus eorum satiatrix. Porro peccatores, sceleratosq; illos Aegyptios, dira inuaserunt ultiones, ac supplicia ipsis digna: non sine mani festissimis prodigijs ui fluminum factis, cum mare ipsos pariter omnes absorberet. Sed luabant sanè pœnas abundè commeritas, quando sæuiorem grauioremq; in pios, ipsorumq; infantes exercuerunt inhospitalitatem, quàm pro istius ultionis modo. Nam cum alij quidem aduenas ignotos non reciperent, alij uerò peregrinos bene alioqui de se merentes in seruitutem redigerent: non id fecisse sat habuerunt, sed habita est eorum non exigua ratio, & inquisitio: & quid quantum ue quisq; ageret, sedulo obseruatum est, posteaquam hostili nihilq; amico animo eos exceperant. Alij item quos & festis epulis exceperant, atque iam secum earundem legum participes fecerant, grauibus, ac uix tolerandis laboribus affligerunt. Itaq; à Domino, qui de suis non potest nō esse sollicitus, obdurati, atq; cæcitate percussi sunt, non aliter quàm olim uiri Sodomitæ, in foribus iusti Loth: qui percussi, atq; per angelum immensa septi caligine, frustra quisque quæserunt, qua parte ac uia, in iusti illius ædes profectum irrumperent. Per se enim elementa in alium usum attemperata, cum eadem manerēt, ita se habuerunt, ut soni naturam rhythmica euariare solent: id quod facile conijcere atq; uideere est, si quis prescius ea consideret atq; intueatur, quæ tum accidisse constat. Terrestria enim in aquatica mutabantur: & contrâ, quæ natatilis conditionis erant, ea in terram conscendebant. Et quod maximè mireris, ignis, ceu propria ac natiuæ suæ uirtutis oblitus, in aqua uiguit, plurimumq; ualidus fuit: & aqua ipsa extinctoriæ indolis obliuionem induit. Contra uerò, ardētes flammæ, carnē consumptilium animantium, quæ in ipsis ambulabant, nō extinxerūt, neq; ullo affecerunt incōmodo. Neq; etiã lique fecerunt genus illud ambrosiæ ac diuinæ escæ,

Tanquam igni exultauerunt, magnificantes te Domine.

Percussi aut sunt cæcitate.

Ignis in aqua ualebat supra suam uirtutem.

Ueste po... quam... erat or... terrarū.

Quid enim... ad... refi... datur.

esca, ipsum uidelicet manna, quod cœlitus ip-
 sis depluebat, & alioqui suapte natura instar
 pruinæ hyemalis ultrò liquefieri ac putrescere
 solet. Itaq; modis omnibus Domine condeco-
 rasti, atq; maiestate auxisti populū tuū: & uni-

uerso terrarum orbi, eum fecisti gloriosum ac
 celebrem: & perpetuo illi præfens, nullo un-
 quam tempore neglectui eum dedisti, aut
 dehonestamento illi quic-
 quā esse passus es.

FINIS PARAPHRASEON IN SAPIENTIAM S A
 lomonis, per manum Ioannis Tosarrij Aquilouicani.

BASILEAE, EX OFFICINA IO.
 annis Oporini, Anno Salutis M. D. LV III.
 Mense Septembri.

ANALYTICAL DICTIONARY

OF THE
ARTS AND
MANUFACTURES

OF GREAT BRITAIN

AND IRELAND

IN THE YEAR 1804

BY
JOHN HENRY LALOR

OF THE
SCHOOL OF ARTS

AND
MANUFACTURES

OF GREAT BRITAIN

AND IRELAND

IN THE YEAR 1804

BY
JOHN HENRY LALOR

OF THE
SCHOOL OF ARTS

AND
MANUFACTURES

OF GREAT BRITAIN

AND IRELAND

IN THE YEAR 1804

BY
JOHN HENRY LALOR

OF THE
SCHOOL OF ARTS

AND
MANUFACTURES

OF GREAT BRITAIN

AND IRELAND

20051p